N – 5 – 24

S.ay 5.a

1142

M – 6 –

PRACTICA LUSITANA

AB

EMANUELE MENDES DE CASTRO

JURIS CONSULTO

LVSITANO.

TOMUS PRIMUS, ET SECUNDUS.

[illegible]RIOR, ET ACCURATIOR EDITIO,

AVCTA TRACTATV DE ANNON. CIVILIB.

ET

L. CUM OPORTET, C.

DE BONIS QUÆ LIBERIS.

RJB

PRACTICA
LUSITANA
AB
EMMANVELE MENDES DE CASTRO
IN CONIMBRICENSI ACADEMIA
Lemniscato Legum Professore acuratissimè elaborata,
ET OMNIBUS UTROQUE FORO
versantibus utilissima, & necessaria.

TOMVS PRIMVS

IN QVINQVE LIBROS DIVISVS
DVCENTIS, ET QVADRAGINTA SENATVS DECISIONIBVS; centum Contracautelis; non paucis Animaduersionibus ad publicum Iustitiæ bonum concernentibus; alijsque vtilissimis Ordinationum Declarationibus apprimè locupletatus; Additionibus, ac indice satis perspicuo lucidissimus.

POSTERIOR ET ACVRATIOR EDITIO
DE NOVO AUCTA, ET DITATA VBERRIMIS
Commentarijs ad titulum de Annonis Ciuilibus in lib. 11. C. eod.
& ad celebrem Iustiniani Constitutionem in L.
Cùm opportet C. de Bonis quæ liberis.

ILLUSTRISSIMO DOMINO, AC PRÆCLARISSIMO EQVITI
DIDACO DE ANDRADA LEYTAM
IN CONIMBRICENSI ACADEMIA DOCTORI PRÆSTANTISSIMO,
olim Libellorum Supplicum Cordatissimo Senatori, modò Regiorum proventuum Arbitro vigilantissimo; Quo Rectore non semel sibi plausit Pontificium D. Petri Collegium, quo Magistro Primario, & per omnia Principe eluxit Jus Cæsareum; quo Canonico triumphat Conimbricensis Sedes, &c.

CONIMBRICÆ *Sup. Gratiâ.*
Apud JOSEPHVM FERREYRA Vniversitat. Typog.
Anno M. DC. LXXXXVI.

S.C.
1142

ILLVSTRISSIMO DOMINO
AC
PRÆCLARISSIMO EQUITI
DIDACO
DE
ANDRADA LEYTAM
IN CONIMBRICENSI ACADEMIA
DOCTORI PRÆSTANTISSIMO,

Olim Libellorum Supplicũ Cordatiſsimo Senatori,
Modo Regiorũ proventuũ Arbitro vigilantiſsimo
Quo meritiſsimo Rectore,
Nõ ſemel ſibi plauſit Pontificiũ D. Petri Collegiũ;
Quo Magiſtro Primario, & per omnia Principe
Eluxit Ius Cæſareum,
Quo literatiſsimo Canonico
Triumphat Conimbricenſis Sedes, &c.

LIBERIDE *cæcior audirem,* Domine Illuſtriſsime, *ni clariſsima tui nominis ſub umbra* Praxim de Jure Luſitano *nonnullis noſtro Marte conquiſitis uberius locupletem de nouo in lucem edere cogitarem, nam quò communem in lucem auſpicatò exirent, vnde maior his lucubrationibus ſplendor accederet, niſi à te, qui auitam ſanguinis nobilitatem multis illuſtrem imaginibus ſcientiarum lumine, vt auro purpuram, feliciſsimè conjunxiſti? Cui verò Luſitanum jus, niſi tibi jure optimo conſecrarem, qui totum Cæſarei Iuris cælum, ſolis ad inſtar, percurrens tuæ ſapientiæ radijs illuminas? & quem cordatiſsimum ſenatorem, & acerrimum Nemeſis vindicem*

Numerosâ laude Senatus
Excipit, & meritas reddit tibi curia voces?

Luc. in Paneg.

Quin etiam Conimbricensis Academia laureatum ipsiusmet juris meritò suspicit Professorem, utpote cui legum peritia

-- Et justitiæ soror
Incorrupta fides, nudaq; veritas
Nullum vnquam inueniet parem:

Horot. in Od.

Hinc est, quòd omnes tuam velut ex holmo, aut Pithij Apollinis oraculo sententiam submisse exosculantur. Taceo cæteras nobilissimi animi dotes, ne videar solem ostendere (quod ajunt) in meridie. Accipe igitur eâ, qua soles, frontis erugatione hoc qualecumque tibi nexi, & prorsus obærati animi pignus, & meæ æternum servitio tuo addictæ voluntatis monumentum; quod si clarissimo patrocinij tui afflaueris splendore, non dubitem quin & mihi, & Praxi de Iure Lusitano (ut de Tiberio suo Maximus adstruebat) ex hoc fulgore multum inclytæ claritatis accedat.

Val. Max. in Prolog.

Vale, & Nestore felicius

Tibi dextera computet annos.

Dominationi tuæ addictissimus

JOSEPHUS FERREYRA.

PROE-

PROEMIUM.

NIHIL magis in hoc opere celebrare curauimus, quam superflua, & inania resecare, confusionem opinionum effugere, breuitatem, & verã resolutionẽ insectari, nec enim nisi brevis resolutio ad praxim convenit, nã quæ magis pro ingenio disceptãda sunt, scholis dimittimus, & quæ etiam ex Ordinat. tanquã è purissimis juris fontibus, pro indubitatis principijs passim, & vulgo habentur, non inculcamus, vt alij inepte fecerunt, sed longe alia graviora, quæ magis vtilia, & ad praxim pro casuum frequentia necessaria sunt, adjunximus, alij alia si fortè meliora invenerint his addere poterunt. §. 1. *De diuisione totius operis.*

TOtum igitur hoc opus in quinque versabitur, & ad imitationem Ordinationum Regaliũ in quinq; libros dividitur, nã sicut corpus humanũ, quod secundũ Philosophum brevis mũdus dicitur, quinq; sensibus regitur, & gubernatur: ita hujus reipub. regimẽ, & gubernatio in quinque libris rectè nititur, est autẽ iste numerus laudabilis, optimus, & Portugaliæ nationi memorabilis propter quinq; quinas, quæ in scuto Regio in signũ admirabilis victoriæ à Rege Alfõso de Mauris adeptæ Regi divinitus datæ in hoc Regno huc vsq; sunt, & in æternũ permanebunt. In primo libro de personis in judicio necessarijs agã: sunt enim personæ rebus digniores, *l. 2. ff. de stat. hom.* In secundo de praxi Eccles. In tertio de Seculari judicio, in quarto de requisitis actionũ, & de earũ responsionibus, in quinto de ordine procedendi in causis criminalibus tractabimus, quæ omnia multis decisionibus, cautelis, & alijs annotationibus ad praxim, & plerisq; ad Ordinationem interpretationibus exornabimus.

§. 2. *De praxis vtilitate, & necessitate.*

CUm autẽ theorica sit veritatis speculatio, & judicibus, & advocatis necessaria secundũ *Bal. in l. 1. ff. de just. & jur.* quia turpe est patritio, & nobili viro jus in quo versatur ignorare, *l. 2. §. Seruius ff. de orig. jur.* Habenti theoricã perquã necessaria erit practica, quæ applicat *ll.* ad casus occurrentes, in quo cõsistit legũ uirtus l. non solũ. *§. qui primipilo. ff. de excusa. tut.* Et ista adaptatio, seu practica est intellectrix legũ secundũ Bald. *in tit. de fæud. sine culp. nõ amitt.* nã theorica sine praxi digestã solidamq; juris cognitionẽ præstare nequit, vt dicit Pinel. *in l. 2. 2. par. c. 4. n. 2 de rescind.* Et idcirco nulla est gens, nullaq; regio, aut provincia, quæ suã praxim non habeat, præterquã Lusitania, vbi nullus huc vsq; hoc aggredi ausus fuit, fortè præ terrore inuidiæ, quæ maximè hic viget, nihil enim tã eximiũ esse potest, quod nõ pateat aliorũ inuidiæ calumniæ, & obtrectationi, vt dicitur in Ecclesiastes, cap. 4. ibi. contẽplatus sum omnes labores hominũ, & industrias, animaduerti petere invidiæ proximi, quibus verbis ostendit Salomon omnium mortalium opera, quantũuis sint egregia, & honesta, invidiæ & æmulationi esse subjecta, atq; ita docet, quod quantumvis quis excellat virtute, & industria, imo quo magis excellit, eo magis patere aliorũ invidiæ, & obtrectationi, quod sine dubio inter alia hujus vitæ mala est gravissimũ malũ, & quod sæpe homines deterreret à præclaris operibus. §. 3. *Finis hujus operis qualis sit.*

EO autem res nostra dirigitur, & in ea maximè cõsistit, vt quis efficiatur perfectus advocatus, & judex. Nam queadmodum Aristo. M. Tullius, & Quintilianus docuerunt, quomodo quis efficeretur perfectus orator, & scientiã eloquendi in artẽ redegerunt, ita & nos, fauente Deo, juris prudentiam (quæ latissima est) quasi in praxis artẽ redigere conamur; quæ si placuerit (placebũt fortasse aliqua) eorũ gloria Deo omnipotenti tribuatur, cui omnia debentur, & cujus auxilio hæc supra vires nostras (scio enim quam imbellicis sim) aggredi ausi fuimus.

IN GRATIAM PRACTICÆ LUSITANÆ.

GRande Repertorium nuper Castrensius Heros.
Reddidit, eximiæ de exteritatis opus.
Nunc nova causidicæ reddit miracula praxis,
Vtile & judicijs vtilis artis opus.
Utile monstrat iter, quo Lusitania causas.
Decidat, certam jus ad vtrumque viam.
Emite, nam facilem juris prudentibus artem
Præstat, & indoctis aureos iste liber.
Ante Repertorij, praxis nunc jure triumphas,
Pompeum æquabis, jureque magnus eris.
Tunc tua castrensis fient oracula Pauli.
Tunc simul, Emmanuel, Paulus, & alter eris.

Philippus Thomas à Miranda. I. C.

Summa ex Lib. 1.

CAp. 1. Ex quibus per sonis causæ disceptatio constet.
Cap. 2. de Iudicibus hujus Regni.
§ 1. De Senatu Palatij.
§. 2. De Senatu Supplicatitionis.
§ 3. De prouisore residuorũ
§. 4. De Iudice Indiæ.
§. 5. De auditore Basilicæ pub.
§. 6. De præsidibus vrbis, & provinciarum.
§. 7. De Iudicibus ciuitatis
§. 8. De Iudicibus pupillorũ, & proprietatum.
§ 9 judex qualis esse debeat
Appendix 1. De Scriba judiciario.
Appẽd 2. De Distributore
Appẽd. 3. De Examinatore
Appendix 4. De Auditore Militiæ Castellanæ.
Cap. 3. De Actore.
Append. 1. De Aduocato.
Appẽd. 2. de Procuratore.
Cap. 4. De Reo.

LICENÇAS.

POdese tornar à imprimir o Livro de que esta petição trata, & depois de impresso tornarà pera se conferir, & dar licença que corra, & sem ella não correrà Lisboa 15. de Novembro de 695.

Pimenta. Castro. Foyos. Azevedo. Pinna. Diniz Velho.

POdese tornar à imprimir este Livro, & despois tornarà pera se conferir, & se dar licença pera correr, & sem ella naõ correrà Lisboa 19. de Novembro de 1695.

Serram.

POdese imprimir, & despois de impresso tornarà à Meza pera se taxar, & sem isso não correrà Lisboa 29. de Novembro de 1695.

Mello P. Marchão. Azevedo. Ribeiro. Sampayo.

COhæret suo originali, Ulyssipone in Cænobio D. Eligi 1. Martij anno 1696.

Franciscus à San[illegible]

VIsto estar conforme com seu original, pode correr Lisboa 2. de Março de 1696.

Castro. Foyos. Azevedo. Pinna. Diniz Velho.

POde correr, Lisboa 9. de Março de 1696.

Serram.

TAixão este Livro em doze tostois, Lisboa 5. de Março de 1696.

Marchão. Ribeiro.

PRAXIS LUSITANIÆ DE PERSONIS IN judicio necessarijs.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Ex quibus personis totæ causæ disceptatio constet?

1 QVANVIS *tex. in cap.* 1. 4. *quæst.* 4. *& in c. forus de verb signif.* innuere videatur in omni judicio, seu negotio (in quo aliqua disceptatio fit) quatuor personas interuenire debere, judicem scilicet, actorem, reum, & testes. Magis tamen placet de substantia tres tantùm priores requiri, *vt in Regiæ Lusitaniæ constitutione habetur lib.* 3. *tit.* 20. *in princ.* sine quibus frustrà judicium, vel experiri potest, *vt probat Hostiens. in Summa tit. de judiciis*, vnde licet judicium pro discutione, vel processu sumptum variè à Do-
2 ctoribus definiri soleat, crebrior tamẽ definitio est, vt sit actus triũ personarum: *judicis, actoris, & rei* in judicio contendentium secundum *Bald. in rub. ff. de judic. Abb. in rub. tit. eodem col.* 2. quicquid improbet Cagnol. *in l. omnis definitio num.* 37. *de regul. jur. Alciat. lib.* 6. *parerg. cap.* 9. *Maranta de ord. judic.* 2. *part. num.* 6. Nec huic resolutioni obstat text. *in dict. c.* 1. 4. *quæst.* 4. *& in d. cap. forus.* Nam rejectis alijs solutionibus veriùs est dicere necessitate causatiua quatuor personas necessarias esse, de quibus in præd. juribus, at verò de necessitate præcisa, & 3
substantiali tres personas tantùm suprà enumeratas interueniri debere, nam testes non sunt necessarij præcise, sed causatiuè ad effectum, vt actor obtineat, actore enim non probante reus absoluitur *l. actor. C. de probat. c. fin. de jure jurand.* 4
Quò fit judicium, & sententiam sine testibus, & probationibus mero jure teneri *vt probat. Bart. post. Azo. in l. prolatã C. de sent. & interlocut.* & idem repetit *in l. per hanc. C. de tẽpor. appellat.* sequitur *Abb. in c. afferte gladiũ de præsump. Felin. in cap. Ecclesia n* 24. *de constit.* In quo ta- 5
men obiter aduerti debet, dum dicimus judicium esse actum trium personarum, verbum illud, *actum* stare indefinitè collectiuè *secundũ Bart. in l. si pluribus. ff. de legat.* & ita vniuersaliter comprehendere actum judicis, actoris, & rei, nam vnicus 6
actus tantùm non constituit judiciũ *juxta tex. in cap quoniam contra. de probat.* sicut, & illud verbum *trium* exponi solet trium generũ personarũ, scilicet judicis, actoris & rei, secundum *Rip. in rub. in n.* 24. *de judic.* nõ enim congruit, quod singula generum intelligantur, sed genera

singulorum, cum benè possint esse plures litis consortes, nempe plures actores, vel plures rei, *vt in l.* 1. *C. de consortibus ejusdē litis*, & etiam plures judices delegati in eadem causa *cap. Pastoralis de rescript.* Præterea & illud verbum, *personarũ*, comprehendit veras, & fictas personas, nam in judicio Inquisitionis (quod ex officio fit) fama, vel notorietas accusatoris loco habentur, *cap. super his, cap. Inquisitionis de accusat.* De ijs igitur tribus personis, cum suis appendicibus in hoc primo libro nobis sigillatim suo ordine agendum erit. Nam judici appenditur persona illa, quæ causas distribuit, & ille, qui inquirit, & examinat testes, & insuper tabellio, qui acta, & judicis decreta scribit, de quibus nobis sermo erit; Actori vero, & reo appendũtur aliæ personæ diuersæ, vt est Procurator, & Aduocatus, & ideo non incongruũ erit de illis etiam aliqua annotare.

CAP. II. *De judicibus hujus Regni.*

1 CVm tota ciuilis potestas, & jurisdictio penes ipsum Regem nostrum consistat; ab eoque, tanquã à fonte in totius Regni ciuitates, villas, & oppida deriuetur *secundum Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. Ut subditorum cõmodis, & expensis consuleretur, & quia Rex magno labore consumeretur, & esset vltra vires suas, quod sustinere non posset juxta doctrinam *Exod. cap.* 18. *& Deuter. cap.* 1. & sic cõmodiùs Respublic. regeretur, plures & diuersi Magistratus sunt creati, apud quos vnusquisque jus suum consequi posset, frustra enim jus in Republica proditum esset, nisi adessent judices, qui jura vnicuique redderent *l.* 2. *§. post. originem ff. de origin. jur.* est autẽ hoc judicantis propriũ munus, *cap.* 1. *versic. judex* 23. *quæst.* 2. *cap. forus de verb. signif.*

§. 1. *De Senatu Palatij.*

2 IN primis est in hoc Regno Senatus Maximus Regij Palatij, vbi sunt Senatores, qui cognoscunt de omnibus ijs, de quibus Rex ipse cognoscere poterat, exceptis quibusdam casibus, quos sibi Rex reseruauit, & pro eis sunt etiam hodie alij Consiliarij in Curia Madrid, qui lateri Regis continuo assistunt, & pars corporis ejus reputantur *l. jus Senatorum. C. de dignitat. lib.* 12. *l. quisquis. C. ad l. Iul. Majestat.* & Patres conscripti ab Imperatore nuncupantur in *l.* 1. *C. de c[...] duc. tollend.* & in multis Regiam majesta[...]m consulunt, & alia decernunt voce, & [...]vice Principis, ideo ab illis decretum [...]nsetur ab ipso Rege emanari, *l.* 1. *C de officio Vicarij*, atque ob id sedere debent ad latus Regis, non ad pedes, quando fuerint in Consilio cum Rege *secundum Barthol. in l. Iurisperitos. ff. de excusation. tutoris.* Nam prædicti Senatores Senatui Romano adæquantur, & omnia expediunt, quæ in bello, paceq; ad statum totius Regni pertinent, & quales esse debeant remitto me ad ea, quæ de illis tradit Montaluus *in Tractatu, quem fecit de Consilio Regis*, 3
& optimè *Afflictis lib.* 1. *constit. rub.* 45. *& l.* 7. *tit.* 18. *part.* 4. Solet autem Senatus iste remunerare seruitores, & officiales Regis etiam vltra salaria consueta dari de domo Regia, cũ illa semper fuerunt parua, & augmentata talibus beneficijs, vnde faceret injuriã, si ita nõ faceret, & cũ cõmuniter à Regis prædecessoribus in hoc Regno ita fuit factum argumẽto *l.* 1. *§. permittit. ff. de aqua quotid. & æst. & ibi Bartho.* & est ad propositũ *glos. notab. in cap. fin.* 100. *dist* & optimè firmat idẽ *Greg. in l.* 2. *tit.* 9. *p.* 2. *verbo fazer bien.* Et quia prout inquit *Prouerb.* 20. *Clementia Thronus Regis roboratur*, ad quod est etiam illud Virg. 6. *Aeneidos; Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem. parcere subjectis. & debellare superbos*, optime facit amplissimus Senatus pietatem in pœnis moliendis exercendo, vel aliquando in totũ parcendo nã etiã de jure pænas reorum remitti, vel commutari ex causa à sapiẽtissimis sancitũ est, *pro vt notat Tiraq. de pænis in præfat.* & etia[...]

etiam propter merita sua, vel maiorum suorum solet indulgeri, *vt per Cæpol. caut. 3. Tiraq. vbi supra casu. 49. & in l. si vnquam verb. donatio n. 34. C. de reuoc. donat.* Nam ideo dicitur *in cap. 1. quæst. 7. jun. gl. ibi, quod dispensatio, quandoq; est debita*, & Misericordia portio Iustitiæ appellatur *vt inquit Ambros. sup. Ps. 118. Sermon. 8. vers. 20.* Et similiter solet Senatus dispensare super ordinatione, occurrenti præsertim casu, qui si cótineretur in *præd. lege Regia* vniuersali, redderet eam iniquã & durã, *vt adnotauimus lib. 3. cap. 3. n. 3. versic. nam cum*, & sic potest transgredi leges ex causa, *pro vt infra dixi n. 4. ỷ. Imo dicebat Innoc. vsq. ad fin.*

§. 2. De Senatu supplicationis.

4 Est etiam in hoc Regno Regia domus supplicationis, vbi est præcipua mensa grauaminum, in qua cum præfecto Prætorio decem Senatores resident, qui loco Principis jus decernunt, & sic ab eis vltra appellari, vel supplicari non licet, credidit enim Princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad hujus officia adhiberentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus *l. 1. ff. de officio præfecti prætorio* sunt enim supremi in causis Iustitiæ, ideoq; ipsi deuiare possunt à rigore, & solemnitate juris sequentes æquitatem, & veritatem, cum enim hoc liceat Principi, *l. 1. C. de Legibus*, licebit etiam ijs, qui Principis locum tenet *Bartol. in l. Aemilius. col. fin. ff. de minoribus*, quẽ sequitur *Decius consil. 200. ad fin. Aymon. cõsil. 198. n. 7. Roland. consil. 70. n. 23.* quãuis cõtrarium existimet *Menchac. de success. §. 6. n. 4.* imo dicebat *Innoc. in cap. 1. de constit.* quod Iudices maiores poterant ex causa leges transgredi, *sequitur ibi Felin. n. 50 Bald. in l. omnes populi n. 5. ff. de Iusti. & jure. argum. tex. in l. si hominẽ ff. mãdati. vbi Bartol. in fin. ita notat.* præsertim, quando justa causa, quæ superuenit, est ad bonum statum Reipubl. concernens *Salicet. in auth. hodie C. de Iudicijs, ibi Ias. n. 2. idem Ias. in l. 1. n. 3. ad fin. C. de precibus Imperat. offert.* licet in hoc casu tutiùs esset Principem consulere, nisi vertatur aliquod periculũ juxta tex. elegantem *in l. si quis filio §. hi autem omnes ff. de injusto rup. Cagnol. in rubr. n. 58. ff. de officio ejus. sentit Dec. in cap. at si Clerici. §. de adulterijs. col. 7. extra de Iudicijs.* Solent item plerunq; prædicti Senatores, prout debent, decreta, & placita Proregis irritare, si sibi injusta, nec secundum leges prolata videantur, *vti contigit in lite Francisci Paes cum Rodulfo Osorio, Scriba Antonio Guerra, Anno 1610.* tanta enim est auctoritas Senatus.

✠ Item Senatus supplicationis cognoscit in temporalibus de appellatione, & grauamine illatò à prælatis in terris, quas ex Regia donatione habent cum jurisdictione, *arg. Ord. in 2. tit. 1. §. 17.* quod de jure cõmuni firmat *Alber. in auth. statuimus n. 6. C. de Episc. & Cler. Ias. consil. 123 col. 1. lib. 1.* aliàs, si Ecclesia non recognoscat Principem donantem, non valebit donatio *Paul. consil. 70. n. 7. lib. 1. Afflict. lib. 1. const. rubr. 7. n. 29. & 32.* & hanc praxim seruari Franciæ testatur Guill. *in cap. Raynuntius. verb. & vxorem dec. 2. n. 26.* & Castellæ notat Couar. *pract. cap. 4. n. 2.* Imo dicit Gregor. Lop. *in l. 7. tit. 9. part. 1. verb. otros.* non permitti temporalem jurisdictionem prælatis vtentibus censuris, quod etiã antea tradidit Host. *in sum. tit. de sent. excom. § si quis possit D. Anton. 3. part. tit. 24. & 75. ad fin.* Et ratio prædictorũ est, quia Princeps non potest ita terras cõcedere ne ad eum appelletur. *Guil. vbi sup. nu. 24. & Couar. n. 1.* ita vt nec ex præscriptione Ecclesia se tueri possit. *Bald. in auth. quas actiones nu. 14. ad fin. C. sacr. eccles. Balb. de præscrip. 2. p. 5. prin. q. 2. num. 2.* Et potest Senatus absque alia requisitione jubere fieri omnia ad temporalem jurisdictionem pertinentia,

tia, cum Rex semper retinet superioritatem. *glos.* 1 *ad med. in cap. cum causa de offic. deleg.* & ita seruari in praxi testatur Cabed. 2. *par. decis.* 40. *n.* 10. *& tenet Boer. decis.* 8. vbi dicit ita fuisse sæpius judicatum, quem sequitur Cassan. *consuet. Burg. rubr.* 1. *n.* 107. *ad fin. pag.* 82. & pro constanti tenet Auend. *de exeq. mand. lib.* 1. *c.* 5. *col. pen. Greg. Lop. l.* 2. *tit.* 1. *par.* 2. *glos. pro priuilegio*, quicquid contrarium teneat Platea *in l.* 2. *vbi etiam Rebuf. C. de execut. & exact. lib.* 12. Quod si prælati jubeant quod in certis casibus nõ appelletur, erit locus querelæ, vel supplicationi, quia licet tollatur appellatio, non ob id videtur sublata querela, aut supplicatio, quæ directè respiciunt majestatẽ Regiam, vt tenet in praxi Cabed. *part.* 2. *dec.* 40. *n.* 25. addens quod licet sit præscripta instantia appellationis, non videtur præscriptum remedium simplicis querelæ *Auend. de exeq. cap.* 6. *nu.* 2. videndus Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 160.

De Prætoribus Curialibus.

5 SVnt etiam in hac domo supplicationis quatuor Prætores Curiales, quorum duo cognoscunt de causis criminalibus, & duo de ciuilibus in prima instantia in Regia Curia intra ambitum quinq; leucarum, sicut, & olim intra centesimũ miliare cognoscebat præfectus vrbis Romæ. *l.* 1. *ff. de officio præfect. vrb.* qui quidem
6 est idem, quem hodie dicimus, *Corregedor da Corte*, vrbis enim appellatione non Ciuitatem Romanorum, sed locum Curiæ Principis intelligimus, nam, & coram isto conueniebatur Senator *secundũ jus cõmune. l.* 2. *C. vbi Senator. vel clarissim.*

Sunt itẽ duo Iudices patrimonij Regalis, & Regiæ Coronæ, quia differt unus ab alio, tanquam quid privatũ à jure publico, vt in *l.* 3. *§. si ff. de jur. Fisci. Lucas de Pena. in l. quicũq; C. de omn. agr. deser. l.* 10. Et ideo, quod ad jus publicũ pertinet, cognoscit ille de quacunq; violentia illata à Iudicibus Ecclesiasticis, idq; ex usu antiquissimo, & immemoriali, non solùm in hoc Regno apud Lusitanos, sed etiã in tota Hispania, Gallia, Neapoli, & alijs Regnis, & ditionibus Principũ Christianorũ receptissimo, prout testatur Navar. *in c. cum contingat, remed.* 1 *fol.* 146. *extra de rescript. Azev. l.* 2. *tit.* [illegible] *lib.* 1. *Recopil.* Et etiam inter ipsos Ecclesiasticos cognoscit, *vt argum text. in c. pe*[illegible]*mus.* 11. *quæst.* 1. *& alijs, fundat Lucas de Pena, in l. si colonis, quæst. ult. C. de agricol. & censit. lib.* 11. *Avend. de exequend. mandat.* 1. *p. c.* 1. *n.* 32. Non quod Regia, & Catholica Majestas velit, aut intendat in suis Regnis jurisdictionẽ Ecclesiasticam præripere, aut occupare, quæ sibi non cõpetit, sed quasi declaret esse, fuisseque semper de mente Dñ Papæ, ut violentia, quæ aliàs à suis Iudicibus Ecclesiasticis contra jus naturale nobis facta fuerit (nam ita appellari solet, quod ex mandatis Iudicum injustis præcipitur. *l. lege Iulia ff. ad l. Iul. de vi publ.*) siquidem ipse Dñs Papa, procul existens ab omnibus tam cito adiri non potest, per Regem nostrum, & ejus Supremum Iustissimum, & Sapientissimum Senatum tollatur, præhabita illorum reuerentia, vocatione, & summaria cognitione, *vt per Hyp. sing.* 70. *Guid. Pap. dec.* 1. Et ad ita procedendum conueniunt plura, quæ egregiè in proposito pro ista consuetudine adducit Greg. Lop. *in l.* 13. *tit.* 13. *p.* 2. *gl.* 4. & aliæ pleræq; rationes bono publico cõgruentes, quas etiam in id elegãter adnotauit *Couar.* 8
pract. quæst. c. 35. *ex n.* 3. *vers Hic autẽ visus.* Igitur in hoc praxis, & stylus talis est, vt scilicet non semel, sed bis, & tertio literæ expediantur ad Iudicem Ecclesiasticũ, vt vim deponat, quod si ille contumax fuerit (siquidem in personã procedere fas non est) bona ejus profana, veluti mulæ, capiuntur, & famuli, ac seruitores ministerium ei præstare prohibentur. *argum. tex in l. addictos supplicio, vers. verb. vin*[illegible]*cetur. C. de Episc. aud.* & ita decisũ fuit *hoc Año* 1617. Quæ praxis de sumi etiã videtur ex tex. notab. *in l. fin ff. de officio procur Cæsar*[illegible]

Cæsar. vbi ille, qui caret jurisdictione, nihilominus potest injuriosos suis subditis prohibere, ne accedant ad certum locum, & ita practicari Castellæ, quo ad priuationem rerum temporalium vsque ad expulsionem à Regno tradiderunt Ceuallos *in pract. quæst. tom. 4. quæst.* 899.*n.* 173. Auendа.2.*part. de exequend. mand. cap.6.n.* 12. Salzed. *in pract. canon. criminal. cap.* 72. *addit.* 10. Sed apud nos expulsio non fit, nisi consulto Principe. Cæterum quidquid fuerit attentatum per Ecclesiasticum pendente quæstione in hoc judicio, licet postea Ecclesiastico causa remittatur, semper id reuocandum erit, vt per Guillerm. Bened. *Raynutius verb. & vxorem nomine Adelasiam. fol.* 87.*col.* 3. *Gregor. vbi sup. col.* 2. Sed mihi de ijs jam satis, cum rectè sciam D. Gabrielem Pereyra à Castro Senatorem grauissimum, & nostræ ætatis virum admirabilis judicij, & ingenij acutissimum hoc onus, & munus, ex professo suscepisse, qui pro sua egregia eruditione, praxi, & elucubratione præstantius pro rei dignitate tractatum istum perficiet, & ad exitum vsque perducet.

9 Cognoscit item judex iste de donationibus officiorum à Rege factis, *ex tit.* 9. §.6. *lib.* 1. in quo obseruari licet officia parentum concedi eorum filijs plerumque vsu consueuisse, qui ideo deinceps seruari debuerat. *vt in l. fin. C. de injurijs. cap. quàm graue. de crimin. fals. Bald. in l. de quibus n.*10. *ff. de. ll. Menoch. consil.* 51. *numer.* 36. *libr.* 1. Et sicquando extraneis illa concedebantur, in diplomate Regio dicebatur, quia vltimus possessor sine filijs decesserat, nam conuenit filios officialium in eorum concessione extraneis præferri. *l.* 1. *C. de filijs official. lib.* 12. *l. Iubemus. §. ad filios. C. de aduocat. diuers. jud.* Aliàs fieri dicebatur filio injuria secundum *Valasc. consil.* 129. *num.* 13. Idque multo magis, si propter merita, & seruitia illa fuere concessa, nam eorum merces priuilegiata est nimis *capit. relatum.* ibi *seruitij meritum de testament.* & debetur sicut prætium rei emptæ, vt per *D. Thom.* 2.2.*quæst.* 14. *numer.* 1. Sanè merita parentum ad liberos, quoque transeunt, vt eleganter respondit *Cald. consil.* 355. *col.* 2. *libr.* 2. quem sequitur *Socin. consil.* 84. *col.* 3. *lib.* 3. Nam filij remunerari solent apud nos ex parentum meritis. *l.* 3. *ff. de priuileg. veteran. l. nemini.* vers. *filios,* & *l. petitionem. vers. filijs. C. de Aduocat. diuers. judit. Tiraquel. in l. si vnquam. verb. donatione. n.* 40. *C. de reuocand. donat.* Expedit autem bono publico remunerari. *vt obseruat. Pinel. in l.* 1. *C. de bon. mat.* 3. *part. numer.* 62. *vers.* 14. *Greg. in l.* 2. *tit.* 9. *part.* 2. verb. *Fazer bien.* Et comprobat *Iustus Lipsius libr.* 4. *capit.* 8. *Politicorum.* Melius (*inquit. Seneca*) beneficijs imperium custoditur, quam armis, nec Princeps tanta studia assequetur eorum, quibus dederit, quanta odia eorum, quibus ademerit, *vt ait Cicera lib.* 2. *de officijs.* Sed ex aduerso cum Rex possit ista officia possessori adimere, *ex Ord. lib.* 1. *titul.* 98. quidquid *Gregor. in l* 2. *tit.* 10 10 *part.* 2. verb. *mantenerle.* A fortiori poterit ejus filio non dare. *l. multo magis. C. de Episcop. & Cler.* nec de Principis potestate disputare licet, cum de ejus voluntate constet, quia Regis voluntas lex animata censetur, & supra omnes leges est. *l. quod Principi placuit. C. de leg.* & ita decidit Senatus *in lite Sebastiani de Lucena cum Gabriele Correa, Anno* 1618. *Scriba Augustino Rebello.*

Item cognoscet judex Coronæ de reuocatione donationis bonorum Coronæ, talis enim donatio, si lædat patrimonium Regale, quod solet deseruire oneribus publicis, & conseruationi Reipublicæ, poterit reuocari, aut saltim moderari, & interpretationem recipere ab ipso Principe, *prout tradit Costa de patruo, & nepote pag.* 3. *& in l. cũ tale §. si arbitratu* 2. *limit. in fin. ff. de cõd. & demõst.* vti fecit Rex Castellæ circa donationes

Enriquenhas *in l.* 15. *tit.* 10. *li.* 3. *Nouæ Recopilat.* Et similiter Rex Portugaliæ in lege mentali,quæ est in *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. in quibus habetur Principem reuocasse donationes à se factas, & eis modum adjecisse. Quod & fieri posse probat *Rom. consil.* 98. *Palat. in c. per vestras* §. 69. *n.* 14. *de donat. inter.* Nam tale jus procedit in donationibus factis à Principe de patrimonio suo, quod habet tanquã Princeps. Et ideo eas potest reuocare sine injuria donatarij, maximè si per viam legis vniuersalis hoc faciat; secundum Bartoli doctrinã in *l. fin. C. si contra jus, vel vtilit. public.* tũc enim, magis dicitur cessare jus priuati, stante bono publico, quam tolli, pro vt ex communi opinione tradit *Ias. in l. Barbarius Philippus n.* 22. *ff. de officio præt.* Cæterum si talis donatio fuerit de bonis priuatis, quæ Princeps habet, tanquam priuatus, nullo modo Princeps poterit reuocare, quoniam in ijs censetur priuatus, vt in *l. digna vox. C. de leg.* & in eo procedet etiam *text. in l. perfecta C. de donat. quæ sub mod.* prout ita consulendo tenuit. *Bal. consil.* 277. *vol.* 3. *& in l. fin. ff. de Senator.*

Item cognoscit, quo ad bonum publicum Coronæ, de eis, qui maria Indiæ, & Minæ peragrant, atque in illis commercia habent cõtra *Ord. lib.* 5. *tit.* 107. quod juste fieri videtur. Nam hoc proprium jus Lusitanorum est ex præscriptione immemoriali cum titulo concessionis Papæ secundum *Victoriam in relectione de Indis num.* 10. Atque ideo e s interdici possunt commercia *ex l. Sanè.* 14. *ff. de injurijs.* Sicut faciunt Veneti in suo mari Adriatico secundum *Angel. consil.* 190. *n.* 3. *Ias. in l. quominus n.* 41. *ff. de fluminibus*, & Hispani in mari Indico Occidentali *secundum Menoch. illustr. quæst. cap.* 34. *n.* 30. Neque obstat, quod commercia sunt de jure gentium *l. ex hoc jure ff. de Iust. & Iur.* quia respondetur, quod illa ex causa prohiberi possunt *l. mercatores C. de commercijs*: & causa notoria est. Nec etiam obstat, quod præscriptio fuerit inuenta de jure ciuili *glos. recepta in l.* 1. *ff. de acquir. rerum dom.* Atque ideo contra jus gentium allegari non potest *cap. vlt. de consuetud.* Quia respondetur, quod licet præscriptio inuenta fuerit iure ciuili, tamen ab omnibus nationibus fuit recepta *vt asserit Couarruuias in cap. possessor.* 3. *part. in princip. num.* 1. & quod ab omnibus nationibus obseruatur, & recipitur, illud jus gentium appellatur §. *jus autem ciuile vers. quod vero. inst. de jure natural. glos. in l. an inutilis* §. *fin. per text. ibi ff. de acceptil.* Præsertim, quãdo præscriptio est immemorialis, atque ideo nihil mirum si tanquam alterum jus naturale considerari debeat; vt tradit *Molina lib.* 2. *de primogen. cap.* 2. *num.* 21. Nam, & vetustas idem potest, quod Princeps cum causa *Isernia in cap.* 1. *verb. flumina numer.* 8. *quæ sint regalia.* Atque ideo quemadmodum cum causa Princeps potest recedere à jure gentium *juxta notata in l. fin. C. si contra jus, vel vtil. public.* idem potest facere præscriptio immemorialis, quæ est maioris potentiæ, quam aliæ præscriptiones *secundum Abb. in cap. vltim. num.* 35. *de præscription.* & ideo nunquam censetur exclusa *vt late Tiraquel. libr.* 2. *retract.* §. 1. *glos.* 2. *numer.* 25.

Sunt etiam in hoc Senatu Auditores criminum, qui cognoscunt in Relatione per appellationem de causis criminalibus. Item, & judex Chancellariæ, qui omnes expediunt causas cum suis adjunctis, quos nominare solet præfectus Prætorio, *vt per Cabed. decision.* 1. *num.* 5. *libr.* 1.

Et similiter Iudex Fisci, qui cognoscit de bonis, quæ Fisco propter hæresim applicantur, in quo quæstio vertitur, an bona vinculata, & alienari prohibita saltem pro vita possessoris, possint ad Fiscum pertinere? & quamvis partem affirmatiuã tenuerint nonnulli, *quos refert Gomes in l.* 40 *Taur. n. fin. per tex. in l. Stat. florus.* §.

Corneli

Cornelio Felici. ff. de jur. Fisci ille tex nihil probat, quia loquitur, quando bona fideicõmisso subjecta non habent clausulam expressam de non alienando, tunc enim interim rectè potest fieri alienatio, ex Paulo *in l. filius fam. §. diui. n. 7. ff. de legat.* 1. Verior tamen sententia est, quod statim bona pertineant ad sequentem in gradu, vt tenuit *Singura in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari*, & alij quos refert *Gomes sup. Molin. l. 1. primog. cap. 20 n. 9. & probatur ex tex. in l. cũ pater. §. libertis. ff. leg.* 2. constat enim, quod bona prohibita alienari per contractum, prohibentur etiam alienari per delictum, ex tex. *in l. imperator. ff. de fideicommiß. liber.* quẽadmodum ibi facta alienatione serui propter delictum domini censetur impleta cõditio libertatis fideicommissariæ, quæ debebatur in casu alienationis, ex *l. generaliter §. si petitum, & in l. cum quidam. ff de fideicom. liber.* ita in proposita specie, si fiat alienatio propter delictum possessoris, censetur impleta conditio sequentis fideicommissi relicti in casu alienationis ex *dict. §. libertis*. Nec obstat, quod prædicta alienatio per delictum facta videtur necessaria, & ideo non prohibita *ex l. peto §. prædium ff. de legat.* 2. vbi prohibitio est in rem, & tamen alienatio necessaria non censetur prohibita. Respondẽdũ enim est, quod si delictũ est tale, vt ipso jure bona sint confiscata, *juxta tex. in c. cum secũdum de hæret. in 6.* & cõmunẽ, quã resoluit *Bursatus cons. 43. lib.* 1. Eo ipso, quod possessor maioratus tale delictum cõmisit, vere, & proprie fecit actum alienationis voluntariæ, vnde censetur grauatus restituere ea bona sequenti in gradu, ex *dict. §. libertis*, & cum Fiscus succedat in obligationes delinquentis quasi hæres, vt in *l. actione §. publicat. ff. pro socio l. si marito ff. solut. matrim.* consequens est, vt ipse Fiscus teneatur grauatus restituere *ex l. in summa & l. quod placuit. ff. de jure Fisci.* Quod si delictum requirat sententiã, tunc non dicitur delinquẽs alienare, sed judex exequendo sententiam suam, argumento eorum, quæ notantur *in l. à Diuo Pio. ff. de re jud. & in l. si finita §. Iulianus. ff. de dam. infect.* Vnde talis alienatio, tanquam necessaria, nec immediate facta ab ipso possessore, non censetur prohibita, *ex dict. §. prædium.* Si autem iste sequens in gradu sit filius ipsius hæretici, quanuis ille regulariter sit incapax, *vt in l. quisquis §. filij. C. ad l. Iul. majest. cap. statutũ. o 2 §. hoc sanè. de hæret. in 6.* Videndum enim, an sit conceptus, vel natus ante hæresim, quia adhuc tunc non excludetur ab auita successione maioratus ex *tex. in cap. si habes. 24. quæst. 3. cap. non imputantur 1. quæst. 4 & in l. 2. C de liber. & eorũ lib. l. emancipatum. § sed si quis. ff. de Senat. l. 5. tit. 27. par. 2. & l. fin. tit. 31. par. 7.* & fuit sententia *Calder. cons. 3. tit. de hæret. Anan. in cap. vergentis. n. 18. de hæret. Tiraquel. de primog. quæst. 31. n. 9. Siman. de cath. instit. cap. 29. n. 22. Molin. de primog. lib. 4. cap. 11. n. 54. vers. vt cumque Mieres de maior. 2. par. illat. 2. ex num. 5. Quemada de confiscat. quæst. 24.* vbi dicit hanc sententiã esse juri communi conformem, & veriorem, attento jure Regio Affirmat *Gomes 3. tom. var. cap. 2. n. 16. in fin. vers. sed. certe. & ita judicatũ fuit in supremo Senatu Castellæ, me ibi patrocinante super Maioratu de Baylẽ. Año* 1599

✠ Sed dubium est, si tempore denuntiationis alicujus commissi fuit vnus publicanus, qui obijt, vel qui jam recessit ab ipso contractu, & tempore sententiæ fuit alius, cui ejus mulcta, & bonorum publicatio debeatur? Et videtur, quod inspiciatur tempus delicti, & non sententiæ, vt scilicet mulcta ad eum pertineat, cujus erant redditus ipsius locationis tempore delicti, licet post tempus ipsius condemnatio secuta sit. *Tiraq. de retract. cõuent. gl. 4. n. 22. & 23.* Contrarium tamen tenet *Rebuf. in l. 3. C de suscept. & arch. lib.* 10. *Bertrand. cons.* 214. Sed primam opinionem practicari vidi in publicano Gundiçaluo Ferreira.

§. 3. *De Prouisore Residuorum.*

12 PRouisor Residuorum ideo sic dicitur quia prouidet in ijs, quæ ex re defuncti supersũt deducto ære alieno, quasi residua dicantur, quæ reliqua sunt, & quorũ ratio, & expunctio fit: vel Residuorum, ideo sic nominatur, quia agitur de ijs, quæ pertinent ad *leg. Iul. de residuis, vt in l. 2. & in l. 4. §. leg. ff. ad l. Iul. peculat.* Nam in exequendis defunctorum elogijs inquirit Prouisor, si hæres, aut testamentarius pecuniam testatoris in aliquem vsum destinatam retinuerit, aut erogauerit, *vt in l. 4. §. sed & qui ff. ad l. Iul. pecul.* & eorum rationes expungit, idque in loco originis testatoris, vel domicilij, *Syluest. verb. testamentum o 2. v. 5. Decisio Capel. Tholosan. quæst.* 112. Et similiter cognoscit de oneribus pijs, quæ sunt imposita maioratibus, & capellis, *vt in Ord. lib.* 1. *tit.* 50. & §. 1. Sed non poterit cognoscere super dubijs incidentibus in maioratibus, nec si bona possint dari in emphiteusim, similis *Ord. lib.* 1. *tit* 62. § 2. *Valasc. cõs.* 27. quãuis si dubium incidat super legato, vel fideicõmisso relicto, rectè illud decidere posse censuit *Senatus in lite Hieronymæ d'Abreu, Scriba Antonio Cotta, Anno* 1610. Nam, & ideo isti olim de jure communi prætores fideicommissarij dicebantur, qui de fideicommissis lites subortas decidebant, *l. sicubi ff. de cond. & demõst. l. si libertus in fin. de bon. liber. l. 4. in fin. ff. quibus ad liber. proclam. non licet*, & procedunt sũmariè. *Vt in auth. hoc amplius. C. de fideicommissis, dixi lib. 3. cap. 22. n.* 10. Nec quilibet priuilegiatus, quamuis clericus poterit hujus judicis forum effugere, *prout decisum est à Senatu in causa Frãcisci Correa ex oppido de Torresvedras, Anno* 1610. *Scriba Iorgeo Penaluo, quæ decisio fundatur ex ijs, quæ statim dicam.*

✠ In illo autem legato relicto ad capellam constituendam non est judex competens prouisor capellarum ante illius constitutionem, sed post; antequam enim cõstituatur, erit Iudex. Prouisor Residuorum super adimplendo illo legato. *Ita censuit Senatus in causa, quæ habebatur coram ecclesiastico Prouisore residuorum.*

§. 4. *De Iudice Indiæ, & Minæ.*

SIcut & olim apud Romanos erat præfectus prætoriorum Orientis, qui inter alia de nauicularijs r[illegible]tionibus, siue de transuectionibus cognoscebat, *vt in l. vlt. C. de officio perfect. p[illegible]or. Orient.* sic & similiter Iudex iste apud nos cognoscit etiam de vectura, siue transuectione, quam de stylo facit illico deponere cum juramento actoris *Ord. lib.* 1. *tit.* 51. *§.* 5. Dũmodo non sit ex naui Regali, quia merces ejus vecturæ, antequam nauigationem incipiat, semper solui consueuit. Cæterum reus excusabitur à deposito dando pignora, quæ tamen, si pars instet, vendi statim solent, sine eo, quod expectetur sententia *vt decreuit Senatus in lite Emanuel Gomes Galego. Anno* 1618. *Scriba Mart. Alphonso de Auiz.* Nõ tamẽ cognoscit de assecuratione merciũ, quæ veniunt ex India secundum *Cabed. arest.* 79. 1. *part.* Nec poterit expedire literas citatorias, vt compareat aliquis in Curia ex Prouincia Brasilensi, *vt per Cabed. styllo vlt.* 1. *part.* nisi reus asportasset merces ex hac ciuitate creditas, & promisisset earum pretia hic restituere, *vt cẽsuit Senatus in lite Balthasar Pereira cũ Balthasar Velho, Scriba Felicio Rodrig.* Et licet posset ipse solus decidere diffinitiuè omnes causas criminales. *§. vlt. eod. tit.* tamen acta processus super morte commissa in India, tenetur remittere ad Præsides Curiæ, *vt decisum fuisse testatur Cabed. Arest.* 22. 1. *par.* An 14
autem priuilegiatus, veluti scholaris, aut Senator super actione rerum Indiæ poterit judicium istud declinare, decreuit Senatus, quod non *in [illegible] Francisci Caldeira, Scriba Felicio Rodriguez, Anno* 1605. & cõprobari potest ex doctrina Angeli *in l.* 1. *C. vbi, & apud quem,* vbi scribit

scribit, quod si statutum dicat, quod solus Capitaneus cognoscat de adulterio, alijs censetur adempta jurisdictio *sequitur Felin. in cap. pastoralis, col. 2. vers. limita. 3. de officio ordinar. Menoch. lib. 2. praesumpt. 18. n. 13.* quanuis, quando duo priuilegia concurrunt, vnum rebus, & aliud personis concessum, illud dicitur magis speciale, quod conceditur personae *secundum Bald. in l. vnica §. vbi autem C. de cad. tollend. & in l. 1. quaest. 3. ff. de officio consul.* Sed in hoc casu praeualet jurisdictio Judicis, qui est datus rebus, vnde in eis, nec ex consensu partium alia jurisdictio prorogari potest, nec acta, & sententia valida erunt, *prout judicauit Senatus in causa Episcopi de Cabo verde cum Simone Rodriguez Mantua, Anno* 1604. *Scriba Emanuel Fernandes Lamego.* Inde fit, quod licet reus possit reconuenire actorem coram eodemmet judice, apud quem ipse postulauit, & ipse judex ab actore recusari minimè possit, *vt dixi lib. 3. cap. 8.* tamen si actor reconueniatur de rebus Iudicis coram alio judice, non tenebitur respondere ad reconuentionem, & illa ad istum remittenda erit, *vt notabiliter probari potest ex decis. tex. in Ord. lib. 3. tit. 33. §. 5. in fin. & idē voluit Bart in auth. & consequenter n. 6. & 19. C. de sentēt. & interlocut. omn. Iud.* Et similiter quanuis auctor quantumuis priuilegiatus sequi debeat forum ejus, à quo nominatur ad sui defensionem, *prout dixi lib. 3. cap. 5. n. 8.* tamen, si lis sit super rebus Indicis causa ad istum remittetur. Vnde nec etiam sententiam hujus judicis potuisse in alio foro executioni mandari censuit Senatus *in lite Antonij Laurentij cum Emanuele Martins, Scriba Felicio Rodriguez, Anno* 1605. Cauebis autē, quod Iudex iste non erit competens super rebus alterius Indiae Occidentalis, quae est in ditione Regni Castellae, *prout decreuit Senatus in lite Didaci da Barreyra contra Ludouicum de Palma, Scriba Emanuele Fernandes Lamego, Anno* 1607.

§. 5. *De Auditore Basilicae publicae vulgo* Ouuidor de Alfandega.

AD exemplum populi Romani, vbi Plures praetores creatos fuisse constat. *l. 2. §. deinde cum placuisset ff. de origin. jur.* Quorū alij erant vrbani, qui causas ciuium decidebant *l. 1. ff. de rebus eorū* alij peregrini, qui de peregrinorū litibus cognoscebant, *vti extat in l. si oleum §. haec ff. de dolo,* ita apud nos praetor iste designatus fuit ad causas peregrinorum mercatorum, & nauigantium, qui merces ad basilicam publicam transuehebant, & ideo ille de plano, leuato velo mercedem transuectionis deponere compellit, *vt in Ord. lib. 1. tit. 52. §. 12.* quam tamen duobus modis limitari, & declarari vidi. Primò, vt si reus intentet exceptionem declinatoriam fori, interim dum pēdet quaestio incompetentiae, non teneatur reus deponere, *decisū fuit à Senatu. Anno* 1607. *in causa Hieronymi Freyre cum Antonio Martins, Scriba Petro Carualho.* Secundò, vt si reus nominet bona, in quibus executio fiat, nō erit carceri detrudendus, 16 quantūuis in pecunia depositū non fiat *ex generalitate tex. in Ord. lib. 4. tit. 76. & §. 1.* quae non reperitur limitata & sic generaliter intelligi debet *l. 1. § generaliter ff. delegat. praestand.* Nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus *l. de pretio §. 1. ff. de public. in rem action.* Nec obstat praedict. *Ord. in §. 12.* quia respond. quod illa non jubet procedere ad capturā, sed tantū, vt non audiatur reus sine deposito, & cum sit correctoria, & contra jus, non debet extendi ad casum capturae, in quo non loquitur *l. si vero §. de viro ff. solut. matrimon.* Vt autem extensio fieret in illo casu, necessario requirebatur specialis limitatio praedict. Ordin. *vt in simili arguit I. C. in l. patri. ff. si à parent. quis fuer. manumis.* Item licet Auditor possit cognoscere de scriptura, in qua quis foro suo renuntiauit *secūdū Ord. lib. 1. tit. 52. §.*

Quia

Quia tamen in tali renuntiatione pars nominatim se submiserat foro Præsidis Curiæ, & via ordinaria ex scriptura agebatur, declinatoriam admitti ab Auditore jussit Senatus *in causa Mariæ de Resende contra Ludou. Bulhão, Scriba Andrea Ribeiro, Anno* 1617.

§. 6. *De Præsidibus vrbis, & Prouinciarum.*

17 SVnt etiam in hac Ciuitate duo Præsides vrbis, qui cognoscunt de causis ciuilibus, quorum judicium est diuersum ab alijs judicibus ordinarijs in multis *secundum Cabed. arest.* 27. 1. *part.* & quãuis sint duo, vnum tamen censetur, & quod vnus jubet, alter non vetat, nam, & vnus aliquando cognoscit, & alter decidit *ex l.* 1. *ff. de consulibus.* Et alij quatuor separatim cognoscunt de criminalibus *vt in l. solemus §. latrũculator ff. de Iudic.* Quãuis,
18 si in criminali quæstio incidat ciuilis, poterunt de ea cognoscere, *prout DD. in l.* 3. *C. de judic. Bartol. in l. interdum §. qui furẽ ff. de furtis, & est communis secundũ Hyppol. consil.* 115. *n.* 19. sicut, & similiter judex causarum ciuilium secundum communem potest cognoscere de criminali incidenter *per tex. in l.* 3. *C. de condict. ob turp. causam, & l. nullum C. de testibus.*
19 Præsides autem prouinciarum in prouincijs jus dicunt, sicut olim proconsules, qui in prouincias mittebantur *l.* 1. *ff. de officio proconsul.* idẽ in prouincia gerẽtes, quod, & consules in vrbe *l. de omnibus, & sequẽti. ff. de officio præsid.* & ad illos poterat appellari *l.* 2. *qui, & à qq.* in Regno Castellæ vocantur *Adelantados,* cognoscũt enim etiã per appellationẽ *l.* 15. *tit.* 4. *l.* 3. *Rec.*

§. 7. *De Iudicibus à Consistorio Ciuitatis creatis.*

20 LIcet jure communi controuersum esset, an isti ordinariam habeant jurisdictionem? verius est, quòd sic *secundum Paul. in rubric. ff. de officio Asses. Curt. Iun. in rubr. ff. de officio ejus, quidquid ibi velit Alex. n.* 3. *&* 4. *idẽ tenet Auendan. de exeq. mand.* 1. *part. c.* 3. *n.* 2. Vnde quanuis 21
quilibet eorum judex suam sententiam exequi possit in ijs, quæ subsunt suæ jurisdictioni absque vlla appellatione, superior tamen poterit cognoscere, si pars dicat sententiam nullam, nam licet quis prohibeatur appellare, admittitur tamen supplicatio de nullitate causæ *Ias. in l.* 1. *nu.* 6. *de just. & jur. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere. n.* 33. *vbi resoluit cõmunem* Item styllus est apud istos, vt impedimẽta aduersus eorum sententiam diffinitiuam admittantur in ijsdẽ actis, sine eo, quod in Chancellaria pars teneatur illa ponere.

§. 8. *De Iudicibus pupillorum, & proprietatum.*

DE duobus hîc quæri potest? Primò, 22
an jurisdictio, quæ his judicibus cõcessa est respectu certarum personarum, vel rerum, videatur adempta ordinarijs? Quam quæstionem disputat *glos. verb. deue fazer justicia in l.* 24 *tit.* 9. *par.* 2. *Corn. consil.* 76 *n.* 11. *lib.* 1. *Afflict. dec.* 41. *Felin. in cap. pastoralis n.* 8. *de officio ordin. Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 17. *dixi sup. n.* 14. Secundò, an illa jurisdictio, quæ limitata est, possit ex partium consensu prorogari *De qua Cabed. decis.* 22. *n.* 5. *lib.* 1. *Valasc. consul.* 27. *n.* 5. *in fin.* Sed & judices pupillorum olim tutelares dicebantur. *l.* 1. *& l. Tutores ff. de confirm. tut.* & possũt trahere ad suum forum pupillorum debitores, etiam si in regno Castellæ morentur *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 87. *§.* 45. *decisum fuit in lite Ioannis Godines cõtra Didacũ Pereyra, Scriba Balthesar Fernandes, Anno* 1607. Nã lex semper aliàs vberius, & pleniùs subuenit pupillis, quã alijs, *vt constat ex tit. C. quando Imperator inter.* & id ipsũ constat ex legibus Diuinis, & naturæ, quibus hi sunt comendatissimi, quas refert. *Tiraq. de jure constit.* 3. *p. lim.* 30. *num.* 30.

Illud

Illud hic addam, quod cum pater nominasset filijs suis fœminam tutricem, illa exclusa fuit ex text. *in auth. matri, & auiæ.* per argumentum ab speciali, & quia fœminæ ab omnibus officijs excluduntur *l. fœminæ ff. de reg. jur.* juncto tex. *in Ord. lib. 1. tit. 87. §. 1. ibi pessoa, que por direito o pode ser,* per quæ[...]ura *ita judicatum fuit in causa Leonoris Mendes de Brito, Anno* 1637. Iudices autem proprietatum cognoscunt de seruitutibus, & ædificijs, etiam si illa sint Ecclesiastica, *vt per Cabed. dec. 152. n. 3. 1. part.* nec tamen de illarum violentijs *secundum Cabed. arest. 5. 1. part.* quod est notādū *per Ord. l. 1. tit. 68. §. 22.*

§. 9. *Iudex qualis esse debeat.*

23 IN primis Iudex debet esse incola hujus Regni Portugaliæ, idque ex vsu, & consuetudine receptum esse constat, ideoque sententiam, in qua D. Belchior de Teue incola Castellæ votum præstiterat nullam postea declarauit Senatus *in processu Antonij Carualho Tinoco, Scriba Petro de Morim, Anno* 1617. Ac quidem recte, quia magnum præjudicium nostratum causæ fit, si illa per exterum judicetur *cap. fundamenta §. digne. de elect. in 6. ibi quæ indolis nota dispendia intulerunt. cap. peregrina. cap. leges. cap. vnaquæq; 23. q. 6* nec item vllum maius malum in repub. esse potest, quàm si illa per exteros administretur, *vt notat D. Thom. 1. 2. q. 105. artic. 1. ad 2. Ancharran. cōsil. 339. n. 9. & probatur in l. in Ecclesijs C. de Episc. & cler. l. vnic. C. non licet habit. Metrocom. l. 11. cap. nullū cap. obitū 16. dist. cap. bonæ vers. intelleximus. depostulat. præd. ibi, nec vellemus ei præficere alienū, per quæ, & alia ita resoluit glos. in c. cum inter. 21. verb. aliā. de elect. & plures refert Couar. pract. cap. 35. n. 5. Greg. in l. 1. tit. 11. verb.* de los suyos, *& in [...] tit. 18. pat. 2. verb.* de fuera *Dueñas reg. 202. Burg. in l. 3. Taur. 1. par. n. 374. & in hoc Regno ita prouisum est in*
24 *lib. 1. tit. 1. ibi* nosso natural, *& in Regno Castellæ l. 2. tit. 3. lib. 7. recopil. & in Regno Franciæ in constitutione, quam refert Rebuf. 2. tom. constit. tit. de liter. natur. glos. 2.* Nisi natus in alio Regno sit filius ex nostro incola, & originario, qui regis muneri ibi fuisset astrictus, *vti decisū extat in causa Comitis de Salinas Anno 1614. ex Ord. lib. 2. tit. 55. §. 2.* Imo quanuis ille nō ob causā Regis, sed ob homicidiū quod hic cōmiserat, si in aliud se contulisset, quod ejus filius ortus, vt noster naturalis, nō excludatur, sed admittatur ad officiū declarauit Senatus *in causa Martini de Sousa Sampayo, Scriba Duardo Correa* quod est notabile ad *præd. Ord. §. 3.*

Deinde ex consuetudine Regni, *lib. 1.* 25
tit. 93. §. 1. requiritur, quod Iudex sit vxoratus, forte vt sic euitetur cautela *Bart. in l. si filius fam. §. Iudex. n. 13. ff. de Iudic.* Vel quod magis credibile est, ne ipse sane Imperij potestate efferatur, & mæchus fiat. Quanuis propter fœminarum auaritiam, quod nō foret vxoratus, melius putauit Vlpian. *in l. 4. §. profisci. ff. de officio proconsul.* nè videlicet ipsi sua immodica rapacitate, & auaritia prouinciales dispolient, cujus tamen rei originem si quis scire desideret, legat *Cornel. Tacitum lib. 3.* Sed prædict. Ordin. (qualis sit) intelligenda est in principio, secus vero in substituto, *prout censuit Senatus* no officio da Almotaceria de Euora. *Scriba Emanuele Coelho, notauit Cabed. arest. 96. 2. part.*

Item Iudex debet esse mansuetus, & 26
boni sermonis erga venientes coram eo litigare, nam per nimiam judicis sæuitiam priuatur judex jurisdictione, *vt in l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. jur.* debetque esse diligens in expediendis negotijs, nam officialis propter incuriam, & negligentiā officij punitur *l. 2. C. de condit. in horreo pub. lib. 10.* mulctaturq; in amissione salarij. *l. judices C. de annon. & tribut. l. 10.*

Præterea *ex prædict. Ord.* judex debet 27
adimplere ætatem 25. annorum; quia ante hoc tempus non dum sit huic ætati plenum rationis judicium, atque consilium,

vt dicit

vt dicit Arist. Politicor. 1. *cap. vlt. & l.* 1
de minor. asserit fragile esse, & infirmum
hujusmodi ætatis consiliũ, vnde necq; in hoc
casu sufficit veniam ætatis impetrasse, ni-
si in rescripto veniæ ejus rei mẽtio fiat, *v-
ti notat. in l.* 2. *C. de restit. min.* Rationẽ
28 ponit *I. C. in l. ad rempublicam ff. de mu-
ne. & hon. l. non tantum.* §. 1. *ff. de decu-
rion. Cald. in l. si curatorem, vers. hunc cõ-
tractum à num.* 41. Quid si minor habens
jurisdictionem possit nominare audito-
rem, qui suo nomine justitiam exerceat?
29 Videtur, quod non, quia is illam exercere
non potest, & auditor habet jurisdictio-
nem ab eo *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. Cæterũ cõ-
trarium, quòd possit videtur verius, quia
illa præsentatio auditorum consistit in fa-
cto, cujus est capax minor *ex ijs, quæ Ga-
ma tradit decis.* 14. *Cald. sup. verb. læsis n.*
78. *& de nom. quæst.* 4. *n.* 7. *fol.* 32.

30 APPENDIX I.

De Scriba judiciario.

Qvanvis in instrumentis à se confi-
ciendis tabellio publicus teneatur
31 ponere duos, aut tres testes *vt in auth. de
tabellion.* §. *illud quoque collat.* 4. in actis
judicialibus non esse necessarios probat.
*l. in donationib. C. de donat. & firmat glos.
in cap. quoniam contra. verb. viros. in fin.
de probat sequitur Bald. in rubr. C. de fid.*
32 *instrum.* cõmunem dicit *Dec. in dict. cap.
quoniam contra. n.* 19. Quod tamen fallit
in actu præjudiciali, quia tunc ille actus per
subscriptionẽ patris, aut eo nesciente scri-
bere, duobus testibus firmari debet: *dixi
lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 75. *vers. quibus addes.* Nec
enim ei aliàs creditur, *vt tenet Lapus al-
legat.* 81. *Ruyn. consil.* 126. *col.* 2. *n.* 3. *vol.* 4.

Item scriba judiciarius non debet da-
re certificationem, nisi de ijs, quæ in actis
habet, nec enim ei de alio extrinsecus cre-
di debet, *vt probat tex. & ibi Abb. in c.
quoniam contra nu.* 8. *de probat. Mascar.
de probat. concl.* 1101. *n.* 3. vbi ex eo infert
ad plures quæstiones in praxi.

APPENDIX II.

De eo, qui acta processus distribuit. 33

In Regno Castellæ non est in vsu hoc
officium, & in maioribus tribunalibus,
& supremis consilijs hoc munere fungi-
tur eorum præses, vel præfectus prætorio
quoad distribuendos processus inter Se-
natores, atque ita sæpe fieri debuerat in
hoc Regno, pendet enim totum bonum
publicum justitiæ à distributione, nec e-
nim cogitarunt Reges Castellæ alicui es-
se confidendum negotium tanti ponde-
ris, & momenti, nisi personæ tali, qualis
est præfectus prætoriæ, qui eligit, & no-
minat judices, quibus negotia expedien- 34
da committit. Nam solet ille in ijs distribu-
tionibus considerare aliquando qualita-
tem causæ, si illa est ardua, & difficilis, &
dubia, & tunc doctissimo eam committit
argum. l. 2. *ibi, pro causæ qualitat. ff. de re
jud.* & solet inspicere conditionem perso-
narum, subtilibus enim, & doctis subtiles
causæ sunt cõmittendæ, *vt per DD. in cap.
statutum de rescript. in* 6. *Rebuf.* 3. *tom.
tractat. de Inquisitoribus glos. vnic. n.* 18.
Deniq; hoc modo, quod magis necessariũ
est, euitatur magna occasio corruptelæ,
& amicitiæ. Vnde postea quã hæc scrip-
simus, & illa inter alia Majestati Regiæ
aduertimus *Anno* 1612. optimo consilio
decretum fuit coram Cancellario distri-
butionem fieri, vti moris est in auditorio
Rotæ, *secundum decis. Rotæ* 362. *Matiẽ-
so in dialo. relator. cap.* 5. *n.* 3. Cæterũ quo
ad distribuendos processus inter scribas
ex multis causis hoc officium vbique con-
uenit, inter quos æqua fieri debet distri-
butio, *vt in l. in sacris. vbi Lucas de Pen-
na C. de proxim. Sacr. scrinio. lib.* 12. Et 35
quia nonnulli callidè subterfugiunt distri-
butionẽ ad faciendam litem in contumacia
cautè faciet reus, si petat moneri actorem,
declaret, coram quo notario actio sit pro-
posita, aliàs sibi præjudicium non fiat. Quod
si mutato scriba propter suspitionẽ, iterũ
fiat distributio in alio scriba alterius virgæ
nõ ideo mutatur judex primus, *vt censuit
Senatus*

Senatus in lite Georgij de Aldana cũ Simone Roderico, Scriba Emmanuel Gutierr. Anno 1610. quo ad praxim notandum est.

APPENDIX III.

De testium examinatore.

36 Receptio testium, & eorum examen non committitur in hoc Regno solum tabellioni, sed alio viro probatæ fidei præsente, qui inquirit, & testes examinat, persona publica, & adhoc deputata, idque apud Lusitanos dumtaxat in vsu est, *prout tradit Couarr. lib. 2. var. resolut. c.* 13. *n.* 10. & meritò, nam de jure testes ab ipso judice examinandi erant, *vt dicit glos.* 1. *in auth. sed judex. & ibi Salicet. C. de Episcop. & Cler. Bald. in l. si quis testium n.* 1. *C de testibus, Bartol. in l. admonendi n.* 42. *ff. de jure jurand.* Vt igitur ille rectiùs
37 suum officium gerat, in primis recipere debet à teste juramentum, antequam ille deponat, nec enim sufficiet, si postea juret, *Boer. decis.* 259. *Couarr. sup. n.* 2. nisi in
38 continenti absque vllo interuallo juramentum præstet *Tiraquel. de retract.* §. 1. *glos.* 5. Deinde de generali consuetudine de ætate interrogare debet, vt judici constet, an testis, quamuis maior deponat de ijs, quæ vidit in pupillari ætate, qui ita ido-
39 neus non erit *Mascard. conclus.* 1253. *n.* 11 Item tenetur inquirere à teste de ratione sui dicti, nec enim debet esse contentus, quod testis deponat per verbum *scire*, sed quod reddat rationem suæ scientiæ, *vt in Ordinat. lib.* 1. *tit.* 85. §. 5. quia istud scire est ambiguum, quod potest intelligi *scire*, quod vehementer opinatur *juxt. glos. in l. Pantonius. §. rei perduellionis ff. acq. hæred.* nec testis ita deponens probat, *secundũ Bald. in cap. fin. de juramen. calũniæ, quamuis ab eo pluribus fundamentis discca[illegible]n l.* 1. *ff. si cert. pet.* cui opinioni alias rationes assignando adhæret *Socin. reg.* 497. *vers.* 5. *fallit.* Vnde caute facies si in ijs, quibus testis sine causæ ra-
40 tione non probat, (*quæ cumulat Mascard. cõclus.* 1375) impetres diploma Regium, vt concedatur testem iterum interrogari, & repeti de ratione etiam post publicatione, quod fieri potest *ex cap. per tuas de testibus*, idque expensis examinatoris, qui omisit à teste rationem exigere, quia omittendo interrogare, quæ sunt sui officij, præsumitur causa malitiæ fecisse *Rebuf.* 3. *tom. ad ll. Gallicas, tit. de inquisitoribus. glos. vnica art.* 17. Item debent secretè, & sigillatim examinari, ita quod v- 41
nus non sciat, quod alter dicit, nec ipsa pars intelligat, *vt in cap. venerabilis de testib. gl. in c.* 2. *verbo. audire, extra eodẽ Rojas singul.* 188. de generali consuetudine ita seruari testatur *glos. & Bart. & l. si quando. C. de testibus. Marcus decis.* 100. Item debet quærere de sanguinita-
te, & affinitate, *vt per Mascard. concl.* 42
412. *&* 408. quod dicitur esse de generali consuetudine, quia affines, & consanguinei ad testificandum non sunt admittendi, & tanquam à jure reprobati, prorsus à testimonio repelluntur. *cap. similiter* 3. *q. cap. absens* 0 2. 3. *quæstio* 9. *Specul. tit. de* 43
testibus. §. 1. *n.* 10. *&* 14. Sed qui negauit se esse consanguineum, aut affinem, & in hoc falsum dixit, non tamen per hoc ejus dictum annullatur, *secundum Hyppol. singul.* 76. nec punitur pœna ordinaria falsi, *vt per Auend. in cap. prætorũ* 17. *n.* 29. 2. *p. Castillo in l.* 83. *Taur. ex n.* 10. quãuis aliàs testis in parte verus, & in parte falsus, in totum reputari debeat falsus, *secundum Bart. & communem in l. si ex falsis. C. de transact. Oldrad. consil.* 37. *n.* 1. Itẽ debet 44
examinare in termino, aliàs testis examinatus extra terminum non probat. *vt per DD. in cap. licet. vbi Imol. n.* 28. *Boss. de oppositione contra testes. n.* 33. *Conrad. tit. de testibus, rubrica de recept. post terminũ n.* 47. Nec in hoc Regno seruatur illa praxis, vt juratus in termino possit examinari post terminum, de qua *Bartol. in l. si quando n.* 3. *vbi Salicet. num.* 8. *C. de testib.*

✠ Item examinator debet interrogare

testem de cognitione partium, si agitur de probando actu, non verò si agitur ad sollemnizandum, vt notatur *in l. vlt. §. sin autem dubium. C. de jure deliberandi.*

✠ Itē examinator debet interrogare de loco, *arg. tex. in l. optimā ff. de contrah. & cōmittend. stipulatione. l. libellus ff. de accusat. §. itē verbor. instit. de inutilib. stipulat. l. in causis. C. de accusat. gl. ordinaria in c. quoniam contra de probat.*

✠ Itē interrogare debet de tēpore, præsertim si testis esset suspectus, veluti si tēpus erat nebulosum, vel clarū, quādo hæc acta fuerunt, & qualiter erant induti delinquētes *Bart. in tit. de re probat. testiū n. 13.*

APPENDIX IV.

De Auditore Militiæ Castellanæ.

✠

45 IN primis miles in omnibus delictis, quæ cōmisserit, remittendus est ad Iudicem Militarē, nam si crimen fuerit militare, id est, commissum in expeditione belli, vel intra mænia, in arce, in castris, in fortalitijs remittendus erit. Non verò si crimen fuerit grauissimum, & cōmune commissum in Prouincia, in Ciuitate non gaudebit miles priuilegio remissionis, sed à Iudice loci plectendus erit *Mastrillo de Magistratibus lib. 5. cap. 216. n. 19. Bobadilla lib 4. cap. 2. à n. 67. vbi dicit ita fuisse decisum per legem partit. & de jure communi Caball. resolut. criminalium casu 294. n. 272.* refert, & sequitur *Giurba cōsil. 59. à num. 97. &* 108. quanuis nōnulli distinguant id intelligendum fore, quando Iudex Militaris non sit præsens in eodem loco, & Ciuitate, vbi miles aprehensus fuit per Iudicem Prouincialem.

Item quidam Balthasar Gonçaluez Miles de San Fray Diego impetrauit precatoriam à Iudice Militari vt Iudex Fisci causam denuntiationis super venditione rerum immobilium contra legē pragmaticam Regiam ad Auditorem Militarem remitteret, in qua dubium fuit an dicta causa remitteretur *ex l. ad Fiscum C. vbi causæ fiscales, & l. 2. C. si aduersus fiscum.* Cæterum pro parte Militis allegabatur, quod in ista causa erat denuntiator, qui detulerat de reo, quod vendiderat prædium contra legem extrauagantem *l. istius l. 17. part. 4.* quæ fuit confirmata per Philippum secundum Anno 1610. & ideo cognitio prædictæ causæ non pertinebat ad judicium Fisci, quia inter priuatos Fiscalis Iudex non cognoscit *l. procurator, C. vbi causæ fiscales:* nisi priuatus priuatum conueniat ex causa, quæ à Fisco pendeat *l. si vendente C. eodem l. si minori C. de jure fisci lib.* 10. Allegabatur etiam pro reo decisio Senatus Portuensis, vbi non fuit adimpleta præcatoria Fisci in causa, quæ agebatur coram Præside Curiali super denuntiatione fugæ, quam arripuerant ex hoc Regno ad Regna extranea inimicorum Iacobus, & Gabriel de Acosta Lusitani ex natione Hæbrica, ad Iudicem Fisci vt remitteretur, quæ decisio lata fuit Anno 1615. Scriba Antonio Sarinho.

Cæterùm si grauamen illorum fuerit Lusitano ab Auditore Militiæ Castellanæ, tunc grauamen venit ad Senatum, 46
vti in Senatu Portuensi receptum fuit *in lite Francisci Portocarrero, & Ludouici Pita, ex oppido de Vianna, Anno* 1610. *Scriba Emanuele da Rocha.* Nam si agatur de incōpetentia juditij, tunc ex mandato Proregis, & Capitanei Generalis fit sessio inter Auditorem, & duos Senatores & quod ibi euincitur pro judicato habetur, & ita styllo seruatur. Quod si Auditor contumax fuerit in remittendo, & reponendo contra *l. 2. C. de officio milit. Iud.* fit consultatio ad Regem, vt *in l. in officiales ibi certiores C. de officio recto. Prouinc.* & si adhuc [illegible] requisitus processerit, quasi contra bonum publicum delinquens capi poterit, *vt tenet Auendan. de exequend. mandat. capitul. 11. numer. 9.* Et ita contigit

cum

cum quodam judice militari Michaele de la plaça à Capitaneo Generali delegato, in Ciuitate Portuensi *Anno* 1603. Et ad id est quod tradit Platea *in l. siue ex Prætoriano C. de executor. & exact. lib.* 12. vbi tenet, quod si delegatus à Principe delinquat in Prouincia, Præses contra eum cognoscet, licet aliàs delegatus maior Præside reputetur: & Montaluus *in l.* 4. *tit.* 7. *fori leg. lib.* 1. *glos. vlt. in fin.* dicit, quod ordinarius potest punire delegatum Principis delinquentem in processu causæ, & abutentem jurisdictione, refert Auiles *in cap. prætor. cap* 1. *verb. mandato. n.* 34. Et idem tenuit Auend. *de exeq. mandat.* 1. *part. cap.* 11. *n.* 9.

CAP. III, *De Actore.*

1 QVoniam in voluntate actoris consistit litem mouere *juxta tit. C. vt nemo inuitus agere*, ideo ante ejus principium illa omnia ab eo attendéda sunt, quæ habentur in *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. § 2. vt sic laboribus partium, & expensis parcatur, & suæ conscientiæ consulatur. Et prius considerabit, coram quo judice reum conuenire debeat, nam actor sequitur forum rei, & coram suo judice reus conueniendus est, *cap. cum sit generale de foro compet.* Qui forus dicitur, vel ratione originis,
2 aut domicilij, *vt in l. juris ordinē C. de jurisdict. omn. judi. Socin. regul.* 15. vel ratione delicti, *vt per glos. in l. hæres absens. §. proinde verb. debebit. ff. de judicijs*, vel ratione contractus, vt quia promisit soluere in certo loco *Ord. lib.* 3. *tit.* 6. *§.* 2. *explicat Bart. in l. quod si Ephesi. n.* 2. *ff. de eo quod cert. loco, vbi Ias. in fin. Couar. pract. cap.* 10. *n.* 3. non obstante quocunque priuilegio, *vt in cap. fin. de priuileg. in* 6. *Cabe.*
3 *arest.* 88. 2. *part.* vel ratione rei sitæ, quæ petitur *l.* 1. *C. vbi de possessione agi oport. Ordin. lib.* [illegible] *§.* 5. per quam declarari debet *l. vlt. C. vbi in rem actio, & cōsonat dic. l. hæres absens cū suis § §. & c. fin. de foro compet.* quanuis transacto anno actor sequi debet forum rei *Ordinat. vbi sup.* §. 6. vbi positum fuit verbum *rei vendicação*, quod non erat in antiqua Ordinat. & sic perperam existimant nonnulli prædict. Ordinat. loqui in casu violentiæ, & contra eos expeditur prædict. *Ordinat. in* 2. *part. & Ordin. lib.* 3. *tit.* 45 §. *pen. in fin.*

Cæterum prædict. regula generalis 4
quæ habet, quod actor sequi debeat forum rei, fallit ex *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 5. quæ dū loquitur de priuilegiatis, intelligenda est, dum ipsi etiam sint in Curia, *vt per Cabe. arest.* 80. 2. *part.* & non sint suspensi ab officio, ratione cujus priuilegium habent, prout seruat stylus *per tex. in l. semper §. negotiatoris, ibi quandiu. & in §. vltim. & ibi Bartol.* 2. *notabil. ff. de jur. immun. & in l. athletæ jun. glos. verb. gentiū ff. de excus. tutel.* Et inter ipsos priuilegiatos enumeratur ibi vidua, quæ trahit ad Curiam aduersarium, quod communis omnium ferè gentium praxis obseruat tam in regno Castellæ, *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. quam in Gallia *Rebuf.* 1. *tom. ad ll. regias. tit. de senten. prouision. glos. vltim. colum.* 4. *& de jure cōmuni. l. vnica C. quando Imperator. Couar. practic. cap.* 5 6. *&* 7. In tantum, vt quanuis actio esset jam incæpta viuo marito, hoc etiam procedat *Ordin. lib.* 3. *tit.* 5. *§.* 3. quod mirum est ex alia *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 1. *§.* 3. vbi clericus qui priuilegiatus est, non potest, vt hæres defuncti ejus jurisdictionem lite ab eo jam incæpta aliquo modo effugere, quæ Ordinat. in praxi planè procedit, quicquid Canonistæ. *quos refert Couar. pract. cap.* 8. *num.* 3. *columm.* 4. *vers. verum, Barbosa in l. hæres absens num.* 129. *ff. de Iud.* Quod viduæ priuilegium ita latissimè interpretatur, vt quanuis maritus renuntiasset suo foro per scripturam, id etiam, quod diximus, sine dubio admittatur, *prout habes in lib.* 3. *cap.* 22. *n* 45. & etiam si ipsa vidua tacite prorogasset jurisdictionem, nam quocunque tempore licet post contestationem potuisset forum declinare, tenuit *Alex. in l. si. per errorē, & in l. si cōuenerit*

ff. de jurisdict. omn. jud. Afflict. lib. 1. ru-
bric. 37. n. 24. in cõstit. Neapol. quicquid
aliud velit Cou. pract. c. 7. in fin. vers. nono
& hoc posuit pro cautela *Bald. ad infrin-*
gendũ processum in d. l. si per errorẽ quẽ se-
quitur Paul. ibi. Nõ tamen puto ita fore,
si ipsa semel consensisset in ordinarium,
vt censuit Senatus in causa Mariæ An-
toniæ cũ Catharina Mõteira, Anno 1604.
Scriba Antonio Guerra, idq; *argum. tex. in*
l. si quis jusjurandum. C. de reb. credit. quo
innixus Bald. in auth. habita. col. 7. vers.
primò dubitatur, in fin. C. ne filius pro pa-
tre scribit, quòd in casibus, in quibus per-
mittitur variatio, intelligitur tantùm de
prima, ita scilicet, vt non liceat iterum vari-
are *sequitur Ias. in l. edita. col. 4. vers. &*
attende diligenter C. de edend. & in l præ-
tor. §. aliquando col. 3. vers. tertiò nota. ff.
nou. oper. nũt. Sed quanuis hoc priuilegiũ
viduæ cõpetat alijs litis consortibus, qui
cõmune jus cum viduis, & pupillis habere
contendũt, si illud maximè est indiuiduum
& connexum, *vt per Bart. in l. 1. C. si in cõ-*
muni, eademque causa. Dolan. de in integ.
restit. cap. 185. *cum sequent.* tamen illud
non cõpetit ijs, quibus actio fuit cessa, e-
tiam si cedens sit consanguineus, *vt per*
Guid. decis. 273. *Speculat. tit. decisio. §.* 1.
n. 9. Nam quicquid non est transmissibile
ad hæredes, nec id quoq; cessibile est *l. ex*
pluribus 43. & ibi Bart. ff. admin. tut. Ti-
raquel de retract. linag. §. 26. glos. 1. n. 46.
8 Item si quis velit agere pro successione
maioratus, ibi agi debet, vbi maior pars
bonorum sita fuerit. *l. si fideicommissum,*
vbi omnes ff. de judic. l. 1. C. vbi de hæred.
agi oport. Tiraq. de retract. linag. §. 36. gl.
3. *n.* 6. Nisi caput ipsius maioratus sit in
alio districtu, tunc namq; quanuis maior
bonorum maioratûs pars sit in alio, lis ad
eum districtum, in quo caput ipsius ma-
ioratus est, remittenda erit *Molina,* vbi
asserit ita judicatum fuisse super comita-
tu de Buendia *lib. 3. de primog. cap. 13. n.*
74. pro quo bene inducitur *l. cum in di-*
uersis locis ff. de Religios. & sumpt. funer.

Item actor non potest litigare sine con-
sensu vxoris super rebus immobilibus ex 9
consuetudine Regni, de qua *Valasc. de ju-*
re emphyt. quæst. 5. n. 6. & quæst. 29. nu. 6.
dicuntur autem ibi immobilia bona pa-
nes ciuiles, *vulgo tenças,* quanuis non at-
tenta ista Ord. *in lib. 3. tit.* 47. acceperim
contrarium fuisse judicatum *in casu Do-*
mini Christophori de Noronha cum Fer-
nando Roderico Castellobranco, Scriba
Fernando Maciel Anno 1588. *ex Bartol.*
in l. sciendum n. 10. ff. qui satisd. cog. Quæ
sententia fuit reuocata in reuisione, nam
annui redditus cõputantur inter immo- 10
bilia, *vt ex Valasco & alijs resolui in ru-*
bric. n. 34. de annon. ciuilibus, vbi etiã re-
manet indubitatum si lis fiat super juribus
Regalibus perpetuo debitis, vxoris cita-
tionem esse necessariam *Cabed. decis.* 35.
1. *part. n.* 2. vbi conciliat duas Ordinatio-
nes inuicẽ contrarias, & similiter in litibus
super possessorijs, & violẽtijs, *vt per eun-*
dem Cabe. decis. 182. vbi etiam conciliat,
& intelligit aliam Ord. quæ prædictæ sentẽ-
tiæ aduersari videbatur. Sed dubium est, an
iste consensus vxoris sufficiat tacitus, vt- 11
pote, si sciat per maritũ litem agitari? Et
quod sic tenuit *Palat. in rubr. §. 68. n. 21.*
de donat. inter. Cujus tamẽ contrarium ve-
rius est cũ hic consensus pro forma requi-
ratur, & lex vlterius procedat annullando
actum, *vt per DD. in l. 1. ff. de lib. & post.*
& quia est solemnitas præter jus commune
Ancharran. consil. 6. & 35. Dec. cons. 262.
& 612. num. 3. vnde expressus esse debet
Ias. in l. 2. §. voluntate n. 9. solut. matrim.
Rom. singul. 712. Soares tit. de las deudas
fol. 58. Dec. consil. 38. col. 3. Saluari tamẽ 12
potest dictum Palatij *in terminis l. filio-*
fam. C. de jure delib. vt per eundem sup. n.
23. *ac per Hippol. singul. 447. Ias. in l. is*
qui hæres. §. vltim. n. 12. cum seqq. ff. acq.
hæred. Vel si vxor aliq[illegible] actũ fecerit,
juxta tradita per Palat. vbi sup. n. 26 fa-
cit tex. in cap. dilecti de appellat. Limita
tamen, si matrimoniũ sit separatum quo 13
ad totum, nam non requiritur mulieris

consen-

consensus, nec mandatum lite mota super immobilibus, *& ita judicatũ refert*
14 *Gama decis.* 357. *& decis.* 182. Cæterum cõsensus, si interueniat quocunq; tempore, conualidabit omnia, quæ gesta fuere *Ord. lib.* 3. *tit.* 63. Nam quanuis, quando consensus pro solẽnitate, vel forma requiritur, debeat in ipso actu adhiberi. *c. auditis. jun. cap. quia propter. de electione Cyn. & Bald. in l. fin. C. ad Macedon. Paul. & Alex. in l. si quis mihi bona. §. jussũ ff. acq. hære. cũ alijs adductis per Tiraq. in ll. connub. gl.* 6. *n.* 3. *&* 41. tamẽ, quãdo priuatim tangit cõmodum consentire debentis, po-
15 test post actũ interponi, *vt voluit Barto. in l.* 1. *§. sed si filius ff. de leg.* 3. *Tiraq. ubi sup. n.* 5. ita vt non solũ à tẽpore ratihabitionis, sed à tẽpore, quo factus fuit, valeat
16 *Bartol. in l. si fundus. §.* 2. *ff. de pignor.* Itẽ actor hæres alicujus, licet censeatur nouus litigator *l. oratione in fin. & ibi Bald. ff. de ferijs* tenetur tamen persequi eandẽ instãtiã à defuncto cæptã, nec potest de nouo litem inchoare *l. si petitor.* 31. *ff. de jud. l. filius* 21. *vers. multò. ff. de inofficioso testam.* & id etiam procedit in successore illius rei, de qua agebatur. *l. in judicio* 48. *ff. fam. ercis. Barto. in l.* 1. *n.* 4. *ff. ad Trebel. vbi Ias. dicit receptum n.* 10. *Molina de Hisp. primog. l.* 4. *c.* 8. *n.* 6. Et idem est in emptore actionis, in quem censetur instãtia, & actio translata cõpetens venditori, absq; alia cessione. *l.* 2. *C. de act. & oblig. l. emptor. & l. penult. C. de hæred. vel act. vend. l. si cum emptore. ff. de pact.* vnde etiam in ijs bonis defuncti, quæ ad vnũ tãtum heredem sunt transmissibilia, in eum solum transit instantia, qua hæres est ejus, quod interest in judicium deduci *l. si operarum. ff. de oper. liber. & in pluribus sententijs Senatus obtinuit cum Rege in causa Christophori de Sousa de bonis Coronæ arg. l.* [illegible] *ff. de vent. inspic tra-*
17 *dit Cabed. decis.* 197. *n.* 10. Limita in fisco successore, in quo speciale est, vt in eum nõ transeat instantia. *l. si constante. §. fin. vbi Bartol. n.* 4. *ff. solut. matr.* ea ratione, quia fiscus habet certos judices, & speciales, coram quibus causæ fisci debeant tractari. *l.* 1. *C. de jurisd. omn. jud. l.* 2. *&* 3. *C. si aduersus fiscũ, & in tit. vbi causæ fiscales,* & ita coram suis judicibus causa denuo agitanda est, quam sententiam dicit communiter receptã *Dec. in cap. quia G. n.* 10. *de jud. & eam probat. Couar. pract. quæst. c.* 8. *n.* 3. *ad fin. Peregr. de juribus fisc. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 11. contrarium tamen tenuerunt cõplures, quos refert Barbosa *in dict. l. si cõstante. §. fin. n.* 18. sed rejectis aliorũ conciliationibus, & alia nimis periculosa, quã ponit idem Barbosa *vbi sup. n.* 20. Vera concordia est, quam praxis hodie admittit, vt instantia transeat in fiscum actiue, & passiue, sed processus in eodem statu, & in ijsdem terminis ad judicem fisci remittatur, *vt in Ord. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 8. & ita practicari vidi *in lite Vasquianes Carrasco, Scriba Iuliano de Goes.* Limita e- 18
tiam in actione, quæ ex peculiari priuilegio actori competit, nam eo mortuo instantia, & judicium perimitur, nec transit in successorem, *in l. si constante. §. fin.* Nam supposito, quod sola vxor potest agere pro dote, constante matrimonio cõtra maritum vergentem ad inopiam, *vt in dict. l. si constante in prin. dicit ille tex. in §. fin.* actionẽ, & judiciũ incæptũ vxore deportata, vel ejus dote publicata finiri, quia talis actio sic priuilegiata ad successorem non transit. *l. quia tale. ff. eodem,* & sic hic est illius tex. verus intellectus, quẽ doctissimus Barbosa ibi non accepit, nec vllus alius, quem ego viderim.

Et similiter lis incæpta aduersus defunctũ reũ transit ad hæredẽ. *l. seruus* 14. *ff. de ijs qui not. infam. l. si eũ hominem.* 34. *ff. de* 19
fidejussor. ita vt, etiã si vnus ex heredibus sit clericus nõ possit judiciũ cæptũ cũ defuncto effugere, *Surd. cõsil.* 122. 1. *tom.* & *dixi sup. n.* 6. Itẽ, & quãuis vnus ex illis hæreditati renũtiasset cõtẽtus certa quadam portione, vt quia vult ingredi religionem, adhuc pro rata portionis, quæ ei remãsit, cõuenire debet. *gl. sing. in l. cõtron. verb. cõuẽ.*

& iterum in glos. vlt. vers. si vero ad med. ff. de transact. pro constanti habuit Senatus in lite Emanuelis Varela cum Monialibus de Oliueira. Scriba Francisco d'Azeuedo, & ad id est etiã not ab. l. filius fam. §. seruis. ff. de petit. hæred. Sed si aliquis ex illis sit absens veluti apud Indos, supersedendũ erit in causa cum alis vsq; quò ille citetur *Valasc. consul.* 38. *versic. cæterũ.* 1. *p.* & personaliter, & non per edictũ, *secũdum Cabed. decis.* 193. *n.* 9. quia omnes citari debent, nisi actor per terminum à se subscriptum consentiat in judicio se nolle habita sententia præjudicare absenti, sed tantum præsenti, *vti judicatum fuisse asserit Valasc. vbi sup.* Et idem, quod de hærede
20 diximus, habet etiam locum in successore ejus rei, de qua agitur, quanvis hæres non sit *l. tam. ex contractibus* 57. *ff. de jud.* vbi instantia cæpta contra filium transit in patrem, qui tamen non est hæres illius *l. qui contra* 12. *& ibi Paul. ff. de fidejuss.* sed tantũ successor bonorum *l.* 2. *ff. de castrens. pecul.* quamvis in hoc requiratur litem esse cõtestatam, *secundum Barbos. in l. hæres absens. n.* 20. *ff. de jud.* Vnde si vnus ex hæredibus rem possideat, super qua agebatur cum defuncto, ille solus citari, & cõueniri debet. *l.* 2. *§. fin. ff. de prætorijs stipul. facit tex. in l.* 3. *§. hæres. ff. cõmodati: cætera vide in lib.* 3. *cap.* 21. *n.*
21 9. Item actor executores testamentarios conuenire potest pro obligatione defuncti, si ipsi ab eo nominati sunt, nullo hærede instituto, quia loco heredũ sunt, *secundum praxim, quam inuitus agnouit Valasc. lib.* 1. *consult.* 68. *n.* 3. vbi dicit ita fuisse judicatum, quanvis illam non jure probarit, sed tantum in causa pia, quando scilicet anima est hæres instituta, vel pauperes Christi, veriùs sit ex Bart. *in l. centurio. n.* 21. *ff. de vulgar.* quam testatur communẽ *Alex. ibi. n.* 78. *& idem consil.* 12. *n.* 9. *lib.* 3
22 *Socin. cons.* 116. *n.* 4. *&* 9. *lib.* 2. *Ruynus cõs* 103. *n.* 5. *& probat. tex. quo Barb. mouetur in c. cũ tibi de testament.* Nã licet ille tex. varios habeat intellectus, tamẽ cõmuniter recipitur intellectus Inocent. ib. scilicet, quòd, si nullo hærede instituto deputentur executores, ipsi censentur hæredes instituti cũ onere distribuẽdi bona in pias causas, idq; fauore piæ causæ, de quo videndus est *Tiraq. de priu. piæ caus. priuil.* 15.

Vltimo adde, quod si actor se absentauerit, potest reus absolui ab instantia. *glos.* 23
in l. properandũ. §. & si quidẽ. C. de judic. l. 9. *tit.* 22. *part.* 3. *Ord. lib.* 3. *tit.* 14. quo casu sententia non erit diffinitiua, sed interlocutoria *juxt glos. recept. in l. horũ. verb. absoluetur ff. de seruit. vind.* & est cõmunis *secundũ Ias. in l. admonendi. n.* 80 *ff. de jur. jurand. Felin. in c. examinata. col. fin. de judic. pro quo est tex. in l. & post edictum in fin. ff. de judic.* quanuis contrariũ scilicet, quòd reus absoluatur definitiuè praxi cõmuniter esse receptum asserit Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 8. *ad fin.* Dicendum tamẽ
est, quòd si reus velit in absentia actoris 24
procedere ad litigationem negotij principalis, prout potest *juxta Ord. lib.* 3. *tit.* 14. §. 1. sententia erit diffinitiua *authent. qui semel C. quomodo, & quando judex*; aliàs erit interlocutoria ab obseruatione
judicij, *vt in dict. l. & post edictum*. In quo 25
notabis in praxi, quod quanuis, perempta instantia per absolutionem, ab obseruatione judicij pereant acta litis, & judicij ordinatoria, vt est citatio, & litis contestatio, non tamen acta decisoria, vt sunt cõfessiones, & depositiones testium publicatæ, quæ faciunt fidem in alia instantia, *vt habetur in l. fin. C. de testibus, Barto. in l.* 2. *ff. judica solui. Rip. in l. is apud quẽ.* 26
C. de edendo. vide infr. lib. 3. *cap.* 3. *n.* 8. Itẽ & effectus producti ex actis ordinatorijs judicij, qualis est interruptio præscriptionis, & vitium litigiosi, & alij, durant etiã perẽpta instantia, *vt in terminis prædict. Ord. tenet gl. & alij* cõmuniter *in l.* 1. *C. de præscript. long. temp.* quo argumẽto dici potest idẽ in jurisdictione delegati, perpetuatur enim ex litis contestatione, aut etiã citatione, *c. relatũ, & c. gratũ de officio delegat.* quod est necessarium scire

prop-

propter nouæ causæ cognitionem, quæ ex integro sumi debet, *secundum prædicta.* Item Actor potest conuenire reum incolam alterius loci in curia, si ibi inueniatur, non solum coram prætore curiali, *vt est in Ord. lib.* 3. *tit.* 3. sed etiam coram quolibet judice hujus ciuitatis Vlysipponensis, *vti practicari vidi in quodam incola de Cascaes, de quo fuit Scriba Valentinus de Acosta* quia locus, & non forus curia dicitur *l.*27 *.tit.* 9*.p.*2.

APPENDIX I.

De aduocato.

27 QVale sit aduocati officium exprimit *I C.in l.*1*.§.postulare ff. de postuland.* illud laudabile appellat Imperator. *in l.*3*.C.de aduoc.diuers. judic.* & honorabile dicit Bald. *in l. inuitus. col.* 1 *C. de procur. Tiraq. de nobil.c.* 27*.n.*11.dicēs aduocatum in honore haberi non minus, quā personas nobiles, & egregias; nam illud reipub. vtile, & necessarium existimat Cabed. *decis.* 214. *& And. Gayl. lib.*1*.obseruat.*43*.n.*3*.&* 4. Et ob id multa à jure priuilegia Aduocato Curiæ fuisse concessa tradit Matiēc. *in dialog. relatorū.* 1*.p.c.* 9*.n.* 6. Et ideo homagiū, quod apud Lusitanos nobili cōceditur, & aduocato Curiæ nō denegari, nec ejus ædiculas metatorum nomine molestari, *vt in l.* 5*.C. de adoc.diuers.*
28 sæpissime decisum extat. Nec item sericas vestes ei interdici, quarum vsus equiti nobili permittitur, declarauit Senatus *ad petitionem Gabrielis Fernandes. Anno* 1610. Nā aduocatus debet esse ornatus bonis vestibus, & talaribus suo officio congruentibus, eoque togati à veste toga dicti sunt, *vt in l. quid quod, & in l. aduocatio. C. de aduocat.* nā aduocati dicuntur sacerdotes. *l.*1*. ff. de just. & jur.* &
29 sacerdotes debent habere vestes talares officio suo congruentes, *cap. pen.* 23*. dist.* Maximè, quia aduocati sūt milites. *l. aduocati. C. de aduocat.* & milites habent militaria insignia, quæ si eis detrahantur, sūt in tames. *l.* 2*. ff. de ijs qui notāt. infam.* Ergo aduocati propter authoritatem personæ,
30 & dignitatem suæ militiæ debēt esse ornati vestibus, ne infamia notentur, & his cum quibus viuunt, se conforment *c. quisquis* 40*. cap. illa* 12*.dist.* talis enim præsumitur qualis inuenitur. *l. apud Labeonē. §.si quis*
31 *virgines. ff. de injurijs. cap. contingat de sententia excōmun.* Vnde non benè videtur dixisse Iustū Lipsiū *lib.*2*.politico. cap.* 11*.fol.* 60. dū contra aduocati officium inuehitur, existimās sine causidicis satis fælices fuisse, futurasque vrbes. Foitè ex eo quia præsumitur, quod multa mala excogitat, censeturque parum conscientiatus *Bald. in l. ab Anastasio.n.* 4*. C. mandati,*
32 ideoq; bonus aduocatus debet litem improbam non suscipere, sed à lite desistere, quandocumq; perpenderit suum clientulum injustam habere causam. *l. rem non nouam. C. de judic. l.*13*.tit.*6*.part.*3.nā te-
33 netur de malo consilio, si fuerit in dolo, *secundū Bart. in l.* 2*. ff. mandat. Ias. in §. omnes. col* 4*.de act.n.* 4. Et si ejus culpa lis protrahitur, punitur per judicē *l. properan-*
34 *dum §. illo. C. de jud.* & si succumbat sua imperitia, vel culpa tenetur ad damna, & interesse, *D.Thom.*2*.*2*.quæst.*3*. art.* 7. Et
35 sic de periculo aduocationis, quo ad conscientiā, & de bonis, & malis nonnulla refert Aze. *in rubr. & l.*1*.tit.*16*.lib.*2*.recopilat.*

APPENDIX II.

De Procuratore.

36 IN primis judex non debet aliquem audire, nisi mandatum ostendat, ne aliàs judicium illusorium fiat, *Bald. in l. exceptionem. n.* 7*. C. de probat. Dec. qui dicit ita esse in cōmuni obseruantia in cap. causam. que o* 1*. n.* 2*. de judicijs.* Nisi sit socius, aut cohæres ratione cōmunionis *l.* 10*. tit.* 5*. part.*3*. l.*2*.C. de consortibus ejusdem litis* aut conjuncta persona ex ijs, quas ponit. *l.* 1*. §. fin. ff. de postuland.* quæ cū cautione de rato admittuntur, tam ad defendendū

quam ad agendum. *l. sed & hæ. ff. de procurat. l. exigendi C. eodem. vbi Ias. 17. modis limitat. ex n. 3.* Nam in ijs, quæ speciale mandatũ requirunt, nõ admittitur conjunctus sine mandato *Barto. & glos. ibi.* vnde caute reus subterfugiet judicium, si dicat se velle deferre juramentum actori, quia non admittetur sine mandato speciali *Bartol. in l. vulgo de in litem jurand.*

37

38 Quæ autem negotia mandatum speciale exigant, refert glos. *in c. qui ad agendũ de procurat. in 6.* vbi 38. causas cumulat *Frãcus*, & 73. *Firmianus in repertorio verb. mãdatũ*, in quibus generale mandatũ non sufficit *Couar. lib. 1. var. c. 6. n. 2* Quamuis mandatum cum libera aliquando habeatur pro speciali. *l. procurator cui ff. de procurat. l. transactionis. C. de trãsact. Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 13. n. 32.* Non tamen in ijs, quæ graue damnum, & præjudicium afferre solent, *vt per Iason. in §. in bonæ fidei. n. 4. & 6. Inst. de act.* quia illa clausula *cum libera* de stylo, & ab usu tabellionis sæpe ponitur *Abb. in c. 1. n. 28. vt lite non constat.*

Item mandatum, si specialiter sit con-
39 cessum ad aliquam litem, & postea in fine dicatur, & ad omnia alia negotia, quæ habuero, non comprehendit maiora, vel grauiora, quàm in ipso mandato sint expressa, imo clausula illa generalis restringitur ex ijs, quæ specialiter dicta sunt, *vt probat tex. in clem. 2. de procur.* ex ratione ibidẽ præscripta, quæ cũ sit generalis restringitur ad exemplum *argumento l. reg. §. & licet. ff. de jur. & fact. ignor. Felin. in c. sedes. n. 3. & ibi Dec. n. 8. de rescript.* Est enim hoc regulare in omnibus dispositionibus, vt clausula in fine posita quantumuis generalis, restringi debeat ad specialiter disposita, *vt in l. si de certa C. de transact. Valasc. cons. 39. 1. p. n. 2. Masc. concl. 1252. de probat.* Nec est nouũ, vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale subjiciat verbũ, quo specialia cõplectatur.
40 *l. si seruus 27. §. inquit ff. ad l. Aquil.* Similiter etiam generalitas mandati nõ extenditur ad exorbitantem, & incogitatum casum. *l. in obligatione generali ff. de pignor. c. in generali de regul. jur. in 6. c. si Episcopus de pænit. & remiss. in 6.* Ex quibus *Alciat. resp. 371. n. 1.* probat quoties mandato damnum ex mandato posset euenire, in dubio pronuntiandum esse nõ subesse mãdatum, nec valere, *censuit Senatus in lite Alfonsi de Spinosa cum Comite de Oliuares Anno 1594.* Quod ex eo confirmatur, quia verba dubia intelligenda sunt contra producentẽ, & fundante se in eis. *l. vete-* 41
ribus ff. de pact. quam sic intelligunt omnes, *vt per Socin. consil. 99. vol. 3. Cagnol. in l. semper in obscuris. ff. de regul. jur.* Imo verba ambigua mandati contra constituentem interpretationem nõ recipiunt, sed potius ipsius assertioni, & interpretationi adhærendum est *gl. cõmuniter approbata in c. petitio in fin. de procurat. sequitur Speculat. & Ioan. Andr. in tit. de procur. §. ratione autem formæ. vers. vbi autem. Hypol. Reminat. in §. 1. n. 121. Inst. de act.* Et hinc etiam est, quòd forma mandati strictissimè obseruari debet. *secundum Alex. in l. fin. C. de neg. gest. & in l. si procurat. C. de procur.* & constitutus ad vnam litem non præjudicabit domino in alijs. *l. 1. §. igitur ff. de exercitor. act. l. procuratorem, & l. maritus C de procurato.* Et illud omne, quod fit præter formam commissionis, aut mandati, est ipso jure nullũ *l. Item eorũ. §. sed si ita. vbi Barto. ff. quod cujusq; vniuers. nom.* nam mandati dispositio inextendibilis est. *l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr.* & qui habet mãdatum ad compromittendum non potest transigere, licet sint vicini actus, & similis. *Ias. in l. transactione C. de trãsact. Alciat in proposito* multa notatu digna tradit *in dict. consil. 371. per tot.* Itẽ Procurator, quãuis litẽ fuerit contestatus, etiam inuitus reuocari potest ex inimicitia. *Ord. l.* 42
3. *tit. 26. §. 1.* quæ intelligẽda est dũmodo si capitalis. *l. filius fam 7. § procuratorẽ ff. proc. gl. in l. post. litẽ, & ibi Paul. ff. eodem.*

CAP.

CAP. IV. *De Reo.*

1 REus an, pendente lite, teneatur alimenta, & litis sumptus inopi litiganti subministrare, quæstionis est? nam *Valasc. consult.* 1. *n.* 6. 1. *p.* tenet quod non etiam in fortioribus terminis. Contrarium tamen præcipue quando lis est inter eos, quibus aliàs de jure naturæ alimenta debētur, & pro eo adsit aliqua præsumptio justitiæ, decreuit Senatus quod sic *in lite Augustini Franco, Scriba Sebastiano Gonçalues de Lima, Anno* 1604. quæ praxis seruatur etiam Neapoli, *secundum Afflict. decis.* 11. *& Galliæ secundum Rebuf.* 1. *tom. ad ll. Galliæ tit. de sententia prouisionis art.* 1. *glos.* 2. *&* Castellæ, *secūdum Couar. pract. c.* 6. *n.* 6. vbi asserit ita in Granatensi prætorio fuisse decisum, *Molina lib.* 2. *de primogen. c.* 16. *n.* 24. *&* 37. *Lara in l. si quis à liberis. §. si vel parens. n.* 44. *ff. de lib. agn.* nec si appelletur à sententia, tenetur victor satisdare de alimentis reddēdis. *Surd. tit.* 1. *de aliment. quæst.* 125. *in fin.*

2 Item reo defuncto, ejus hæredes ex testamento, vel ab intestato citari debent, qui si petierint tempus ad deliberandum, judex pro suo arbitrio debet moderatum tempus eis assignare. *l. si curatoris* 9. *C. de jure deliber.* quod ex praxi terminū decem dierum non excedet, siue ad instantiam creditorū, siue substituti sit datum, & siue ille sit hæres de suis, siue extraneis, *secundum Valasc. consul.* 96. *n.* 7. *&* 8. 1. *p.* quo elapso excluditur hæres ab vtroque modo succedendi tàm de jure prætorio, quam ciuili: quicquid aliud de jure communi asserat *Curt. & Ias. in rubr. col.* 2. *&* 3. *C. de successor. edict.* Quod si lis fuerit inter 3 scriptum hæredem, & venientes ab intestato super validitate testamenti, actor pro suo debito, vel legato potest conuenire vnum ex litigantibus, possessorem scilicet, vel petitorem. *l. fin. C. de petitione hæred. Valasc. cōsult.* 90. *n* 3. *vers. Secūdus casus. Rayn. consil.* 75. *n.* 2. *lib. Lancelot. de attent.* 2. *p. c.* 4. *limit.* 26. *nu.* 7. *notabiliter Bartol. in l. controuersia n.* 7. *de transact.* Item si filius à paternis creditoribus conueniatur, opus est in habilitatione articulare, 4 & demonstrare eum non solum filium esse, sed etiam sui parentis hæreditati se immiscuisse, quia licet jure ciuili filius in potestate sit suus hæres, & necessarius *l. in suis. ff. de lib. & posthum. l. cum ratio ff. de bon. damn.* tamen cum jure prætorio habeat abstinendi beneficium. *§. sui de hæred. qualit. & differentia,* vi hujus beneficij non præsumitur hæres patris, nisi probetur, *ita Accurs. Bar. & alij in l. necessarijs. ff. acq. hæred. & in l.* 1. *C. si. vt ab hæred. se abstineat,* judicauit senatus *in lite Dñæ Antoniæ da Costa cū Antonio Rebelo,* 5 *Scriba Sebastiano Gonçal. de Lima, Anno* 1616. Sufficiet tamen ostendere immistionem per conjecturam aliquam, *prout referendo complures notauit Masc. de probat. conc.* 804. Vel possessor conuenitur ex contractibus defuncti. *l. fin. §. secundum autem. C. de petit. hæred.* Vel per interrogationem filio factam quòd dicat se esse hæredem. *l. si filius à prima, ff. de interrogat. act.*

PRAXIS

PRAXIS ECCLESIASTICÆ

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI circa Tribunalia Ecclesiastica.

LIBER SECVNDVS.

CVM NOVISSIMIS SACRI PALATII DECISIONIBVS, & hujus Diœcesis stylis, nec non sacræ Congregationis declarationibus ad sacrosanctum Concilium Trident. cum multis Summorum Pontificum Bullis.

SVMMA CAPITVM EX LIB. II.

Cap. 1. de vnaquaque jurisdictione. quæ est in hoc Regno penes illius judices Ecclesiasticos.
§. 1. De jurisdictione Episcopali.
§. 2. De Abbatibus.
§. 3. De Capellano maiori Capellæ Regiæ.
§. 4. De Iudice Ordinum militarium.
§. 5. De Archiepiscopo.
§. 6. De Collectore.
§. 7. De tribunali sanctæ Inquisitionis.
§. 8. De tribunali S. Ioan. Ierosolymitani.
Cap. 2. de jurisdictione Ordinarij.
Cap. 3. de jurisdictione delegati.
Apendix de impedimentis aduersus rescripta.
Cap. 4. De quibus Ecclesiast. cognoscat?
§. 1. In qvibus judex secularis cognoscat contra Ecclesiasticos.
§. 2. De praxi in casibus mixti fori.
Cap. 5. De citatione, & monitorio.
Cap. 6. De libelli oblatione.
§. 1. De contumace.
Cap. 7. De reo excipiente.
Cap. 8. De responsione Rei.
Cap. 9. De termino probatorio.
Appendix de positionibus.
§. 1. De testium repulsione.
Cap. 10. De sententia.
Cap. 11. De appellatione.
§. 1. De tuitiua.
§. 2. Appellatio, ad quem vadat.
§. 3. De inhibitione.
§. 4. De attentatis.
§. 5. Appellatio quando non admittitur.
Cap. 12. De executione.
§. 1. De Executore apostolico.
§. 2. De auxilio brachij secularis.
§. 3. De Promotore.

CAPVT I. *De vnaquaque jurisdictione, quæ est in hoc Regno penes illius Iudices Ecclesiasticos.*

1 QVONIAM in hoc lib. tractaturi sumus de praxi Ecclesiastica, prius aduertendum est plures esse judices, pluraque tribunalia Ecclesiastica in hoc Regno distincta, & separata, in quibus eadem ferè praxis conuenit, & generaliter frequentatur. Ideoque sigillatim de illis pauca à nobis, quoad praxim, dicenda sunt. Nam quan-

quãuis jurisdictio ipsa Ecclesiastica principio ex lege Euangelica fluxerit in beatum Petrum, & in ejus successores, *juxta illud*
2 *Ioan. cap. fin. & Matth. cap.* 16. Tamẽ ita illa à Pontificibus commissa est prælatis, vel alijs pro qualitate personarum, & eorũ priuilegijs, vt non posit vnus de subdito alterius cognoscere *c. ita Dominus 19. dist. cap. si Imperator. & ibi glos. verb. discuti. 99. dist. cap futura 12. quæst. 1. c. continua 11. quæst.* 1. & infrà latius dicemus.

§. 1. *De Iurisdictione Episcopali.*

EPiscopi etiam ita priuatiuè habent jurisdictionẽ suam à Summo Pontifi-
3 ce commendatã, vt non posit vnus se intromittere ad cognoscendum de alterius diæcesis subdito *notat glos. verb. & ipsarum, & verb. divino in cap. quanquã de censibus. lib. 6. & probatur in cap. nullus. o 2. 9. q.* 2. vbi Episcopus non potest alterius subditum ordinare, ita nec judicare, tradit Zerolla *in pract. Episcop. 1. part. verbo Episcopus*, & probatur etiã in Cóc. Trid. *session. 6. de Reformat. c. 5. & session. 14. de reformatio. c. 2.* vbi nó licet Episcopis in alterius diæcesi sine expressa proprij Episcopi licentia Pontificalia exercere, *tenet Couarr. in pract. quæstio. cap.*
4 31. *n. 1. Victoria in relect. de potest. Eccl. in fin.* Quilibet igitur Episcopus in sua diæcesi superior est, & jurisdictionem ordinariam habet, *vt in cap. de persona. 11. quæst.* 1. Et sic inquirere, & punire potest adulteria, & reliqua scelera suorum subditorum, tam clericorũ, quam etiam laicorum, quando essent merè Ecclesiastica vel mixti fori, vel quando cognosceret ad pænitentiam imponendam, & peccatũ prohibendum per denuntiationem Euangelicam, aut quando esset notorietas delicti in populo, nã tunc propter negligentiam secularis judicis poterit Episcopus cognoscere, *vt probat tex. si intelligendus in cap. 1. de officio ordinarij*, *quem sic accipiunt ibi Abb. n. 6. Barba. nu. 66. Imol. num. & Alciat. n. 19. & probatur in Concilio Trident. sessio. 14. de reformat. cap. 1. in princ. & cap. 4. ejusdem session.*

§. 2. *De Abbatibus.*

ABbates sũt prælati inferiores Episcopis, qui habent etiam ordinariã jurisdictionẽ in diœcesibus Episcoporum ex consuetudine, priuilegio, vel alio jure speciali, quanvis ipsi consecrati non sint, nec benedicti, dũmodo sint confirmati, *vti probatur in cap. 1. cap. ad hæc de officio Archidiacon. & in cap. cũ ab Ecclesiarũ, & in cap. irrefragabilis de officio ordinar. & in cap. sicut tuus, de simon. & in cap. vt in Eccles. de maior. & obedient.* Quæ jurisdictio cõprobatur etiã in Conc. Trident. *session. 24. de reformat. cap.* 20. vbi approbantur jurisdictiones Decanorũ, Archidiaconorum, & aliorum inferiorum. Et sic quanuis Abbas Alcobatiæ, seu cõmendatarius istam jurisdictionem habet, hodie tamen translata est in ejus Abbatem cõuentualem, & triennalẽ per desistentiã serenissimi Cardinalis, & Regis Henrici confirmatam per Bullas Pij V. & Gregorij XIII. Sed non poterũt prædicti Abbates in diœcesibus Episcoporum exercere suam jurisdictionem ordinariam circa causas matrimoniales, & criminales. Nam propter eorum grauitatem ad solos Episcopos reseruantur, & abbatibus, & alijs prælatis inferioribus prohibentur juxta *tex. in cap. visis. 16. quæst.* 2. per quem text. ita firmat *Abb. Panor. in dict. c. cum ab Ecclesiarum. n.* 8. & speciatim hodie diciditur à dict. Concil. Trident. *session. 24. de reformat. c. 20. versic. ad hæc.*

Item aduertendum est prædictam jurisdictionem competentẽ prædictis abbatibus, & reliquis prælatis inferioribus intelligendam esse eis competere cumulatiuè tantùm, non vero priuatiue ad exclusionẽ Episcopi, ad hunc scilicet effectũ, vt talis inferior illa jurisdictione vti posset, sicut Episcopus, & locus sit præventioni,

quod

quod probatur *in l. fin. C. de jurisd. omn. jud. & in auth. de defẽsoribus ciuitatũ in principio collat.* 3. vbi dicitur defensorem ciuitatis, cui æquiparatur Episcopus cognoscere posse de causis subditorum commissis magistratibus inferioribus, sed quo ad hæc consuetudo antiqua seruanda erit.

§. 3. *De Capellano maiori Capellæ Regiæ.*

8 EST etiam in hoc Regno jurisdictio Ecclesiastica penes Capellanum maiorem Capellæ Regiæ nulli ordinario subjecta, sed exempta tã in ciuilibus quam in criminalibus ex Bullis Sũmorum Pontificum *Leonis X. Clement.* 7. *& Iulij* 3. *& Pij IV.* quas refert Cabed. *de patron. Regiæ cap.* 43. Quæ tamen jurisdictio priuilegiata est accumulatiua, tanquam delegata speciatim ad causas inter capellanos, & ideo ipsi non sunt omnino exempti à jurisdictione Regia, si sint clerici in minoribus constituti ex Ord. *lib.* 2 *.tit.* 1. §. 4. *&* §. 24. Atque ita decisum fuit Anno 1617.
9 in casu notabili. Nam inquirendo prætor Curialis de quodam homicidio voluit cõpellere cantorem Capellæ Regiæ Ludouicum de Concha, vt testificaretur, & quanuis ipse subterfugere tentasset jurisdictionẽ Regiam ex eo, quia erat clericus in minoribus constitutus prædictæ Capellæ Regiæ ministerio seruiens, cæterum quia non erat de licentia Ordinarij ministerio Ecclesiæ addictus, vt ex auctoritate Concil. Trid. §. 23. *de reformat. cap.* 6. requiritur; cõpulsus fuit auctoritate Senatus testificare *Scriba Ludouico de Aluarenga.*

§. 4 *De judice Ordinum Militarum.*

10 EST etiam Ecclesiastica jurisdictio penes judicem trium Ordinum Militarium. Nam hujusmodi commendatores sunt personæ Ecclesiasticæ, vt probat. Nauar. *de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 5. contra Sotum *de just. & jure*, & Sarmient. sencit Valasc. 1. *p. cons.* 14. *Frater Eman. Roder. quæstio.* 36. *n. fin. art.* 7. & idẽ Val. 2. *part. cons.* 8. *à n.* 23. & idcirco commenda dicitur beneficium Ecclesiasticum, *de quo per Corras. in* §. *sacerdos.* 1. *part. ad c.* 3. *n.* 2. *Mandos. de infirm. resignat. quæst.* 2. *n.* 8. *ade Couar. in cap. cum in officijs. n.* 4. *testament. Ledesma in* 4. *quæstio.* 18. *Soto de just. & jur. lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 1. *Gigas de pension.* 1. *p. quæst.* 1. *à n.* 451. Quæ jurisdictio concessa fuit per Bullam Summi Pontificis Pij IV. Regi nostro tanquã Magistro, virtute cujus Rex, vt magnus magister, ex diplomate suo jurisdictionem committit huic judici. In quo sæpe vertitur quæstio, an ordinarius, vel delegatus sit? Et quod sit delegatus probatur ex sequentibus. Primò, quia ordinarius dicitur, quando vel à Principe, vel à lege datur *ex Bald. in c.* 1. *quis dicatur dux Grãmaticus decis.* 46. *Auendan. de exequẽd. mãdat. in princ. Felin. in rubric. de officio ordinar.* 11
At in hoc casu Rex noster jurisdictionem non habet Ecclesiasticam, distinctæ enim sunt jurisdictiones, *vt habetur in c.* 1. *de constit. & in c. nouit. de jud.* Ideo eã mandare non potest, vt ordinariam, quia nemo dat, quæ non habet, quinimò ex prædicta Bulla, non vt regi, sed vt magno Magistro committit, & delegat Pontifex jurisdictionem Ecclesiasticam, quã ipse sub delegat judicibus ordinis, & sic non Regio jure, sed magistrali habet jurisdictionem in militibus ordinũ, & probatur in Ordin. *lib.* 2. *tit.* 3. *ibi. Não como juiz*, & in finalib. verbis, quibus Rex dominum se non judicem personarum Ecclesiasticarum sui Regni palàm profitetur, & colligitur ex traditis à Cabed. 1. *p. decis.* 61. Ex quibus constat Regẽ, vt Magistrum habere jurisdictionem in milites delegatam auctoritate Apostolica, cum potestate sub delegandi, & ex consequenti apparet judicem ordinum esse delegatum, non ordinarium, quia in eo non concurrunt qualitates ordinarij, de quibus Felin. *in rubr. de officio delegat.* Non obstant verba Bullæ. ibi. *tanquam judices ordinarij, seu vicarij*

quia

quia illa dictio [*tanquam*) denotat nõ esse ordinarium ex regula, quod nullum simile est idẽ *l. pecuniam ff. si cert. pet.* Sed,
12 & si dicatur expressim esse ordinariũ, intelligendum est inter eosdem milites, ibi, *inter eosdẽ fratres, & milites*, Quod si instes ex illis verbis, ibi, *seu contra eosdem motis.* Respondendum puto: id procedere circa causas criminales tantùm contra eosdem motas, *vt in Ord. lib. 2. tit. 12.* Et ita ea verba Bullæ interpretata est consuetudo, quæ est optima legum interpres *cap. cum dilectus de consuet.* Cæterũ de causis civilibus militum ordinis non cognoscit judex à magistro datus, *vt in lib. 2. tit. 12. §. 1.* Quod si Iudex ordinum fuisset judex ordinarius privative, utique coràm eo, & civiles causæ tractarentur. quò fit, vt si mota sit lis super renovatione emphyteusis Ecclesiasticæ alicujus ordinis, seu personæ exemptæ, cognoscere debet prætor curialis, *vt in d. §. 1.* quia ordinarius non est, ita judicatum pluries accepi *in processu de Francisco Rombo de Carvalho cõtra os Padres de nossa Senhora da Luz Scriba Ferdinando Maciel, & in processu Roderici Sanchez Scriba Francisco Pardo, & in duobus alijs cõtra Patres Alcobatiæ Scriba Belchiore Correa de Faria*; & meritò quia sic bona ratione utilis dominij censentur profana *ex traditis per Iul. Clar. verb. emphyteusis, q. 45. Gama decis. 2. n. 5. & decis. 50. n. 2. & decis. 308. n. 7. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 17. n. 12.* Item addo quód licet quilibet eques militiæ militaris possit à sententia lata in secũda instantia per Senatores mensæ magistralis supplicare. Tamen promotori justitiæ id non permittitur, vti decisum esse constat *in causa Comitis da Vidigueira, & fratris ejus*, quod de jure cõmuni fulciri potest ex ijs quæ infra dicã, *lib. 5. c. 1. n. 97. vers. imo.*

✠ Item ab isto judice vadit appellatio, vel supplicatio ad Regis consilium Magistrale, quod vulgo dicitur *Mesa da Consciencia, & Ordens*, in quo præsidet Illustrissimus Dominus Dom Antonius de Attayde Comes de Castro, & Comes de Castanheira vir multis nominibus commendandus, olim magister maximus officiorũ domus Augustæ, & consiliarius totius regni status circa Regiam Magestaté, Regiæ classis in toto mari Occeano strenuissimus Dux, & Imperator generalis, qui propter ejus eximias, & raras virtutes, & sanguinis splendorem lagatus ad Cæsarem Ferdinandũ à Philippo Rege nostro fuit missus, & postea vice Regis clauum hujus Regni tenuit, & illud ita sapienter gubernavit, vt omnium benevolentiam sibi, & Regi nostro suaviter, ac magnopere conciliaverit, pace, & bello circa omnia ita fælicissimè, ac prudentissimè segerens, vt ejus nomen in hoc Regno apud omnes perpetuò vigeat, & ab omnibus in posterum celebretur.

§. 5. *De Archiepiscopo.*

13 Rursus Archiepiscopus habet jurisdictionem ordinariam in subditos Episcoporum suffraganeorum per appellationem, & in alijs casibus exceptis *vt in cap. pastoralis.* de offic. ordin. & in *cap. 29. quæst. 2. & in cap. nullus primas, & in cap conquæst. 9. quæst. 3. & in cap. 1. princ. & in §. 1. de offic. ordin. in 6 & in c. 1. prin. & §. 1. de foro compet. in 6.* Non tamẽ alias poterit cognoscere in prima instantia contra subditos Episcoporum, qui non sunt ei subditi, licet sint Archiepiscopo suffraganei. Nam unicuique suam jurisdictionem servari decet, nec licet, ut ordo Ecclesiasticus confundatur, *vt in cap. pervenit, & in cap. duo. de offi. ordin.* Vnde licet Archiepiscopus habeat jurisdictionem Archiepiscopalem in tota sua provincia, & eam visitet, *vt in cap. sopitæ. de censibus, & in cap. 1. eod. tit. in 6. & clem. 2. de privilegijs*, non tamen habet jurisdictionem Episcopalem, nisi in sua dœcesi, *gl. in capit. 1. verb. agant. de offic. ord. in 6 Covar. pract. quæst. cap. 9. num. 2.* Cæterum, si lis est inter Episcopos suffraganeos, vel inter 14

ter Episcopum, & subditos ejus, Archiepiscopus est judex competens *cap. sane de for. cõpet. Covar. ubi sup. Zerolla in pract. Episcopal. verb. appellatio num.* 16.

§. 6. *De Collectore.*

15 LEgatus Sedis Apostolicæ, quanvis sit ordinarius, *vt in cap.* 1. *de offic. legat. cap.* 2. *eod. tit. in* 6. Tamẽ causas agitãdas in prima instantia præripere non potest, nec impedire, seu turbare jurisdictionem ordinariorũ, nisi prius requisitus fuerit ordinarius, & negligens, *vt novè decretum extat in Concil. Trid. sessio.* 24. *de reformat. cap.* 20. Cæterum in casu appellationis ad Sedem Apostolicam, tunc ipse committit in partibus, quia legatus de latere venit appellatione Sedis Apostolicæ, *vt in cap. si Abbatẽ, & ibi glos. de election. lib.* 6. etiam si appellatio sit interposita ad Summũ Pontificẽ, expræsso nomine proprio, secundum magis receptam sententiam, & praxim, *quam ponit Valasc. consil.* 62. *num.* 6. *tom.* 1.

§. 7. *De Tribunali Sanctæ Inquisitionis.*

16 NOn omnia, quæcunque dixerim in ijs quinque libris, applicari possunt ad praxim, quæ in sanctæ Inquisitionis foro versatur, cum illa ab ordinaria Ecclesiastici, & secularis fori practica, (de quibus dumtaxat agimus) distet ex Pontificum decretis, & alijs instructionibus, sacrisque sanctionibus, veluti divinis oraculis cælitus præscriptis, de quibus Symanch. *de cath. instit. cap.* 43. Et latius, ac copiosus habetur, ut mihi nonnullis relatum est, in illo præclarissimo libro, ac decisorio regimine, quod miro ac eleganti stylo conscripsit dominus Antonius Diaz Cardosus sanctæ, & generalis Inquisitionis, & supremi Senatus Consiliarius sapientissimus vir nostræ ætatis admirabilis sanctitatis, & prudentiæ, quo nihil plus ad praxim, vel amplius desiderari poterit, quò circa extraordinarium Inquisitionis judicium, plerunque nuncupatur *glos. in cap. quoniam. verb. extraordinario de probat glos. in cap. multi verb. extraordinario* 2. *q.* 1. *Navar. post alios in rubrica n.* 18. *extra de judici.* Vnde qui hoc sanctũ officium, divinumq; judicium nimis crudele, nimisque rigorosum esse dicunt, nõ nisi quod propriam causam defendant, existimandi sunt. Putrida membra (licet acerbius feratur) resecari convenit. Nam Moyses, & Phinees proximos de gente sua, qui divinæ Majestati rebelles fuerant trucidarunt *in cap. reos* 23. *quæst.* 5. multis alijs exemplis, & authoritatibus id confirmat Symanc *vbi sup. cap.* 45. *Castro de just. hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 4. Lætabitur justus cum videri vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatorum *Psal.* 57. Cum igitur in hoc Tribunali de Dei omnipotentis causa agatur, meritò ad illud privativè cognitio de crimine hæreseos pertinet, non ad seculare judicium, quod nec quo ad quæstionem facti, de eo cognoscere poterit, *vt resolvit cõmuniter Navar. in cap. novit. notab.* 6. *n.* 44. *de jud. Covarru. pract. cap.* 33. *n.* 3. *in fin.* sed tantum judices seculares exequi possunt, ac debent mandata Inquisitorum, cum ab illis fuerint requisiti, nulla de justitia ipsorum cognitione facta, quæ censentur meri executores, *cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hærit. lib.* 6. *Ord. lib.* 3. *tit.* 6. & *in* tota Hispania usũ esse receptũ testatur Iulius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. quæst.* 96. *num.* 7. Quod si aliquis gravatus fuerit ab Inquisitoribus, tam in civilibus, quam in criminalibus causis, quæ ad eos pertinent, recurrere debebit ad supremum sanctæ, & generalis Inquisitionis Senatum, *vt per Symanc. vbi sup. cap.* 36. *num.* 1.

§. 8. *De Tribunali Ordinis Sancti Ioannis Ierosolymitani.*

EST etiam Ecclesiastica jurisdictio penes cõmissarium religionis S. Ioannis Ierosolymitani: nam sunt hujus Ordi- 18
nis

nis milites Ecclesiasticæ personæ, *vt per Cassan. in Cathal. gloriæ mund. 9. 9 part. cōsid. 2. & 4.* Ideoque privativè cognoscitur de eorum rebus, & personis, tam in civilibus, quam in criminalibus, non minus,
19 quam de alijs clericis in suo foro. Quanvis si Commendatarius vim, vel violentiam novam alicui intulerit, ad seculare Regium judicium trahi poterit; uti decisum fuit à Senatu *in causa Michaelis da Praça cũ Procuratore prædictæ Religionis Scriba Ioanne de Payva*, quæ decisio facile cófirmatur ex ijs, que tradit Valasc. *cons. 93. n. 4. & cons. 95. n. 12. Salzedus in*
20 *pract fol.* 354. & idẽ Valasc. *cons. 79.* Nec item conservatorj potest se intromittere, nisi de manifestis violentijs quæ fiunt privilegiatis, *vt in cap. 1. de officio deleg. lib. 6.* Unde ad vocatoriam prædicti Conservatoris in causa profana, & inter laicos non adimpleri jussit Senatus *in gravamine Thomæ Dias Anno* 1610. *Scriba Augustino Rebello*, quæ decisio comprobari potest ex ijs, quæ infra dicam *cap. 4. n. 14. & lib. 3. cap. 3. n. 10.* Item quanvis privilegiũ revocandi forum non competat donatis signo Tau. *vt in Ord. lib. 2. tit. 2.* competit tamen colonis, & emphyteutis prædictæ. Religionis, uti extant plura decreta Senatus *in lite Antonij Fernandez Paes cum Emmanuele Mendez Dias, Scriba Sylvestre Guedes Anno* 1608.

CAP. II. *De jurisdictione Ordinarij.*

ORdinarij Judices dicuntur, qui propriam jurisdictioné habẽt sibi de-
1 latam à lege, principe, consuetudine, universitate, aut populo, aut universitaté causarum, vel ad aliquorum negotiorum cognitioné, *vt per Bart. & alios in l. more ff. de jurisdict. omn. jud. Alciat. in rubr. n. 5. extra de officio ordinarij.* Vnde quãdo cõtingat, ut quis habeat plures judices, ille erit proprius ordinarius in causa illa, qui jurisdictionem prævenirit, quæ præventio per solam citationem fit, *vt in cap. posuisti de foro compet. l. si quis postea quã ff. de jud. clem. 2. vt lite pend. cap. gratum. de officio delega & probatur in Ord. lib. 1. tit. 62. §. 4.* & sic intelligo. *l. vbi cæptũ ff. de judic.* & est cõmunis secundum Curt. *in rubr. num. 15. ff. de jud. Socin. in rubric. ff. de in jus vocand.*

CAP III. *De jurisdictione Delegati.*

IUre Pontificio omnes causas meri, & mixti imperij delegari posse certũ est 1
ab Episcopis, Archiepiscopis, & ab alijs judicibus Ecclesiasticis merum, & mixtũ imperium habentibus *ex gl. ult. in c. in Archiepiscopatu. de raptoribus, & glos. in cap. quod. sedem. verb. cõmittere de officio ord. in cap. pervenit. 95. dist. quas dicunt cõmuniter receptas, Alex. & Ias. in l. 1. ff. de officio ejus cui mãd. Alciat. in dict cap. quod sedẽ. n. 76. Covar. lib. 3. Var. cap. 20. n. 4. ad fin.* Unde Vicarij foranei Episcoporũ in aliquibus locis, vel partibus diæ- 2
cesis ab Episcopis constituti delegatam jurisdictionem habere dicuntur, non vero ordinariam, ex glos. cõmuniter recepta *in clem. 2. verb. foraneo de rescript.* & ideo ab illis appellari potest ad suum Episcopũ tanquam ad suum delegantem *per text. in cap. super quæstionum de officio delegat. & in cap. dilecti. 3. & ibi gl. 2. de appellation. Marant. de ord. judic. 4. part. dist. 5 à n. 13. & in 6. part. tit. de appel. à n.* 383. *Zerolla in praxi. verb. Vicarius. vers. 2. 1. part.*

Iis sic constitutis, primò observo quod 3
delegatus, qui in negotio alienam exequitur jurisdictionem, & si ordinarius sit, nihil pro sua authoritate agit, sed ejus, qui mandavit, potestate utitur, unde si provocari ab eo contingat, non superior illius, qui exequitur, sed mandans ipse provocandus est. *l. fin. ff. quis, & à quo.* Neq; jus reddendũ est pro more fori ejus, qui cognoscit, sed ejus qui mandavit. *prout docet Angel. in l. & si prætor ff. de officio ejus cui mand* idcirco pro more ejus, qui mandavit, & salarium pro sententia recipere

poterit *cap. cũ ab omni. de vita, & honest. cler.* quod judex ordinarius nõ facit *auth. de mandatis princ. §. illud.* Secundò ob-
4 servo in praxi, quod delegatus debet citare cum inserto tenore sui rescripti, ita quod aliàs non teneatur pars citata comparere *Guid. Pap. quæst. 445.* nec delegatus poterit subdelegare *Covar. lib. 3. Var. cap. 20. num. 5. & 6.* nec exequi transacto anno, *cap. quærẽti de officio delegat.* nisi fuisset ab eo appellatum *Cappel. Tholos. q. 8.* nec implorare brachiũ seculare, nisi ad sit clausula, & habeat in commissis *Zerola in pract. verb. delegatus n. 13.* Et quia dele-
5 gatus non potest extendere suam jurisdictionem ultra tenorem suæ commissionis in literis commissæ. *cap. P. & G. de officio deleg. ideo de illis dicemus:*

APPENDIX.

De impedimentis adversus rescriptum, & ejus clausulas.

6 QVanvis pro rescripto regulariter præsumatur, *ut ex cap. ex tuarum, de auct. & usu pallij, Felin in c. causã quæ de rescript.* Tamen contra illud opponi potest ex sequentibus. Primò si illud sit impetratum contra styllum, & consuetudinem *ut in cap. 2. ubi Abb. & Felin. n. 16. de rescript. c. in memoriã 19. dist. c. ex part. 10. in fin. de officio deleg. c. porrecta de cõfirmat. util. vel inutil. tradit Mãdos. super regula cãcellar. in regul. de infirmãd quæst 16. n. 8. Alciat. de præsumpt. 30. in fin.* ubi dicit communiter receptum, *& Tyber.*
7 *Decian. responso 119. n. 72. lib. 2* Secundò si illud sit impetratum à Procuratore excommunicato, *ut per Thom. Zerol. in pract. canon. 1. par. verb. rescriptũ in princ.*
8 Tertiò si illud tollit jus alterius, *ita Alciat. ubi sup. reg. 3. præsũpt. 11. Abb. in cap. ex par. de officio deleg.* Quartò, si in illo appareat charta rasa, & postea ibidem fuerit
9 scriptum, vel scriptura superlineatis facta. *capit. inter dilectos, & in c. ex literis de fid instrum. c. licet de crim. fals. Innoc. in c. 1. col. pen. vers. it ẽ notã de fid. instrum. Iul. Clar. in §. falsum. vers. abradens Menoch. consil. 48. nu. 10. & in tractatu de arbitr. casu 187. num. 40. Mascard. de probat. cõclus. 1260 Abb. in c. cum venerabilis n. 8. de relig. dom.* ubi ponit cautelam quomodo in rasura falsi præsumptio removeatur, quam probat. Ord. in *lib. 3. tit. 60. §. 3.* Quintò si illum non fuit expeditũ in tempore, hoc est, ante cõmissionem juxta reg. 10
Cancell. commissiones non valere nisi literis expeditis, *ut dicit Caßa. decis. 5. n. 4. Mascard. de probat. conclus. 992.* Sextò
si illud sit obreptitium, aut subreptitium, 11
quod probari potest multis modis, de quibus copiose Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. casu. 201. & 202.* In quorum altero enarrat, quæ sint illæ qualitates, quibus non expressis rescripta gratiæ subreptitia reputantur; in altero enarrat qualitates exprimendas in impetratione rescripti justitiæ, quæ sint hæ qualitates, quibus expræssis, aut non expressis, hujusmodi rescriptum sit subreptitium, adde Vallasc. *cons. 11. & 60. num. 5. & consil. 72. num. 7. & 8.* Quæ tamen exceptio subreptionis opponenda, & probanda est ante litis contestationem *secundum Præposit. in c. per tuas col. 1. de appellat. Cravet. cons. 79. Abb. in c. si clericus num. 9. de for. compet.*
Et quia præd exceptio præjudicialis sta- 12
tim opposita faciet supersedere rescripti executionem, *ut in lite Petri de Pina à Fonseca, cũ Ioanne de Faria decrevit Senatus Anno 1608. Scriba Gregorio de Frota.* Item quando impetrans seu excipiẽs, idest
actor aut reus probare debeat subreptio- 13
nem, & cui eorum incumbat probatio tradit Imol. *in c. super literas. n. 18. vers. ult. de rescript.* ubi recenset in hoc quinque Doctorum opiniones, explicat, & distinguit Mascard. *de probat. concl. 1128. ex numer. 4.* ultra quæ adde nonaginta, & unam exceptiones, quibus contra rescriptũ opponere potes, quæ tradit Hostiens. *in sũma de rescriptis. num. 3.*

De clau-

De clausula perinde valere.

14 Regulariter hæc clausula gratiam cõcernit, & est in usu frequentissima, nam concedit Papa literas commissionis, quæ fuerunt ab eo revocatæ, post decrevit eas etiam valere, perinde ac si executio ratione illarum facta fuisset, ita quæ clausula etiam valere communius datur, quan-
15 do aliquid revocatum à Papa, postea si decernat ex causa illud valere, ponitur clausula etiam valere. Si verò Papa non irritaverit primam collationem, vèl actum, sed ex subreptione, vel alio casu actus forte est invalidus, datur rescriptum (perinde valere) quasi Papa in illo fingat, & statuat, ut actus perinde valeat, ac si jure factus esset, quæ fictio ponitur per Bartol. & DD. *in l. si is qui pro emptore. ff. de usucapion.* & resovit Rebuf. *in praxi benefic. 2. part. in princ.* & est quasi confirmatio actus, qui aliqua ex parte sit invalidus, prout ex nunc, & prout ex tunc. Vnde si quis dubitet posse ex aliqua causa impediri provisionem Summi Pontificis, impetrat hoc rescriptum, ut perinde valeat, ac si tempore impetrationis valida fuisset, *ut in c. cum in illis de præb. in 6.* Nam ista dictio *perinde* denotat omnimodam juris similitudinem, *Parisius consil. 38. lib. 4.* & operatur ut omnia tollat, & trahit decreta pro expresis: *ut constat in decisionibus sacri Palatij, 3. part. lib. 3. quæst. 965.*

16 Sequentia autem impedimenta allegari possunt contra hoc rescriptum. Primò, si illud sit concessum postea quam fuerit jus tertio quæsitum, nec enim Papa censetur derogare juri tertij, nec per prædicta verba intendit auferre jus in re, vel ad rem in alteri quæsitã, *c. quanvis de rescrip. in 6. c. cum olim de consuet.* Nam ratihabitio, vel confirmatio non trahitur retró in præjudicium juris quasiti. *l. bonorum. ff. rẽ ratam hab.* ubi Bartol. notat. nec princeps confirmat contractum invalidum si fiat in alterius præjudicium, & postea quam est alteri jus quæsitum. *l. adoptio non jure fact. ff. de adopt l. 2. in fin. ff. de rebus eorũ.*
Item contra illud opponi potest quod in 17
eo non sunt expræssi omnes defectus, qui exprimi debuerant; nam expræssio unius non supplet alios non expressos *l. 1. §. si plura. ff. ad Turpil.* & sublato uno impedimento, aliud remanet. *c. ex tuarũ de auct. & usu palij*, & ita praxis Romana observat, ut in rescripto perinde valere, nõ debeat suppleri ultra id quod in supplicatione sit expressum, *prout testatur Rebuf. in praxi benef. 2. part. n. 38.* Item, & illud objici potest, si in eo suppletur defectus, 18
qui jure supleri non potest, nec enim hæc gratia (*perinde valere*) potest se extendere ad defectus naturales *Ias. in l. rescripta in fin. C. de precibus imper. offerẽd. Bald in l. Barbarius col. 12. ff. de offic. prætor. Inoc. in cap. suscitatus de rescrip* Item præ- 19
dict. rescriptũ potest impedire verus impetrans, quoniam impetrãs, gratiã, *perinde valere*, est quasi fictus impetrans, qui perfictionem vult, ut sua impetratio vim, & robur habeat, tanquam si vera esset, & valida à principio, & ideo verus ei præferri debet, sicut veritas præfertur opinioni, *l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. l. si. pater* 20
§. quoties ff. de man. miss. vind. §. si quis rẽ Inst. de legat. & verus sponsus præfertur ficto. *c. fraternitatis de frigidis*, & causa naturalis præfertur accidentali, *l. qui habet. ff. de tutel. c. præsenti §. idem de præb. in 6. Cassad. decis. 6. d. concel. præben.*

De clausula rationi congruit.

Endit hæc clausula ad conservan- 21
dum jus, quod habeo ex prima impetratione, veluti si à Papa fuero provisus de aliquo beneficio, & habuero tantũ signaturam, & ille Papa mortuus fuerit, postea Papa successor solet expedire Bullam cum illa clausula *rationi cõgruit*, quasi dicat convenire, & honestum esse; ut quæ de Romani Pontificis gratia, seu benignitate in prosequendo justa desideria

petentium processerunt, licet, ejus seperveniente obitu, Apostolicæ super illis literæ confectæ non fuerint, suum plenum consequantur effectũ *Gomes, & Mandosius n. 8. reg. Cancel. Rebuf. lib. 2. prax. be-*
22 *nef. c. de gratia.* Sed objicitur cõtra illam: si prima impetratio erat inutilis, nam per istam secundã Bullam cum prædicta clausula, illa non confirmatur, quia non est intentionis Pontificis confirmare primam provisionem si sit invalida, sed vult, ut valeat, ac si expedita fuisset à prædecessore, unde si ab illo facta non valuisset, nec nunc quidem valebit.

Item contra illam opponitur: si secunda Bulla sub forma *rationi congruit* am-
23 plior sit, & primæ aliquid per eam addatur, nec enim secunda valebit, quia omnis actus intelligitur de primo. *l. boves. §. hoc sermone ff. de verb. signific. cap. non potest de præb.* & ista est subreptiva. Nam si Pontificis scivisset Bullam prius expeditã, non hanc concessisset, vel non tam facile. *cap. postulasti in fine de rescriptis.*

Item, & excipi potest, si literæ priores non fuerunt justæ super casu, & negotio
24 justitiæ *Rebuf. supra n. 28.* Item adde quod clausula *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.* solũ operatur in ijs quæ sunt juris, & nõ facti. *Bald. in l. ult. C. sentẽtia rescind. Roland. consil. 7. n. 100. vol. 3.* vbi declarat quando illa non procedat.

CAP. IV. *De causis, quæ spectant ad Iudices Ecclesiasticos.*

1 INter alia, quorum cognitio ad judicem Ecclesiasticum spectat (quæ omnibus ubique in aperto sunt) est etiam cognitio de bonis proprijs Ecclesiæ, quæ ejus sunt quo ad utile, & directum dominium: nam de ijs cognoscit Ecclesiasticus contra lai-
2 cum, *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 6. vers. porem.* Sed hæc Ordin. limitatur, nisi reus laicus neget res illas esse Ecclesiasticas: nam tunc remittendus est ad judicem secularem; *vti probatur in cap. si clericum laicum de for. comp.* quia per illam negatiõne res efficitur dubia *glos. in cap. 1. verb. cõservatores de officio delegat. in 6. glos. in cap. veniẽs de renuntiat.* Et in dubio laicus nõ est trahẽdus ad judicem Ecclesiasticum contra regulam. *cap. cum sit generale de for. compet.* 3
& ita decisum fuit in causa Monasterij Divi Dominici cum Petro Alvares, *Anno* 1607. *Scriba Augustinho Rebello.* Nisi clericus actor dicat se paratum esse in continenti probare rem esse Ecclesiæ; *vt per Abb. in cap. si clericus n. 14. & 15. de for. cõpet. Covar. lib. 1. var. cap. 4.* Item quoq; cognoscit Ecclesiasticus, etiam inter laicos, 4
de crimine perjurij, *secundum glos. 3. in d. cap. cum sit generale.* Est enim mixti fori *Ord. lib. 2. tit. 9. ibi perjuros.* Sed hæc Ordin. intelligenda est, in hunc modum scilicet, ut secularis judex possit punire laicos perjuros *cap. Rex debet 23. quæst. 5. Covar. in cap. quãvis pactũ. 1. part. §. 3. n.* 5
11. *in 6.* Possitque cogere laicum, cui turpiter est juratum, ut jura mentum remittat *secundum Covar. lib. 1. resolut. cap. 4. n. 5. vers. verum.* Vel ad ejus observantiam, quando fuerit licitum, *vt in cap. licet mulieres de jur. jur. in 6.* Cæterũ quo ad hoc ut detur pænitentia perjuro in foro conscientiæ, vel quando agitur in foro contentioso de validitate juramenti, aut de ejus relaxatione, tũc judex Ecclesiasticus competens erit etiam inter laicos, & illi efficiuntur de foro Ecclesiæ, *vt in cap. fin. de for. cõpet. in 6. Fortun. Gratia de ult. fine. nu. 325. Selva in tract. de jur. jur. 2. part. quæst. 5.* Et in foro jurantis, seu in loco cõtractus *Capicius decis. 18. n. 6.* Praxis vero 6
ad petendam relaxationem juramenti creditor citari solet, sive illud juramentum sit turpe, seu illicitum à maioribus, vel à minoribus, sive à mulieribus præstitum *ex c. 1. de jur. jur. cap. tuas de usuris resolvit Assi. in praxi. §. 7. c. 5. limit. 103. Menoch. consil. 24. n. 11. & 12. Covar. lib. 1. var. cap. 4. n. 5. vers. id vero Zerol. in pract. Episc. verb. juramenti absolutio in princ.* Et prædicta relaxatio denegari non solet etiam

etiam invita parte adversa, *vt per Afflict.*
7 *decis.220. numer.* 10. *&* 11. Quantumvis in contractu juramentum appositum fuerit de non petenda relaxatione, nec ea utenda si fuerit concessa etiam motu proprio, *Zerola vbi sup. in princ.* nam tale juramentum censetur temerarium, & per illud detrahitur juri superioris, cujus auctoritas in quolibet juramento censetur excepta *juxta text. in cap. venientes de jur. jurãd. tenet Richard. in 4. distin. 38. art. 9. quæst. 3 Felin. in cap. constitutus nu. 9. de rescript. Soto lib 8. de just. & jur. quæst. 1. artic. 9. col. pen. Staphileus de liter. gratiæ pag.* 168. Dummodo tamen impetrans faciat mentionem de juramento, & quod juravit se non petiturum relaxationem, nec ea usurum etiam motu proprio concessa, alioquin aliter præstita subreptitia esset; *secundũ Afflict. ubi sup. n.* 11. *Paris.*
8 *consil. 96. num. 93. lib.* 2. Praxis etiam recipit ut in eodem libello, in quo petitur relaxatio juramenti ad effectum agendi, simul peti possit quod ipse Judex Ecclesiasticus, præstita relaxatione, annulet, & rescindat ipsum contractũ, nam ad hoc etiam erit competens *secundum Bald. in l. ordinarij. C. de rei vẽd. sequitur Alex. in l. quoties. C. de jud. & dicit communem in praxi*
1 *Dec. in rubr. lect. 1. n. 2. extra de judit. & ibi Nova. n. 12. Gutierres de juram. confirm. 3. part. cap. 12. nu. 6.* pro qua sententia expendo text. *in Ord. lib. 4. tit. 73. §. 1.*
9 Quatenus ibi lex prohibet tabellionibus ne in contractibus de se validis inter laicos celebratis juramentum apponant, & nulla quidem alia ex causa, quam quia ratione juramenti laici efficiantur de foro Ecclesiastico, & secularis jurisdictio de fraudetur. Sed hoc non egreditur personam jurantis, nam in eo casu quo secularis fidejussit apud acta cum juramento, ejus hæredes non potuisse trahi ad Ecclesiasticũ decidit Senatus in lite Petri Franco, *Scriba Augustino Rebello, Anno* 1616. Praxis etiam est ut sola relaxatio non sufficiat ad annullandum contractum, sed adhuc necessaria est enormissimæ læsionis probatio, ut decidit Senatus in lite Monialium de S. Clara de Beja, cum Ioanne 10
Avoim, *Scriba Stephano de Vianna.* Item cognoscit judex Ecclesiasticus de matrimonio, si est clandestinum *Zerol. in pract. Episcop. verb. matrimonium, versic.* 3. ubi dicit ex declaratione sacræ Congregationis 68. ab Episcopo deberi declarari irritum, & nullum. In quo notabis qualiter sacrum Concilium *de reform. matrimon. cap.* 1. solum annullat matrimonium clandestinum contractum per verba de præsenti, non autem sponsalia per verba de futuro, quia ea relinqui in terminis juris communis *sacr. Congregat. declar.* 45.

§. 1. *Quando judex secularis possit cognoscere contra personas Ecclesiasticas.*

IN primis ex Regia constitutione *lib.* 2. 11
titul. 1. manifestum patet, quod secularis potest cognoscere contra clericum super bonis patrimonialibus ejusdem clerici, & ita apud Hispanos servari testatur Greg. *per tex. ibi in l. 57. titul. 6 part.* 1. & receptum dicit Covarruv. *lib.* 1. *Var. cap.*
4. *num.* 3. ubi *num.* 4. ampliat etiam si præ- 12
dicta bona sint illa, ad quorum titulũ clericus sacros ordines suscipit, ac proinde in prædictis bonis ordinariam præscriptionem sufficere: decrevit Senatus in lite 13
Emmanuelis Sanches de Almada, cũ Marcos Lopes Anriques, *Anno* 1611. *Scriba Antonio Carvalho*, & tenuit *Abb. in cap. ex literis, n. 11. de vita, & honest. cleric.* Itẽ, & 14
de possessione rei Ecclesiasticæ, quæ in facto consistit, quia est profana *Menoch. de recu. remed. 15. num. 211. Gutier. quæst. lib. 1. tit. 34. Azevedus lib. 1. nov. recop. tit. 6. cap. 2. Afflict. decis. 2. n. 13. Cabed. decis. 82. Cevalhos, quæst. 504. Menoc. de re-* 15
tin. remed. 3. n. 357. Et etiam de clerico in minoribus constituto, qui si declinat jurisdictionem Regiã, munera, quæ ab ipso Rege obtinuit, amittit ex Ord. *lib.* 2. *tit.* 3. Quæ pœna quomodo evitari possit per 16

cautelam docuit Gomes 3. *tom. cap.* 10. *n.* 7. *adde Covar pract. cap.* 33. *num.* 6. Alios casus enumerant *Cassan in consult. Burg. rub.* 1. §. 5 *n.* 47. *Zerola in practic. Episc. verb. Iudex. num.* 9.

§. 2. *De praxi procedendi in casibus mixti fori.*

17 QVæ diximus de casibus mixti fori intelligenda sunt, primò ita quidẽ, ut crimen punitũ ab uno, non possit ab altero iterum puniri *Marant. de ord. jud.* 4. *part. dist.* 1. *num.* 20. *&* 27 *&* 6 *part. tit. de*
18 *Inquisit. num.* 97. Nisi pæna à Iudice Ecclesiastico imposita non sit condigna, & mensurata delicto, nam secularis tunc poterit iterum cognoscere, & punire, *Symanch. de instit. cathol. tit.* 8. *n.* 9. *Azend in cap. Prætorũ.* 2. *part cap.* 5. *n.* 18. *Alciat. in cap.* 1. *n.* 128. *de officio ord. Covar. lib.* 2. *Var. cap.* 10. *n.* 6. *& sic est intelligendus*
19 *text. in cap. Felicis.* §. *per hoc pæn. in* 6. Secũdò, illud quod dicitur Iudicẽ Ecclesiasticum posse cognoscere adversus laicos, debet ita intelligi, & declarari, ut non possit ille propria auctoritate capere bona, & personas eorum, sed ut per censuras Ecclesiasticas adversus eos procedat pro executione suæ sententiæ, & postea imploret brachium seculare, & est communnis praxis Hispaniæ, *quam resolvit Aviles c. prætorum cap.* 20. *n.* 14. *Iul. Clar. lib.* 5. *sentent.* § *fin. quæst.* 37. *n.* 8 *Palat. Rub. in cap. per vestras.* §. *sed est pulchra dubitatio num.* 18. & ita decidit Senatus Portuensis in fortioribus terminis in causa Cosme de
20 Unhos *Anno* 1606. *Scriba Emanuele da Rocha.* Fallit tamen nisi in aliquo Tribunali Ecclesiastico vigeret contraria consuetudo, nam tunc Episcopus poterit capere bona, & personas laicorum, *prout opinatur Bald. in c. significasti de officio delegat. Aviles vbi sup. n.* 15. *Palat. n.* 6. *Covar.* qui dicit in aliquot Hispaniarũ diœcesibus ita obtinuisse *pract. cap.* 10. *n.* 2. *Iu-*
21 *vat. Ord. lib.* 2. *tit.* 9. §. 1. *ibi. Ha o dito cōstume.* Quæ tamen cõsuetudo hodie sublata censetur ex alia Ord. *quæ videtur antinomia. lib.* 2. *tit.* 1. §. 13. *ibi do cõtrario costume*, ex qua quendam Franciscũ Ramalho laicum non potuisse ab Episcopo Leyriensi in carcerem detrudi absque judiciali processu, & sententia decrevit Senatus, *Anno* 1608. *Scriba Augustino Rebello.* Et 22
quanvis quando judex Ecclesiasticus legitime adversus laicum cognitionem, & examen culpæ ad punitionem instituerit à multis receptum sit posse laicum ipsum capere, & in carcerem mittere, *vt in cap. attendendum* 17. *q.* 4. *cap. contra idolorum* 26. *quæst.* 5. *cujus meminit Rom. sing.* 660. *Felin. in cap. cum sit generale. n.* 20. *de for.* 23
comp. Tamen ex praxi adhuc necesse est, ut per sententiam convincatur reus de crimine judicialiter, itaut absque illa non posse Ecclesiasticum procedere ad capturam laici ex crimine visitationis, censuerit Senatus, non obstante diplomate regio, quo continebatur crimina secreta non esse remittenda in lite Matthæi Antunes, ex oppido de Azeytão, *Anno* 1611. *Scriba Augustinho Rebello.*

CAP. V. *De Citatione, & mandato monitorio.*

IN monitorio, vel in citatione per literas precatorias, inseri debet causa, ob 1
quam citatio fit *Abb. in cap.* 2. *n.* 8 *de dilat. Marant. in pract. pag.* 369. *n.* 69. Unde si in precatoria sit expressa una causa, & postea eam actor mutaverit, reus non tenetur ei respondere, *Ord. lib.* 3. *tit.* 1. §. 8. *Bartol. in l. aut qui aliter ff. quòd vi aut clam. Felin. in cap. consuluit num.* 3. *de officio deleg.* & si causa fuerit falsa non valebit citatio. *gloss. in cap. veniens de accusat. Alexand. in l. à Divo Pio* §. *in vẽditione. colum.* 6. *ff. de re jud.* Item citatio facta nõ servata solemnitate est nulla, & processus nullus. *l.* 1. §. *Offilius. & ibi Bortol. ff. ne quis eũ, Afflict. decis.* 2. *n.* 6. Nisi citatus sua sponte compareat, quia tunc citatio invalida per comparationem robur accipit, & convalidatur, ita statuit Senatus in lite

Ioann.

Ioann. Feo. *Scriba Francisco de Oliveira* circa citationem à Nuncio intra domum factam *per text. in l. 1. §. sed si ff. de ferijs. Alex. ibi num. 3. Bartol. in l. 1. n. 1 ff. de in jus voc. Gayl. pract. obser. 58. & 48. nu. 4.* Item in citatione, quæ fieri solet in animam, praxi non recipitur illud, quod in seculari judicio frequentatur, ut in contumacia rei juramentum actori deferatur, sed est necessaria contestatio, & ut reus appareat per se, vel per procuratorem aliàs proceditur per censuras.

CAP. VI. *De libelli oblatione.*

1 Libellus impugnari potest de ineptitudine, ut quia sit obscurus, *secundũ specul. de lib. concept. 2. col. vers. itẽ non valet. Avẽdan. resp. 1. n. 39. Matienç. in dialog. relat. 2. part. cap. 43. n. 3. Gayl. pract. obser. 66. & 67.* In quo datur cautela *per Cæpol. cap.* 106 ut contra eum opponatur sem per in specie, dicendo, in quo loco, & in
2 qua parte obscurus, & incertus sit. Nam si opponatur in genere non sufficiet, & poterit actor replicare dicens, quod exceptio rei est varia, dubia, & incerta, ut quia non petit declarari in quo loco sit obscuritas. Item, & secundo libellus impugnari solet, quia habet conclusionem incertam *l. si servus. §. 3 ff. ad l. Aquil.* Item si continet contraria. Item si non continet causam, *glos. & Bartol. in l. 2. §. circa ff. de doli*
3 *except.* Item sine expressione rei, quæ petitur *Bald. in l. edicta. C. de edend.* Item si habet verba contumeliosa. *l. 1. C. Venemo*
4 *privatus. l. 1. C. vt quæ desunt advocatis*, alios modos, quibus libellus impugnari possit, ponit Speculat. *vbi sup. §. 15 glos. in l. 1. verbo libellus. ff. de officio Assessor.*

§. 1. De Reo contumace.

Reus citatus si fuerit contumax, tentari potest, ut procedatur per mis-
5 sionem ex 1. decreto, si causa est realis (quod non est in usu apud nos in seculari judicio) præstito tamen prius juramento calumniæ *secundũ gl. in c. quoniam contra §. in alijs, verb. sũmatim extra, vt lite nõ cõtest.* quæ missio cessat, si reus intra annũ compareat, & expensas refficiat. *c. 1. & 2. de eo qui mittitur, Menoch. lib. 2. de arb. cent. 1. casu 6. n. 13.* Proceditur etiam contra contumacẽ, per remediũ sequestrationis. *cap. 1. & 2. de sequestra. poss. & fruct. cap. 2. de dolo, & cõtum.* Si verò agatur actione personali, tunc proceditur per censuras, *vt in cap. 1. de judic. cap. tuæ. c. quoniã §. in alijs vt lite non cõtest.* quod fallit in causa matrimonij *secundum Abb. in d. cap. tuæ.* 6

CAP. VII. *De reo excipiente, vel recusante.*

Recusatio debet proponi in scriptis cum causa legitima, sive lis agatur coram ordinario, sive delegato. *cap. cum speciali jun. glos. verbo, coram, de appell. c. 2. eodem titul. lib. 6.* Quæ autem sit justa causa, judicis arbitrio relinquitur *Rebuf. 3. tom com. tit. de recusat. art. 9. glos. vnic. n. 9. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 152.* Licet nonnullas specialiter enumeret Marant. *in pract pag. 558. num. 26.* Repellitur tamen à recusatione pars, quæ fecerit actum, per quem videatur in judicem consentire, jam habita notitia causæ recusationis. Qui tamen consensus non inducitur ex eo, quod petierit copiam libelli, vel quod dederit satisdationem judicio sisti *secundum Bartol. in l. si convenerit. ff. de jurisd. omn. jud. per l. non videtur a 2. ff. de judic. Marant. vbi sup. pag. 227. num. 50.* Libellus autem recusationis proponitur coram ipso judice, & probatur coram arbitris electis per judicem, & partes litigantes. *cap. suspicionis de officio deleg.* vel apud collegam. *cap. si contra vnum de officio delegat. in 6. Covarruv. pract. cap. 29. numer. 5.* Et licet dubium sit an gesta à judice recusato valeant. Verius est valere, quamvis rescindi possint *vt in*

vt in l. non distinguemus. § cum quidã ff. de arbitr. Constat enim quod proter recusationem non tollitur jurisdictio *cap. Iudex de officio delegat. in* 6. quãquam aliud dicendum sit in seculari judicio *ex Ordin. lib.* 3. *tit.* 21. §. 4. *Alex. in l quia poterat n.* 8. *ff. ad Treb.* Potest etiam reus excipere adversus actorem, quod non possit stare in judicio, quia sit excommunicatus, *cap. intelleximus de judic.* In quo declarari oportet speciem excommunicationis, an sit maior, vel minor, & etiam nomen excommunicationis, *vt in cap.* 1. *de except. in* 6. Ne excipiens vagetur, & illudat judici, & actori, & ut sic finis litibus imponatur. *Covar. in c. alma mater.* § 8. *num.* 5. 1. *part. de sententia excom. in* 6.

CAP. VIII. *De responsione Rei, & litis contestatione.*

REus si statim respondere noluerit, fa.it contestationem in hunc modum *o R. comprema de v. m. & medo das cẽsuras Ecclesiasticas contesta o libello do A. por negação segũdo vẽ proposto, negãdo narrata prout narrantur, & petita fieri, & protesta vir com sua contrariedade em seu tẽpo, & pede justiça cõ custas*, quã praxim posuit Bart. *in l.* 1 *n.* 73. *C. de litis cõtestatione, Abb. in c.* 1. *post n.* 6. *extra eodẽ.* Et de styllo hodie dicitur *contesto pola clausula geral.* Quod est idem. Nam cum litis contestatio sit lapis angularis, & fundamentũ judicij *secundũ Bald in cap.* 1. *de lit. cõtest. Gayl. pract. observ.* 75. In tantum quod illa à partibus remitti non possit *secundũ gl. in c. de causis de officio deleg.* nihil mirũ si reus à judice compellatur litem contestare *Marant. in pract.* 6. *p. mẽb.* 10. *n.* 8. *Assinius in praxi.* §. 17. *n.* 5. Nam licet in foro seculari judex habeat litem pro contestata sine alia coactione *vt infra dicam.* Tamen in hoc foro proceditur per censuras usquequo reus veniat litem contestaturus, quo casu protestatio dicentis se non animo cotestandi respondisse, uihil juvat, *vt per Mascard. de probat concluf.* 434. *n.* 20. *cum seqq.* Sed in causis summarijs litis constetatio non requiritur, *Clem. sæpe de verbor. sign.* Et 82. casus, in quibus illa nõ est necessaria, congerit Socin. *in c. quoniã frequenter à n.* 9. *ut lite non constat*, & ejus effectus ponit Marant. *in practic. pag.* 420. *num.* 9. *&* 12. *refert Soares in pract.* 1. *tom.* 1. *part.* 6. *temp.* Item licet in seculari judicio tantummodo dentur duo libelli ex qualibet parte, tamen in hoc admittitur quadruplicatio, & articuli accumulativi de novo ex licentia, uti erat de jure communi. *l.* 2. *ff. de except. & in princip. Instit. de replica.* Et si reus ad terminum non responderit incusari debet contumaciam, vt rejiciatur, & de cætero non sit audiendus quod non est ita in seculari, *vt infra dicã. lib.* 3 *cap.* 10. *num.* 2.

CAP. IX. *De termino probatorio.*

APud tribunalia Ecclesiastica tres dilationes conceduntur. Quarta vero 1
non datur, nisi adhibita juris solemnitate de qua *in cap. vltra tertiã.* 55. *de testibus. resolvit Gayl. lib.* 1. *observ.* 61. *nu.* 24. *&.* 6. Vel nisi pars fuerit minor, Ecclesia, Capitulum, collegium, hospitale, Universitas, & alij, quibus competit restitutio, quos latè recenset Marant. *in pract. pag.* 564. *ex n.* 83. Quæ sibi danda erit etiam contra aliã
personam privilegiatam. *cap. auditis de in.* 2
integ. rest. Rebuf. 2. *tom. de rest. art.* 1. *glos* 1. *n.* 44. *Maurit. de rest. in integ. cap.* 249. Vnde prædictis personis dilationem duplicari per restitutionem in intergrũ cautè
advocatus procuret, ne postea, petita in 3
integrum restitutione, lis magis protrahatur, nam etiam non petenti, & invito minoris duplicari omnes tres dilationes *ex Bartol. in l.* 1. *C. de dilat. stylo, & praxi receptum asserit Cabed. Arest.* 86. 1. *part.*

APPEN-

APPENDIX. De positionibus.

4 LIcet de jure, & praxi non respondens positionibus habeatur pro confesso, *prout habes lib.3.cap.12.n.24.* Tamẽ hoc fallit in beneficialibus, & spiritualibus, in quibus non respondens positionibus, sicut, & non jurans de calumnia, non habetur pro confesso, *ita Speculat. in tit. de*
5 *posit.§.3.n. 3.vers.secus puto.* Ea ratione, quia beneficia, & spiritualia non possunt possideri absque canonica institutione *c.3. de instit.*& confessio adversarij, sive tacita, sive expressa nihil in hoc operatur, ne hac via ingressus ad beneficia pateat vitiosus *cap. eum qui. De eo qui mittitur in possess. causa rei servandæ in 6.*

§. 1. De testium repulsione.

6 IN hoc foro Ecclesiastico, quocunque tempore possunt peti nomina ad objiciendum adversus testes antequam publicatio fiat, *ut in cap. præsentium de testibus in 6.* non obstante contraria consuetudine, quæ in seculari judicio servatur. Et licet in alijs causis repulsæ in prima instan-
7 tia non possint opponi postea in secunda, *vt ex Afflict. & alijs infra annotavi cap. 13. lib. 3.* Tamen in causa matrimoniali exceptio falsitatis contra testes post sententiam, & in infinitum objici potest *glos. in cap. 1. verb. per sententiam de except.* Cum appareat falsitate probata Ecclesiam fuisse deceptam, ac proinde sententia erit retractanda *juxta cap. lator. cap. consanguinei de re jud. Abb. in cap. 1. num. 10. de except. vbi Dec. num. 4. Mantua num. 16.* Vnde dicitur, quod sententia in causa matrimoniali nunquam transit in rem judicatam *secundum omnes in dict. cap. lotor. post glos. ibi verb. permanere,* quanvis alio modo explicet Covar. *in 4. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 12.* & alio Soares *in pract. 1. tom. 1. part. 9. temp. n. 7.* Sed melius explicat And. Gayl. *lib. 1. practic. obser. 122.*

CAP. X. *De sententia.*

IN primis judex in sententia potest sibi servare diminutionem, declarationem, sive moderamen illius *Covar. pract. cap. 34. in fin. Rebuf. pract. benef. in forma vicariat. num. 136. Selva in tracta. de benef. 4. part. quæst. 7. num. 5.* Sed illa non 2
transit in rem judicatam in causa matrimonij *vt sup. dixi* nec etiam in causa beneficiali quo ad præjudicium superioris, sed bene quoad præjudicium partium. *c. cum Bertoldus de re jud. Abb. in cap. 1. de cõcess. præbend.* Nec item causa suspensionis excõmunicationis, vel interdicti *Zerola in practica verb. sententia n. 9.* ultra quæ 24. casus, in quibus sententiam non transit in rem judicatam, tradit Marant. *in pract. pag. 534. n. 130 cum sequentibus.*

CAP. XI. *De appellatione.*

APpellatio interponi debet coràm judice à quo viva voce in audientia, 1
Clementin. 1. ibi, coràm ipsis de appell. decisio. 50 Rota de appel. in novis, & est cõmunis *secundũ Nauar. in cap. cum cõtingat n. 10. de rescript. resolvit Gutterres lib. 1. pract. quæst. 102.* alioquin appellatio coram notario interposita, & non corã judice erit nulla *Capella Tholosana. decis. 429.* & fiet in hunc modum. 3

Diz f. R. que elle se sente muito aggavado de v.m. o cõdẽnar pella sentẽça da cõtẽda, & o he de feito pellas causas, & rezoens seguintes. A primeira, por tal, & tal cousa. E a segũda, por tal, &c. Pellas quaes, & por outras, q̃ do processo se coligẽ, q̃ aqui ha por expressas, & declaradas, & por autras q̃ em seu tẽpo, & lugar se dirão, salvo jure nullitatis, appella da dita sentença pera N. mui S. P. Papa, ou pera ante a Sede Apostolca pera ante, &c. sob cuja protecção, & amparo poẽ sua pessoa, & bẽs, & pede os apostolos sæpe sæpius sæpissime instãter, instantius, instantissimè, simul, & uno cõtextu. E outra vez os pede com as maiores instancias, &

& afincamētos que pode,& o Escrivão lhe dè por estromento,& os presentes lhe sejão testemunhas.

3 Dicitur *salvo jure nullitatis*, qui si sententia est nulla, ratione consensus, appellans appellando simpliciter confirmat sententiam nullam, secus si est nulla ex alio defectu *vt per Bartol. & gloss. in l.* 2. *C. si ex falsis instrum. & in l.* 1. *C. quādo provocar. nō est necess. l. si express im.* §. *fin. de appellat.* & ideo illa protestatio (*salvo*) conservat jus partis *gloss. in l. si debitor.* §. 1. *vers. salvam pignoris causam ff. quibus mod. pign. vel hypoth. Cephal. consil.* 296. *lib.* 2. *nu.* 1. *Gam. decis.* 148. *n.* 3.

4 Dicitur etiam, *pede os apostolos.* idest literas dimissorias, quas si appellans non petit, non valet appellatio *juxta Clement. quāvis rigor de appellat. Guid. in q.* 4. *n.* 13. ubi limitat, & sunt petendi apostoli modo, de quo sup. al às appellatio non valebit. *Marant. in pract. tit. de appell. num.* 131. Sufficiet tamen ut unico actu sæpius petantur in uno eodemque libello intra 30. dies. *Clem. quanvis de appel.*

§. 1. *De tuitiva.*

5 SI pars appellaverit ad Curiam Romanam (in casu, quo potest) antequā finiatur tempus appellationem prosequēdi, poterit impetrare chartam, per quam pendente appellatione, non procedatur cōtra illum, *Ord. lib.* 2. *tit.* 10. Quam chartam tuitivam concedunt Senatores Palatij, *in tit. do regimēto do desēbargo do Paço.* §. 118. & ejus praxim ponit Covarr. *pract. c.* 35. *n.* 3. *vers. nam vbi lis agitur.* Quod si ante appellationem petatur charta tuitiva juxta terminos interdicti unde

6 vi, videtur posse concedi *Ord. vbi sup.* §. 116. pro quo expende, *Ord. lib. tit.* 85. §. 1 Et de istis tuitivis, circa alias quæstiones vide Cabed. *decis.* 76. *lib.* 1. *& decis.* 71. 2. *part. Valasc. consil.* 79. *lib.* 1.

§. 2. *Appellatio ad quē interponi debeat.*

POstquam appellans se offert corām judice à quo, & corām eo suam appellationem imposuit, tunc ille, aut appellationem denegat aut ei defert, primò casu appellans supplicat ad superiorem, & petit rescriptum inhibitorium, vt per aliquos dies non procedat ad ulteriora, & vt transmittat acta, quibus transmissis, & visis judicari potest *juxta cap. venerabilibus.* §. *porro. de sententia excom.* & si invenerit bene appellatū absolvet, vel ad suffraganeū, vt eum absolvat, remittet *Zerola pract. Episcop. verb. appellatio versic. deinde.* Si vero appellationi defert, tunc assignabitur tempus appellanti ad petendos apostolos, & ad se præsentandum, & ad prosequendam appellationem corām superiore, & si non se præsentaverit in termino constituto, appellatio remanet deserta ex testemonio, quod affert appellatus ad comparendum, cujus rei praxim ponit Cabed. *arest.* 42. 1 *part. & DD. in c. personas de appellat.* Contra quam tamē sententiam desertionis opponi possunt impedimenta ex causis, de quibus *Mascard. cōcl.* 116. *Marant. in pract. pag.* 641. *n.* 401. Quæ tamen appellatio fieri debet de minori ad maiorem judicem. *cap. non putamus de cōsuet. in* 6. Debetq; gradatim ad judicem maiorem immediatum, & omisso medio interponi, *c. dilecti* 3. *de appellat. Metropolitanum* 2. *quæst.* 7. Quanvis omisso medio, ad Papam appellari posse probat. *tex. in cap. ad Romanā* 2. *quæst.* 6. *cap. si duobus, cap. solicitudinē de appel.* vel ad legatum Sedis Apostolicæ, *Covar. pract.* 4. *n.* 9. Nisi appellaretur à subdelegato delegati Papæ, quia tunc ad ipsum delegatum est appellandum, *cap. si delegatus.* §. *fin. de officio deleg. in* 6.

7

8

9

10

11

12

§. 3. *De inhibitione.*

DIximus quod in hoc gradu ante omnia petit appellans mandatū inhibitionis contra judicem inferiorem, quo ei inhibetur causæ cognitio. *cap. Romana.* 13

§. f

§. si vero de appel. in 6. innouato à Concil. Trid. sess. 22. c. 7. Nam in casibus, in quibus appellatio de jure prohibita esset, non poterat superior inhibitionem dare contra inferiorem, donec cognoscat de causa justa, vel injusta appellationis per acta ipsius processus, & ideo in hoc solet altera pars impetrare: *nihil transeat*, per quod suspenditur mandatum inhibitionis, & non
14 conceditur nisi parte citata, & audita de jure suo. Nec etiam in causa criminali datur inhibitio, nisi, prius visis actis processus, *Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 3.* Vnde in ijs cautus aduocatus procurat, vt veniant acta processus ad superiorem, vt ex eis possit justificare appellationem, & sic possit inhiberi executio inferiori, nam si judex à quo post inhibitionem ei intimatam aliquid innouauerit, quasi attentatũ reuocabitur per superiorem, vel nullum judicabitur, *vt in cap. per tuas de sententia*
15 *excõmun. Lancel. de attent. c. 20. ampl.* 10. Cæterum si appellatio fiat ab interlocutoria habente vim definitiuæ, vel continente grauamen irreparabile per definitiuam, debet constare bene appellatum ex primis actis processus, non verò ex nouis *Clem. appellanti, de appell. Bartol. in l. ejus qui n. 8. ff. de minor. Dueñas, regul.* 47. vbi ponit 7. limitationes. Et constito, quod sit bene appellatum judex retinet cognitionem causæ principalis *secundum glos. in c. vt debitus honor, verb. alioquin de appell. gl. in c. Romana. § fin. eodem lib. 6.* Ejus rei praxim explicat Couar. *pract. cap. 9. num. 5. vers. quin. & illud.*

§. 4. *De attentatis.*

Item addo, quod quidquid fit medio
16 tẽpore, appellatione pendẽte à sententia diffinitiua, dicitur attentatum, *vt per jura & DD. quos citat Marcad. cõcl. 147. & seqq. Valasc. cõsul. 92. lib. 1. Cabed. decis. 120. 1. part.* Et erit reuocandum per judicem, ad quẽ *juxta tradita à Cabed. decis. 59. n. 4. 1. part.* vel per judicẽ à quo *secũdũ Couar. pract. c. 23. n. 2. versic. prima igitur.*
Vnde si pendente appellatione, appellans 17
dissipauerit fructus, judices superiores possunt illos sequestrare. *l. Imperatores n. fin. ff. de appellat. Ord. lib. 3. tit. 73. § 2. notat. Marãt. in pract. pag. 591. n. 177. Cabed vbi sup. n. 5.* Sed in hoc casu non sufficit allegatio, sed probatione opus est, quod dissipet *Gayl. lib. 1. obseruat. 147. n. 5.*

§. 5. *Appellatio quibus casibus non admittitur.*

Appellatio hodie ab interlocutoria
nõ suspendit, nec admittitur *Cõcil.* 18
Trid. §. 24. de reformat. c. 20. Nec etiam in causis criminalibus. *§. 13. de reform. cap.* 1. Nec etiam admittitur præsertim ad effectum suspensiuum, quãdo per rescriptum Papæ sublata sit appellatio per clausulam illã, *appellatione remota cap. 1. de rescript. cap. pastoralis de appellat. c. super quæstionum. § si vero de officio delegat. tradit Vitalis de clausulis fol. 17. nu.* 3. Quæ tamen 19
clausula non intelligitur quo ad tertiũ pro suo interesse, *vt est communis per Couar. pract. quæst. cap. 15. num.* 4. Nam clausula illa operatur tantum quo ad partes in rescripto comprehensas, non vero quo ad tertium. *Puteus in 2. decis. 147. Lancelot. attent. 2. part. cap. 12. limit. 8. nu.* 56. Sed si rescriptum illud emanauit a b officio contradictarum, per viã conquestus, ex quo illa clausula passim in omnibus cõmissionibus per illud officium conceditur, sine aliqua causæ cognitione, non debet seruari communis opinio, & hæc praxis ex consuetudine obtinuit in causa Hispalensi *decis. 71. sacr. palat. vol. 3.* Sicut nec prædicta clausula tollit appellationem, quam 20
appellans offert se incontinenti justificaturũ, *secundum glos. in cap. suscitata, verb. sentẽtiæ, de in integr. restit. Masc. de prob. cõcl. 687. n. 3.* Sicut etiã nec prædicta clausula tollit querelam *c. pastoralis. c. concertationibus. eodem lib. 6.* Nec supplicationẽ nisi remoueatur propter delictum, vel

contumaciam, *Clem. vnica de dolo*, vel ob infinitatem vitandam, *Rebuf. 2. tom. cõstit. tit. de rescript. in præfatione. num.* 161.

CAP. XII. *De executione sententiæ.*

1 IN primis executio trium sententiarum conformium non retardatur, *Clem.* 1. *de re judic.* nisi ex restitutione in integrũ, *pro vt dixi lib.* 3. *c.* 21. *num.* 33. Vel ex nullitate surgente ex defectu jurisdictionis *vt per glos. vlt. in Clem. de sequest. poss. & fruct. Alexand. cõsil.* 77. *n.* 12. *lib.* 2. *Couar. pract. c.* 25. *n.* 4. Vel ex causa nullitatis notoriæ, *vt per Bal. in l.* 1. *C. ne liceat tertio*
2 *prouocare, Ias. in l.* 1. *num.* 8. *ff. noui operis Mascard. concl.* 689. *nu.* 3. *de probatio.* Sed nec tunc, quando executio est retractabilis, *secundum Alexand. in l.* 5. §. *condemnatum n.* 10. *ff. de re judicata*, Aut quando impedimenta sint præsumptione calumniosa cõtra illã. *Capel. Theolo. quæst.* 54. *&*
3 430. *& ibi additio Minsing. cẽt.* 3. *obseru.* 84. Item per sententiã pars requiritur, & proceditur per censuras, vsque ad auxiliũ brachij secularis, seruata tamen forma Concil. Trid. *sess.* 25. *de reforma. c.* 3. Item
4 in hoc foro, vt summariè procedatur ex scriptura est recognitio, nec sufficit illa ficta, quæ ob contumaciam in seculari à lege Regia inducitur.

✠ Addo posse judicem in executione sententiæ supplere, & addere ea, quæ sunt de natura actionis, quanuis non sint petita, & sint omissa in libello, & in sententia Scacia *de sent. & re judicat. gl.* 14. *quæst.* 17. *n.* 43. vbi exemplificat.

§. 1. *De executore Apostolico.*

5 EXecutor datus à Papa, dicitur habere delegatã authoritatem *Guido Papa. quæst.* 70. *Gom. de trienal. possess. quæst.* 27. *col.* 3. *vers. sic etiã, decis. Rotæ.* 6. *de officio deleg. in nouissim. n.* 2. qui partẽ citare debet, *secũdũ Gomes in tractatu de expectat. & breui.* fallit quando vellet examinare aliquem si est idoneus, quia tunc non est pars citanda, *Anan. in c. licet. n.* 14. *de transact. Abb. in clem.* 1. *de officio deleg.* Quando vero in cõmissione dicitur *vocatis vocãdis*, vel *sine præjudicio*, requiritur causæ cognitio *Felin. in c. de cætero. col.* 3. *de re jud. Caputaq; decis.* 284. *p.* 2. Itẽ executor poterit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficij, licet illum expresserit in chancellaria Apostolica *juxta* 6
formam regulæ de exprimendo valore beneficij, imo debet facere executor ex officio suo, vtrum sit verum, quod expresserit *Boer. decis.* 161. *num.* 171. Nam gratia est nulla, ob non expressionem veri valoris, *Caputaq; decis.* 8. *n.* 6. *decis.* 27. *n.* 2. *gl. verb. aliquem in c. significauit de appellat. & in Cõcil. Trid. sess.* 22. *cap.* 5. *&* 6. *de reformat.* Item executor, an possit procedere absq; ordine judiciario, & possit recusari, & ab eo appellari? *vide Innoc. in c. proposuit de concess. præbend. num.* 5. Sed quia pars po-
nit exceptionem, & impedimenta aduersus rescriptum executoriale, & à non re- 7
ceptione supplicat, & petit commissionem ad Collectorem, solet altera pars impetrare clausulam, sine retardatione legitimæ executionis literarum, *vt euenit in lite Frãcisci Vas Pinto Añõ* 1605. *Scriba Ioanne Baptista sanctæ Crucis.* Itẽ literæ gratiarum, quomodo exequi debeant, pro praxi videnda sunt, quæ lato calamo scripsit Flores *lib.* 1. *pract. quæst.* 4 *Ceuall. decisio.* 22. *fol.* 243.

§. 2. *De auxilio brachij secularis.*

PRaxis in hoc casu talis est, vt post-
quam judex Ecclesiasticus aduersus 8
clericum, vel laicum suis censuris vsus fuerit, nec earũ virtute potuerit suam sentẽtiã exequi, nec justitiã ministrare, requirere poterit judicem secularem per literas precatorias, vt ipse captis rebus, & persona Rei, sententiam Ecclesiastici judicis exequatur. *c.* 1. *vbi gl. verb. publicum, vbi etiam Abb. de officio ordin. & lege Regia* sanci-

sancitũ est *in lib. 1. tit. 8. tradit Cabed. decis. 9. & 36. Couar. pract. c.* 10. Nam spiritualis potestas, & secularis inter se coadjuuantur. *c. Imperator 96. dist. c. nouit de judit.* aliàs potest illũ compellere suis censuris, & pænis spiritualibus ad auxilium sibi exhibendũ *c. 2. de maledicis*, quod judex secularis tenetur exhibere non alio requisito, & Ecclesiastici sententiam exequi absque eo, quod de ejus justitia cognoscat. *Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst. 69. n. 7. Bernard. Dias in pract. crim. c.* 133. Possunt autem objici, & admitti impedimenta contra brachij inuocationem & obtenta mandata executoralia in termino reproductionis, qualia sunt illa impedimenta litis pendentiæ, & nullitatis, vel à sententia judicis Ecclesiastici, cujus
10 executio petitur, rite, & debito tempore appellatum, ac proinde pendente appellatione nihil innouandum, vel per Ecclesiasticum judicem nulliter processum, & judicatum, quia sententia nulla non meretur executionem, de qua nullitate judex secularis, antequam ad pœnam procedat primum cognoscere debet, *vt præclare docet Abb. in cap. 1. de officio ordinar. n. 10. cum sequentib.* Et ita fuisse decisum in Camera imperiali, testatur And. Gayl. *lib. 1. pract. obseruat. 115. nu. 4. in fin. Marant. in disput. 1. num. 26. Oldrad. consil. 89.* Sed si
11 judex requisitus excedat, ita quod ab eo possit appellari, quæstionis est: Quis erit judex appellationis? An ille qui superior est judicis deprecantis, an superior judicis requisiti. In qua quæstione Bartoli distinctio admittitur *in l. à Diuo Pio. § sententiam Romæ. nu. 6. ff. de re jud.* quam sequitur ibi Ias. *num. 10. Abb. in c. quoad cõsultationem numer. 29. de re jud.* quanuis consuetudine ad superiorem requisiti erit appellandum *Rebuf. 2. tom. ad leg. Galliæ. tit. de requisitor. num. 14. uide sup. cap. 3. numer. 3.*

(:!:)

§. 3. *De promotore justitiæ.*

VT rectius, & facilius diœceses regantur, & moderantur, constituitur promotor justitiæ ab Episcopo, & ejus Vicario, qui pro rebus Ecclesiasticis agat, & eas defendat, vitiaque subditorum accuset, & denuntiet, qui loco officij Episcoporum, seu eorum Vicariorum succedit, & quod ipsi faciunt, ex mandato Episcoporum censentur facere, *vt not. Bern. Dias in pract. crimin. canon. c. 5.* & de stylo sit laicus promotor, *vt in c. 1. princ. de procurat. in 6.* Quanuis Castellæ semper clericus promotor fieri soleat, quia laico vitia clericorum accusare seu denuntiare interdictum est *c. laico, c. sicut sacerdotes 2. quæst. c. cum P. de accusat.* Et ejus deputatio, etiam ad procedendũ contra capitulares, pertinet ad Episcopum absque Concilio Capituli, ita sacra Congregatione fuisse declaratum *die 22. Septembr. Anno 1573.* in facto ad Cardinalem Pachecum Archiepiscopum Burgens. testatur Zerolla *in pract. Episcop. verb. Fiscus. num. 3.* Item instante promotore Episcopus potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ, etiam ad retractandum ea quæ ipsemet fecit *Nauar. consil. 20. num. 9. de rescript.* Sed si promotor temeritate, vel odio 13
aut calumniæ studio aliquem accusasse deprehendatur, non minus in expensis cõdemnabitur, quam si priuatus accusasset, *vt tenent Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 10 vers. sed nũc quid Salzedus ad pract. Bernardi Dias in pract. crim. c. 102. gl. vltim. Boer. decis. 324. Farinac. in lib. 1. tit. 2. de accus. quæstio. 16. num. 22. & 23.* Quanuis in seculari judicio, promotor condemnari non soleat in expensis *secundũ Gutier. pract. lib. 3. quæst. 21. numer. 5.* Sed bene pars cui ille assistit *Cabed. Arest. 52. 1. part.*

D2 PRAXIS

PRAXIS SECULARIS

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in causis ciuilibus tàm via ordinaria in 1. 2. & 3. instantia, quàm via executiua, & summaria.

LIBER TERTIVS.

SUMMA EX LIB. III.

Cap. 1. De citatione, & vocatione in judicium.
§. 1. De citatione in animam.
Cap. 2. De libello.
Cap. 3. De exceptionibus dilatorijs.
§. 1. De suspitione judicibus intētanda
§. 2. De declinatoria fori.
§. 3. De exceptione litis pendentiæ.
§. 4. De exceptione incidenti, vel emergenti.
§. 5. De impedimentis, & qualia admitti debeant, vel non?
Cap. 4. De exceptionibus peremptorijs.
Cap. 5. De tertio opponente se liti.
§. 1. De tertio assistente.
Cap. 6. De litis contestatione.
Cap. 7. De juramento calumniæ.
Cap. 8. De cōuentione, & cōpensatione.
Cap. 9. De libello responsorio.
Cap. 10. De libello replicationis.
Cap. 11. De libello treplicationis.
Cap. 12. De dilationibus, & quibus modis probatio fiat.
§. 1. De probatione, quæ fit per testes.
§. 2. De probatione quæ fit per scripturas.
§. 3. De probatione, quæ fit per confessionem partis.
§. 4. De probatione, quæ fit per juramentum.
Appendix de positionibus.
Cap. 13. De repulsis aduersus personas testium.
§. 1. Quibus ex causis testes reprobari possint?
Cap. 14. De publicatione processus.
§. 1. De impedimentis aduersus publicationem testium.
Cap. 15. de allegationibus in causa faciēdis
§. 1. De modo videndi processum.
§. 2. De modo allegandi.
Cap. 16. De conclusione in causa.
Cap. 17. De sententia judicis definitiua.
Cap. 18. De impedimentis in chācellaria.
Cap. 19. De praxi procedēdi in 2. gradu appellationis, aut supplicationis.
§. 1. De forma expediendi appellationē, vel grauamen per Senatores.
§. 2. De recusatione Senatorum.
§. 3. De modo admittendi, & expediēdi impedimenta posita in chancellaria supplicationis.
Cap. 20. De praxi procedēdi in causa reuisionis, id est supplicationis ex gratia.
§. 1. reuisio, quibus casibus nō admittitur?
§. 2. De effectu reuisionis.
Cap. 21. De praxi processus executiui.
§. 1. De persona exequente.
§. 2. De liquidatione sententiæ.

§. 3. De

§. 3. *De executione contra hæredes.*
§. 4. *De modo quo executio fit.*
§. 5. *In quibus executio fieri non potest.*
§. 6. *De forma expediendi impedimenta aduersus executionem sententiæ in gradu appellationis.*
§. 7. *Ex quibus impedimentis suspendatur executio.*
§. 8. *De alijs impedimentis aduersus executionem.*
§ 9. *De impedimentis coram judice exequente objectis, an ille cognoscere debeat, vel remittere? & quando.*
§. 10. *De ijs quæ instar sententiæ habent paratam executionem.*
§. 11. *De prælatione creditorum in executione rei pignoratæ.*
§. 12. *De subhastatione facienda.*
§. 13. *De impedimentis aduersus subhastationem.*
Cap. 22. De praxi processus in actione decem dierum.
§. 1. *Ex quibus scripturis actio summaria competat decem dierum.*
§. 2. *De ijs quæ requirũtur ad hoc, vt locum sit actioni decem dierum.*
§. 3. *De impedimentis, quæ objici possunt in actione summaria decem dierum.*
§. 4. *De clausula depositaria.*
§. 5. *De assignatione decem dierum.*
§. 6. *De quinquennio, quod præstari solet debitori inopia laboranti.*

CAP. I. *De citatione, & vacatione in judicium.*

1 AD Judicium inchoandum omnino necessaria est citatio, sine qua processus, & sententia est nulla *Ordin. lib. 3. tit. 75. tradit Minsinger. lib. 5. singular. cent. 3. obseruat. 71.* Quo fit, vt etiam in summarijs judicijs citatio nunquam tollatur, quia cum introducta sit ad defensionem, tolli non potest, quoniam nec ipsa defensio, quia juris naturalis est, tollitur. *l. vt vim. ff. de justitia, & jur. probat tex. in Clem. sæpè de verb. signifi. & in Clem. pastoralis. §. cæterum de re jud.* Nam inaudita parte nihil potest definiri. *cap. 1. de caus. poss. & proprietat. cap. nos in quendã. 2. quæst. 1.* Et quãvis dubitatum sit, an per
2 principem tolli possit? Verius est non posse, *prout defẽdit Pinel. in rubr. de rescind. vend. 1. part. cap. 2. nu. 21.* Ideòque neque statuto, aut lege tolli poterit, *vt probat Bald. in l. 1. col. 1. C. quomodo, aut quando Iudex, Felin. in cap. ex parte 2. col. 2. de officio deleg.* Eo tamẽ casu quo liquido cõstaret non cõpetere defensionem, tenuerunt nonnulli citationem non esse necessariam *ex tex. in cap. cum olim de re jud. & in l. 2. §. 1. ff. administr. rerũ ad ciuit. pertin* & ita id ipsum tenet *Abb. in c. 1. nu. 5. de caus. poss. & propr.* Sed ea opinio falsa est, nec alibi probatur, standum enim est regulæ generali, de qua sup. Nec obstat tex. *in dict. cap. cũ olim,* quia ibi multa simul juncta effecerunt, vt judicium ita necessarium non esset, & ita judicium fuit 3
omissum, non vero citatio, sine qua judicium non consistit secundum prædicta, erat autem æquissimum, vt ibi judicium omitteretur. Primò, quia cõstabat, quod Papa contulit dignitatem deceptus ab impetrante, quo casu contulisse non videtur, cessante voluntate conferentis, *juxta notata in l. & eleganter. ff. de dolo per tex. ibi.* Secundo, quia litteræ sic impetratæ fuerunt subreptitiæ. Tertiò, quia subreptio cõstabat liquido ex actis. Quarto, quod causa agebatur coram Summo Pontifice. Quinto, quod erat causa beneficialis, in qua habet ipse judex, & Papa plenissimã potestatem. *cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. vt lite non contestat.* adeò, vt ex ea causa dicat Abb. *in cap. 1. vbi sup. num. 26.* quod potest procedere in ijs Papa sine citatione. Vnde fit mirum non esse si *in dict. cap.*

D3 cum

cum olim, Summus Pontifex sine ordine
4 judiciali processit, notoriè intrusum repellendo propria auctoritate, cõstat enim quod clandestinum possessorem potest quis repellere à domo sua sine judice. *l. clam possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acq. poss.* Quæ interpretatio *ad d. c. cum olim.* omissis alijs vera videtur, & per eam limitatur decisio tex. *in cap. conquerente de rest. spoliat.* Neque enim si possessor clan-
5 destinus expellatur à domino restitui debet. *cap. olim. o 1. eod. tit.* Non etiam obstat tex. *in d. l. 2. §. 2. ff. de admin. rerũ ad ciuit. pertin.* quia potest intelligi secundum Bartol. ibi, vel etiam potest dici, quod procedit ex eo, quia ibi absens jam fuerat citatus, & conuictus super eo, quod dicebatur pecuniam frumentariam ciuitatis conuertisse in alios vsus, vnde nouum judiciũ non est necessarium ad hoc, vt eam pecuniam præstet ciuitati cum incremento
6 vsurarum, pro vt etiam constat in eo casu, quem Bartol. effingit. Ex quibus infertur justè dubitari posse de praxi, quæ vulgo abusiua habetur, vt valeat conuentio de citatione facienda in alia persona extranea, attenta præcipuè *Ord. lib. 4. tit. 72.* vnde illa ita admitti videtur si constet absente reo citationem fieri, sicut pronunciatum extat à Senatu *argum. Ordin. lib. 3. tit. 2.* vbi in litis ingressu procuratori, non, nisi absente reo, citatio facta tenet. Nec item admittitur hujusmodi citatio, nisi ex chyrographo recognito, & justificato, vti sæpissimè judicatum vidi.

§. 1. *De citatione in animam.*

7 IN hac citatione praxis est, vt reo non comparente deferatur juramentum actori, quasi non comparens ei referat tradit Riminal, *consil. 413. lib. 3.* Limita si ille cui defertur juramentum probabiliter ignoret factum, tunc enim ei juramentum
8 deferri non potest *l. Marcellus. §. fin. & ibi Bartol. ff. act. rerum amot. Aym. consil. 203 n. 5.* Vel si de facto probabiliter dubitet, nã dubitans non cogitur illud susciperet. *l. generaliter. §. 1. vers. hoc attestetur. C. de reb. cred. Bart. in l. manifestæ num. 4. ff. de jur. jurand.* Item limita incitatione per edicta, quia tunc actori non defertur juramentum in animam, vti decreuit Senatus *in causa Nonij Dias de Brito. Scriba Sebastiano de Padilha, Anno* 1609. Sed cautè procurator quando videt reum cita- 9
tum animose velle jurando in animam negare debitum, potest pœnitere antequam juret, *vt in l. si quis jus jurandum. 11. C. de reb. credit.* Nec enim ex praxi ad reuocationem delationis juramenti requiritur, quod justa causa de nouo superueniat vt putauit Bartol. *in l. non erit. §. fin. n. 4. ff. de jure jurand.* intelligendo sic illum tex. quem dicit communiter receptum *Ias. in l. jus jurandum, quod ex conuentione. n. 7. ff. eodem.* Nam tex. iste hoc non requirit, vt impugnando communem considerauit Imol. *in l. fin. ff. de prætor. stipul.* quanuis defendendo communem dici possit ibi partem allegasse se probationem sufficientem habuisse, & sic in effectu superuenisse causam post delatum juramentum, stari enim solet dicto allegantis de nouo aliquid superuenisse. *cap. pastoralis de exception. Bartol. recept. in l. admonendi n. 4. ff. de jur. jur.* At contra cautela in hoc casu talis erit, vt judex requirat an procurator actoris habeat mandatum ad reuocandam actionem, quod si non habuerit nihilominus juramentum reo deferetur, judicauit Senatus *in lite cujusdam Germani. Anno 1616. Scriba Valẽtino da Costa*, & probatur ex traditis à Corrasio *de contractibus, tit. de juramento decisorio.* Cæterũ si reus incõtinenti non susceperit juramentum, & postea juret, nihil ei proderit juramentũ, 10
quia censetur delatio juramenti resoluta, *glos. vlt. in dict. l. non erit. §. fin.* vnde Bart. *ibi. num. 3.* admonet, vt ille, cui defertur juramentum, non respondeat, volo deliberare, vtrum jurem, quia tunc resoluetur delatio, sed respondeat se suscipere, & paratum esse jurare, petere tamen tempus

pus deliberandi, qualiter jurare debeat: hoc enim admittit juramenti delatio. *l. jus jurandum. & l. ad pecunias in fin. ff. de jur. jur.* sequitur *Ias. in §. item si quis postulãte. nu.* 33. *de action. Cephal. consil.* 65. *n.* 63. An autem in hac citatione in animam possit declinari jurisdictio? Diuersimode practicari vidi, modo sic *ex l. tutor. §. vlt. ff. de jure jurando.* modo non *ex Bart. in l.* 1. *ff. de confessis.*

11

CAP. II. *De Libello.*

1 IVdex, comparente Reo in judicio per se, aut per procuratorem (si non valuerit partes ad concordiam reducere, aut controuersiam statim dirimere) præcipit libellum offerri ad primam audientiam *ex lib.* 3. *tit.* 30. §. 4. In quo, vt recto ordine procedamus, prænotari licet quid sit libellus, & qualis esse debeat? Et quo ad primum libellus nihil aliud est quam narratio quædam in scriptis redacta claram intentionem actoris continens, *vti colligitur ex traditis à gl. & alijs quos refert Alciat. in pract. fol.* 101. *col.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 679.

Dis Martinho morador nesta Cidade contra Pedro R. & se cumprir.

P. *Que na instituição do morgado que fez & instituyo Lourenço, ordenou & mandou q̃ não succedesse nelle femea, saluo não se achando varão.*

P. *Que elle A. he da geração do dito instituydor, & seu descendente parente mais chegado, por ser como he irmão de Diogo, pay de Hieronymo vltimo possuidor, o qual he falecido sem deixar filho varão lidimo descendente.*

P. *Que o R. Pedro he filho de Izabel irmãa do vltimo possuydor, & filha de Diogo irmão de elle A. & por estar em mais remoto grao não lhe pertence a successaõ do morgado, senão a elle A. que he varão. he fama publica.*

petit admitti. & justitiam omni meliori modo, cum expens.

In primis requiritur vt apponatur quid
2 narrando factum *vt in l. si in rem, & l. officium vbi Bart. ff. de reiuend.* Item, & quo jure, causa, vel ratione petatur. Nam licet non sit necessarium nomen actionis proponere, oportet tamen causam ponere, ex qua conclusio sequatur *Bart. in l. edita C. de edend. Ias. in §. omnium n.* 165. *Inst. de actio Gayl. lib.* 1. *pract. obseru.* 61. *ex n.* 4.

Item ponitur in libello, *& se cumprir,*
3 quæ clausula ex vsu communi in omnibus libellis apponi solet, & operatur hunc effectum, quod licet plura in libello cumulans, ea omnia astringatur probare, *vt dicit Archid. in cap.* 2. *de testibus in* 6. tamen prædictam clausulam solum astringitur probare id, quod ad victoriam illius causæ sufficiebat, quæ clausula successit in locum antiquæ, qua dicebatur (*non me astringẽs vltra quã ad necessaria*) cujus meminit Abb. *in cap. ex parte o* 1. *nu.* 8. *de test. crip. & in c. examinata de judicijs. Gomes. in §. omnium, col.* 5. *de action.* Itẽ propter prædictam clausulam, nõ astringitur. A. qualitatem in libello propositam probare. *Mascard. de probat. consil.* 1254. *n.* 56. Itẽ dicitur, *provarà*, vel *entende prouar*, forte secundum consilium, & cautionem quam 4
dicit Bartol. *in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus nu.* 8. *verb. oblig.* vt scilicet ponatur in libello, agit, & agere intendit, idque ad hoc vt etiam in futurum comprehendat.

(*Petit admitti, & justitiã*) clausula ista salutaris est, & nunquam omittenda, tam ex parte actoris, quam rei, nam plures effectus habet, & multi defectus per eam supplentur, *vt videbis apud Ias. in §. omnium à nu.* 147. *de action.* Ita vt licet quãdo narratio facti est diuersa à conclusione, ei, & non narrationi standum sit *secundum Dec. consil.* 2. *nu.* 3. Tamen per istam clausulam narratis etiam standum erit, *vt tradit*

tradit Auend. responso 1. *nu.* 18. *Gayl. vbi*
5 *sup. à num.* 11. Item clausula illa *super omnibus & singulis*, quã vtilis sit, & quando, *vide per Mascard. conclus.* 1254.

6 Item ponitur, *omni meliori modo*. Quæ clausula licet non sit necessaria, est tamen vtilis, & habet hunc effectum, vt si duo remedia proponantur in libello, vnum aptũ & aliud ineptum, vel aduocatus sit dubius de remedio competenti, virtute dictæ clausulæ sustinetur libellus eo modo, quo melius de jure valere possit, *vt per Ias. in d. §. omnium. n.* 149. *&* 151. *de action. Marant. in pract. pag.* 366. *n.* 10. *Hippol. sing.* 36. Et ideo proponens duas actiones in libello cumulatiue, non potest compelli, vt vnam ex illis eligat, si vtraque ad eundem rei finem tendat *prout decidit Senatus in grauamine Catherinæ Coelha, cum Catharina Lopes, Scriba Bernaldin da Costa*, pro qua decisione *est glos. optima jun. tex. ibi in l.* 1. *§. quia autẽ ff. quorũ legat. eleganter Bartol. in l. edita. nu.* 14 *C. de edendo.* vbi respondet ad contraria. Et inde etiam su-
7 stinetur libellus licet conclusionem non habeat *secundum Bald. in d. l. edita. nu.* 6. Quod hodie planum fit attenta Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 63. Pro vt ex simili lege regia, quæ est apud Hispanos probarunt Maticenso *in dialog. Relatorum* 3. *part. c.* 43 *n.* 2. *Auend* 1. *respons. Afflict. in cõstit. rubr. §.* 8. *n.* 5. Et quidem prædict. ordinatio con-
8 sonat menti juris antiqui, *vt est glos. in l.* 1. *§. si quis argentum, verbo juranti ff. depositi recepta ex Ias. in l.* 1. *nu.* 6. *ff. de officio assess.* Et inde etiam fit, vt licet quis agat ex vna causa, & aliam probet, non propterea debet succumbere propter prædictam clausulam, *vt dicit Socin. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.* 3. *ff. acqui. poss. Dec in leg. petens n.* 5. *C. de pact. Marant. in pract. pag.* 195. *nu* 33. Contrarium tamen ex multis defendit Valasc. *de jur. emphyt. quæst.* 6. *n.* 12. *vers. verum. Pinel. in l.* 2 3. *part. c.* 3. *num.* 28. *&* 32. Quorum
9 sententiam libenter amplector attenta præcipuè Ordinatione *lib.* 3. *tit.* 63 *§. fin.* vbi non potest ferri sententia ex causa probata, si non fuerit intentata, cujus legis ea potissimum ratio esse videtur, quia pars citata non potest se defendere nisi super expresse deductis in libello, vnde non aliter sententia ferenda est. Vnde si super non deductis sit inter partes discussum, videtur super illis sententia ferri posse, quia non potest dici partem fuisse in defensam, *vt notauit Abb. in cap. Abbate de verborum signific. Afflict. decis.* 95. vel si cõpatiantur probata cum propositis *secundum Valasc. sup. num.* 13.

Item, poni solet vbique clausula illa, *cum expensis*, quia de jure communi judex
hanc expensarum condemnationem facere non tenebatur, nisi à parte petitæ fuissent *secundum glos. in cap. fin. de rescript. Couar. in pract. c.* 27. *nu.* 5. Nec enim officium suum tenetur impartiri, nisi petenti *l.* 4. *§. hoc autẽ judiciũ. ff. de damn. infect.* Nec si omitterentur in condemnatione rei judicatæ, postea peti poterant. *l.* 4. *C. depositi l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* Quanuis hodie aliud sit, nã judex tenetur semper victũ condemnare in expensis, licet ille justam causam litigandi habuerit. *Ord. lib.* 3. *tit.* 67. quod non erat ita de jure communi. *secundum gl. & Bartol. in l. properandum § siue autem C. de judic. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. cent.* 2. *casu* 177. Et licet specialiter non petantur, satis est principalem rem peti, & super ea justitiam ministrari *argum. tex. in l. ædiles, §. Item sciendum ff. de ædilict.* aliàs si judex omittat condemnationem facere expensarum, tenebitur resarcire damnum, *vt in d. §. siue autem.* In eo enim quod justitiam denegat, facit litem suam. *l.* 4. *§ si judex ff. de act. & oblig. l. fin. ff. de var. & extraord. cog.* Quod non solum procedit quando fertur sententia definitiua in negotio principali, sed etiam quãdo fertur interlocutoria in negotio incidenti, vel emergenti. *l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens.* Quia si per calumniã, aut temeritatem quis litigauerit, æquissimum est, vt hoc non cedat in præju-

præjudicium victoris, pro quo præsumitur propter sententiam. *l. 2. ibi quod non arbitramur. C. de officio ciuil. jud. Menoch. lib. 2. tit. 67. de præsumpt.*

11 Item ponitur. *he fama publica*, quia licet fama publica de per se nõ inducat plenam probationem, sed semiplenam, *secũdum gl. in c. 1. verb. fama. extra de appell. Bart. in l. de minore. §. plurimum. n. 30 ff. de quæst. & ibi Hipol. num. 27.* Tamen cũ vno teste plenam probationem inducit, *secundũ gl. & DD. quos refert Moscard. de probat. concl. 753.* Et sic de stylo ponitur in fine articulorũ, *secundum Abb. in c. inter dilectos. nu. de fide instrum.* Quanuis, quando solum testes in fine examinis deponunt de prædictis extare publicam vocem, & famam, illam non probari tenuerunt Bursat. *consil. 20. n. 64.* Ferretus *consil. 246. num. 2. lib. 2.*

Item dici solet in fine, *sem contenda de Iuizo*, quæ admonitio non est necessaria, sed tantum ex vrbanitate, *secundum glos. in cap. licet Elij verba in scripto, de symon.*

CAP. III. *De exceptionibus.*

§. 1. *De suspicione judicum.*

1 QVanuis nullibi reperiatur de jure ciuili necessariam esse causam, vt judex suspectus dicatur, sed tantum de jure canonico. *cap. 2. c. cum speciali de appell.* quod jus apud nos seruatur etiam in seculari judicio, tamẽ an id indistinctè in omnibus judicibus etiam inferioribus admitti liceat, & bono publico conueniat; alij videant, cum jure Castellæ, quæ est melior praxis, tantum sufficit parti, quod juret non esse calumniosam suspicionem *l. 22. tit. 4. part. 3.* exceptis casibus relatis *in l. 1. tit. 10. lib. 2. recopil.*

Hujus autem suspicionis probatio, intra 45. dies finiri debet, & non vltra
2 greditur, quanuis facto aduersarij præd. terminus probationis esset transactus, *Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 21. & 22. ibi sem embargo*, quæ lex licet dura seruanda est *l. prospexit ff. qui. & à quibus.* Nec enim licet nobis judicare de lege, sed secundum legem. *cap. erit autem 4. d. cap. pastoralis §. quia vero de officio deleg.* Et ob id cautè 3
quidam supplementum impetrauit à Senatu maximo, nam cum leges vniuersaliter ferri oporteat, nec soleant singuli articuli in ea explicari. *l. jura 1. & 2. l. neque l. non possunt. ff. de ll.* occurrenti casu qui si contineatur in lege vniuersali redderet eam iniquam, & duram, dictat æquitas illũ casum subduci de lege, accedente superioris auctoritate, *l. 5. l. leges à 3. C. de legib.*

Item potest, & debet pars aduersa post 4
quam pronuntiatum sit suspicionem procedere, intra terminum objicere impedimenta, & exceptionem aduersus procedimentum suspicionis; ita vt lapso termino 30. dierum, & sententia lata super reculatione, talia impedimenta nihil præstent, *vt decisũ fuit in lite Guilherme Cocayme cum Francisco de Almeyda, Scriba Ioam Leal, Anno* 1609. Nam illa simul cũ suspicione currere debent, & vna sententia terminari intra præfixum terminum, *vt dixi.*

§. 2. *De declinatoria fori.*

EXceptio ista declinatoria proponi- 5
tur coràm eodem judice, cujus jurisdictio declinatur, & judicium incompetens allegatur, qui de tali incompetentia cognoscere, ac pronuntiare potest. *l. si quis ex aliena. ff. de judic. vbi Bartol. & in l. 2. ff. si quis in jus vocatus. Gama decis. 340. n. 3.* Licet ex eo judex aliquod interesse prætẽdat veluti sportulas, *secundũ Cabed. decis. 41. lib. 1.* Qui super illa summariè cognoscere debet *Paul. in l. 1. C. de ord. jud. num. 9.* Alioquin si absque pronuntiatione ad vlterius procederet, processus 6
tanquam à judice suam jurisdictionem ignorante factus esset nullus, *vt voluit Caualcan. consil. 115. n. 4. Bartol. in l. multũ. ff. de cond. & demonst. Asinius in praxi § 13. cap.*

13. *cap.*8.*num.*2. Et siue ille pronuntiet se
7 esse competentem, aut non, semper, & in omni casu, etiam minoris summæ, vtraq; pars potest supplicare per petitionem, aut per instrumentum, quidquid Valasc. *cons.*47.*nu.*6. *in fin.tom.*1.*tradidit Cabed.*
8 *decis.* 48.*num.*2.1.*part.* Sed quanuis de jure processus coràm judice incompetenti factus post declinatoriam annulletur, *secundum Vantium de nullit. ex defectu jurisdict. Gama decis.*219. vbi plures ad id refert, tamen in praxi sæpe Senatus obseruare solet, quod sententia sola annulletur, acta vero ad judicium competens remittantur, & sustineantur, vt decreuit Senatus *in lite Ioan.Consuel, contra Gaspar Iaques Anno* 1612. *Scriba Ludou. Motta Feo* Quicquid Alber, *in l.*2.*col.*6. *vers. sed nũquid acta.ff. si quis in jus vocatus*, & alij *in l. is apud quẽ C. de edendo.* Nisi pars ex eo-
9 rum annullatione interesse aliquod prætendat *secundum Cabed.decis.*259. *num.*2. *Valasc.consil.*65.*ad fin.*1.*part.* Aliquando
10 etiam in hoc casu impetrari solet à judice competenti, vel conseruatore auocatoria, & requisitoria, vt processus remittatur, & trãsferatur *juxta ea quæ tradit Cou.pract. c.* 9. Quæ si per impedimenta constiterit quod sit notoriè injusta, aut nulla, vt quia concessa sine causæ cognitione, vel sine mandato principis, vt opus est *juxta Ord. lib.* 1 *tit.*65 §. 18. Vel quia non constet de potestate judicis requirentis, vt quia non sit ejus judex, *secundum Couar. in pract. c.* 11. *nu.*5.*Cabed.decis.*49.1.*part.* illa adimpleri non debet *ex regula c. inter cæteras de re jud.Couar.lib.*1.*var.cap.*1.*n.*10.*vers. vltimo.Marant.deOrd.jud.disput.*1.*n.* 36. Imò in ijs nec impedimenta remitti, sed debere judicem requisitum de illis cognoscere decreuit Senatus *in causa Petri Scholaris, cum Antonio de Brito de Sylua, super aduocatoria emanata à Cõseruatore Conimbr. Anno* 1609. *Scriba Marco do Couto.*

§. 3. *De exceptione litis pendentiæ.*

Ista exceptio est etiam dilatoria, & idcirco ante litis contestationem similiter est objiciẽda, *Ord.lib.*3 *tit* 20 §. 9. *Afflict.decis.*130.*nu.*5.*lib.*4. *Assin.in praxi.* §.13. *cap.*2.*num.*3. Limita in tertio com- 11
parente, qui potest etiam post litis contestationem dilatoriam exceptionem objicere, *vt obseruat Angel.in l.si quis libertatẽ col.vltim.in fin.vers. & secundũ hoc ff. de petit.hæred. Dec.in cap.cũ super n.* 2. *de officio deleg. quem sequitur And. Gayl. lib.* 1.*pract.obseru.*71. *nu.* 8. Inducitur autem litis pendentia per supplicationem principi porrectam, præsertim si subsequatur rescriptum principis. *l.*1. *&* 2. *C. quãdo libellus princip. dat. & l.*1.*C. vt lit. pẽd.* Vel per citationem, *juxta Clem.* 2. *vt lite pẽd.declarat Guid.Pap.decis.*478.*Alex.in l.cũ notissimi.C.de præscript.*30.*ann.* Nã jurisdictio dicitur præuenta per citationẽ *vt probatur per jura, quæ dixi lib.* 2. *cap.*2. Vel etiam per commissionem causæ, aut per impetrationem judicis. *c. sugestum de appel. c. causam o* 2.*de testibus.* Vel etiã si causa, licet noua, & priuilegiata respectu personarum, dependeat ab inuentario, & judicio vniuersali familiæ ercíscundæ, quia tunc remittenda erit ad priorem judicem, vt praxi receptum esse constat, & decisum à Senatu *in lite Mariæ de Oliua cũ Guiomar de Lemos Scriba Sebastiano Gonçal.de Lima, Anno* 1612. Alios modos litis pendẽtiæ refert Firmianus *verb. lis pendet, & Mascard. de prob. concl.*987. Dixi autem per solam citationem induci 12
litis pendentiam. Quod intelligo non solum casu, quo ipse actor prius citauit coràm vno judice, & postea interpellauit reum coram alio, sed etiam quando alius tertius veluti socius, aut cohærens super eadem re, & causa jam reum conuenerat, nam ne ipse diuersis judicijs vexetur super eadem causa, exceptio admittenda, est. *l.qui prior. ff. de judic.jun.l.*1. *ff. quibus rebus ad eundẽ judicatur.* judicauit Senatus *in lite Hectoris Roderici cũ Antonia da Veiga, Scriba Ioan.de Payua, Año* 1609. 13

Imò

Imò, & rursus idem intelligo quando ipse reus prius intentauit actionem contra actorem veluti de annullando, aut rescindendo contractu (vti sæpe contigit) & actor vult postea eum citare super eadem re, & causa in alio judicio, quantumuis ille agat via ordinaria, & iste per viam summariam. Exceptio recipienda est propter præuentionem judicij in lite Iuliani Enriquez cum Petro Booz, *Scriba Ludouico Gomesio* decreuit Senatus *Anno* 1609. Pro qua decisione inducitur tex. ratio *in Ord. lib. 3. tit. 33. §. 2. & l. qui prior. ff. de judic.* Nam, & continentia causæ diuidi non potest. *l. nulli. C. de judic. jun. l. vbi cæptũ ff. eod.* & facit quod tradit Guttierres *de juram. confirmat. cap. 2. nu.* 18. Contrarium tamen existimauit Senatus *pro vt infra dicam cap. 22. nu.* 33. Limita in exceptione ejus litis, quæ pendet in foro Ecclesiastico inter laicos, quia illa non admittitur ex decisione Cabed. *Arest. 91. 2. part.*

§. 4. *De exceptionibus incidentibus, vel emergentibus.*

14 EXceptio quæ incidit, vel emergit in causa principali, aut est præjudicialis, aut non. Primò casu facit, vt super negotio principali supersedeat judex, vsquequo incidens finiatur, & plenè tractetur *vt in l. quoniam Alexãdrum. C. ad l. Iul. de adult. l. 3. de judic. l. pen. C de ord. cogn.* ex quibus ita decisum fuit in casu de quo *Cabed. arest. 89. 2. part.* Nam ideo dicitur præjudicialis quia præjudicium affert causæ principali. *§. præjudiciales Inst. de action.* ita vt cesset negotium principale, si pronuntietur in fauorem objicientis. *l. fundũ. l. fundi ff. de except. l. 2. C. de ord. cog. c. tuã eodẽ tit. l. 1. C. de ord. judic. c. lator. qui filij sint legit.* Si vero causa emergens, vel in-
15 cidens, non est præjudicialis, censetur vna, & eadem cum negotio principali, ita vt judex aditus non dicatur incidenter de ea cognoscere, sed impartiri officiũ suum in negotio principali, *vt tenet Bart. sic intelligẽdus in l. interdum §. qui furem ff. de furtis. quẽ sequitur Ias. in §. ex maleficijs. nu. 77. de action.* Et est communis opinio *secundum Hipolit. consil. 115. nu.* 19. adeò vt malè doceant auctores communiter *in l. 3. C. de judic.* dicentes judicem causarum criminalium non posse incidenter cognoscere de negotio ciuili. Id enim tripliciter intelligi potest, primo quando causa est præjudicialis, & tunc vera est communis opinio ex eo, quia prius tractanda est, nec potest cognosci de causa principali, antequam de ea cognoscatur. *l. quoniam Alexandrum. C. de adulterijs.* Secundo, quando est exceptio non præjudicialis, sed aliàs peremptoria, veluti exceptio pacti, & tunc non dicitur causa incidens, sed excludens actionem, seu accusationem *vt in l. 2. ff. de except.* Ideoque non est mirum si judex, qui cognoscit de accusatione, possit etiam cognoscere de pacto. Tertio, quando verè negotium est incidens, & tunc si non possit separari à negotio principali, nemo dubitat posse eundẽ judicem de ea cognoscere, *ex ratione tex. in d. l. quoniã Alexand.* quanuis tunc summariè agendo sit *vt in d. l. 3. & in l. si quis 1. liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agnosc.* 16
Propterea, quod nõ est causa præjudicialis, cæterum si negotium incidens possit separari à negotio principali, non video cur judex causarum criminalium non possit de tali negotio ciuili, etiam incidenter cognoscere, quicquid dicant Ial. & alij *in l. 3. C. de judic.* vnde fit, vt si causa est præjudicialis, licet de ea non possit judex separatim cognoscere, potest tamen quando eadem est incidens, *vt l. 3. C. de judic. l. 1. C. de ord. cogni.* & in ea ferre sententiam diffinitiuam, quæ habeat auctoritatem rei judicatæ, quicquid contrarium velit Ias. *post alios in l. 1. §. qui mandatum. nu. 7. ff. de offic. ejus.*

§. 5. *De impedimentis in genere, & qualia illa sint, quæ admitti debeant, vel non?*

Oppor-

17 OPportunè hic, quoniam de dilatorijs agimus, annectitur tractatus de impedimentis in genere, nam solent procuratores morosi, qui causas protelare student, vbique impedire, & impugnare ad quòd judex præcipit, & Hispani irrident, & inuehuntur in jura nostra, quæ hoc non prohibent; vnde non defuere judices grauissimi, qui saltim in audientia huic cautelæ prudenter contraueniunt, jubent enim vt verbaliter procurator explicet, vel illico proponat, quæ sint impedimenta

18 ad objiciendum. Quo modo cautè euitatur magna litium prolixitas, cui obuiari conuenit, sunt enim fugiendæ lites propter expensas, & vexationes, & alia incommoda, quæ inde oriuntur, *vt l. fratris. C. de transact. l. minoribus. ff. de minor. l. seruus. ff. de act. & oblig. c. dispendia de rescript. in 6* Idq; laudatur à *I.C. in l. item si res. §. fin. de alien. jud. mut.* Nam ob bonũ publicũ introductum est finem, & modum litibus præscribi. *l. properandũ. C. de judic. cap. finẽ litibus de dolo, & cõtum. cap. 1. de appellat. in 6. l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 11.*

18 Data igitur copia ad objiciendum, posteaquã super eo vnus impugnat, & alter sustinet per rationes juridicas, judex pronuntiat super receptione impedimentorum, quæ si non admittuntur, supplicari potest per petitionem. Si autem judex illa receperit, non potest altera pars grauamen interponere per petitionem, nisi tantum in actu processus ex consuetudine Regni, vnde tunc cautela est, vt procurator in audientia aliquid requirat à judice quod sibi erit denegandum, à qua denegatione cum supplicare liceat, in petitione grauaminis cumulatiuè aget de vno, & altero grauamine, quibus Senatus vtrique, vel alteri magis necessario prouidere solet, vti contigit in processu Ludouici de Arutia cũ Alonso Nunes Flores. *Scriba Ludouic. Gomesio, Anno* 1616.

19 Diximus autem per sententiam judicem pronuntiare prius debere super receptione impedimentorum, antequam ponatur in dilatione, quia si non fuerint releuantia, recipi non debent: necesst tunc necessaria probatio, rejicitur enim illa, quando impertinens apparuerit. *l. ad probationẽ. 22. vbi Bald. C. de probat. Alexan. consil. 166. nu. 7. volu. 6. Dec. in cap. delecti. num. 4. de except.* Et quod sit notoriè impertinens demonstrari potest arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod in jure argumentum solidissimũ est *l. patre furioso. vbi notatur de ijs qui sunt sui*, vti in eodem proposito arguit Rolan. *à Valle consil. 34. ex nu. 13 lib. 3.* Aut quãdo non sit verisimile, id quod dicitur in 20
impedimentis, nec enim admittitur probatio rei non verisimilis, *vt voluit. Imol. per tex. ibi in c. quia verisimile de præsũpt. sequitur Anchar cõsil. 257. refert Tiraquel in l. si vnquam in præfat. num. 39. in fine.* Aut quando in articulis nulla alia testium probatio admittenda erat, nisi per instru- 21
menta, *juxta Ord. lib. 3. tit. 59.* Et illa fuerunt cum articulis jam oblata, tunc si ex illis nullum adhuc jus partis objicientis esse apparuerit, impedimenta recipi non debent, nam vltra dilatio inutilis, & superflua censetur, & circuitus euitandus est. *l. dominus testamẽto ff. de cõdict. indeb. Clement. auditor de rescriptis, cum concordantijs vtrobiq; adductis per gl.* Noster autem Senatus vbique rejicit inutilia, superflua & otiosa, idque magis expedit partibus, ne vexentur superfluis litibus, & expensis. Aut si impedimenta objiciuntur in causis summarijs, & illa altiorem indaginem requirunt, nam tunc admittenda non sunt, vt est vera Vlpiani traditio *in l. 3. §. ibi. ff. ad exhibendum. l. ille à quo. § si de testamẽto. ff. ad Trebellian. vbi gl ante pon. alias cõcordantias ad id etiã adducit.* Dicuntur autem summariæ causæ illæ, de quibus Iudex summatim cognoscere debet, quarum exempla videbis relata per Accurs. *in l. 3. vers. sciendum est autẽ, verbo summatim. ff. ad exhibẽd.* & melius per Ordinat. *Reg lib. 3. tit. 18. §. 3. vsque ad §. 12.* Dicentur etiam impedimenta requirentia

rentia altiorem indaginem, quæ vel sint in se ita obscura, vt jus partis illico, & manifeste non indicent, vel quæ in continenti probari non possint, idest intra terminum ad probandum concessum *vt dixi. lib.4.cap.20.n.31.* Aut si impedimenta sint
22 reiterata, idest si prioribus impedimentis adhuc non finitis, vna post alia adducantur, quæ quidem admitti non debent, nam solent nonnulli vt primũ objiciunt aliqua impedimenta, antequam illa finiantur, & terminentur de alijs etiam objectis opponere, vt quia exceptis impedimentis, & admissa parte ad probationem, postea, ipse petit copiam sibi dari aduersus publicationem illius incidentis; ex quo præsumitur jam malitia contra impedientem, voluisse scilicet facere locũ magnum *vt in c.nullus dubitat de præsump.* Propterea in ijs cautè judices in regno Castellæ ex praxi concedunt decem dies dilationis peremptorios absque aliqua publicatione, & conclusione (vulgo ibi dicitur, *con todo cargo de publicacion, y concluso*) & ita conuenit, ne in vnoquoque incidenti processus ordinarius fiat. Aut quando in ipsis impedi-
23 mentis apparet aliqua præsumptio contra impedientẽ, nã hæc etiã impedimenta recipi non debẽt *Innoc. in c.super hoc n.2.de renuntiation.* vbi ponit exẽplum in eo qui objicit de spontanea volũtate cõtra agentẽ de vi: nã probata violẽtia per duos testes, nõ valet aduersario aliqua probatio super spontanea, etiã si per centũ testes probaret *vt dixi infra.l.4.c.9.n.3.* Aut quãdo impedimenta præsumantur calumniosa, vt quia impedientis procurator non sit sufficiens,
24 seu litẽ negligat, & ab ea desistat. *l.sed si vnius.§.procuratorẽ 0 1.ff. de injurijs,* vbi excluditur pater ab actione pro filio dando mãdatũ non sufficiẽs *c.cũ dilecti de restitutione spol.* Vel quia illa ad rẽ nõ faciãt. *Reb. de rescript. art.3.gl.3 in fin.tom.2.* Vel quia nõ seruiãt decisioni processus, *idẽ Reb. vbi supra gl. 5.* Deniq; omnia impedimẽta, quæ nihilo alio tẽdunt, quã vt moretur, & differãt litẽ, & frustrentur, rejici debent, quia calũniosa præsumũtur vti rescripsere J.C. *in l.si calumnietur.ff.de verb. sign. & in l.sed ad eos.ff.ex quibus caus. maior,* vti ad hoc ea notauit *Reb. vbi sup.gl. 3. Mas. de probat.conc.253.n.9.* Aut quando impedimenta sint de materia veteri, & jam allegata, nã ista quoq; admitti non debẽt *ex l. 1. vbi gl. Bald. Ias. & Men. C.de jur. & fact ignor.gl.notab.in l Necen 41 §.fin.ff. de re jud. Alex.in l.ex diuerso §.fin col.2.vers.se cũdò etiã limita ff.solut.matr.* Fallit tamẽ 25
si illa judex nõ probauerit, quia tunc poterit postea de illis nihilominus opponere *ex l.quod in diẽ.6.§.fin. ff.de cõpẽs.l.si autẽ 8. §.fin.ff.de negot.gest.Abb.in c.fin. col.vlt. jura calũ.Paul.in fin. §. donec. C. de jur. delib.* & est communis *secũdũ Rip. in l. qui Romæ.§ duo fratres n. 26.ff.de verb.oblig.* 26
Secũdo fallit, etiã si judex illa expresse reprobasset in casu exceptionis peremptoriæ nã adhuc potest reus respondere libello actoris ex materia jam discussa, & allegata in illa, quã judex reprobauit *Ord. l. 3.tit.20. §. 15.* quod non deuiat à jure cõmuni; vbi prædicta exceptio, si habet altiorẽ indaginẽ solet reseruari in processu causæ in tempus, quo negotiũ principale definitiuè decidendũ sit *vt per Bart.in l.nã postea ff. de jur.jur. Mar.in pract.p 417.n. 13.& Mol. l.4.de prim. c.9.n.42.* Tertiò fallit si qualitas aliqua addatur, quia tunc jã nõ dicetur materia vetus *secũdũ Soares allegat.5.n.4.* 27
Vel etiã si materiæ veteri noua causa interueniat, *vt in l.de eo.§.sæpius ff.ad exhibend.* quo loco J.C. hujus rei tria exempla proponit. Quartò fallit quoties est diuersus finis agendi ab eo, qui erat excipiendi. 28
Nã quod deductũ est per viã excipiendi, si nõ obtineatur, potest peti per viã actionis *Paul. in l.1.n.7.C.de ord cogn.Fel. in c.suborta.n.3 & 4. de re jud.* pro quo est tx.opt. *in l.vendicãtẽ 17.cũ l sequenti.ff.de euict. Bart.in l. Iulianus n.10 ff. de cond. indeb. & in l.qui Romæ § duo fratres nu.6. in 5. opposit.ff.de verb.oblig.* vbi explicat quando decisum in vno juditio per viam exceptionis possit in alio refricari. 29

E Fallit

30 Fallit si de materia veteri excipiatur ad alium casum, & ad alium finem diuersum, nam repelli non debet, quia ex diuersis non fit illatio *l. vlt. in fin. & ibi Bart. ff. de calumniator. l. Papinianus, & ibi quoque Bart. ff. de minorib. & l. inter stipulantē. §. sacram. ibi. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. oblig.* ex quibus illud axioma depromitur separatorū separatam esse rationem.

31 E contrario autem generaliter in dubio impedimenta recipi solent, vt merita causæ partium assertione pandantur *ex l. fin. C. si per vim, vel alio modo. l. Necenius versi. in re. ff. de neg. gest. Barb. in l. si alienā n. 5. ff. solut. matr.* Nec ad receptionē impedimentorum oportet quod statim cōstet de veritate illorum, sed quod exceptionum forma concludat intentum, *juxta tradita per Speculat. in tit. de offic. jud. §. de seruitutibus num. 14.*

32 Sed si judex impedimenta admiserit, & postea apparuerit in fine, quod non debuerant admitti, pronuntiat pro non probatis *Maranta in pract. pag. 441. num. 23. Bart. in l. si duo patroni. §. idē Iulianus. n. 11. & ibi Ias. nu. 21. ff. de jur. jur.* Quanuis regulariter si illa probentur, & victoriā certam promittant excipienti, & secundum ea judex pronuntiare teneatur, *juxta gl. in cap. cū cōtingat. verb. nihilominus extra de officio deleg. Dec. consil. 84. n. 2.* Nā judex recipiendo articulos, tunc per interlocutoriam pronuntiare censetur illos esse pertinentes, & dicuntur pertinentes etiam modicum conferentes ad causam, *vt notat Bald. in cap. quoniam de testibus.* Rursus aliquando impedimenta non so-
33 lum admittuntur, sed etiam, si statim justa appareant, simul recipiuntur, ac habentur pro probatis, sine aliqua præuia pronuntiatione super eorum receptione. Nam exceptio, si est notoria, satis est, quod allegetur, nec opus est vt probetur, *docet gl. verb. aliàs in Clem. appellanti de appell.* cōmuniter excepta, *secundum Couar. in c. Raynutius. §. 11. n. 3. Tiraq. de retract. tit.*
34 *1. § 32. gl. 1. n. 98. Padilla in l. ædiles in fin. C. de seruit.* E dicitur notorium, quod ex ipsis actis apparet, *vt dixi infra c. 15. n. 4.* Aut si impedimenta à jure insint, & in jure consistant, nam tunc simul, si admittuntur, haberi etiam debent pro probatis quia in ijs, quæ insunt, supplere debet judex, etiam parte nō opponente, *ita Bart. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. n. 20. vers. si verò apparet ff. de pactis dixi infra c. 22. num. 59. & 60.* vbi videbis exempla.

Item Praxis est vt si impedimenta recipiantur, pars quæ breuitatem desiderat dicat se nolle contrariare, sed satis sibi esse vt ad definitiuam ab vtraque parte allegatio fiat de Jure, siquidem factum illorum in jure, vel in scripturis consistit.

Item aliquando pars opponit, & objicit impedimenta aduersus receptionem impedimentorum.

CAP. IV. *De exceptionibus peremptorijs.*

EX ijs prior est sententia *l. 1. ff. de re jud.* quoniam illa finem, & modum litibus imponit. 1
l. 2. § fin. C. de veter. jur. enu. l. cū quærebatur. ff. jud. solu. l. 1. § fin. ff. ad Tertul. l. transacta. ff. de verb. sign. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. & singulis controuersijs vnum judicati finem sufficere placuit, *vt dicit tex. in l. singulis. ff. de except. rei jud.* quia res judicata facit jus inter partes, & pro veritate habetur, *l. res judicata ff. de reg. jur. l. penult. §. pen. ff. de just. & jur. l. 1. & l. præses ff. de re jud.* Amplia etiam si sententia sit cum alijs habita, dummodo sit cum legitimo contradictore, à quo jus itidem aliorum pendeat, vel super jure vniuersali, aut libertatis, vel legitimationis, aut filiationis, *vt in l. ingenuum ff. de stat. homin. l. 1. § fin. cū leg. sequent. ff. de lib. agnos. Alex. in l. sæpe. num. 76. ff. de re jud. Abb. in cap. pen. n. 17. extra eodem. Couarr. pract. cap. 13. num. 5. l. 19. & 21. tit. 22. part. 3. Tiraq. de nobil. c. 37. n. 2.* & sēnit gl. 2. *in l. & an eandem. ff. de except. rei jud.* nisi in casu leg. 2. *C. de fid. instrum. vbi Bald. & in alijs de quibus infr. cap. 21.*

*cap.*21.*n.*10. Secundò amplia etiam si sententia sit lata in judicio summario, *vt per Bart. in l à Diuo Pio.§.si super rebus. ff. de re jud.* Nanq; sententia lata in judicio possessorio habente annexam causam proprietatis pariet exceptionem, *Molina lib.* 3.*c.*13.*n.*22. Sed qui vincitur in possessorio, vincere poterit in judicio proprietatis, nec obstabit exceptio, *vt l. si judex ff. de liber. causa.c. veniēs o 2. extra de testib.*

2 Cæterum hæc omnia intellige quando sententia fuerit lata ab eo, qui judicandi jus habet. *l.*4.*§.condemnatum. ff. de re jud.* Nec enim dicitur sententia, nisi illa quæ valida est *argum.tex.in l.non putauit.§.nō quæuis ff.de bonorū possess. contra tab.gl. in clem.*1.*de sequestr.possess.& fruct.* Secūdo quando sententia lata est super eadem re, causa, & jure, *l.Iulianus, & l.si mater.§. & eandē & l.cū quæritur cū seqq.ff. de except.rei jud.* nec enim refert quod in secundo judicio sit eadē causa defensionis, quæ fuit in primo, sed quod sit eadem causa petendi, pro vt est casus mirabilis, quem sic summat *Paul.de Castr. in l.si vno ff.de except. rei jud.* Tertio limita nisi denuo scripturæ reperiantur *juxta l. imperatores. ff. de re jud. sub prætextu* vbi Padilla asserit ita esse Senatu decisum. *C. de transact.* Quarto limita nisi præd. exceptio requireret altiorem indaginem, quia reseruari solet in processu causæ, *vt dixi in cap.præced.n.* 32. Quinto, limita si sententia fuit lata ab obstruatione judicij, vt quia non probasti *secundū Bart. in l. Iulianus verū debitorem n.*34.*ff.de cōdict.indeb.* præsertim alio agente, *vt per Bart. in l.*2.*§.*1.*n.*4. *ff. vbi bonorum rapt.* Et similiter idē quod dicitur de sententia dicendum est in exceptione transactionis, vt illa sit cum eadem persona, & super eadem re. *l.*1.3.*&*

3 4. *C.de transact.* & fuerit item facta super re dubia *Bart.in l.eleganter.ff. de condict. deb.& aliquo dato, vel accepto.* Sed quāuis illa sit generalis, restringitur tamen pro ratione subjecti, vti comprobari potest ex ijs quæ dixi *lib.*1.*c.*3.*nu.*39. Itē, & infringi potest si dolus ex proposito, vel metus in illa interueniat. *l.actione. l.sub prætextu l. interpositas, C. de transact.* etiā si sit cōfirmata per Principē *vti fundat Molina lib.* 4.*c.*9.*n.*33.*de primog.* Tertio id circo de-4 præscriptione, nisi jus resisteret, vel alia quæ impediant præscriptionem *vt habes in lib.*4.*c.*2.*n.*10. De reliquis peremptorijs ponit exempla Alsinius *in praxi.* §.13.*c.* 6. & aliud esse potest ex *Ord.l.*5.*tit.*92.§.7.

Itē sententia in præd. exceptione lata 5 non nocet, si noua causa superueniat. *l.si mater.§.eandem ff. de except.rei jud.* quod regulare est, & in hoc multa cumulat. Tiraq. *lib.*1.*retract.§.*8.*gl.*7.*à n.*4. explicat Soares *in l.post rem declaratione leg.regn. §.pro euidentia n* 40.*Meno.lib.*2.*cent.*1.*casu.*19. Imo si ignoranter omissa fuerit exceptio peremptoria in causa principali, poterit illa opponi in causa appellationis *Butrius, & Abb. in c. inter Monasterium col.*6 *de re judicat.*

CAP. V. *De tertio opponente se liti.*

Solet autem in processu duorū inter se 1 colitigantiū pars aliqua se offerre, & examini causæ se opponere ad vtrumque excludendū actorem scilicet, & reū, dicens rem, super qua contenditur ad se pertinere quæ oppositio plerunque dolo, & fraude fit non alia ex causa, quā quod reus timens justissimā condemnationē litē differri velit, ideoque si oppositio fiat, jam pendente dilatione ad probandum, vel in causa appellationis, Judex non debet supersedere in processu, imò ad vlteriora progredietur, & lis diffinienda erit absq; illius tertij præjudicio, qui nihilominus in separato processu admittetur ad proprij juris proba- 2 tionem, & ad causam agendam, ab initio, ac si ab alio cæpta nō esset, ōniaq; sunt cū illo reperenda: hujus sententiæ Auctor est Innoc. *in c.cū super.col.*3.*vbi Fel. n.*17. *extra de re jud. Cou.pract.c.*14.*n.*4. Quod si tertius oppositionē proponat, ante initiū termini, qui assignari solet ad probati- 3 onem

facienda, vel in ipso hujus termini initio, cum enim id tempus omnibus simul currere possit, nec damnum aliquod cæteris ex hujus propositionis admistione irrogari, nec negotium vlterius protrahi valeat, æquũ videtur ejus oppositionem non repellere, imo in ijsdem actis oppositio admittetur, quod pluribus juribus, & rationibus probari potest, & colligitur ex *Ord. lib.* 3. *tit.* 20. § 31. quanuis sit causa sũmaria, vt decisum extat.

§. 1. *De tertio assistente.*

CÆterũ si hic tertius, qui se liti opponit, venit ad coadjuuãdũ reũ, vel actoré, vtq; ei assistat, tunc in eo statu causam prosequi debet, quo prosequebatur ipse principalis. *c. vlt. lite pend. lib.* 6. *Fel. in c. cũ super. n.* 15. *Extra de re jud. Cou. pract. c.* 13. *n.* 1. Nec quanuis sit minor; poterit restitui ad probandum si jam fuerit facta publicatio, *vt cauetur Ord. lib.* 3 *tit.* 20. §. 32. quanuis de jure communi contrarium esset dicendum, vt expresse deducitur ex *glos. in l. si parentes, verbo ex persona. C. de euiction. Afflict. decis.* 15. Nec id iniquum videri debet, cum adhuc tertio saluũ maneat jus appellandi ad proprij juris defensionem, vel impediendi executionem in ijs casibus, quibus sibi non nocet res inter alios acta cũ principali. *Couar. pract. c.* 14. *n.* 3. *col.* 3. *& c.* 15. Vnde si in secũda instãtia jam sit lata sententia, minor assistens non excludetur in chancellaria per restitutionem in integrum allegare exceptiones, quæ infringant ipsam sententiã, quanuis pars principalis vltra cum illis non audiretur, quod est notabile ad Ordin. *lib.* 3. *tit.* 78. §. 1. *in fin. ibi. que desfação.*

Verùm Auctor nominatus tenetur sequi forum illius, à quo fuit nominatus ad sui defensionem, nec potest allegare priuilegium sui judicis. *l. venditor. ff. de judic. l.* 57. *tit.* 6 *part.* 1. *ordin. lib.* 3. *tit.* 45. §. 11. *Gama decis.* 332. Amplia primo, vt procedat etiam si judex Rei delegatus sit. Nam quamuis ejus jurisdictio non sit prorogabilis ad personas in delegatione non expressas *c. P. & G. de officio deleg.* Tamen in terminis, de quibus loquitur, jurisdictio. Delegati porrigitur ad personam actoris ea nimirum ratione, quam affert Afflict. qui hanc sententiam probat *decis.* 227. *& tenuit And. Gayl. lib.* 1. *pract. obseru.* 70. *n.* 2. Secundò amplia, vt procedat, etiam si is actor sit clericus juxta sententiam glos. *in cap. clericũ nullus* 11. *quæst.* quæ seruatur Hispaniæ secundum Couar. *pract. c.* 8. *nu.* 3. *& in* Lusitania juxta Ord. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 11. & in Gallia secundum Fabr. §. *fin. col.* 2. *Inst. de satisdat.* Limita primò, nisi vocatus allegaret incompetentiam judicis inter partes principales colligitantes *secundum Anchar. cõsilio* 334. *n.* 3. *quem sequitur Felin. in cap. exceptionem. n.* 25. *de except.* Secundò limita quod actor iste poterit allegare suspitionem judicis, *ex tex. notab. in l. si pariter* 9. *ff de lib. causa*, quod vt singulare notauit Gayl. *vbi sup. obseru.* 71. *n.* 7. Tertiò limita in Rege, & Fisco, qui si vt actor fuerit vocatus, ad judicem patrimonij Regij debent acta remitti. *Ord. lib.* 3. *tit.* 45. §. *vlt.* & tenuit etiam Bart. & Platea, quos refert Martin. Laudensis *de Fisco, quæstio.* 27. *quidquid Bald. in l.* 3. *col.* 2. *C. de jure Fisci. lib.* 10. Quarto limita nisi iste tertius veniat ad defendendũ se ipsum, & rem quam adhuc dicit esse suam, licet alius nomine ejus teneat, nam tunc conseruatur in suo foro, *vt in Ordin. lib.* 3. *tit.* 45. §. 10. *ibi perãte o juiz do seu foro.* Quæ ordinatio sic declarari, & concordari debet, aliàs enim repugnaret tex. *in* §. 11. statim sequenti, pro qua concordia ponderatur ratio tex. ibi, *pois he demandado por a cousa que diz ser sua*, quod est notabile pro declaratione tex. *in l.* 1. *&* 2. *C. vbi in rem actio*, & fundatur ex ijs quæ dixi *li.* 1. *c.* 3. *n.* 3. Quod ita decidit Senatus in lite Michaelis Leyte cum Duce de Aueiro, super renouatione emphyteusis, in qua Tertius assistens fuit admissus cum exceptione declaratoria, *Anno* 1611. *Scriba Ioanne de Payua.*

CAP.

CAP. VI. *De litis contestatione.*

QVanuis olim de jure communi litis contestatio esset vnus actus substantialis judicij, adcò vt si omitteretur, totum processum vitiaret, *vt per gl. in cap. dudum o 2. de electione Bart. in l. prolatam. C. de sēt & interlocut. Auenda. 1. respons. nu. 2. & 4. Minsing. cent. 3. obseruat. 174, & dixi lib. 2 c. 8.* Tamen hodie de consuetudine Regni talis error non facit processum nullum, & absq; ea sustinetur. Imo causa breuitatis inductum fuit, vt judex ex officio teneatur statim in principio dicere litem esse contestatam, *lib. 3. tit. 51.* per quod corrigitur jus commune *in auth. libellum. C. de litis contestatione*, & tollitur controuersia Doctorum, de qua per Mascard. *concl.* 434. Sed non de ista, sed de propria, & stricta litis contestatione, quæ per responsionem partis inducitur, intelligenda est lex regia, cum illa sit pænalis, *in lib. 3. tit. 36. ibi se quizer decer*, pro vt in terminis decidit Senatus *in lite Gaspar de Faria cum Alõso de Cisneros, Scriba Georgio Fernandes. Anno*, 1611. Et in hoc etiam sensu accipienda est Ord. *lib. 4. tit. 13. §. 10. ibi. do tempo*, Quæ obseruatio ad praxim vtilis erit, & vera videtur, attenta dispositione juris communis, vbi litis contestatio tunc solum dicitur, quando fit responsio cōtraria ad libellum actoris, *vt in c. vnic. jun. glos. ibi, extra de litis contestatione c. dudum o 2. de electione.* Judicauit in terminis Senatus in lite Andreæ de Castro, *Scriba Christophoro Ribero, Anno* 1610. quæ decisio sustinetur etiam ex traditis à Gama *decis. 147. n. 2. in fin.* Licet cōtrariū censuerit postea idem Senatus in lite Ludouici da Cunha cū Cathalina de Attaide, *Scriba Antonio de Freitas*, ex eo quia moratoria rei cunctatio, quo ad hūc effectum habetur pro litis contestatione, *vt per Bald Alber. & Ias. in l. si cum. §. qui injuriarū ff. si quis caut. & tenuit etiā Tiraq. l. 1. retract. §. 15 gl. 2. n. 5.* Conciliari tamē possunt prædictæ suæ decisiones, vt prima procedat quando reus habuit justam causam judicium subterfugiendi, & non cotestandi. Secunda vero decisio procedat quando constiterit dolosé reum litem frustari, differre, & cunctari, nam tunc ne ex suo dolo fructus lucretur, moratoria ejus cunctatio in ejus odium habetur pro litis contestatione quo ad fructus restituendos, ita nuncupatim voluit Faber quem citat Tiraq. *vbi sup. n. 8. cum seq.* Inde alius effectus, infertur, vt scilicet etiam post libellū oblatum, ante contrariam partis responsionem, possit actor ab instantia desistere sine eo quod teneatur desistere ab omni causa, vt per Senatum *in lite Vasci Fernandes cum Francisco de Lemos, Scriba Valentim da Costa*, quod notari licet pro declaratione tex. *in l postquā liti. C de pacti.* Item alius effectus est, vt post litem contestatam non possit actor mutare libellū, nec addere *vt dicā infra c. 10. & cap. 11. in princ.* Et ex ijs etiam infertur declaratio ad Ord. *lib 4. tit. 39. §. 2. ibi, antes da lide contestada*, vt intelligatur de propria, & vera litis contestatione, de qua supra, & ita practicari vidi.

CAP. VII. *De juramento calumniæ.*

POst litis contestationē sequitur juramentū calūniæ, quod qui recusauerit siue actor, siue reus cadit à causa. Dūmodo tamen præcedat jussus judicis *secundū Paul. in l. 2. § quod si actor, C. de jur. jur. propter calum.* & pars statim insistat, vt judicetur, nā si per dissimulationem, sine vlla sententia, in causa progrediatur, non ideo processus reddetur retro nullus, vti olim erat de jure communi *secundum Mathes. singul. 6. Ferrar. caut. 12. ante Ord. lib. 3 tit. 63.* per quam prædicta cautela euitatur ex quo etiam fit, vt si ille qui jurare debuerat de calumnia, moriatur ante pronuntiationem pænæ, illa non transit ad hæredes, quod generaliter procedit in omnibus casibus, in quibus quis habetur pro confesso, quicquid Ias. aliud velit. *in l. manif.*

ad fin. & ibi Purpuratus nu. 46. C. de jur. jurand.

Item Pars potest ab ista pronuntiatione pænæ appellare, & licet in prima causa nullam justam causam allegauerit, poterit eam nouiter allegare in causa appellationis, & ea probata, rescindere priorem sententiam *Ias. in §. item si quis postulauerit num. 85. inst. de actionibus.*

CAP. VIII. *De compensatione, & reconuentione.*

Reus conuentus si quid ab actore cõsequi sperat, habet duplex remediũ repulsandi. Primum est per viam compẽsationis, quod non semper habet locum, præsertim si non sit liquidum ex alterutra parte. *l. vltim. C. de compens.* quãuis ad hoc vno modo cauit Cæpola. *caut.* 83. alio Bart. *in l. 3. ff. de stat. lib.* Secundum remedium est reconuentionis, per quod Reo plenius consulitur corãm eodemmet judice, siue ille sit ordinarius, siue delegatus ad instantiam tantum actoris, *vt per Bart. in auth. & cõsequenter. C. de sent. & interlocut. Marãt. in specul. aduocat. 4 part. dist 6. num. 11. pag. 151.* limitata sic lege Regia *in lib. 3. tit. 33 §. vlt.* vbi loquitur de delegato ad instantiam vtriusque. Et siue ille sit ad certam speciem causarum, vel personarum specialiter deputatus, quales sunt in hac vrbe judices pupillorum, & rerum Indicarum, vel fesiduorum, *Marant. vbi sup. num. 19. vers. quæro.* Nisi ejus rei super qua mutuo petitur per reconuentionem, judex incapax sit, *Ordinat. vbi sup. §. 5.* quæ sic debet intelligi, & concordari cum alia, Ordin. *lib. 2. tit. 1. § 1. notauit Bart. vbi sup. n. 6. & 19 quem sequitur Paul. ibi. num. 2.* Sed qui objicit compensationem debiti sibi jam soluti, an teneatur pœna dupli, de qua in Ordinat. *lib. 3. tit. 36.* Bartolus dicit quod sic in *l. amplius non peti in final. verbis. ff. rem ratã habe.* Contrarium tamen defendi potest, quia cum sit pœnalis, non debet extendi. *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Sed non est discedendum à Bartolo quia & is, qui compensat, verè actor dicitur. *l. neque C. de cõpens.* imo & is tenebitur pœna stellionatus. *l. si fidejussor. 29. §. in omnibus, in fine. ff. mandati.*

Item obserua, quod licet cessionarius reconueniri possit sicut & procurator jure *Ord. lib. 3. tit. 2.* Tamen id ita accipitur vt tantum intra vires patrimonij cedẽtis, vel rei quam à cedente habuit cessionarius, pro reconuentione executio fiat, & non vltra, sicut, & in herede fit vltra vires hereditatis, quæ fuerit in inuentario non teneatur. *l. fin. C. de jure deliberand.*

CAP. IX. *De libello responsorio Rei.*

In ista repulsione quia reus efficitur actor. *l. 1. ff. de except.* poni debet specificè ratio, & causa, per quam reus concludat suam responsionem, & defensionem, ita vt eam non in genere, sed in specie proponat *secũdum Bart. in d. l. 1 n 6. & 7. Feliv. in c. pastoralis col. 5 extra de except.* 1

Et vbicunq; fecerit mentionem in suis articulis de aliqua scriptura, illam offerre tenetur sicut, & actor. *l. 1 ff. de edendo.* Aliàs articuli delentur ex Regia Ordin. *lib. 3. tit. 2. §. 25.* Ne edere videtur, qui totam scripturam non edit. *l. 1. §. fin. vbi glos. verbo edere ff. edendo l. veluti, ibi. vel minus plenè editum ff edẽdo l. vbi exigitur vers. dolo autem ff. eodem.* Nisi talis scriptura sit penes partem aduersam, nã tunc nõ tenetur eã offerre *Abb. in c. 1. de probat. Bart. in l. si legatum. ff. de edẽdo.* Vel nisi scriptura, de qua fit mentio, fuerit inter alias personas. Nam potest articulari de illa, etiam si non offeratur, *vt tradit Valasc. de jur. emphyt. quæstio. 7. nu. 35.* Vel nisi petatur licentia ad articulandum de tenore illius, & de ejus amissione, nam in ijs casibus prædicta Ord. limitatur ex actoritate decisionis Senatus in lite Ludouici Aluares da Costa, cum Vincentio Mõteiro, *Scriba Dominico de Pina.* 2

Et quia

3 Et quia qui offert instrumentum, censetur fateri omnia in eo contenta, *vt in l. cum precum. de libert. caus. Bartol. in l. post legatum. n. 2. ff. de ijs, quibus vt indigni.* Ne aliqua ejus capitula producenti noceant, cautè aliqui dicunt illud producere, quatenus contra se nō facit *secundū Bald. in cap. cum dilectus. nu. 15. de consuet.* Sed contra cautela est, vt aduersarius dicat, ego reproduco eandem scripturam, quantum pro me facit, *secundum Butrium in c. cum olim de censibus*, & resoluit communiter *Franc. in cap imputari, ad fin. de fid. instrum.* Quanuis alij præd. cautionem nihil prodesse magis putent, quorum dicta nititur ad concordiam reducere Masc. *conclus. 616. ex num. 15.* Igitur ista repulsatio

4 semper admittitur in audientia, *si, & in quantum* idest si pertinet, & in quantum pertinet, quod alibi dicitur (*saluo jure impertinentium, & non admittendorum*) Nā impertinentes articulos non esse admittendos colligitur ex J C. *in l. si duo patroni §. idem Iulianus. ff. de jure jurād. Bart. in l. ad probationē a 1. 2. notab. C. de probat. Vestrius in pract. c. 14. & 15. lib. 1. Masc. concl. 132 de probat.* Vnde ista clausula, *si & in quantum*, efficit ne attēdatur admissio, vbi articuli impertinentes reperiantur, si credimus Bart. *in d. l. si duo patroni. §. Idem Iulianus Bald. in l. fin. in fin. C. qui legitim. personā Crauetta consil. 23. Marc. decis. 565 & 567. 1. part.* Felin. & communiter omnes *in c. eū cōtingat de offic. deleg.*

Contrariando dizem Pedro, & sua molher RR. contra Mart. & sua mulher, &c.

P. *Que na instituição do morgado, que fez Lourenço, somente excluyo femeas no mesmo grao, & linha, & antes faltādo no mesmo grao varão, admitio femeas, assi no primeiro como nos de mais chamamentos, que fez dos seus descentes, & collateraes.*

P. *Que elle Pedro he filho de Izabel irmãa de Hieronymo vltimo possuydor do dito morgado, o qual he falecido sem filhos, & assi por faltar naquelle grao varão como auia de succeder sua mãy se fora viua, cō muito mais razão elle R. por ser tābē varão.*

Petit admitti, &c.

De primo, & secundo articulo.

Pro masculo ex fœmina.

5 QVanuis testator vocauerit masculos, & in eorum defectu filias fœminas, non inde censetur exclusus, imo est admissus masculus ex fœmina. Primò, quia de rigore, & propria nominis significatione, masculorum appellatione, cognati masculi comprehenduntur *auth. de hæred. ab intest. ven. §. nos igitur, ibi, quiq. ex masculorum, &c.* quem tex. ad id allegat Fulgos. *consil. 86. nu. 4. Ant. Rub. consil. 22. n. 7.* ad idem etiam allegari solet. *l. 1. C. de cōd. insert. jun. doctrina Paul. ibi. n. 4* Et licet hæc jura non probent eā sententiam ad quam allegātur, verissima est, & pro ea est melior tex. *in auth. sicut hæreditas C. de legit. hæred. jun. l. 1. C. quando mulier* Et dubitari non potest quin masculorū appellatio comprehendat masculos cognatos, secundum communem vsum loquēdi, cui standum est *l. liberorum 40. §. quod tamen Cassius. versicu. nam, & plerunque ff. de leg. 3.* à qua proprietate non est recedēdum, nisi appareat euidens contraria voluntas. *l. non aliter ff. eodem l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 1.* Secundo pro hoc 6 masculo facit tex. *in cap. 1. de eo qui sibi & hæredibus vers. tandem*, quē ad hoc induxit Grego. *in l. 3. tit. 13. p. 6. verb. mugeres col. 6. vers. sed quid si.* vbi scribit, quod si cōditor maioratus vocauit masculos, quos voluit semper præferri fœminis, deficientibus masculis, admittentur ad maioratū masculi

masculi ex fœminis, in cujus sententiam citat etiam Anchar. *consil.* 359. *n.* 3. *Paul. de Castro in l.* 1. *C. de cond. insert.* idque asserit Greg. maximè procedere in maioratu, in quo sunt villæ, castra, jurisdictio, nam tunc testator præferens masculos videtur considerare fragilitatem mulierum, quibus dominari non conuenit, eandem etiam sententiam sequitur Bald. *cōsil.* 133. *lib.* 2. *& repetit idem Bal. in l. quoties. n.* 6. *C. de suis, & leg. hæred. & in cap. significauit n.* 1. *de rescript.* & ferè in eisdem terminis *Ant Gom. in l.* 40. *Taur. n.* 61. *vers. quar*
7 *to facit.* Præterea pro hoc sæpe consuluisse asserit Mantica *de conjecturis lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 6. *&* 19. & per integrum illud consilium multis rationibus, & Doctorum testimonijs hanc partem tuetur, & ipsum
8 etiam defendit Pelaes *de maior.* 1 *p quæst.* 6. *num.* 67. Vlterius pro hac parte facit, quia quotiescunque conditor maioratus masculos ad successionem vocauit, & eis extantibus, noluit fœminas admitti, non tamen causa conseruandæ agnationis, sed ex prædilectione sexus propter fragilitatem mulierum, quibus dominari non licet, *vt supra dixi,* Vel ex eo quod ipsi masculi sustineant onera familiæ, fœminis vero sufficiat competentem dotem assignari, *vt per Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 16. Vel ex eo quod honorem, & dignitatem masculi tueantur, injurias propulsent, atque illatas vendicent, *vt inquit Cephal. consil.* 306. *numer.* 72. *libr.* 3. Proculdubio in hoc casu certum est, vocatis masculis; intelligi vocatos masculos ex fœminis descendentes, quia ex vi, & proprietate vocabuli negari non potest, quod masculorum appellatione comprehendantur masculi descendentes ex fœminis. Quam conclusionem in terminis tenet Rub. *consil.* 22. *numer.* 3. *Cornel. consil.* 246. *lib.* 2. *Ruyn. consil.* 43. *libr.* 1. *Bolognin. cons.* 63. *Cæpol. consil.* 7. *Brun. tract. de statut. fœm. exclud. art.* 3. *Molin. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 48. *Pelaes dict. quæst.* 6. *n.* 55 *&* 58. asserens hoc esse de mente omnium scribentium. Et confirmatur, quia conditor vocauit in defectu masculorum, filias, ejusque descendentes: ita vt, ijs deficien- 9
tibus ad collaterales masculos deuenerit successio, quo casu dubium non est masculum ex fœmina censeri vocatum, ea ratione, quia ex quo personæ ipsæ honoratæ non poterant esse agnatæ, non censetur considerata agnatio, sed qualitas masculinitatis, ita in terminis Anchar. *consil.* 339. *col* 3. *&* 4. *Dec. consil.* 303. *n.* 8 *docet Aret. col. pen. & Socin. nu.* 59. *in l. Gallus § nunc de lege Velleia. ff. de lib. & posth. Molina, & Pelaes vbi sup.* Nec obstat quod 10
testator vocauit filios cum qualitate masculinitatis, & sic videtur voluisse conseruare agnationem. Quia illud non procedit, quoties qualitas masculinitatis ad certos gradus, & personas restringitur, nam tunc conseruandæ agnationis ratio vlterius nō extenditur, limitata enim causa limitatū parit effectum. *l. in agris, de acq. rerū dom. l. age cum Geminiano C. de transact. cū alijs adductis à Mieres de maior. quæst.* 6. *n.* 106. & ita limitat. *Imol. in l. si vero. § de viro ad fin. ff. solut. matrim.* quem sequuntur communiter DD. quos refert Molin. *lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 37. *& lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 10. *&* 18.
Pro quibus ego vltra ipsos considero, 11
quod de persona ad personam non fit regulariter extensio. *l. commodissime de lib. & posthu.* secundum interpretationem quā assignat ad eam. *l. Bart. in l. Gallus. n.* 9. cui subscribit Cuman. *in d. l. cōmodissimè. n.* 3. *Ripa in l.* 1. *n* 82. *ff. do vulga. Soar. in l quoniam. amp.* 1. *n.* 11. *Ias. cōsil.* 220. *col.* 4. *l.* 2. *Febos to.* 1. *n.* 6. Unde in eo casu, quo conditor maioratus statuit, quod non succederet fœmina, nisi quando non reperiretur masculus, Senatus contra fœminam agnatam admisit cognatam in lite Ducatus de Veragua, pro domino Nuno Colon, Anno 1604. pro quo ego consului.

✠ Cæterum, vbi non est considerata agnatio, sed qualitas masculinitatis, non cen- 12
setur exclusus masculus ex fœmina, imo est admissus; quam sententiam vltra su-

pra

pra citatos tenet etiam *Peregrin. de fideicom.art. 26. Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 28. cap. 8. Simon de Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. solut. 11. n. 7. & 24. Alexand. Raudens. lib. 1. de analog. cap. 15. num. 15. Gama decis. 294. Rota decis. 6. part. 1. diuersor, & part. 2. decis. 15. num. 11. & decis. 50. n. 9. Velasq. de Auendan. in l. 40. Tau. glos. 9. nu 74. Aluar. Valasc. de jure emphyt. quæst. 41. nu. 5. Cald. Pereyra de nomin. emph. lib. 3. cap. 50. n. 30. Phæb. 1. tom. decis. 44. & ita judicauit Senatus Castellæ super statu de Ladrada, & in lite Marchionis de Valada, vt asserit Additionator Molinæ, vbi supra n. 50.*

Contra cognatam masculum ex fæmina.

13 CÆterum, vbi fæmina est exclusa à successione maioratus propter masculos remotiores, masculus etiam ex fæmina censetur exclusus, & vltra Doctores infra hoc *lib. cap. 10. num. 4.* allegatos addo *Parladorũ lib. 3. rer. quotidian. quæst. 1. Aluẽs. cons. 86. quæst. 87. lib. 1. Castil. l. 2. controuers. cap. 4. & tom. 6. cap. 133. n. 18. Francisc. Molin. tract. de ritu nupt. quæst. 24. n. 110. Vincẽt. Fusar. de substit. quæst. 458. ex n. 10.* Quæ sentẽtia in praxi recepta est, quando expresse maioratus institutio in personis agnatorum facta est, vel quando tacite ex indubitatis, ac manifessisimis conjecturis id apparet *ex adductis à Molina lib. 3. cap. 4. num. 38. & lib. 1 cap. 4. num. 24. & 25.* Et ratio est, quia non potest esse melioris conditionis filius, quã ejus mater, à qua descendit, vt supra dixi, quod tamen limitat *Iosephus de Rusticis in l. cũ auus. lib. 3. cap. 9. Menoch. lib. 4. præsumpt. 85. & cõsil. 802. n. 55. & n. 8. Marc. Anton. Peregr. cons. 85. n. 2. Cephal. consil. 103. Greg. in l. 3. tit. 13. partit. 6. glos. magna quæst. 22. Castil. lib. 2. cõtrouers. cap. 4. n. 16. Mier. 2. part. quæst. 6. nu. 52. Roman. consil. 15. num. 82.* Distinguit Additionator Molinæ *lib. 3. c. 5. n. 51.*

14 Quandò cessat ratio conseruandæ agnationis, vt quia fideicommissum sit cóstitutum ab extraneo, vel à muliere, vel initium habuit fœmina instituta, tunc masculus ex fœmina veniet. *Ruyn. cons. 120. num. 13. vers. quod verò lib. 1. Socin. Iun. consil. 1. n. 11. & 26. lib. 3. Riminal. Iun. cõsil. 347. nu. 27. & 28. Mantica de conject. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 20. & 75. Molina de primog. lib. 3. cap. 5. n. 49. & ejus additionator. Surd. consil. 304. num. 14. Rotta decis. 150. num. 2. part. 2. diuers. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 27. & consil. 5. n. 13. lib. 1. & consil. 1. nu. 33. lib. 5. Menoch. cõs. 802. nu. 38. cum seqq. Cardin. Tusch. pract. tom. 5. liter. M. concl. 102. n. 10. Farin. decis. 463. n. 8. p. 1.* Vel quando vocati essent masculi quicumque propter illam dictionem vniuersalem *Rusticis in l. cum auus lib. 6. cap. 16. nu. 23. cum seqq. ff. de cond. & dem. Barb. in varijs tractatibus de appellatiua verborum vtriusq; juris significat. appellat. 141. num. 3.*

CAP. X. *De libello replicationis.*

REplicatio juuat, & fortificat libellũ, *pro vt notat Bald. in l. fin. quæst. 17. num. 38. C. de hær. instit.* Nam replicatio habetur pro libello, *glos. in l. quæsitum 31. § fin. de pecul. Gam. decis. 330. nu. 2.* Vnde si illa repugnaret, & esset contraria libello non admitteretur, *Afflict. lib. 2. feud. fol. 55. tit. de contr. inter Episc. & Vasal. n. 6* Nec enim permittitur actori actionem mutare post litem contestatam *secundum glos. & Bart. per tex. ibi in l. edita C. de edẽdo,* judicavit Senatus Neapolitan. in fortioribus terminis *secundum afflict. decis. 60.* Vnde in hoc casu reus poterit impedire replicationem compellendo agentem vt primam causam prosequatur *juxta authen. qui semel. C. quomodo, & quando Iud.* Aut petet absolvi, nec admittet, vt actor mutet actionem secundum cautelam, quam cõminiscitur *Pinel. in l. 2. 3. par. cap. 3. num. 25. de rescind.* Sed tunc actor desistet à priori actione, & tantum prosequetur de-

tur deductam in replicatione *secundum Dec. in d.l. edita nu.* 53. soluens prius expensas interim factas, pro *vt tradit Salicet. in l. postquam liti. n.* 19. *C. de pact.* Sed 2
si Replicatio non opponatur, exceptio habebit locum *Dec. consil.* 84 *nu.* 2. Ideoq; replicatio oportet vt offeratur in termino, aliàs repelletur actor, & non auditur *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. §. 19. In quo Angel. Aret. *in rubrica Instit. de exception. nu.* 23. *ad fin.* admonet causidicos, vt sint cauti, & elapso termino peremptorio accusent contumaciam, & judex ad ipsorum petitionem instanter super hoc pronuntiet, videlicet Titium fuisse contumacem in termino, de cætero non fore super illo audiendum, quod dicit idem sensisse Bald. *in l. diffamari. C. de ingen. & man. Salicet. in l. si ea. C. qui accusar. non poss.* eandẽ cautelam posuit Cæpola. *c.* 164. Et idem etiã cẽsuit Natta *in Clemen. sæpè. §. & quia col.* 14. *de verb. signific. Felin. in cap. licet causam num.* 17. *vers. limita.* 4. *de probat.* & videtur sentire Ordin. *vbi sup. ibi, o juiz os mandarà pregoar*, & ibi, *os lançarà.* Et quidem hac cautela semper huc vsque fuere vsi aduocati nostri temporis, sed jam praxi receptum est necessariam non esse accusationem contumaciæ, sed ipso jure absque petitione partis, elapso termino, ab ipso Scriba dari mandatum de capiendo processum contra aduocatum, & si in illo non reperiatur responsio, remanet pars repulsa, & progreditur in causa. Quæ praxis sustinetur ex eo, quia attenta Ordin. Regia omnes termini hodie sunt jam peremptorij, & à lege inducti *in lib.* 3. *tit.* 20. §. 4. *ibi, sejão auidos por lançados do cõ que ouuerã de vir, posto q̃ a parte cõtraria não accuse sua contumacia*, & ibi, *não serà necessaria outra obra, mãdado, pronunciação do julgador*, quasi terminus iste legis sit statutus in modum præscriptionis, *ita Felin. in d. c. licet. vers. limita.* 3. cui sentẽtiæ conuenit tex. *in l. quinquaginta, & in l. siue oportet.* §. 1. & §. *cõsequẽs ff. de excusat. tut.* vbi non auditur, elapso termino 50. dierum qui datur ad excusandum *Alex. in l. insulã nu.* 34. *ff. de verb. oblig. Bald. in l. exceptionem C. de probat. Abb. in cap. cum in tua ad fin. qui matrimonium accusar. poss.* Et ratio est, quia fortior est dispositio legis ad excludendũ, quam dispositio hominis, nã lex non suppletur per judicem, & ideo terminus legalis prorogari non potest, *auth. de exhib. reis.* §. *suscepto.* Nam ex termino juris oritur quædam interlocutoria, à qua nõ appellatur. *l. si qua pæna ff. de verb. signific. Masc. de prob. cõcl.* 1235. *n.* 36. Quod tamen limita, nisi pars rejecta alleget im- 3
pedimentum ex clausula generali, & plerumque pars admittitur, si adhuc res est integra, prout erat tempore assignati termini, & jus aduersarij non sit factum deterius *glos. in Clem. Sæpe. §. & quia vers. non obstãte de verb. signific.* & videtur tex. pro hoc *in l. mancipiorum ff. de option. leg.* vbi si datur alicui terminus ad eligendum, & post terminum electio transferatur in te, tamen elapso termino potest mora purgari, si jus aduersarij non efficiatur deterius, similis tex. *in c. si tibi absenti de præben. in* 6. vbi lapsus termini ad acceptandum beneficium non nocet, re integra, quin post terminum lapsum possit acceptari.

Obserua etiam in praxi replicationem in causis quoque summarijs admitti, præter quàm in impedimentis ad executionem *Ordin. lib.* 3. *tit.* 87. & in articulis ad liquidationẽ. *lib.* 3. *tit.* 86. §. 19. & in causa appellationis. *lib.* 3. *titul.* 83. & in causis violentiæ, & alimentorum, & alijs de quibus in Ordin. *libr.* 3. *titul.* 18. *ex* §. 3. Sed in causa habilitationis hæredum replicatio à Senatu admissa fuit. Et in alijs quæ incidunt, etiam admitti debet *Ordin. lib.* 3. *titul.* 20. §. 33. Forma autem replicationis hæc est.

(:/:)

Repli-

Replicando, &c.

P. *Que o fundador do morgado da contenda, não somente por palauras claras, mas por conjecturas muy expressas quiz que este morgado não viesse a femeas em quanto ouuesse varão, posto que fosse de mais remoto grao, porque*

P. *Que o fundador teue intento de conseruar sua geração a qual não se conserua pellas femeas, senão pellos varoẽs, chamados sempre, & excluindo as femeas.*

De primo articulo.

Pro masculo agnato. contra cognatum.

4 IN primis contra cognatum expenditur tex. *in l. si viua matre. C. de bon. mater*, vbi nepos non debet esse melioris conditionis, quam filius, vnde Paul. *in l. Gallus. §. nunc. de lege*, dicebat in emphyteusi accepta pro se, & liberis masculis nepotem ex fœmina non posse admitti, quoniam mater ejus, si viueret, excluderetur. Deinde ex, editur doctrina Bartol. *in l. liberorum nu.* 14. *& 26. ff. de verb. signific.* quæ est recepta communiter *secundum Pinel. in dict. l. si viua matre. num.* 19. *Gomes in l.* 40. *Taur. n.* 61. *Molin. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 1 *Pelaes* 1. *part. quæst.* 6 *à num* 52. pro quibus est. *l. illam C. de collat.* vbi nepos subintrans in locum matris in eadem portione succedit, quam mater habitura esset, *& in l. fin. C. de natur. lib.* vbi prohibitio facta filio extenditur ad nepotẽ vbi est eadem ratio Denique est tex. *in cap.* 1.
5 *§. hoc autem notandũ de ijs qui feud. dar. poss.* in quo fœminæ non succedunt, nec eorum filij admittuntur, cum de feudo ad maioratum passim argumentum DD. *vt constat ex Bald. in l. cum antiquioribus n.* 1. *C. de jur. deliberãd. Couar. lib.* 3. *var. cap.* 5. *vers* 6. Maximè cum ratio illorum jurium militet etjam in alijs dispositionibus. Ea enim est quia non debet quis melioris esse conditionis, quam auctor ejus fuit. *l. non debet l. quod ipsis de regu. juris*, quam rationem *in d. §. hoc autem*. assignat Isernia *num* 9. *vbi eleganter Bald.* inquit successionem non debere fieri per saltum, & ideo oportere, vt gradus antea sit successibilis argument. *l. tria prædia de seruit rustic. præd.* Destructo nanq; antecedenti sequitur consequentis destructio. *l.* 1. *de officio ejus*, Facit ratio *tex. in cap. licet ex quadam. de testibus*, cum satis sit absurdũ eos admitti, quorum repellerentur auctores, vnde Joan. And. *in addit. ad Speculat. in tit. de success. ab intestat.* scribit quod si quis aliquẽ hæredem instituerit, & substituat alium sub conditione, si sine liberis masculis decesserit, si institutus decedat, relicto nepote ex filia, non videtur defecisse fideicõmissi conditio, & ideo substitutus admittetur, quam sententiam plures sequũtur, quos Molina refert *vbi sup.* 6

Addo illud esse certissimum, quòd cum testator masculum conseruandæ agnationis gratia vocauit, non comprehendit masculum ex fœmina. Nam agnatus est ille, qui per virilem sexum personæ testatoris conjungitur, & qui ex fœmina descendit, quanuis masculus sit, agnatus non est, vt vtrunq; probant jura *in §. sunt autẽ inst. de legit. agnat. success. l. sunt autem ff. de legit. tutor.* quo fit, vt quicunque agnatus, etiam remotior, quamlibet fœminã proximiorem, & ejus descendentes excludat *Pinel. in l. si viua matre nu.* 19. *C. de bon. mat. Molina lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 4. *Mier. quæst.* 6. *n.* 55. *Barbosa in votis decis. vot.* 7. Nec obstat quod illa differentia agnationis, & cognationis est sublata. *auth. de hæred. ab intest. §. si vero vers. nullã collat.* 9. Quia illud procedit in dispositione legali, nõ vero in dispositione hominis *gl. in l* 1. *verbo agnatione. C. de codicil.* quod etiã procedit ex voluntate testatoris tacita, & conjectura. *Peralta §. in fideicommisso n.* 18. *vers.* 1. *conclusio.* Et talis exclusio fœminarum 7

rum fauorabilis magis, quàm odiosa censetur, *argum. l. 1 §. quãuis vers. publicè. ff. de venire inspic. Molina, & ejus glossator. lib. 2. cap. 12. num. 51. & lib. 1. cap. 18. nu. 4. Pelaes dict. quæst. 6. nu. 94.* Colligitur autem animus conseruandæ agnationis ex vocatione masculorum multoties repetita, vt per DD. quos refert *Barb. in votis decisiuis. vot. 7.*

CAP. XI. *De libello triplicationis.*

1 Triplicationis responsio non recipitur, nec enim ex vtraque parte plusquam duo libelli admittuntur, ejus tamen copia (si velit pars aduersa) ei non denegabitur transcripta ejus sumptibus *juxta gloss. in l. 2. verb. oblatorum de appel. lat.* Sed an post oblatum libellum triplicationis possit actor addere suo libello replicationis? dubitatum fuit in lite Bartholamei Thomæ cum Francisco de Freytas *Scriba Valentin. da Costa, Anno* 1611. Vbi tamen decisum *Phab. tom. 1. art. 6.* extat actorem nihil addere, nec mutare posse, vt quia post terminum elapsum, non dicatur re integra *secundum Bald. in l. si eo tẽpore. C. de remiss.*

Triplicando diz, &c.

P. *Que no chamamento primeiro que fez o fundador pera o dito morgado de seus filhos, despois de os auer nomeado aos varoẽs, & seus descendentes delles varoẽs por linha masculina, logo chamou à falta delles a suas filhas, & nas demais substituiçoẽs tornou a fazer o mesmo modo de chamamento nos netos do primeiro chamado.*

P. *Que no cabo pos hũa clausula, & disse que pello mesmo modo & maneira se succedesse nos demais descendentes seus: ou transuersais, adonde entrasse o dito morgado.*

P. *Que quando ha falta de filho, ou neto varão se chama a filha, não se tem respeito propriamente à agnação.*

P. *Que a mãy delle R. està em grao, & linha mais chegada, a qual seu filho representa.*

De secundo articulo triplicationis.

Ex quibus colligatur voluisse testatorẽ eundẽ modũ succedendi in seqq. substit.

Dixi ponderanda esse illa verba *succedasse assi, & da mesma maneira,* quæ omnimodam similitudinem significant, & includent in se eundem modum succedendi, *secũdum Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo, pro vt, sequitur Bald. & Ias. in l. pen. C. de instit. Alex. consil. 9. n. 10. lib. 1.* Nam illa verba habent relationẽ ad præcedentes substitutiones factas, & primo nominatas, ex qua relatione idem modus præcedens inest in referente. *l. asse toto. de hære. inst. l. si ita scripsero. ff. de cõd & dem.* Quemadmodum verbum *assi,* similitudinem denotat. *l. quæsitum. §. peto l. qui habet. §. fin. leg. 3. l. libertas §. hæc scriptura de manumissis testam. Bar. l. quibus diebus. §. termelius 2. col. ff. de cond. & dem. Aymo consi 27. num. 26.* vbi dicit dictionem (*ita*) esse restrictiuam ad præcedentia. Et verbum, *semper,* idem importat, quod omni casu *secundum Rom. ad Valasc. partit. cap. 25. nu. 26. ad fin. consil. 166. col. pen.* Et dum dixit testator *succedasse assi,* aperte significauit illis verbis, ordinem in principio expressum seruandum esse in omnibus, qui in locum deficientium subrogarentur.

Addo, quòd si testator dicat *succedase da mesma maneira* per prædictã clausulam (quæ omnimodam similitudinem significat) includit omnes qualitates; nam prædicta verba habent relationem ad præcedentes substitutiones factas primò nominatis, ex qua relatione præcedens qualitas inest in referẽte. *l. asse toto ff. de hære. instit.*

instit.l si ita scripsero de condit. & dem. Et idem erit, si dicat *perpetuo*, vel *semper*, (vt infra dicam *cap.* 15.) quod inducit perpetuitatem, *vt notat glos. in l.fin.ff.ad l.Pōp. de parricid. & in l. semper de jure jur.* pulchrè *Roman. cons.* 166. dicens dictionem *semper*, idem importare quòd *omni casu.* Et idem erit, si testator vsus fuerit aliqua dictione repetitiua, veluti *supradicta*, vt per Manticam *de cōject.lib.*6.*tit.*13.*n.*10. Nam vna pars aliam declarat. *Alex. cons.* 162.*n.*2.*lib.*2. *Mascard. de probat. concl.* 1271.*num* 31. *& dicam infra. cap.*15.

De Tertio Articulo.

An ex vocatione fœminæ agnatio censeatur exclusa.

QVoties in aliqua parte dispositionis fœmina aliqua inuitatur ad succes-
3 sionem, non censetur habita ratio cōseruādæ agnationis, *juxta celeb cōsil. Bald.*473. *lib.* 5. vbi probat tunc censeri conseruatā agnationē: quando fœmina semper excluditur, & nullo casu admittitur, & plures refert Molina *lib.* 3 *cap.*5.*num.* 50. & vltra ipsos Paul. *in l.Gallus* §. *nunc de lege. n.* 8. quem refert, & multis comprobat *Mieres d.quæst.*6.*n.*64.*vers.*2.*dicta communis.*

Sed hæc sententia limitatur, vt nō procedat, quando institutor fœminas vocauerit in subsidium, non ex prædilectione,
4 sed eas relinquendo ex dispositione juris communis; tunc enim censebitur voluisse conseruare agnationem, interim dum superest aliquis masculus agnatus etiam remotissimus *juxta doctrinam Decij in consil.*364 *nu.*2.dicentis quod, si statuto prohibeantur succedere fœminæ, quandiu supersunt masculi, non ex eo sequitur fœminas esse vocatas, sed remanere in dispositione juris communis, inducta enim ad exclusionem non debent operari effectum contrarium, *l. legata inutiliter de leg.* 1. *l.legata inutiliter ff.de adim. l.* quod in alio proposito rectè comprobat Pelaes *d.quæst. vers.quibus nō obstantibus n.*101 Facit doctrina Ancharran. & Florian. *inter consilia Anchar.consil.* 359. vbi docet, 5
quod si testator masculos, & descendentes eorum vocauerit, licet postea fœminas in eorum defectum admiserit, masculus agnatus etiam remotior excludet quācunque fœminam, & masculum cognatum & etiam proximiorem, quam doctrinam bene fundat Greg. *in l.* 3. *tit.* 13.*p.* 6. *verb. mugeres vers.*2 *præmittendū*, docēs propter talem vocationem fœminarum non fuisse recessum ab agnatione prius expressa.

Ocurrit hic quæstio, an si testator exclusit filias propter masculos, censeatur voluisse similiter neptes excludere, in qua quæstione sunt contrariæ opiniones, quas conciliare nititur. *Paul.de Castr. cōs.* 409. *num.*2. quem sequitur *Ruin.cons* 1.& 10. *num.*12 *vol.*2. & subscribit Mantica *de cōjectur.lib.*7.*tit.* 15.*n.*10. Illud autem nō procedere in fœmina testatrice ait Mantica, *vbi supra lib.*6.*tit.*10.*num.* 61.

Pro cujus pleniori intelligentia, & con- 6
firmatione obseruo fundatorem maioratus ad vocationem fœminarum descendere quasi coactum, ne bona libera manerent; nam euenire poterat, vt masculi agnati, quales ipse ad suam successionem desiderabat, deficerent; atque ita in vltimo masculo viderentur ipsa bona manere libera, & alienabilia *argum. l.qui soliditū.* §.*prædium de leg.* 2. & in terminis ita respondet Bertrand. *consil.*46.*nu* 8. *lib.* 1. docens quod quando fœminæ non sunt inuitatæ, nec substitutæ, vltimus masculus potest libere de bonis testari, probat late Jas. *consil.*164.*n.*2.*lib.*4. *& in consil.*3.*lib.*1 quanuis contrariæ partis auctores plures referat Mieres *in* 3.*part.quæst.*6. *num.* 44. *&* 4.*part.quæst.*29.*num.*2.*col.*3. *illius nu. ad finem.* Quò fit, vt in hoc casu conditor 7
maioratus, qui perpetuam esse cupit suam successionem per subrogationē eorū, qui essent de suo genere *juxta l.cū debere columnam de seruit. vrb. præd. l. proponebatur ff.de*

ff. de jud. & l. sicut. §. fin. quod cujusq; vniuersit. nomin. deficiẽtibus masculis prudẽter fœminas, & earũ progeniem admiserit, ne fortè existimari posset, in vltimo masculo maioratum expirasse; atque ita ad conseruationem agnationis, quam prædilexerat, defecisse non videtur, interim dum superesset aliquis, per quem ea conseruari posset; desideria enim morientiũ ex arbitrio viuentium, non sine justa ratione interpretãda sunt *l. quoniam desideria. C. de natur. lib.* Superior autem interpretatio proculdubio arbitrio testatoris, si viueret, conueniret. Atque ideo in conflictu eorum omnium, qui erant cognati, illum, qui ex matre tantum descenderat præferri, illis, qui ex matre, & auia, censuit Senatus Castellæ, *in lite Comitatus de Cifuentes, Anno* 1613.

Cæterùm, vbi fœmina est vocata in successione Maioratus in subsidium, non censetur exclusa agnatio, præsertim, si fœminæ vocentur in personis specificatis, nam tunc ratio conseruandæ agnationis non cessat. *tradit Vincent. Fusar. de substit. quæst.* 499. *nu.* 22. *Ioseph. Roman. cons.* 100. *pro duce de Cardona ex num.* 406. *Peres de Lara de vita hominis cap.* 30. *n.* 94. *&* 95. Nam compatibile est testatorem voluisse conseruare agnationem in personis magis dilectis. *Cephal. cons.* 251. *num.* 16. *&* 48. *Surd. cons.* 443. *num.* 41. *Thesaur. dec.* 88. *Alex Ambros. decis. Perusina* 10. *Giurba decis.* 32. *n.* 34. *Phæb. decis.* 39. *n.* 15. *Aluarad. de conjectur. mente defunct. li.* 2. *c.* 354 *Caßanete cõs.* 4. *ex n.* 217. *Ioan. Gutier. cons.* 13. *n.* 23. *&* 35. *Ioseph. de Cumia in cap. si aliquem de succes. feudi.*

In Quarto Articulo, ibi.

A qual seu filho representa.

8 REpræsentatio tunc demum admittitur, si aliud ex voluntate testatoris non appareat *vt in Ordin. lib* 4. *tit.* 100. *§.* 3. Nã prouisio hominis facit cessare prouisionem legis *Tiraq. in l. si vnquam verb. liber. num.* 8 *&* 9. *Molina lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 27. Et in dubio videtur testator se conformare cum dispositione juris. *l. si duo acq. hære. l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebell.* Vnde verba illa, *o q elle ordenar, & dispujer seguardarà*, ad dispositionem expressam institutoris necessario sunt referenda, cum id dispositum dicatur, quod ex verbis dispositionis euidenter constat, & non conjecturis tantum dicitur *secundum Dominic. in cap.* 1. *§. licet. n* 5. *de procurat. in* 6 & comprobatur ex adductis in terminis per Molinam. *lib.* 3 *cap.* 8 *nu.* 2. *cum seqq.* Tu tamen dic sufficere tacitam voluntatem ex verbis, aut mente testantis juridice deductam, Cum voluntas non tantum 9 dicatur, quæ expressa est, sed quæ tacite, & per conjecturas ex verbis deducitur. *l. eum virum. C. de fideicom l. pen. de leg.* 1. *l. cũ proponeretur. l. qui solidum de leg.* 2. *l.* 3. *C. de lib. præterit. l. licet imperator de leg* 1. *singul. tex, in l. Titius. §.* 1. *de liber. & posth.* & in terminis *Paul. Parisi. consil.* 38. *n.* 13. *vol.* 2. *Dec. consil.* 15. *&* 38. *Tyb. Decian. cõsil.* 63. *n.* 7. *vol.* 2. *Auend. in l.* 40. *Tau. gl.* 20. *nu* 2 *&* 4. *& ibi Palat. n.* 22. *&* 26. *Castillo. n.* 30. *Greg. in l.* 3. *tit.* 13 *part.* 6. *verb. mugeres col.* 7. *ad fin versic.* Idcoque dicẽdum est, quos refert Molina *lib* 3. *c.* 8 *n.* 5. Et confirmatur ex eo, quia expressum etiam est illud, quod ex verbis infertur, seu deducitur, licet illud non exprimatur. Et scriptum dicitur quod ex scriptis colligitur *Angel. in l. quoties ff. de hær. insti. Bar. in l. si fidejussor §. meminisse. n.* 1. *in fin. ff. de leg.* 1. *resoluit Dec. consil.* 68. *col.* 4. *Cepha. cons.* 74. *num.* 10.

Addo repræsentationem excludi ex cõjecturis à verbis testatoris deductis, & vltra DD. supra allegatos postea tradiderunt idẽ *Cancer. variar. lib* 3. *cap* 21. *nu.* 209. *aliàs* 289. *Osasc. decis.* 33. *Robles de præsent. lib.* 2. *cap.* 13. *Gutter. lib.* 3. *pract.* 67. *num.* 38. *&* 39.

Vnde primò repræsentatio cessabit, si 10 conditor maioratus ad successionem vocauerit.

cauerit filium, vel successorem, qui tempore successionis maior existat. Nam tunc filius secũdo genitus admittetur excluso nepote filij primogeniti, qui in vita auiæ præmortuus fuerit, *vt tenuit Anchar. consil. 82. nu. 11. Alciat. consil. 579. nu. 4. Dec. consil. 443. in fin. Soc. consil. 87. vol. 3. & in l. si cognatis num. 5. de reb. dub. & alij quos refert Molin. lib. 3. cap. 8. n 18.* & confirmat multis rationibus, & auctoritatibus Auend. *in l. 40. glos. 17. ex nu. 18.* Et comprobatur, quia verba illa *filho mayor* secundum naturalem, & non fictam significationem sunt accipienda. *l. fin. C. de ijs qui ven. æta.* Et quando filius vocatur cum aliqua qualitate, quæ non reperitur in nepote, nepos non continetur appellatione filiorum, vt in specie pro patruo considerauit *Alexan. & Ias. quos refert Auen. vbi sup. num.* 19. Judicauit ita Senatus ex ijs, in lite Simonis de Cerpa cum Blanca Florina, *Scriba Iorg. Fernan. Anno* 1618.

Addo supradictam sententiam, nempe quòd cessat repræsentatio, si cõditor Maioratus vocauit filium, vel successorem, qui tempore successionis maior existat, tenere etiam *Menoch. lib. 4. præsumpt. 95 n. 22 & cons. 442. n. 18. & 19. Pereg. consil 1. nu. 15. lib. 3. Thesaur. lib. 1 quæst. Forens. quæst. 55.* judicatũ refert *Robles de repræsent. lib. 3. cap. 14. num. 20. cum alijs adductis à Valençuela consil. 23. ex nu. 95.* qui clarius, quàm alius ante ea tempora rem petratauit. Contra tamen quòd detur repræsentatio tenet *Gratian. lib. 3. pract. quæst. 67. nu. 39. Pater Molina de just. & jur. disput. 627. ex nu. 4. Castil. controuers. lib. 4. cap. 56.* Nam illa vox *maior* denotat primùm natum, & primogenitum, *Castil. tom. 5. cap. 143. n. 40. vers. Sanè. Menoch. cons. 98. Burgos de Pace quæst. 1. nu. 1. & quæst. 2. nu. 84. Gratian. lib 3 cap. 456. n. 84. Alex. Raudens. lib. 1. de analogis cap. 15. n. 267. Galea. Malu. cons. 22. lib. 1.*

Contrarium tamen tenuerunt nonnul-
11 li quos refert Molin. *lib. 3. cap. 8. num.* 19. & *Tiraq. de primog. quæst. 40. nu. 11. & quæst. 41. n. 4. Perait. in l. cũ ita § in fideicõmisso. nu. 15. de leg. 2.* Et vltra ea, quæ ab istis auctoribus pro nepote allegantur, illa argumentatio pro eo magis viget, scilicet, quod cum omnes descendentes sint vocati ordine successiuo (prout est in materia maioratus) inde fit, vt tales descendentes in secundo gradu censeantur vocati, *secundũ glos. receptam in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de lib. & posth. vbi Paul. explicat, & probat Soc.* Ergo videtur inuitari per substitutionem compendiosam, scilicet, vt eo casu, quo proximus non succedat, censeatur vocatus sequens in gradu per substitutionem vulgarem, quæ etiã habet locum in legatis, & fideicommissis *l. vt hæredibus. ff. de legat. 2.* Et eo casu, quo non succedat primus, censeatur vocatus sequẽs in gradu per fideicõmissum,
quod apertè probatur ex doctrina *Bart.* 12
in l. Centurio. num. 32. ff. de vulgar. recepta communiter, *secũdum Rip. ibi. nu. 146. Alciat. nu. 96. Alex. cons. 162. num. 1. lib. 2 Paul. Paris. cõsil. 18. n. 14. lib. 2.* quam explicat Couar. *in cap. Raynuntius §. 6. n. 1. de testam. vbi DD.* cõmuniter talem substitutionem appellant compendiosam late sumpto vocabulo, cum ea substitutio censeatur repetita per omnes descendẽtes, quoniam quot sunt capita, tot sunt substitutiones ex natura maioratus, *vt benè probat Molin lib. 1 cap. 1. n. 17. & lib. 3 cap. 6. num. 29.* Sequitur manifestè, quòd cum post mortem cujuslibet primogeniti censeatur vocatus per fideicommissum sequens in gradu, censebitur etiam vocatus per vulgarem substitutionem, scilicet mortuo primogenito in vita patris, cum igitur talis nepos censeatur admissus ex prima maioratus institutione secundum prædicta, consequens est, vt licet testator vocauerit filium maiorem, qui reperiatur tempore mortis vltimi possessoris, non debet nepos ex primogenito excludi, tam ex eo, quia nepos semel admissus, ex natura maioratus debuit postea specialiter exclu-

excludi, nec in verbis generalibus censetur exclusus, *vt in l. cum auus ff. de cōd. & dem.* Quàm etiam ex eo quia verbum (*filius maior.*) positum in maioratu debet referri ad solos filios, ita vt inter eos exorta contentione maior præferatur, non vero ad casum de nepote contra patruum, inter quos non potest dari bona comparatio maioritatis.

13 Secundò repræsentatio cessabit ex alia conjectura, veluti si testator dixerit, vt succedat filius, qui superuixerit, vel qui superstes extiterit tempore mortis vltimi possessoris, *vt tenuit Gregor. in l. 28. tit. 8 pag. 5. verb. segun. Bertrand. cōs. 214. col. 4. vol. 4. Costa de patruo. & nepo. nu. 13. vsque ad num. 16. & alij quos refert Molin. lib. 3. de primogen. cap. 8. & eam multis rationibus, & auctoritatibus comprobat Auenda. in l. 40. Taur glos. 8. ex nu.* 11. vbi argumentis in contrarium satisfacere conatur.

Et vltra DD. allegatos addo idem tradidisse. *Menoch. lib. 4. præsumpt. 95. nu. 22. Surd. consil. 403. nu. 67 lib. 3. & consil. 200. n. 92. Galea. Maluas. consil. 22. n. 47. Valençuela. Velasques jurisconsultorum nostræ ætatis facilè princeps consil. 23. ex n. 101. Vincent. Fusar. de subst. quæst. 485. n. 60. Milanens decis. 8. n. 172. & n. 197. vbi nu.* 207. ponderat verbum *superstes.* Contrarium tamen tenent *P. Molin. de just. disp. 629. n. 5. Peregrin. de fideicom. art. 21. nu. 27. Gutier. pract. lib. 3. quæst. 67. n. 39. 40. & 41. Gama decis. 160. n. 8. Auendan. in l. 40. Taur. glos. 17. n. 25. Castil. controuers. lib. 4. cap 19. n. 313. Robl. de repræsent. lib. 3. cap. 9.* pulchrè *Alex. Raudens. de analog. in causa Comitatus de Pliego lib. 1. cap. 15. n. 263* declarat Magon. *decis. Florentiæ 16. nu 43. & 44. Ludouic. Peguer. decis 114. Francisc. de Leon. decis. Valentiæ 52. Fusar. vbi supra n.* 68.

Tertiò repræsentatio cessabit ex alio, veluti si institutor maioratus vocauerit
14 suum proximiorem, vel proximum in gradu, vt in terminis nostræ Ordinationis probat etiam latissimè Auend. *in l. 40. Taur. glos. 20. ex nu. 16. cum seqq.* Nam vbi proximior vocatur, filius non repræsentat personā patris prædefuncti. *Couar. pract. quæst. cap. 38. num. 4. Anton. Gom. in l. 40. Taur. nu. 41. Costa de patruo, & nep. pag. 130. quicquid Molina de primogen. lib. 3. c. 8. nu. 11. cujus fundamenta impugnat Humada in l. 2. tit. 15. part. 2. glos. 17. n.* 10. Et ita sanè judicauit Senatus in lite Aluari Rodrigues Borralho, *Anno 1607. Scriba Hieronymo de Mendoça.*

Addo hanc sententiam tenuisse vltra DD. relatos *Riminald. cons. 439. nu. 30. & 31. lib. 5. latissimè Alex. Raudens. consil. pro successione Regni Portugaliæ 142. n. 54. vol. 2. Mantica lib. 8. de conject. tit. 9. n. 11. Peregr. de fideicom. art. 21. n. 2. Gama dec. 306. n. 4. Michael de Agine in apologia pro successione Portugaliæ 3. part. n. 60. & 115 Osasc. decis. 72. ex nu. 10. & alijs adductis Vincent. Fusar. de substit. quæst 485 ex nu. 33. vsque ad num. 37. vbi* hanc partem validissimis argumentis comprobat. *Flores de Mena in additionibus ad Gam. decis. 307. vel sequenti cum adductis à Valençula Velasq consil. 23. nu.* 169. vbi recétiores omnes, & copia, & judicio facilè superat. Et è nostris, nè eorum auctoritate defici videamus, *Aluar. Valasc. de jure emphyt. quæst. 50. num. 36. Caldas de nomin. emphyt. quæst. 17. n.* 24. Contrarium tamē amplexi sunt *Gutier. lib 3. pract. quæst. 68. Robl. de repræs. lib. 3. cap. 21. nu.* 33. & 34. *Farinac. decis. 426. n.* 3. Et horum sententiam communi praxi obseruari tradit *additio ad Molinam lib. 3. cap. 8. num.* 11. vbi alios refert.

Et vltra supradictos casus cessabit etiā repræsentatio ex jure hujus Regni in successione bonorum Regiæ Coronæ Habetur *in Ord. 2. tit. 35. §. 1.* vbi dicitur quod mortuo vltimo possessore, succedat semper in illis filius masculus maior, qui ex illo superstes fuerit, excluso nepote ex filio maiori prædefuncto, qui aliàs succedere debuerat per repræsentationem, vt pōderat *Costa de succes. Regni pag. 29. & seqq.*

*pag.*37. *&* 164. *in princ. Valas. de jure emph. quæst.*50 *nu.* 13. *Gama, dec.*174. *n.*2. & idem disponit *Ord. lib. tit.* 36. §. 2. Quòd relicto filio non succedat in emphyteusi nepos, quãuis sit filius ex filio maiori prædefuncto, & sic excludit apertè repræsentationis beneficium, vt ex prædicta *Ord. notauit Costa vbi sup. pag.* 173. *vers. diuersũ Valasc. dicta quæst.* 50. *n.*5. *in fin. cũ seq. Gama decis.* 307. *nu.* 24. Et ita sæpissime judicatum fuit in hoc Regno, quod non habeat locum repræsentatio in Maioratibus Regiæ Coronæ, vt refert *Gama dec.* 307. *nu.*2.3. *&* 24. *cum seqq. & decis.*174. *num.*29. *&* 11. *cum seqq.* Vbi dicit ita respondisse Regem D. Emmanuelem, *& decis.*381. *num.*3. Ex quibus ita consului in causa Marchionis de Porto Seguro, cum suo consobrino filio filij maioris defuncti. Neq; obstat dicere quòd Rex Philippus secundus concessit Dñæ Julianæ de Lencastre Ducatum de Aueiro, & sic quòd videtur illum sustulisse à lege mentali, ex qua fœmina non succedit, quia illud fuit ex speciali donatione à præfato Rege facta dictæ Dñæ, *vt in Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 4. *ibi saluo.* Vnde priuilegiũ illud in eo dũtaxat expresso, & specificato casu locum habebit, *arg. tex. in l quod verò l. jus singulare. ff. de legib. l.* 1. *in fin. ff. de cõst. Princip c. sanè de priuileg. Bal. in l.* 1. *in princ. C. de leg Ias. in l. non tantũ vbi Alex. in princ. ff. de re jud. Corset. sing. dispositio col.* 2. *Roch. de jure patron. verb. ipse, vel is, n.*81. *cũ seq. l lex Cornelia, juncta gl. verb. nõ existimo ff. de vulgar. l. pater. §. vlt. & ibi DD. ff. de captiuis, resoluunt Alex. cõs.* 10. *n.*5. *lib.* 1. *Cassan. in consuet. Burg. rub.*7 §. 4. *gl.* 3. *n.*8. & probat tex. *in auth. de hæred. ab intest. Ven § si igitur.* 2. *vers.* hujusmodi, *ibi nulli alij collat.* 9. *& ibi gl.* Et ita judicauit Bonifacius. 8. Sũmus Pontifex in fauorem patrui contra nepotẽ super statu, & regno Siciliæ *in Clem. pastoralis. de re jud.* ex qua ita colligit *Bart. in auth. post.* 2. *C. de legit. hæred. Bald. in l.* 3. *C. de suis, & leg.* & post alios *Afflict. in c.* 1. *in princ. n.*60. *de alien. Feud. Tiraq. de jur. primog. quæst.* 40. *n.*10 *& n.*162. *Iacob. à Saa de primog. n.* 15. *Costa ubi sup. pag.* 183. *Anton. Gabr. l.* 4. *cõm. tit. de succes. ab intest. cõcl.* 2. *n.*2. *Gama decis.* 307. *n.*14. *col.* 5. *& dec.* 387. & idẽ pronuntiauit Rex Dñs Dionisius in hoc Regno Portugaliæ in illa celebri sententia, quã protulit inter filium, & nepotem Regis Aragoniæ, vt refert *Gama dec.* 307. *nu.* 14. Et sane, quando deficeret prædicta lex mentalis, stari debet sententiæ Sũmi Pontificis supra relatæ, per quam ita declarauit contra nepotẽ Carolũ Regẽ Vngariæ *arg. c.* 1. *de nou. oper. nũt.* & in casibus similibus seruari debet, vt lex. *c. in causis de sent. & re jud. optimè Tiraq. dicta quæst.* 40. *n.*162 præcipuè in hoc Regno juxta *Ord. lib.* 3. *tit.* 64. §. *vlt.* & quod in his terminis tradit *Costa vbi supra pag.* 185. *vers. ergo.*

15 Quartò cessabit si conditor maioratus agnatum remotiorem admiserit, & per illum excluserit filias fœminas, nam tunc neptis ex filio primogenito prædefuncto quãuis aliàs ipsam prærogativam viri patris repræsentet *vt resoluit Tiraq. de jure primog. quæst.* 14. *nu.* 3. *&* 4. *Couar. pract. c. vlt. nu.*8. *vers.* 4. *Molina lib.* 3. *cap.* 8. *n.*10. *de Hispan. primog. Pelaes de maior.* 2. *part. quæst.* 6. *à n.*15. *&* 19. *Costa de successione Reg. pag.* 198. Tamen per patruum ipsa excludetur, vt dicidit Senatus Castellæ in causa Comitatus de Palma pro domino Ludouico Portocarreiro, Año 1594.

16 Sed, & illud pro declaratione nostræ Ordinationis adde, quod si conditor maioratus in linea descendentium expressè sustulit jus repræsentationis, tacitè illud videtur sustulisse in linea transuersali. *Auendan. in l.* 40. *Taur. gl.* 18. *nu.* 6. Et ratio est, quia cum prædicta Ordinatio illud quod disposuerat circa jus repræsentandi in linea descendentium, ampliauit procedere in linea transuersali, vt ibi, *o que não sòmente, &c.* Deducitur quod exclusa per testatorem repræsentatione in linea principali descẽdẽtium, ampliatio, quæ facta est ad lineam transuersalem, debet

etiam censeri exclusa *juxta doctrin. Do-*
17 *minic. in c. qualis 25. dist.* Et quia ampliatio, siue addictio facta ad lineam transuersalem non potest consistere sine suo principali *regul. cum principalis de regul. jur. in 6.* Quam opinionem probauit etiam Azeu. *in l. 5. tit. 7. li. b. 5. nou. recopillat. n. 5* inquiens quod si in linea descendentium pater ordinauit, quod patruus excluderet nepotem filium primogeniti, idem etiam videtur voluisse obseruari in linea transuersali, quia constat hoc casu testatoris voluntatem fuisse, vt propinquior in gradu præferatur, nam nulla alia ratio reddi potest, & ideo haberi debet pro expressa. *l. quanuis vbi gl. communiter recepta C. de*
18 *fideicommissis.* Deinde quia ille casus in filio secundo expressus ex paritate rationis, vel per argumentum à fortiori, aut de maiori ad minus, proculdubio, & alios casus similes in transuersalibus comprehendere debet, quando concurrit filius secundus cum nepote.

19 Addo quod quanuis testator in primo gradu descendentium expressè substulisset repræsentationem vocãdo filium secundò genitum, & non nepotem ex filio primo genito, adhuc in tranuersalibus dari repræsentationem faciunt nonnulla. In primis, quia videmus, quod dispositio *l. cum auus,* loquens in filijs, non extenditur ad trãsuersales, *Greg. in l. 10. tit. 46. p. 6. verb. dos fijos, & auth. res. C. cõmunia de legat.* Loquens de descendentibus non extenditur ad collaterales. *Bar. ibi n. 4.* nec valet argumenta à paritate rationis, & à fortiori. *Euer. incentur. loc. 65.* Neque enim in exorbitantibus à jure communi valet argumentum de expresso ad non expressum, *l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr.* & non expressum relinquitur in dispositione juris communis. *l si extraneus. ff. de condit. ob caus.* & in materia probat. *l. 3. §. liberis ff. de legat. præstand.* Neque obstat quòd sublato principali, videtur quoq; sublatum id, quod principaliter fuit additum, nam procedit, quando aliquid additur accessoriè siuè consecutiue. *Alex. in l. scire debemus. 7 ff. de verb. obliga.* Tunc enim cum vna censeatur dispositio, in totum censebitur sublata, juxto *l. cum quæreretur ff. de admin. tut.* Neque est bona ratio quod ideo testator voluit præferre filium secundum, quia voluit proximitatem, sed illa melior est ratio, quia filius est magis dilectus patri, quàm nepos, *l. 6 §. nepotes ff. de hæred. inst.* Nam propter filium auus diligit nepotem, *juxta glos. verb. ex officio, in l. dotem 6. ff. de collat. bonorum.* Unde filius tanquam magis dilectus. debet nepoti præferri, argum *l. Publius ff. de condit. & demonstr.* & hanc rationem præcipuam asignat *Bald. in l. 3 C. de suis, & legit. Tiraq. de primog. quæst. 40. nu. 203.* & probat *Menoch. consil. 269. à n. 53. lib. 3.* Ergo cũ dispositio testatoris loquatur in filio primi possessoris non debet habere locũ in transuersali, in quo non militat tanta ratio, quãta in filio possessoris. *l. 3. §. liberis ff. de legat. præstand.*

CAP. XII. *De dilationibus, & quibus modis probatio fiat.*

IN causis violentiæ vnicam tantum dilationem concedi praxi, & stylo receptum esse constat *Adde Valasc. allegat. 58. numer. 14. & 15.* in ordinarijs vero secunda dilatio non conceditur illi, qui in prima dilatione nullam probationem, aut diligentiam fecit, *vt traditum est ab Speculator. titul. de probation. §. 1. & docuit Bald. in ejus addet. in tit. de dilation.* Et ratio est, quia jura negligentibus non subueniunt. *l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.* Vnde absque justo impedimento probato, finita dilatio reintegrari non potest. *l. oratione, ibi: causa cognita ff. de ferijs, Bartol. & Bald. in l. fin. eodem titulo.* Imo sine causæ cognitione datio secundæ dilationis erit nulla *secundum Ab... consi. 6... num. 2.* & altera pars supplicare pot... t, 1

vt per

vt per Bart. consil. 97. Quæ quidẽ secunda
2 dilatio sẽper intelligitur lapso priori termino. *Tiraq. de retract. lib.* 1. §. 1. *gl. vnica. n.* 23. Sed in hoc melior est praxis Castellæ vt secunda, vel tertia dilatio petatur intra terminum, non vero termino elapso, vt fit in hoc Regno, reluctante Ordin. *lib.* 3. *tit.* 54. §. 1. Sed non currit dilatio, si facto aduersarij impediatur, *secundum Alexan. consil.* 72. *vol.* 3. *Ias. in l. si cum,* §. *qui injuriarum col.* 3. *&* 4. *ff. si quis caut.* & cautela est, vt pars protestetur *secundum Marant. in pract. pag.* 434. *num.* 8.

3 Item praxis est, vt petenti prorogationem termini non sit necesse ei notificari *ex regula c. cum qui. de regul.* jur. in. 6. & sit cõmunis vtrique ita vt vni concessa prosit alij. *l. petẽdæ. C. de tẽpor. in integr. rest.* Nec potest renuntiari inuito aduersario *Tiraq. lib.* 1. *retract. ad fin. num.* 27.

Item, quia sæpe contingit, vt malitiosé dilatio petatur extra Regnum optima est praxis Castellæ, vt illa concedatur sub cõminatione certæ pænæ pecuniariæ in defectu probationis fiendæ, sic enim lites finientur, & malitijs cautè obuiari poterit.

4 Item petens terminum vltramarinũ ad regiones Indiarũ, & alias, jurare ille statim tenetur, nec debet expectare, vt notificetur ad jurandũ, imo si vsque ad primam audientiam non jurauerit, rejicitur à petitione prædictæ dilationis, & ita practicari vidi *in lite Lupi Roderici. Anno* 1609. *Scriba Martino Alfonso d'Auis.*

Item praxis est tempore dilationis *da terra, protestar por tẽpo, & carta pera fora,* quanuis absque hac protestatione illam fore concedendam, *pera fora*, censuerit Senatus in lite Antonij Correa, cum Gonsaluo Lopes de Vargas, *Scriba Petro Carualho, Anno* 1616.

Item dũ Ord *lib.* 3. *tit.* 55. §. 6. concedit Senatoribus posse cogere testes, vt veniant ad Curiam ad jurandum, dubium est an inferiores judices id etiam facere possint? Et videtur quod sic *ex generalitate, tex. in l. qui liberi. C. de testibus,* & ita practicari vidi, quanuis à judice inferiori ita jubente appellari possit ad Senatum.

§. 1. *De probatione quæ fit per testes.*

Primo modo probatio fit per testes, qui probandi modus primum sibi locum vendicat, & omnibus alijs dignior, & juri diuino consona. *cap.* 5
quia naturalis, & juri diuino consona. *cap. tertio loco, vbi Abb. extra de probat,* vnius enim testis probatio nulla reputatur. *l. jurisjur. C. de testib. c. licet vniuersis extra eodẽ.* Quod primo fallit quãdo ipse deponit de facto proprio ad vtilitatẽ alterius *l. quæro.* §. 1. *ff. de ædilit. edict. defẽdit Alex. consil.* 197. *col.* 2. *li.* 7. *Salicet. in l. si quis decurio. C. de falsis, & alij quos refert Tiraq. de retract.* 1. *part.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 46. Ita tamẽ si aliquot bonæ conjecturæ concurrant, & de ejus cõmodo, vel incõmodo non agatur, *vt per Valasc. consul.* 73. *n.* 4. *Adde Gratian. decis.* 240. Cujus tamen sententia adhuc dubia videtur ex ijs, quæ ipsemet Alex. sibi cõtrarius tradit. *in l.* 2. §. *si absens, & ibi quoque latè Ias. permultaq; allegat. ff. si ex noxal. caus. agat.* Quæ illic in promptu sunt omnibus, & ideo illam adhuc restringendam puto, vt procedat tantum in rebus parui momenti, & in causa ciuili recte *Symanch. in cathol. institu. cap.* 62. *numer.* 41. Secundò fallit, quando vni testi, 6
idest certæ personæ, & ejus dicto committitur ex conuentione litigantium, quod sanè fieri potest, *vt per Bart. & Ang. in l. vlt. ff. de prætor. stipulat.* dicit cõmunem. *Alex. cons.* 54. *lib.* 2. Quod cũ moderamine accipiendum est, quoties scilicet nominatim quoad certum negotium, & summatim quoad certum negotium, & super re certa consensus præstatur, *vt probatur in l. Theopompus, ibi, inæqualibus. ff. de dot. præleg.* Nè aliàs propter generalitatem detur occasio fraudibus, & falsitatibus, *vt considerauit Couarru. libr.* 2. *variar. capit.* 13. *vers. rerum.* Et ita tamẽ, vt in illa re testis affectio, & cõmodũ possit in illa re testis affectio, & cõmodũ postea non appareat, vt quia agat de se exonerando *Bar. in l. defferre in fin. ff. de jur. fisci,*

fisci. Farinaceus de testibus, quæst. 60. *n.* 18 Aliter etiam distinguit. Bald. *in l. in bonæ fidei num.* 8. *C. de reb. cred.* Tertiò fallit, *vt infra cap.* 32. *num.* 9. & alijs casibus, de quibus per Gabriel. *tit. de testibus cõcl.* 1. *Ias.*
7 *in repetitione l. admonendi ex num.* 173. *ff. de jur. jurand.* Unde deducitur ad perfectam probationem; non minus quam duos testes requiri, & ipsos sufficere. *l. vbi numerus. ff. de testibus. cap. in omni negotio, & cap. licet universis extra eodẽ.* Quanuis hoc limitare contendat multis modis Specul. *tit. de testibus.* §. *restat. nu.* 1. *Farinaceus tractatu de testibus, quæstio.* 63. *ex n.* 32. in quibus plures testes, quã duo requiruntur. Item addo ex lege Regni nullã esse probationem per testes in ijs, quæ ejus summam excedunt, quicquid Abb. *in cap.* 2. *num.* 10. *& ibi Felin. num.* 16. *de probat.* aliter doceant. Atque ideo nec per libellum posse illam summam peti sine instrumento declarauit Senatus *in lite Marci do Quintal cũ Ioan. Roderic. Nouais, Añõ* 1607. *Scriba Barthola. Mauro, & tradidit Cabed. decis.* 31. *lib.* 1. Nam prædicta nullitas inducta à lege ipso jure habet locum, licet à parte non opponatur, *Ordin. lib.* 3. *tit.* 59. *in fin.* & sic inutilis redditur cautela Cæpol. *c.* 253. Non minus, quam alia, quæ ad prædictam constitutionem ponitur à Barto. & Salicet. *in l. sancimus. C. de*
8 *donat.* attenta præcipue Ord. *lib.* 4. *tit.* 19. §. 2. Sed ille casus cautè quidem notandus est, vt si plus sit dictum inter partes, & minus reperiatur scriptum à tabellione, illa omissio probari possit per testes *secundum Bart. in l. si librarius* 93. *in fin. ff. de reg. jur. Adde Valasc. allegat.* 72. *&* 52 *Gama, decis.* 72. *n.* 4. Quoniam ista mixta probatio admittitur etiam in casibus requirentibus scripturam *Bart. recept. in l. certi condictio.* §. *quoniam. n.* 14 *ff. si cert. pet.* & in specie ita colligitur ex Ang. *in l. quoties. n.* 3. *& ibi Imol. n.* 9. *ff. hær. inst. sequitur Aret. in l. Gallus.* §. *idẽ credẽdũ. col.* 2. *ff. de lib. & posthum. Alex. consil.* 215. *n.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 11. *n.* 17. Et decisum fuit à Senatu in lite Emanuelis de Goes cum Hectore Mendes, *Scriba Marco do Quintal, Anno* 1610. Et his etiam addo aliũ casum, quo scilicet dotis promissionem à fratre factam marito sororis suæ potuisse probari per testes, etiam si illa summam Ordinationis excederet, decreuit Senatus in causa Ludouici de Arruda, cum filio Emanuel. Gomes Calego, Anno 1616. *Scriba Ludouico Motta Feo.* Sic ampliata *Ord. d. tit.* 59. §. 11. *versic. nem. Febos aresto* 23. *qui hanc decis.* refert, quanuis Thom. Valasc. in hoc variè à Senatu Portuensi judicatum fuisse asserat *decis* 72. *n.* 45. *tom.* 1. Alios casus ad limitationem prædictæ Ordinationis cautè notauit Hypol. *in rub. n.* 37. *de prob. Valasc. de jure empby. quæst.* 7. *n.* 18. ad quos lectorem rejicio. 9

§. 2. *De probatione quæ fit per scripturam.*

SEcũdo modo probatio fit per instrumentum, cui tamẽ derogari potest per duos, vel per tres testes *vt per Lanfrãc. in praxi c* 9. *n.* 39. *Marsc. de probat. quæst.* 6. *n* 60. *Couar. lib.* 2. *var. c.* 13. *n.* 11. *Menoch. l.* 2. *de arbitrar. casu* 105. Cujus rei praxim ad articulandum docuit Bart. *in l. in exercendis n.* 9. *C. de fid. instrum.* vbi etiam ponitur contra cautela *n.* 14. Vel si illud non habeat requisita, de quibus in Ord. *lib.* 1. *tit.* 80. §. 7. Quæ singula declarat Couar. *pract. c.* 20. *Mascard. vbi sup. ex num.* 92. 10

§. 3. *De probatione, quæ fit per confessionem partis.*

TErtio modo fit probatio per confessionem partis in judicio, quæ vt valida sit, nõnulla necessaria sunt. Primò, vt sit facta à maiori, quia confessio pupilli sine tutore ei non præjudicat, nec valet, *l. certũ* §. *in pupillo ff. de confess. l. clarum. C. de auct. præst.* Nec etiã confessio minoris sine curatore in causa criminali, pro vt habes, *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 39. Quanuis in ciuilibus valida sit, sed aduersus eam restitui posit 1

posſit *secundū Speculator. tit. de confeſſ. §. sequitur, & in tit. de reſtit. in integr. §. 2. in princ. Bar. etiā in l. 1. col. pen. C. de cõfeſ.*

12 Secundo vt ſit ſponte, quia confeſsio per metum, vel fraudem, vel vi exorta irrita eſt, nec confitenti nocet, *cap. 1. extra quod met. cauſa cap 2. 15. quæſt. 6. l. 1. §. 1. ff. de quæſt.*

13 Item, & ſcienter, quia ſi per errorem facta fuerit, erit nulla, *cap. fin. extra de confeſſ. l. 2. ff. eodem Maſcard. lib. 1. quæſtio. 7. nu. 19. & concl.* 178. Nec enim erronea confeſsio præjudicat, imo reuocari poteſt niſi ſit confeſsio ſuper facto proprio, in quo non cadit probabilis error. *l. quanquā ad Vallean.* & ideo contra illam non admittitur probatio Bart. *in l. non fatetur ff. de confeſſ.* Vel niſi ſit facta dato termino ad confitendū, & illata ſit à parte recepta: nam tunc prætextu erroris minimè reuocari poterit, vt per cautelam inſtruit Cæpol. *c. 69. n. 2.* Sed contra cautelam videbis apud Bart. *in l. de ætate. §. qui juxta n. 3. ff. de interrog. act.* vbi dicit ſe pluries ita conſuluiſſe.

14 Item confeſsio, quæ fit in vno judicio reſpectiuè ad certum finem, in alio non præjudicat. *l. fin. ff. de interrogat. action.* inducta enim ad vnum finem, non operātur diuerſum *l. legata ff. de alim. legat.* Et ideo ex confeſsione, quam quis fecit productus in teſtem, non potuiſſe in alio condemnari cenſuit Senatus, teſte Valaſ. *cõſult. 33. 1 p.* Ad quod optimè pertinet inſigne dictum Alber. de Roſat. *in 2. par. ſtatut. quæſt.* 148. vbi dicit, quod ſi lege municipali caueretur, vt omnes pro æſtimo faciendo deberent afferre omnia bona ſua, vt poſſent notari, & etiam ſi haberent debita, ſi quis, vt minus pro æſtimo ſolueret retulit bona ſua, & jurauit etiam ſe debere centum Sempronio, quod talis virtute illius confeſsionis etiam juratæ non poteſt cogi à Sempronio, vt ſibi illa centum ſoluantur, cui ſuffragatur quod pulchrè dixit Salicet *in l. 1. col. 4. de confeſ.* quem pro ſingulari ſequitur Hyppol. *in* [illegible] *br. n.* 104. *verſ. limita, & in repe. l. fin.* vbi de hoc late *C. de probat.* & in hanc ſententiam ſunt, & alia exempla, quæ egregie in propoſito affert Maſc. *concl. 345. ex n. 23. cum ſeqq.* & voluit etiam Tiraq. *in tit. res inter alios acta limit. 1. in fin.*

Et inde etiam eſt, vt confeſsio dubia ſemper in fauorem confitentis ſoleat accipi, & intelligi, *vt poſt Dec. reſoluit idem Maſc. concl. 344. num. 12.* 15 Et inde etiam fit, vt ſi quis confiteatur in judicio ſe debere pro certo reſpectu, & ad certum finem, non poſsit confeſsio ſeparari, ſed, & qualitati fides adhibenda erit, *cap. cum olim in fin. de cenſibus*, & multo magis ſi confeſsio fiat cum juramento judiciali, quia licet aliàs in confeſsione abſque juramento, ſi qualitas ſit ſeparabilis, vt quia poſt debitum confeſſatum interueniſſet, qualitati, quæ pro confitente facit, fides adhiberi non ſoleat, prout reſoluit Bart. *in l. Aurelius. §. idem quæſijt in fin. ff. de lib. leg.* communiter receptus, ex Boer. *deciſ 243. num. 3. & deciſ. 339.* & ſatis apertè colligitur ex *Ord. lib. 3. tit. 50. §. 1. verſ. porem. & ex l. ſi quidē C. de except. Cabed. areſt. 68. 1. part.* tamen in confeſsione cum juramento judiciali indiſtinctè fides adhibenda eſt, & qualitati, etiam ſi ex poſt facto conſtet interueniſſe, vt probat Ord. *lib. 4. tit. 52.* & idem eſſe de jure communi tenuit Faber. *in §. ſi quis poſtulante in princ. & ibi Gomes. nu 17. de actio*, & alij quos refert Cabed. *deciſ. 34. 1. part.* Et ratio eſt, quia in prædicto juramento qui jurat, cẽletur judex, *l. 1. in princ. ff quarū rerū actio*, judex autem non ſolùm ſuper cauſa principali pronuntiare poteſt, ſed etiam ſuper dependentibus ab ea. *l. cum vendente, & ibi Paul. C. vbi cauſæ fiſcal. Clement. diſpendioſam ad fin. de judic.* Vnde pars deferens juramentum tacitè videtur permittere, quod etiam ſuper connexis juretur, *argument. l. 3. §. penult. ff. de cont. & vtil. action. tutel. tradit Iaſ. in l. 1. numer. 3. C. de tranſact.* Quare prædicta Ord. intelligenda eſt quādo qualitas allegata habet aliquam connexitatem ſiue dependentiam à cauſa principali, aliàs

aliàs prædictæ qualitati fides non adhibebitur, verbi gratia, si jures te mutuum accepisse, & tamen aduersarium tibi deberi ex alia causa eandem quantitatem, cum enim hæc causa omnino separata sit à causa principali, illi non adhibebetur fides, vt in terminis declarat. *Boer. consil. 7. n. 6.* Judicauit ita Senatus in lite Gaspar Lopes, cum Emanuele Gomes Deluas, *Scriba Ludouico Motta Feo.* Ex quibus optimè fũdari potest decisio Cabed. 34. *n.* 12. Alia autem est cõfessio extrajudicialis de qua Masc. *concl.* 346. *& sequenti.* In quo notabis ad extorquendam confessionem ab aduersario inuentã esse à doctoribus cautelam fundatam in *l. filius fam. a. 2. ff. ad Maced.* quam appellat mirabilẽ Mathes. *notab.* 22. & secuntur alij, quos refert Masc. *concl.* 627. *n.* 36. *Men. lib.* 1. *casu* 94. *n.* 7. *& casu* 21. *Fulu. Patian. in tract. cui incubat onus probandi. lib.* 1. *c.* 29. *ex n.* 26. Cui adde, & aliam cautelam ad probãdum debitũ pecuniæ, quam mutua dedisti amico semotis arbitris, qui æs alienum coràm testibus confiteri tenuit, vt illum ducas intuum cubiculum, vbi habens testes abditos, tunc roges quando debitum tibi velit exoluere, qui tunc nullum præter creditorem adesse putans, facilè sponte debitum fatebitur, & testes deponent per hostij rimulam vidisse, & vocem habuisse notam, hoc igitur pacto creditoris intentio optime erit probata, *vt tenuit Accur. in l. 2. §. idẽ labeo in verb. audierunt. ff. de qui plu. arc.* Cujus doctrinam, vt eximiã plurimũ commendant, & sequntur ibi Bart. & cæteri omnes scribentes relati ab Hypol. *in rubr. de probat. n.* 350. *Masc. cõcl.* 458.

§. 4. *De probatione, quæ fit per euidentiam facti.*

17 QUarto modo probatio fit per inspectionem oculorum, quæ nunquam censetur exclusa, quia etiam post lapsum terminum, & conclusum in causa admittitur: & superat omnem speciem probationis *secundũ Azon. in summa. C. de lege Aquil. prout eum allegat. Bald. in l. contra regentem. n.* 7. *C. eod. Ias. in l.* 1. *n.* 10. *ff. non oper. nunc.* & in hãc rem plura dicit Tiraq. *de retract. linag. §.* 4. *glos.* 1. *nu.* 37. *Hypol. l.* 1. *§. si seruum. ff. de quæstion.* vbi etiam multa egregiè adducit, nec enim alia ex causa probatio in jure requiritur, nisi vt veritas in apertum referatur, & ipsi judici sit nota; *vt per Couar. lib.* 1. *var. c.* 1. *versi.* 7. *n.* 1. Et sic nunquam censetur prohibita, *vt dicit Alciat. in tractat. de præsumpt.* 2. *p. n.* 16. Ita vt si statuto caueatur, vt nõ possit opponi aduersus sententiam, nec etiam de nullitate; tamen hoc non habet locum in nullitate, quæ constat ex inspectione actorum *secundum Anchar. cons.* 212. *quẽ sequitur Hypolit. vbi sup. n.* 7. *tradit. Mascard. lib.* 1. *de probat. quæst.* 8. *nu.* 17. *Fulu. Pacian. lib.* 1. *cui incumbat onus probandi cap.* 47. *Adde Menoc. casu* 626. *& de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 67. *num.* 1.

§. 5. *De probatione, quæ fit per juramentum.*

QVinto modo probatio fit per juramentum necessarium, quando scilicet actor in causa parui momenti vnum tantum testem idoneum habuit, qui facit semiplenam probationem, *l. Theopompus. ff. de dot. præleg. l. jus jurandum C. de testibus,* ideo præstatur juramentũ suppletorium ex mandato judicis, petente tamen parte *secundũ Bart. in l. admonendi circa fin. ff. de jure jurand.* Quod tamen impediri potest ex multis, veluti ex defectu 20 personæ, vt quia actor sit perjurius, infamis pupillus, vsurarius, excommunicatus, & alia hujusmodi, vel quia qualitas causæ id non patitur, vt quia in ea de consuetudo requiratur plena, & integra probatio, *vt per Socin. reg.* 252. *vbi* 80. colliges causas ex quibus prædictum juramentum impediri possit, & aliàs ex Herculano *de probanda negation. numer.* 199. *& numer.* 235. *& aliàs ex Ploto in l. si quando.*

vnde vi, à num. 125. *& alias à Cabed. decis.* 45. *lib.* 1 *n.* 5 *Menoch. de arbitr. jud. lib* 2. *casu* 208. Notabis tamen, quod quando
21 actor probat semiplenè, & idem reus efficiat, reo potius deferendum est juramentum: debet enim judex esse paratior ad absoluendum quam ad condẽnandum, *c. ex literis extra de probat. l. Arrianus ff. de act. & oblig cap. inter dilectos in fin. de fid. instrum.* adeo vt si tu probes per vnum testem magis legalem, & fide dignum, & aduersarius per alium testem non ita fide dignum, non deferetur tibi hoc juramentum,
22 *Aret. in cap. in nostra, & ibi Feln. de testibus*, nam licet perfecta probatio per aliam contrariam non elidatur, sed plenior, & verisimilior præualeat, *cap. in nostra de testibus*, tamen imperfecta probatio per contrariam, & minus verisimilem eliditur argum. *cap. literas de præsũp. Bar. in d. l. admonendi. nu.* 51. *de jur. jur. Gozad. in cons.* 8. *n.* 48. Quod si viderit actor quod judex non sibi, sed reo deferat juramentum *per cap. fin. de jur. jurand.* hanc poterit interponere cautelam, vt percludat ipsi judici viam, asserendo reum ad juramentum præstandum esse sibi suspectum, *l. non omnes. §. à Barbaris ff. de re milit. notauit Masc de probat quæstio,* 9. *n.* 57.

APPENDIX I. De Positionibus.

23 TEmpore dilationis positiones fiunt, ex quibus actor suam intentionem instruere conatur per confessionem partis aduersæ, vt ita judici probatio fiat *secundum speculat. tit. de positionibus. §.* 4. Est enim positio optima, & fundamẽtalis pars probationis continens id, super quo quis petit ab aduersario responderi *secundum Bald in l. generaliter. §. Sed Sacramẽto. C. de rebus creditis*, vnde illa solum recipit
24 confessionem ipsius partis. *cap. statuimus de confess.* Atque ideo licet sit minor 25. annis, & maior 14 ipse & non curator deponere tenetur, *vt per Cabed. decis.* 137 1. *nu.* 3. Dixi, tempore dilationis positionẽ co fieri, quia elapso termino dilationis non tenetur reus deponere *Bald in l. in contractibus. §. llo. C. non num. pecun. Marant. in pract. pag.* 441. *num.* 11. *Mascar. de proba. concl.* 1181. Item si positio sit partim 25
vera, partim falsa, tota negari potest absq; præjurio *secundum glos. in cap.* 2. *de confess. in* 6. Quam dicit communem *Ias. in l.* 1. *§. si stipulanti nu.* 10. *ff. de verbor.* Vnde quomodo rectè formari possit positio, ne deponens excusari possit à perjurio super quantitate tradit Couar. *lib.* 1. *var.* 2. *numer.* 5. *ad fin. Gayl. pract. obseruar.* 82. *ex num.* 16.

Solet autem in Regnis Aragoniæ, & 26
Italiæ pars petere, vt testes qui fuerint producti contra se, respondeant ad sua interrogatoria super articulis secundum circunstantias causæ, & personarum. Quæ praxis non inutilis est ad indaguandam veritatem, & ad faciendos testes variari in altero ex illis decem prædicamentis, quæ ponit Bald. *in l. testium num* 15. *C. de testibus*, & ideo illorum copia non datur parti, ne instruantur testes ad falsum, *vt per Alex. in l* 2. *C. de edend.* Et minor, quod aduocati eruditissimi hujus Regni hac praxi non vtantur. Cum etiam de jure communi illa vbique sit admissa ab aduocatis antiquis, *vt traditum est per Speculat. tit. de testibus §. jã de interrogatorys, & per DD. in cap.* 2. *vbi glos. verbo interrogatoria de testibus in* 6. *Marania in pract. pag.* 406 *& pag.* 454. *act.* 7.

CAP. XIII. *De repulsis aduersus personas testium.*

SI pars præsens fuerit in loco, vbi tes- 1
tes examinantur, debent statim tempore examinis, vel si absens quam primũ post finitam dilationem petere nomina testiũ, & dicere causas ob quas testes reprobare intẽdit, idq; praxi, & vsu forẽsi receptũ esse constat, etenim jure cõmuni aduersus testes erãt objectiones, & vitia propo nenda ante sẽtẽtiã, *c.* 1. *de except.* idest ante

con-

conclusionem in causa, *cap. cum dilectus de fid. instrum. cap. audítis de procurat.* imo ante publicationem, & nō potest *vt in cap.*
2 *præsentium de testibus.* Vnde à fortiori, nec in causa appellationis contra eosdem testes objectio ex eorum vitijs, & defectibus ad illorum elidendum testimonium admitti debet. Et ita praxi hæc sententia vera est, quam etiam Neapolis seruari asserit Afflict. *decis.* 266. *quicqnid gl. in c.* 1. *de exception. verb. per sententiam, & ibi Abb & Felin. col.* 2. *cujus gl. & Abbatis* opinionem seruari in Regno Franciæ testatur Guid. Pap. *decis. Delphin.* 500. Et praxi esse receptam in prætorio Granatensi affirmat Couar. *pract. cap.* 18 *num* 5. *col.* 4.
3 *vers. deinde scio.* Cæterum prædicta resolutio limitari potest in objectione de falsitate, & de subornatione testis ex præmio juxta *Ord. lib.* 3. *tit.* 58. *§.* 2. *vers saluo.* Nā exceptio falsitatis semper, & vbique etiam apertis testibus, & post sententiam allegari potest, *vt infra dixi cap* 15. *numer.* 7. *in*
4 *fin. & cap.* 20. *num.* 2. Vel si pars sit minor, qui admittetur per restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis concessi ad objiciendum contra testes, quanuis contrarium teneat Capel. Tholo. *decis.* 53. *Boer. decis.* 245. *n* 7. *Palat. in rep. cap. per vestras. §* 26. *nu.* 13. *& l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *cō-*
5 *pil. Castellæ.* Vel si ex actis processus constet judici de inhabilitate testium, ille ex officio poterit quocunque tempore testes repellere, quanuis repulsæ à parte non fuerint oppositæ *Felin. in cap. intimauit de testibus las. in l. admonēdi. n.* 14. *de jur. jurand. Bald. in l. si quis testibus, num.* 7 *C. de testibus, Gom.* 3. *tom. cap.* 12. *num.* 22.

§. 1. *Quibus ex causis testes repelli, ac contradici possint.*

6 CAusas, ex quibus testes impugnari possint, refert ad longum Mascard. *concl.* 1363. *& sequenti*, cujus dicta transcripsit Farinaceus *de oppositione cōtra personas testium. quæst.* 54. *cum seqq.* ad quos lectorem rejicio. Cæterum repulsa illa non admittitur, si vnus testis legalis concordet cum alio, qui patitur defectum, nā fides vnius tollit defectum alterius, *Bald. recept. in l. si quis ex argentarijs. §* 1. *ff. edend.* ex multis quos refert Tiraq. *de pæn. caus.* 51. *num.* 121. & colligitur ex Ordin. *lib.* 3. *tit.* 62. *§.* 3. *in fin.* Quod tamen accipi debet, quando plures etiam testes concurrunt, *prout intellexit Ange.* quem sequuntur alij, quos refert *Gabriel com. tit. de testibus concl.* 1. *n.* 2. Nam si ad perfectā testium probationem ad minus necessariò requiruntur duo testes, *l. vbi numerus, ff. de testibus*; proculdubio vterque debet esse probatæ vitæ *Bald. in cap. tertio loco de probat.* Nam si fides vnius testis omnino tollitur, dictum illius suppleri non potest, cum id, quod nihil est, supplementum non recipiat, *vt ex Bald. notauit Tiraq. vbi sup. num.* 124. Item repulsa inimicitiæ non admittitur si constiterit maliciosé, jam lite mota, facto aduersarij, contra quem testis producitur, inimicitiam fuisse contractam vti contra cautelam Cæpolæ *cap.* 4. *recte notari licet ex traditis à Bart. in l.* 1. *§. cū quis in fin. ff. de quæstio. & melius ex Ord lib* 3. *tit.* 58 *§* 8. *Gomes.* 3. *tom. c.* 12. *n.* 14. 7 8 9

Item repulsa non admittitur, si objectio aduersus personas testium, ejus inhabilitatem non concludat tempore juramenti, & dispositionis *juxta tex. in l. non hoc ff. vnde cognat.* Nam conditio testis inspicitur tempore delati juramenti, & non tempore publicati processus, *vt per Bart. & Rom. in l. dāni. §. sabini ff. de dān. infect. Bal. in l. si quando. C. de testibus, vbi Salicet. col.* 3. *Ferrata vbi ita aduertit. c.* 15. *de cautel.* 10

Item quanuis ex praxi non admittatur reprobatio testium qui dixerunt circa repulsas, nisi tantum in duobus casibus de quibus in Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 58. *§.* 4. Tamen laudatio testium, quos pars contraria intendit repellere, denegari non solet nec debet.

CAP. XIV. *De publicatione testium.*

1 PVblicatio etiam in summarijs judi- tijs necessaria est, *vt dixit Bart. in extrauagant. ad reprimendum, verb. figura vers. & an requiratur publicatio, quem refert & sequitur, quo ad remedia possessoria Capicius decis. 55. n. 3. & ita seruari de cōsuetudine testatur Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13. n. 67.* Nam publicatio ideo fit, vt partes possint recipere copiam examinis testium, & tunc censetur præclusa via producendorum testium. Nam regulare est publicatis attestationibus testes amplius non recipi super eisdem articulis, vel directo contrarijs. *Auth. atqui semel. C. de probation. cap. intimauit. ca. fraternitatis de testibus Clem. 2. eodē tit.* quæ regula limitatur in multis casibus vt per Menoc. *de arbitr. quæst. 34.* alias falentias ponit Rojas *singul. 203. alias 13. Andreas Gayl, l. 1. pract. obseru. 105. ex n. 2.* & eā fusissime explicat Anto. Gabriel. *lib. 1. tit. de testibus conclusione vltima, vbi* 71. limitationes ponit præter vndecim ampliationes. Nam adhuc publicatis attestationibus
2 judex ex officio potest quærere à teste interpretationem sui testimonij, & iterum eum examinare si confusē dixerat, *vt docet gl. verb. dubium in cap. in præsentia de probat.* & si non fecerit requisitus à parte, potest ab eo supplicari aut appellari *secūdum Felin. in cap. per tuas. n. 5. Adde Valasc. 1. tom. consil. 43. à num. 14. de testibus, cui subscribit Hypol. in l. 1. §. si quis vltro. n. 34. ff. de quæstio. quicquid Aret. & ibi Abb. in cap. cum clamor de testibus aliud existiment.* An autē publicationis ommissio reddat processū nullū? Bart. dixit quod
3 nō *in l. prelatam num. 19. C. de sententijs, & interlocut. omn. jud. Menoch. de arbitr. quæst. 33.* nisi tamē à parte publicatio petatur, quoniam tunc si judex illam non faciat, processus nullus judicabitur *secundū [illegible]s. in cap[illegible] final. vers. cessante. verbo judi- [illegible]ret. in 6.* Si modo à tali denegatione appelletur, *vt resoluit cum pluribus Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defectu process. n. 40.* & testatur communem Alsinius *in praxi. §. 3. cap. 10. nu. 4.* Vnde hanc 4
controuersiam omnino tollere videtur *Ord. lib. 3. tit. 63. ibi, ou não fosse as inquiriçoēs abertas.* Vel eam Ordin. intellige, & declara vt per DD. proxime relatos. Quā- 5
uis in causa criminali publicationem testium esse de substantia juditij, ejusque omissionem nullitatem processus inducere pro constanti defendat Iul. Clar. *lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst. 40. n. 1.*

§. 1. *De impedimentis aduersus publicationem testium, & de restitutione in integrum.*

QVoties quodlibet impedimentum 6
sub est, publicatio impeditur, & iterum dilatio reformatur. *l. oratione ff. de ferijs. Maranta in pract. pag. 433. num. 5.* Et multo melius si pars fuerit minor per res- 7
titutionem. *cap. auditis, & ibi Abb. de in integr. restit.* Nam eo ipso, quod omissa est probatio, minor censetur læsus, nec est necessaria alia probatio *Mascard. conclus. 1279. à num. 11. cum seqq.*

Quod primò fallit in causa criminali, 8
in qua non restituitur minor accusans aduersus ommissam allegationem, vel probationem, *vt est tex. notab. in l. auxiliū. ff. de minor. tenet Alex. in l. 1. § nuntiatio. n. 34. & ibi Ias. num. 10. vers. 2. ff. nou. oper. nuntiat. Ant. Gom. 3. tom. var cap. 1. nu. 7. Cald. in l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo. num. 37. C. de in integr. restit.* Secundò fallit in minore jurisperito *secundum glos. in l. possessio. C. de numer. patrimon. lib. 10.* 9
quam vnicam, & singularem appellat ibi Joan. de Platea, & Anto. Gomes. *2. tom. var. cap. 14. nu. 5. versic. 10 & alij quos refert Roland. de confectione inuent. 2. part. quæstio. 6. Auiles in c. prætorū. q. 33. glos. verb. a menos costa. n. 4. quāuis Sarmien. lib. 3. select. cap. 12.* contrariam opinionem defendat. Tertiò fallit, quando petitur resti- 10
tutio

stitio post publicatas attestationes ad probandam aliquam exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam, nam talis deneganda est *Inoc. in cap. coram de in integr. restitut. quem sequitur Bald. in l. peremptorias n 28. C. sententiam rescind. non poss.* à quo tamen discedit Couar. *pract. cap. 26. nu. 4.*
11 *vers. vidi tamen Molina lib. 4. de primog. cap. 13. nu. 60.* Quarto fallit in causa summaria, & judicio possessorio *vt per Capic. decis. 13. Couar. vbi supr. cap. 17. nu. 4. vers. 6. Cald. vbi supr. num. 19.* Quintò limita, vt
12 minor non restituatur post didicita, & publicata, ad probandum idem super quo jā aliquos testes ipse produxit, propter euidens periculum subornationis, *vt post Innoc. in cap. auditis de in integr. restit. tenet Bart. in l. 1. §. nuntiatio. nu. 33. ff. nou. oper. nunt. Menchac. quæst. forens. cap. 31. ante n. 4. Ant. Gom. 2. tom. cap. 14. n. 5.* Quæ sententia recepta fuit à Senatu in lite Francisci Lopes Franco *Anno* 1612. *Scriba Domingos de Chaues*, quicquid Cald. *vbi*
13 *sup. num.* 20. Sextò limita, vt restitutio semel concessa non reiteretur, nec in secunda instantia in causa appellationis. *l. 1. C. si sæpius in integr. restit.* Nam in vnoquoque casu vnam restitutionem concedi praxi receptum esse constat, nisi sint diuersi articuli *Cabed. decis. 200. 1. part. n. 4.* Vel nisi in secundo gradu noua exceptio allegetur, tunc enim iterum restitutio cōcederetur, *prout tradit Azeued. in l. 5. tit. 9. lib. 4. recopilat. num. 4.*

14 Septimò limita. vt etiam minor non restituatur aduersus lapsum temporis concessi ad objiciendum aduersus testes. *Capella Tholosan. decis. 53. Boer. decis. 245. n. 7. Palat. in repet. cap. per vestras. §. 26. nu. 13. dixi sup. cap. 13. num. 4.*

15 Octauò limita, vt minor alicui assistens non restituatur ad probandum, si jam fuerit facta publicatio, *vt dixi sup. c. 5. n. 4.*

CAP. XV. *De allegationibus in causa faciendis.*

Postquam fit testium publicatio, Scriba mittit processum ad aduocatū actoris, vt super illo faciat allegationem de re benè probata, tam de jure, quàm de facto. *juxta l. qui prior ff. de judit.* Cujus allegationis copia datur eo in ipsis actis ad allegandū similiter. *tradit Ias. in l. 1s apud quem. col. 2. C. de edend. Marant. in pract. pag. 484. num. 50. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 175.* vbi refert quatuor opiniones, Apud Lusitanos autem id sine controuersia est. Initio autem allegationis poterit aduocatus aliqua prænotare, vt fiant, ex quibus se juuare speret, præsertim si illa sint ejusmodi, vt extra terminum probatorium fieri possint, veluti si per inspectionem oculorum judicis vellit pars aliquid probare de sua intentione, quia talis probatio nūquam censetur exclusa, *vt dixi sup. cap. 12. nu. 17.* vel potest offerre acta processus jam finiti sicut styllo seruatur, vel petere, vt judex quærat à teste interpretationem sui dicti, quod ex officio facere potest, *pro vt dixi sup. cap. 14. nu. 2.* vel etiam petere, vt deferatur juramentū suppletorium, *vt per Marant. in pract. pag. 499. num. 4.* vel vt fiat examen. Nam in ijs & similibus ante sententiam judex prouidere solet, si sibi rectè videatur, *vt infra dicam. cap. 16. num. 2.* Sed si vltra aduersarius dicat aliquid debere fieri de jure, potest dicere aduocatus, doce, quia hoc nulla lege cauetur, nam *vt dicit Bald. in cap. nihil circa fin. de electione*, quod lege non cauetur, in practica non habetur, & paria sunt aliqua fieri sine lege, & contra legem, *idem Bald. in cap. in genesi, eodem facit cap. is qui, ibi, cum id non sit expressum in jure de sententia excommun. in 6. Auth. de non eligend. secund. nubent. coll. 1. ibi, nec quælibet est lex tale aliquid dicens.* Quanuis dici non potest, quod ille loquitur sine lege, qui allegat rationem. Nam lex est omne quod ratione consistit. *glos. in cap. consuetudo. 1. dict. gl. in cap. ex eo, verb. rationis, de electi. libr. 6.*

(right margin numbers: 1 beside "ba mittit", 2 beside "uersia est", 3 beside "terpretationem")

§. 1. *De modo videndi processum.*

4 IN primis inspiciat aduocatus, an pars aduersa fuerit confessa in positionibus vel in juditio viua voce, & ipsa confessio fuerit redacta in scriptis per notarium, vt acta demonstrant, quæ faciunt rem notoriam *l.gesta.C.de re jud. Roland.consil.*70. *n.*7.*vol.*1.*Bart.in l.* 2. *num.* 4.*ff.judic.solui.* Post modum videat attestationes sui
5 clientuli, in quibus si testes in aliquo discordent, curet eos componere, quoniam testium contrarietas vitanda est, & testium dicta, quantum fieri potest, ad concordiam sunt reducenda, non autem cauilanda, nec stricte intelligenda, se adjuuanda, & vt concordent etiam verba impropriandа sunt, *vt voluit Ceph.l.cons.* 77. *nu.* 31. *Hyer.Gabriel.cons.* 55.*n.*1.*Bertazol.cons. ciuili* 60.*n.* 22. *lib.*1. *Valle cons.* 33.*nu.*14 *vol.*2.*Decian.consil.*40.*nu.*2.*vol.* 2. Imo sæpe intelligenda sunt *secundum articulũ*
6 *Dec.in l.quatenus cujusque intersit ff. de reg.jur.* Rursus si viderit testes rei, & actoris esse inuicem cõtrarios, asseuerabit magis suis, tanquam verisimilia deponentibus esse credendum, optime. *Abb.in cap. cũ oporteat, col.vlt.de accusat.Ias.cõs.*126 *in fin.lib.*4.*Tiraq.in l.si vnquã præfatione nu.*43.*Masc.conclus.*137.

Vel quia sunt sui testes de affirmatiua, contrarij vero de negativa. *glos.in l.idem proferre.§.si plures, ff.de arbitris*, aut quia sunt digniores, vel quia sunt plures numero; contrarij vero pauciores, *vt dixi li.* 4. *cap.* 10.*nu.*13. Vel quia deponunt cũ causæ redditione, contrarij vero non, *secundũ Ias.in l.cum ij.§.vlt.nu.* 4. *ff. de transact.*

Vel quia sui testes juris præsumptione possent esse melius informati, vel quia deponũt in specie; contrarij vero in genere, vel quia sui testes deponunt in fauorem rei & alia similia, de quibus omnibus *Anton. Gabriel.* [illegible]*è in cõmunibus tit. de testibus co*[illegible] 4. *cum seqq.* Juxta quæ intelligendus est. l.C.*in l.*3.*vers.tu magis ff.de testibus.*

Item in suis allegationibus curet aduocatus probationem aduersarij destruere objiciendo aduersus dicta testium, vt quia deponunt de auditu, qui non probant *Gabr.in commun.titul.de testibus, conclus.* 3. 7

Vel quia sunt singulares, quo casu etiam non probant idem *Gabriel.vbi sup.cõcl.*2 *dixi infra lib.*5.*cap.*1.*nu.*79. Nisi ex aliquo præsumantur contestes Gramat. *crimi.consil.*27.*n.* 12. *Grauetta consil.* 78 *nu.* 9. Imo quando testes deponũt de actu reiterabili satis est, quod tendant in eundem rei finem. *l.qui sententiam. C. de pœnis, Paul.de Castro cons.*113.*col.*2.*lib.* 2. *Aym. de antiquit.tẽp.*4.*part.versic.sed enim nu.* 11.*Alexand.consil.*53.*in causa n.* 4. *ad finem lib.*1.*Hypol.consil.* 5.*nu.*6.*&* 8.*Parisius cõsil.*75.*nu.* 14.*lib.* 1.*Marant.in l.is potest.nu* 90.*ff acq. hæred.* Neque obstãt cap.cũ dilecti de electione, & cap. tam literis de testibus, procedunt enim in singularitate obstatiua, non in adminiculatiua, in hac enim testes singulares conjunguntur ad plenam probationem. *cap. fin. de success.ab intestat.glos.verb. legitimis. In l.*2.*ff. excusat.tut.DD.in l.Gallus.§.ille casus ff.de lib.& posth.Paris.cõs.*75.*n.*13 *lib.*1.*eleganter Cæpol.cõsil.*3.*n.* 9. *in ciuilibus.* Siue agatur de probando aliquid in genere, *glos.fin.in l. ob carmen.§.fin. ff. de testibus*, siue in specie, dummodo testes singulares in eum scopum depositiones suas dirigant *d.l qui sententiã C.de pœnis* cũ alijs sup. adductis. Aut nisi testes quanuis singulares sint ita probi, & notabiles, quod judicem adducant ad indubitatam fidẽ, vt volunt plures, quos refert *Tiraq. de pœnis causa* 51.*n.*106.*Gabriel. vbi sup. num.*62.*&* 71.

Sed magis dubium est, si vnus testis deponat de veritate, & duo testes deposuerunt de fama, an hæ duæ plenæ probationes conjungantur, & efficiatur plena probatio? & quanuis Bart. *In l. admonendi,*

nu. 48. *ff. de jure jurando* receptus cōmuniter à Jas. *ibi nu.* 253. *Craueta consilio* 73. *num.* 20. teneat quod sic, & eam sequantur alij autores quos infra referam lib. 5. cap. 1. num. 79. tamen ea communis opinio limitanda est, vbi quælibet probatio est perfecta, in sua specie, secus si sit imperfecta, vt si vnus testis deponat de veritate, & vnus duntaxat testis deponat de fama, vel de confessione partis, tunc enim non efficitur plena probatio, *ex Bald. recepto* cōmuniter *in l. si quis ex argentarijs, §. si initium ff. de edendo*, inquit tamē Baldus quod si vnus testis deponat de veritate, & fama, & alter testis deponat duntaxat de fama, quod ex istis efficietur vna plena probatio, quam opinionem sequitur Jas. *in l. Gallus. §. fin. nu.* 8. *ff. de liberis & posthumis*, vbi tamen Alexander affirmat eam sibi veram non videri, quoniam secundum eam vnus testis faceret plusquam semiplenam probationem contra vulgarem juris regulam; mihi quidē Alexandri sententia videtur probabilior, quātuis totum hoc sit positum in arbitrio judicis *ex l.* 3. *§. ejusdem ff. de testibus*, existimo tamen quod in hac actione esset juramentum parti deferendum.

Vel etiam objiciat, quod in suis dictis ipse testis sit sibi contrarius, vt quia vnum dixit extrajudicium, aliud in judicio, talis enim contrarietas reprobatur, & nulli fides adhibenda est *l qui falso ff. de testibus l. eos ff. ad l. Cornel de fal. Cou. lib.* 2 *Var. cap.* 13 *num.* 7. Mascar. qui egregiè declarat, & limitat *concl.* 1367. *nu.* 3. *de probat.* Vnde Bart. *in d. l. eos num.* 8. posuit cautelam, quando habes testem, qui dixit extra judicium (ego scio hoc tantum non plus) facies scribi dictum ejus, vel facias dici coràm testibus, quia si aliud dicat in judicio, puniretur de falso, quæ tamen cautela adhuc nō videtur *ex ijs, quæ tradit Grego. in l.* 41. *tit.* 16. *part.* 3. *verb. dizen el cōtrario.* Vel quia testes plures sunt inter se varij, & contrarij, ex hoc etiam reprobandi, *vt per Curt. de testibus.* 7. *part. nu.* 144. *Mascard. vbi sup.* vnde cautela Bart. est in hoc, vt judex mittat testibus declarent dictum, quando in eis apparet contrarietas *Bart. in l.* 2. *§. creditum. num.* 10. *ff. si cert pet.* Cæterum si apertis testibus reperitur, quod aliquis testis dixit falsum, qua practica, & cautela vti debeat aduocatus, monuit Bart. *in l si falso nu.* 3 *C. ad l. Cornel. de fals.* & contra cautelam videbis apud eundem Bart. *in l.* 3. *nu* 4. *C. de fid. instrum.* Item objicere poterit aduocatus 8 si testis de credulitate, vel judicio deponat, quia ei fides adhiberi non decet *cap. quoties de testibus glos. in l. testium. C. eodē* Quod quam verum sit explicat Mascard. *vbi sup. concl.* 1369. Vel etiam si deponat extra capitula. *Bart. in l si duo patroni. §. idē Iulianus per tex. ibi ff. de jur. jur Mas. concl.* 1370. *& concl sequenti.* Vel si testis dat alium in contestem, qui interrogatus neget, vt dicat se nescire, redditur enim de falso suspectus, & facit vt neutri eorū tanquam contrarijs credatur, *ita Bald. in cap. causam. col.* 3 *de testibus Cāpes. de testibus reg.* 410. *Bursat. consil.* 69. *nu.* 26. *vol.* 1. *Cephal. consil.* 233. *nu.* 24. *vol.* 2. Vel si testis non reddit rationem sufficientem dicti sui, quia tunc nullam fidē facit *Bald. in l. cōuenticulā. col.* 4. *C. de Episcop. & cleric.* late Menoch. *de arbitr. quæstio.* 25. *n.* 3. declarat multifarie Mascard. *concl.* 1375. Vel si testis deponat in causa ad suum cōmodum spectanti, aut eorum, qui sibi vinculo affectionis sunt conjuncti, *l. nullus ff. de testibus l. omnes C. eodem Mascard. concl.* 1363. Nisi ipse testis ante depositionem protestetur cum juramento nihil cōmodi ex depositione expectare, ita cautè notauit Ferrar. *caut.* 40 *Soc. reg.* 513. *vers. primo fallit*, & voluit Felinus *in cap. personas de testibus*, & nisi ipse affinis, aut consanguineus, & ita inhabilis deponat de facto proprio, quod ipse fecit ad vtilitatem alterius, vt eleganter notauit Paul. *in l.* 2. *§ si absens, & ibi Ias. n.* 8. *ff. si ex noxal. causa agat*, quod caute notandum est.

§.

§. 2. *De modo allegandi.*

9 QUi in suis allegationibus optimam methodum servare velit, sequentia principaliter debet attendere, nec enim alienum erit hæc pro junioribus explanare, vt nihil huic studio aduocandi de esse videatur. In primis igitur pro faciliori intellectu eorum, quæ ad subjectæ materiæ expeditionem respiciunt, debet pars aliqua euidentia in facto, vel in jure præmittere per capitula *vt in l. proponebatur, versic. quibus ita præmissis ff. de castr. pecul.* quia sic melius dicenda percipiuntur, *vt in l. 1. ff. de origin. jur.* vbi suadetur euidétialia ab aduocatis in foro dicentibus esse præmittenda per duos effectus, primò, quia auditores tradunt auidos, & attentos, Secundo, quia dicendorum præstant intellectum. Deinde debet divisionem ponere, nam partitio, *vt ait Accurs. in proœmio Inst. § igitur verb partiti.* animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosé informat. Item, & casum litis motæ verè, & breuissime figurare debet. *Nam ex facto* jus oritur *l. ex plagijs §. in cliuo ff. ad l. Aquil. l. fin. in princ. ff. de jur. jurand.* Et quæstioné ex casu insurgenté proponet, & de ea pro vtraq; parte disputabit, nam arguendo, & disputando veritas detegitur. *l. munerum. §. mixta ff. de muner. & honor.* Et si fuerit res clara, & legibus determinata, nó curet plures auctores congerere. Etenim, vt dici solet, vbi legem habemus, superfluum est glossas, & Doctores allegare *teste glos. in l. sed licet. ff. de officio præsid.* Nam vbi est casus legis ibi non est quæst. *glos. vlt. l. ancillæ. C. de furtis.*

Et si habuerit regulam pro se, ea firmiter niti debet, *vt dicit Accurs. in l. omnis definitio in princ. ff. de reg. jur.* Nec enim dubiũ dicitur, de quo est regula, *vt inquit Bart. in l. quoties ff. si quis caut.* Nã secun- [illegible] regulam semper pronuntiandũ est, *vt* [illegible]*d. in l. si tutor in fin. C. de seruis cõmun. manumitt. & dicit glos. in rub. de reg. jur. in 6 paulò ante finem.* Potiorem esse ejus causam, pro quo facit regula, *sequitur. Abb. in rubric. vt lite non contestat. cum alijs adductis à Iason. in l. 2. col. 6. versiculo, nota istam doctrinam. ff. si quis in jus vocat, non ierit.*

Sed si lex, aut Ordinatio non ita expresse casum decidat, illa tamen in argu- 10
mentum adduci potest per aliquem ex locis legalibus, quos retulit Specul *in titul. de disput. & alleg. §. post hoc. & latissimè Euerard. in centiloquio.*

Quod si lis, vel controuersia fuerit super intellectu alicujus clausulæ instrumenti, pro sua parte debet ponderare semper verba scripturæ contractus, vel testaméti Nam regulariter à proprietate verborum non est recedendum. *l. non aliter. ff. de leg. 3.* Quod in legibus, & statutis etiã procedit gl. opt. per tex. ibi in *l. 1. §. is qui nauem. vers. in re igitur dubia ff. de exercitor. act. mult a Tiraq. in l. si vnquam verb. libertis ex n. 4. C. de reuoc. & nu. 71. Mantica de conjecturis. tit. 5. lib. 3.* Sed fallit nisi vsus loquendi aliud patiatur, qui ante omnia attendendus est. *l. librorum. § quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. l. labeo, vbi Bart. ff. de suppellect. leg. Mascard. de probat cõclus. 329. num. 3.* Etiam in qualibet materia odiosa, & pænali *secundũ Bart. in rubr. ff. nou. oper. nunt.* Et quanuis in statuto caueatur, vt verba intelligantur ad literam, & pro vt jacent *secundum Bald. in l. omnes populi. pen. quæst. ff. de just. & jur. Abb. in proæm. decret. & ibi Felin. n. 14. Masc. concl. 1129. nu. 17 21. & 22. Tiraq. de retract. §. 2. glos. 1. num. 6.* Nam propter vsum testatoris, vel regionis receditur à proprietate verborum, *vt ex tex. vulg. in l. cũ de lanionis. 8. §. asinam. vers. optimum. ff. de fund. instruct.* Nec enim in testamétaria dispositione, multum attenditur verborum proprietas, eum sæpe ab ignaris, & in doctis proferatur, *vt in d. l. non aliter. §. 1. versic. cũ plerũq; ff. de leg. 3. obseruat. Accurs. in l. quod si nepotes. 1. scholio. ff. de testam. tutel.*

G 3 Item

Item quid verba significent, & impor-
11 tent diligenter attendet. Sunt enim, quæ voluntatem liberam, & quæ arbitrium boni viri significant, de quibus plura Bartol. *in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur, & melius Gregor. in l. 19 tit. 9. part. 6. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 7. cum seq.* Nam legatum in arbitrio hæredis positũ valebit, & in ejus voluntate minimè. *l. Senatus* §. 1. *l. si sic.* 78. *ff. de leg. 1. l. vtrũ* §. *cũ quidam ff. de reb. dub.* Unde si testator rogauit hæredem, vt post mortem nominet Titium in emphyteusi *sibi videbitur, & ille meruerit*, Senatus sanxit fideicommissum deberi in lite Francisci Pedrosa da Gama cum donna Isabel Pereyra, *Scriba Antonio de Freytas ex l. fideicõmissa* 11. §. *quanquã ibi, videbitur: & ibi meruerit ff. de leg. 3. adde Sarmientum lib. 2. select. c. 6.*

Item aduertet aduocatus, an verba in suo proprio significatu juris dispositioni possint adaptari. Nam si testator vocauerit ad maioratum filios legitimos, & ex legitimo matrimonio procreatos, adhuc filius per subsequens matrimonium legitimatus, quia vere dicitur legitimus, admittetur, & excludet substitutum, quanuis pater in mortis articulo constitutus matrimonium contraxisset, vt illum legitimaret, quem ex concubina, susciperet, vt communem testatur *Couar. c. 8. 2 part.* §. *2. num. 10. de sponsal. Anton. Gom. in l. 9. Taur. nu. 56. Molina lib. 8. de Primog. cap. 5. num. 57.* & licet maxima esset disparitas inter conjuges, *vt resoluit Costa in 2. part.* §. *ecquid sit antum nu. 96* & quanuis dicatur matrimonium fuisse contractum in fraudem substituti, & ad solam ipsius exclusionem, & quia substituto fuerat cõminatus. Quæ est verior sententia, & praxi obseruanda, & eam tenuit Sarmiento *in l. 6. de lib. & posth. & lib. 1. selectarum cap. 6 n. 5. Menchac. lib. 3. quæstion. vsu frequẽt. cap. 41. ex nu. 3.* quicquid alij aliud velint quos refert Molina *lib. 2. de primog. cap. 17. & in annot. ad suum opus num.* 8. quorum communem opinionem testatur Burg. de Paz allegando plures *cons. 6. numer. 11. & probat Greg. in l. 1. tit. 13. verb. casara. 2. col. pag.* 4. & pro hac sententia facit, quia pater, qui voluit filios legitimos facere, & concubinam vxorem ducere, principaliter id videtur voluisse, vt consuleret liberis, & animæ suæ, & noluisse in peccato mori *argum. cap. 1. de matrim. ad morgan. in vsibus feud. ibi notens in peccato viuere*, & hac ratione debent excusari minæ, & fraudis præsumptio, nec enim moriens præsumitur dolum, aut fraudem cõmittere *juxta tex. opt. in l. si quis in grani* §. *si quis moriens ff. ad syllanian.* facit elegans decisio Bald. *in cap. cũ ecclesia n. 5. de election.* vbi scripsit, quod quando facit quis actum sibi vtilem, licet probetur eum fecisse animo nocendi alteri, tamen actus ille non debet carere effectu, tanquam fraudulentus, *sequitur Ias. in l. quominus num. 34 ff. de flumin.* facit vulgaris regula *l. nullus 59 ff. de regul. jur.* Plane hæc opinio in maioratu planius procedit vti praticari vidi, & consului in lite super Comitatu de la Puebla.

Item mens testatoris non est conjecturanda in casu omnino omisso, & abortiuo, sed ex verbis à testatore prolatis perfectis, vel imperfectis, *vt per Alex. & Ias. in l. 3. C. de lib. præt.* & vulgo dicitur in mente retentum nihil operari, *l. si repetendi. C. de condict. ob caus. l. quidam cũ filiũ ff. de hæred. insti l. commodissime ff. de lib. & posth.* & omissum habetur pro amisso. *l. quicquid. astrigendæ. ff. de verb. oblig. l. vlt. C. de pact. com*, Et non fit extensio de re ad rem, nec de persona ad personam, *l. si unus* §. *ante omnia ff. de pacti. l. si ita* 126. §. *Chrisogonus ff. de verb. obl* Sed tũc debet totam scripturam perlegere *juxta l. in ciuile. ff. de legib.* Nam ex vna parte scripturæ alia declaratur, cum volũtas testatoris, vel contrahentis semper præualeat, quæ ex verbis scripturæ connexis, vel admixtis elicitur, & fit manifesta, *vt Bart. notabiliter in l. 2. nu. 39. & ibi Al... num. 32. & Ias. n. 36. ff. de vulg. B...*

&

& Salicet in l. precibus C. de impub. & alijs. Præferẽda est enim volũtas verbis, vt animus corpori, & sequenda tanquam regina, vt de contractibus notatur *in l. pen. ff. quæ res pignor. oblig. l. si insulam. ff. de præscript. verb.* de vltimis volũt. *in l. in cõditionibus ff. de cõd. & dem. l. 3. C. de l. præt l. cum proponeretur ff. de leg. 2. Tiraq. in l. si vnquam, verb. libertis ex nu. 52.* & sufficit quod illa ex conjecturis prospiciatur, *Valie cons. 6. nu. 15. vol. 4. dixi sup. cap. 11. nu. 9. in fin.*

12 Nam, & voluntas disponentis elicitur, & probatur ex vicinitate scripturæ *l. hæredes palam. §. 1. ff de testam.* Nã si superius de aliqua qualitate loquitur, quod eam prosequatur, vicinitas scripturæ semper innuit *gl. in §. Item lapilli Inst. de rerum deuisione*, quanuis ponatur aduersatiua (*sed*) Semper enim intelligitur retentis ijsdem terminis præcedentibus *Sylu. Aldobrand. in §: sed jus quidẽ ciuili Inst. de jure nat. gent. & ciuil.* Nam, & præcedẽtia magis influunt in sequentia, & maioris efficaciæ est clausula præcedens ad sequẽtia, quàm è conuerso, *glos. 1. in l. quisquis 93. ff. de leg. 3. Bart. in l. auia ff. de cond. & demõstr. & in l. si quis ex argentarijs §. si initium n. 20. ff. de edendo Mathesal. notab. 151. Peralta in l. si quis in principio testamenti n. 166. de leg. 3.*

13 Deindè è conuerso probatur voluntas, quod fuerit talis in præcedenti ex sequentibus. *l. si seruus plurium 53. §. vlt. ff de leg. 1.* Nam sequentia declarant præcedentia, *vt docet Mant. de conject. mente testan. lib. 6. tit. 13. Iul. Clarus in §. testamentũ quæst. 76.* Et ex posteriori scriptura declaratur prima, *l. quisquis 93. jun. glos. vlt. ff. de leg. 3.* actus qui sequitur declarat voluntatem in actu præcedẽti *vt l. sed & Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. & in § pauonũ Inst. de rerũ diuisione, & per Bart. in l. cætera. §. sed si parauerit. ff. de leg. 1.* Ex quibus in ijs terminis dicit Ruyn. *consi. 139. nu. 13. vers. & præmitto. 2. vol.* quod si masculi in conditione sequentis substitutionis appositi sint, ex hoc [illegible] masculos in præcedenti substitutione vocatos esse intelligitur, sequitur Anto. Gabri. l. *lib. 4. commun. tit. de testamen. concl. 10. n. 9.* Nam vna pars testamenti declaratur per aliã *l. qui filialibus ff. de leg. 1. de quo Ias. ibi multa nu. 2. Tiraqu. in l. si vnquam in princip. nu. 71. C. de reuocand. donat.* Vnde si testator in Maioratu constituendo admisit filium masculum, & in alia parte testamenti fecerit mentionem filij simpliciter, intelligetur de filio masculo ex prima parte testamenti vti prædicti doctores notarunt, & tenuit idem Ias. *in l. centurio num. 59 ff. de vulgar* Peralta qui dicit communem referendo plures *in l. Titia cum testamento §. lutius o 2. num. 6. ff. de lega. 2.* Cui tamẽ resolutioni valde obstat decisio Annaniæ *cons. 22. nu. 3.* vbi concludit eam partem testamenti, in qua fit mentio filij simpliciter, non esse supplendam ex prima, in qua fuit facta mentio filij masculi, & hanc opinionem amplectitur Burgos de Paz *in proæmio leg. Taur. num. 117.* vbi dicit communem, & tenuit etiam Parisius *cons. 38. nu 20. lib. 2. & iterum in cons. 35 ex num. 17. lib. 3.* Et quanuis in hoc puncto contrariæ sint doctorum opiniones inter se, ita vt ipsimet sibi aduersentur, vt fuit Ias. qui duo consilia fecit cõtraria *consi. 141. & 142.* Et opiniones vno modo conciliare nitatur. Dec. *consi. 167. nu. 5. & alio Soc. Iun. cons. 103. num. 5. lib. 1.* Pro concordia tamen duæ conclusiones constitui possunt. Prima sit quod vbi in vna oratione fuit facta mentio *masculi*, & alia clausula, *filij* simpliciter, si hæc clausula est imperfecta, ita vt necessario ex prima suppleri debeat, tunc etiam qualitas, *masculi*, quæ fuit in prima, censetur repetita, ac si vna esset oratio. *l. in repetendis 61. & ibi Bart. col. 2. ff. de legat. 3.* & in ijs terminis loquitur Abb. *cons. 36. lib. 1.* vti in hoc censu illius dictum intelligunt, & admittunt Gozad. *con. 45. n. 1. & 6 Parisius cons. 18. ex num. 22. libr. 2. & cons. 72. ex nu. 35. lib. 4.* Soc. Jun. *cons. 128. num. 98. lib. 1. Vbertin. in l. fin. n. 38. ad fin. C. de edict. diui Had. tollend.* Secũda cõclusio

clusio sit quod si duæ sint orationes, in quarum vna fiat mentio *masculi*, & in alia *filij* simpliciter, non intelligitur repetita qualitas masculi. Regula enim est, quod vbi sunt diuersæ res, & diuersæ orationes qualitas expressa in vna, non censetur repetita in alia, *l. qui fundum* 40. *juncta gloss. verb. triginta ff. de contrah. emp. Bart. in l. Scia. §. Caio num. 2. ff. de fund. instruct. & in l. in repetendis col. 2. ff. de legat. 3. Masc. concl.* 1271. *num.* 15. & in ijs terminis procedit dictum Annaniæ *d. cons.* 22. *num.* 3. vti hoc modo illud acceperunt Ant. Rubeus *d. cons.* 71. *num.* 6. Vbertino, & Peralta *in locis supra citatis.*

Cæterum retenta hac concordia, adhuc tamen in contrarium vrget decisio Guido. Pap. *decis.* 485. qua obtentum fuit, quod vbi in institutione facta fuit mentio *masculi*, in omnibus sequentibus substitutionibus ea qualitas censetur repetita *ex d. l. qui filiabus ff. de legat.* 1. cui subscribit Dec. *cons.* 15. *num.* 5. *& con.* 270. *nu.* 5. Rip. *in l. ex facto. § si quis rogatus* 01. *num.* 17. *ff. ad Trebell.* ergò apertè fit, quod etsi diuersæ sint orationes, tamen semper qualitas *masculi* censetur repetita. Qua difficultate oppressus Curt. Jun. *cons.* 114. *nu.* 20. alio modo concordat opiniones, scilicet, quod si diuersæ sint orationes, & agatur etiam de descendentibus diuersarum personarum, procedit opinio Annaniæ, quia ex diuersis non fit illatio *l. vlt. ff. de calumniator.* sed si agatur de descendentibus ejusdem personæ; semper qualitas censetur repetita *juxta regul. d. l. qui filiabus*, quam cócordiam posuit etiam Ruyn. *cons.* 134. *n.* 19. *& cons.* 140. *n.* 6 *lib.* 2.

Verum quanuis præd. opinio Annaniæ sit vera. Ea tamen limitari debet ex multis, quæ adducit Masc. *vbi supra cons.* 1271. *ex nu.* 31. *cum sequentibus*, & in proposito præcipuè limitari debet, vt nó procedat in maioratu, quando constiterit verè, vel præsumptiuè ideo testatoré masculorum fecisse mentionem, quia voluit bona in familia sua conseruari, quæ vtique familia per solos masculos conseruatur. *§. cæterum Instit. de legit. agnat. success. Butrio cons.* 46. Cum enim tunc ratio eadem militet sequentibus clausulis, facienda est repetitio, nam vbi est eadem ratio sub intelligendæ repetitionis qualitas expressa in vno capite, censetur repetita in sequentibus, *vt in l. quemadmodú* 29. *§. hæc verba in princip. vbi Bal. ff. ad l. Aquil.* & in ijs terminis rectè procedit decisio Guidon. Pap. pro vt eum secútur alij, quos refert Masc. *d. cons.* 1271. *num.* 9. Vnde in eo maioratu, in quo fundatur fecit plures vocationum clausulas per diuersas lineas, in quas voluit deriuari successionem maioratus, in quibus semper fecit masculorum mentionem, licèt in alia linea transuersalium fecerit mentionem filiorum simpliciter, censebitur repetita prædicta qualitas, quia ex illa qualitate masculorum toties expressa, apertè colligitur testatorem prætendere bona in familia conseruare, *& ita in specie Ancliarr. cons.* 82. *num.* 9. *Curt. Iun. cons.* 52. *nu.* 32. *Dec. cons.* 15. *n.* 3. *Parisius cons.* 18. *num.* 36. *lib.* 2.

Supradicta autem intelligi etiam debent in qualitate filiorum ligitimorum, nam si testator in vna oratione vocet Titium sub códitione, *si sine liberis legitimis* & deinde vocet alium sub eadem conditione, *si sine liberis*, proculdubio qualitas illa legitimorum repetita etiam censebitur ex identitate rationis, & extensione interpretatiua in omnibus sequentibus successoribus, *Rubeus cons.* 31. *num.* 5. *& 6. Mantica de conject. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 20. *& lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 13. *& lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 5. *Cephal. Roland. Menoch & alij, quos refert. & sequitur Castil. lib.* 3. *cótrouers. c.* 82. *nu.* 46. *vers. maximè. Molina lib.* 3. *primogen. cap.* 5. *num.* 6. Idem pro indubitato tradit Surd. *cons.* 89. *sub num.* 36. *& nu.* 40. *& 41.* Et pro hac parte facit regula text. *in l. Titia Seio §. Scia libertis ff. de leg.* 2. *& in l.* 1. *C. de impub. & alijs.* Vbi substitutio sequés debet regulari secundú qualitatem prioris, quia vnus gradus [illegible]

tionis alium declarat. *cum liberis. §. vlt ff. de vulgar.* Et ordo datus inter primos nominatos seruari debet inter reliquos substitutos, *ex alijs Guttierr. conf. 13. num.* 10. *Menoch. cons. 117. num. 53.* Nec etiam de jure filius naturalis succedit in maioratu. *Rojas in epitom. succes. c. 11. ex n. 3. Molin de prim. lib. 3 c. 3. n. 44. Cast contr. lib. 5. c. 82. n. 47.* Itē addo quod illa cōditio, *si sine filijs legitimis,* expirat existentibus filijs legitimis ex parte, qui non erat legitimus, sed naturalis. Ita in succesſione maioratus tenet *Gephal. cons. 103. per totū. Riccio consil. 138. per tot. lib. 2. Pansirol. cons. 169. n. 13.* & tenent alij, quos refert, & sequitur Gutier. *cons. 3. 13. & 14. Nau. cons. 4. Cassan. cons. 8. n. 17. Torniol. cons. 85. n. 18.* Nam filius succedit ex sua persona, & tot sunt substitutiones, quot sunt personæ, quæ vocantur ad succesſionem, ita considerat *Castill. lib 5. controu. cap. 103. n. 9.*

14 Præterea voluntas elicitur ex contextu ipsius testamenti *vt in l. numis ff. de leg. 3.* Nec enim colligitur ex vno solo verbo, sed ex omnibus clausulis junctis dispositionis, *vt in l. Mæuia* 44. ibi *neq; contextu verborum totius scripturæ. ff. de man. miss. testam.* Vnde dicebat Bald. *consil. 136 col. 1. volum. 3.* quod non debemus inspicere vnam clausulam solam testamenti, sed omnes, optimè Brunus *consil. 39. nu. 6.* declarat Mant. *vbi sup. tit. 13.* Rursus voluntas declaratur ex relatione *vt in l. talis scriptura §. fin. ff. de leg. 1. Molina lib. tertio. de primog. cap. 7. num. 11.*

Item voluntas elicitur ex ijs, quæ testator dixit in præfatione *vt in l. vlt. ff. delicet instit notat. Molina lib. 1. primog. cap. 5. à num. 2.*

Item etiam illa elicitur ex causa quam testator posuit *argum. l. si quis nec causam vbi Cornel. ff. si cert. pet.* Ea primordio tituli à quo posterior formatur euentus. *l. 1. vbi glos. & Bart. n. 9. C. de imponend. lucra descript. lib. 10.* ex quo infert ad quæstionē Bald. quem sequitur Ias. *in l. gene- ... cā autē n. 11. C. de instit. & subst.*

Item interpretatio voluntatis deduci potest ex ratione tacita, vel expressa propter quam dispositio dicitur emanare *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2.* quia illa regulat, & ampliat prædictam dispositionē. *Roland. à Valle consil. 6. n. 16. lib. 1. Tiraq. de cessant. caus. 1 part. num. 144.* Et tanto magis id dicendum venit, quando testator si de hoc fuisset interrogatus vtique ita respondisset juxta notata p r *Bart. in l. Titius. §. Lutius ff. de lib. & posthum.* gl. cōmuniter approbata *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* de quo multa Tiraq. *in l. si vnquam in princip nu. 3. & num. 56. C. de reuoc. donat.* Nam desideria morientium ex arbitrio viuentium, non finè juxta ratione interpretanda sunt. *l. quoniam desideria C. de natur. lib Mantic. de conject. lib 3. tit. 2. num. 6.* Ex quo infertur ad decisionem quæstionis, super qua nuper fui consultus in causa, quæ postea juxta meā consultationem in ciuitate Hispalensi *hoc anno* 1621. decisa fuit, An scilicet per ingressum religionis transeant bona maioratus in monasterium, *juxta tex. in auth. ingressi C. de sacros. eccles.* An vero sequens in gradu statim admittatur? In qua quæstione tenuerunt plures, quod interim ea bona pertineant ad monasterium si modo sit capax, *argum. eorū, quæ docet Bart. in l. statuus florus §. Cornelio felici per tex. ibi ff. de jure fisci, & in l. cū pater §. hæreditatē ff de legat. 2. & in l. ex facto § si quis rogatus ff. ad Trebel. defendēt Anton. Gom. in l. 40 Taur. n. 91. Molina lib. 1. primogen. cap 13.* defenduntq; procedere, quando bona non habent annexam dignitatem, vel jurisdictionem, quæ per ipsum ingredientē debeat experiri, & repræsentari, tunc enim scilicet, quando inest dignitas, vel jurisdictio talis, magis admittunt ad sequentem in gradu ea bona pertinere, quam distinctionem prius fecit *glos. in cap. scripsit 27 quæst. 2. & in cap. præsens 20. quæst. 3. speculat in tit. de statu monach. nu. 25.* tradit *Bald. in l. Deo nobis §. 1. C. de Episcop. & Cleric. & in c. inter dilectos. vbi Felin. n. 2. extra*

2.*extra de fide instrum. Rom. cons.* 37. *Iacob. Alberot. in c.* 1. *col. fin. de vassalo milit. in usibus fæud. Tiraq. de nobilit. quæst.* 29. *num.* 3. *& alij, quos referũt Gomes, & Molina, vbi supra.*

Cæterum contrarium imo quod indistinctè sequens in gradu admittatur, tenuit Pelaes *de Maiorat.* 2. *part quæst.* 3. *n.* 11. motus præsertim ex præsumpta fundatoris voluntate, qui bona reliquit ad nominis, & gloriæ conseruationẽ: quæ est ratio, propter quã dispositio dicitur emanare atq; ideo ab ea omnia regulãda sunt; vt dixi, & ita obtinui. Quam sententiam postea amplexi sunt nouissimi authores, scilicet *Cenedus pract. quæst. cap.* 35. *à nu.* 6. *Gratian. discept. forens. tom.* 3. *c.* 481. *nu.* 28. *Pater Thom. Sanch. in præcep. deca log. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 4. *Mart. de succession. Legat. part.* 3. *quæst.* 13. *art.* 1. *n.* 22. Nam monachus habetur pro mortuo *Sanch. dict. lib.* 7. *cap.* 13. *nu.* 4. *Lessius de just. & jur. dub.* 10. *n.* 44. *Azorius part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8 *quæst.* 16. *Tapia decis.* 28. *nu.* 3. *Marius Vistel. de donat. fol.* 155. *num.* 4.

Neque obstat auctoritas Bart. *in d. §. Cornel. felici, & in locis supra citatis:* quia illa non rectè adducitur ad propositã quæstionem: quoniã Bartolus loquitur quando bona sunt subjecta simplici fideicommisso sine expressa prohibitione de non alienando: tunc enim quandiu pendet conditio fideicommissi, non est interdicta alienatio, resoluenda tamen post implementum cõditionis ex tex. *in l.* 3. *§. sin autẽ auaritiæ C. communia de legat.* & tradidit Paul. *in l. filius familias § diui. n.* 7. *ff. de legat.* 1. Cæterum si bona vinculata cõtineant expressã prohibitionẽ alienationis, constat manifestè, quod secuta alienatione sequẽs in gradu est statim admittendus est tex. *in l. cũ pater §. libertis ff. de leg.* 2. tunc enim duplex est fideicõmissum alterum in casu mortis, *vt. in l. post mortẽ, C. de fideicommiss* & alterũ in casu alienationis *vt in d. §. libertis*, vnde videtur dicendũ quod cũ per ingressũ religionis alienatio fiat omnium bonorũ, quæ pertinent ad ipsum ingredientẽ ex tex. *in auth. ingressu C. de sacros. eccles. & in cap. in præsentia extra de probation.* & in casu alienationis reperiatur sequens in gradu inuitatus ad hæc bona, quæ fuerunt alienata, consequẽs est, vt statim admittatur, *per tex. in d. §. libertis*, per quẽ in causa ardua ita etiam consuluit insignis Hector Rodericus Telo auus paternus vxoris meæ, qui per viginti annos cathedram primariam Iuris Cæsarei propriam in Academia Salmanticensi publicè legit omnium illius temporis excellentissimus Doctor, & Præceptor.

Nec obstat quod alienatio, quæ fit per ingressum religionis necessaria est, cum fiat ab ipsa lege, ac proinde non censeatur prohibita, *argum. tex. in l.* 3. *in fin. de rebus eorũ, & in l. alienationes ff. familiæ erciscund. cũ alijs*, & quod talis alienatio non censeatur prohibita, constat ex eo quod minor sine curatore, quanuis non possit alienare sine curatore, *vt in l.* 3. *C. de in integr. restit. minorũ*, nec etiã filius fam. sine patre. *l. fin. §. filijs autẽ. C. de bon. quæ liber.* possunt tamen ingrediendo monasterium bona sua alienare ex ijs, quæ notantur *in d. auth. ingressi.* tradit post alios Dec. *in c.* 1. *in præsentia n.* 31. *Speculat. de statu Monach. n.* 9. idq; ex eo quod talis alienatio necessaria est, & talis vt non censeatur prohibita, quo argumento id ipsum videbatur dici posse in possessore maioratus, vt ingrediendo monasterium, ea bona secũ transferat ex alienatione necessaria. Respondetur enim quod argumentũ procedit, quando prohibitio est in personam, tunc enim talis alienatio non impeditur, cũ sit necessaria, & fiat ab ipsa lege. *argum. tex. in l. more. in fin. ff. de acquir. hæred. & in l. furios. ff. de action. & obligat* vbi constat quod hi, qui aliàs obligare se non possunt, obligantur ab ipsa lege: cæterũ cũ prohibitio alienationis, de qua agimus, sit in rẽ *auth. res quæ C. cõmunia de leg.* cõsequitur quod hujusmodi bona nõ p[...] sunt in monasterium transire cum [...]

atque ideo vel in monachi persona retinentur, vel transire debent in successorē, & cum in persona monachi retineri non posśint, quoniam per ingressum religionis dominia rerum à se abdicauit *ex tex. jud. auth. ingressi.* Consequitur quod trāseunt in successorem, non alia ratione, quàm, quia iste possessor fecit actum alienationis, per quem bona ipsa de facto transeunt in monasterium, quemadmodum, & in casu, quo minor sine curatoris auctoritate, & filius fam. sine patris consensu monasterium est ingressus Differentia tamen hæc est, quod cum altera prohibitio sit in personam, bona transeunt in monasterium irreuocabiliter, & ita procedit argumentum. Altera vero sit in rem, sic demum transeunt vt statim censeatur impleta conditio fideicommissi *ex d. §. libertis.* Non etiam obstat quod nō videtur fuisse de intentione monachi alienare ea bona, quæ alienare non potuit; argum. *tex. in l. obligatione generali. ff. de pignor.* Quoniam respondetur, quod si is, qui est ingressus monasterium posset bona vinculata retinere, dubitari posset de ejus intentione, & induceretur decisio tex. *in d. l. obligatione generali.* cæterū cum retinere ea bona non posset, nulla quæstio voluntatis est, imo intelligimus, quod cum per ingressum religionis fecisset, actum, quo omnia bona alienantur *ex d. auth. ingressi,* voluit alienare omnia bona, quæ sua sunt, quoniam qui vult consequens vult, & antecedens, hæc autem bona (de quibus agimus) propria erant ipsius monachi *auth. ingressi. l. non ideo minus. ff. de rei vendicat. tradit Ias. in l. seruo legato §. 1. de leg. 1. Molin. lib. 1. primog. c. 19.* ergo de intentione ipsius fuit hæc etiam bona alienare, sic patet quod cum monachus nō posśit hujusmodi bona retinere, non poterit in eis succedere, si tempore delatæ successionis jā sit monachus *juxta doct. tx. in l. patre furioso ff. de ijs qui sūt sui vel alieni* ...lterius voluntas elicitur, & probatur ex ...ne, & qualitate personæ, in quā verba fuerint prolata, sic docuit J.C. *in l. si susceperit. §. & si proponas ff. de judic. & in l. pen. de alim. leg. l. Titia §. vlt. ff. de aur. & argē. leg. & in l. si seruus pluriū. §. fin ff. de leg. 1. optime Bald. in l. ex militari ff. de test tam. milit. Bart. in l. plenū. §. equitij. ff. de vsu. & habit Simon de præt lib. 1 de interp vlt. vol. fol. 106. & 108. ex n. 8. Manl. de cōject. lib. 6. tit. 11.* vbi ex hoc inferūt ad plures quæstiones, & idem antea tradidit Palat. *in rubr. de donat. §. 11. n. 12. & 14.*

Deniq; voluntas elici, & deduci potest 17
ex grauamine alicui injūcto, *vt in l. deniq; §. interdū. ff. de pecul. leg.* Vbi quāuis si legetur libertas seruo in testamento, non videatur sibi relictū peculiū. *juxta l. vnica. C. de peculio ejus,* si tamen seruus jubeatur aliquid dare de peculio hæredi, ex hoc cēsetur sibi relictū peculium, & ita ex grauamine inducitur honor ad limitationē tex. *l. legata inutiliter. ff. de adim. legat.* Secūdò facit tex. *in l. Titia Seio. 89. §. Seia libertis. de leg. 2.* vbi ex grauamine quod nouissimus fundum restituat, videtur induci inter legatarios reciproca substitutio. Tertiò facit *l. si ita stipulatio. 39. ff. de oper. libert.* ex quibus inferabat Bart. *in l. centurio n. 37. ff. de vulgat.* limitationem ad gl. cōmuniter approbatā *in l. Lutius in fin. de hæred. instituend.* vbi si filij in conditione positi fuissent à testatore grauati, ex hoc cēserentur honorati, & vocati ex testamento, quasi primus videatur grauatus ex fideicōmisso eis bona restituere, vt ita grauamē ipsis impositū subsistat, quā sententiā defendit Guilliaul. *ibi. n. 458.* & magis cōmunē testatur Alc. *n. 99. Cou. in c. Rayn. §. 3. n. 3. Ruyn. cōs. 39. lib. 3. n. 12.* quicquid Jas. *in d. l. centurio n. 57. Rip. n. 266.* Cæterū omnis conjectura cessat per expressam dispositionem, nam etsi in fideicōmissis ex conjecturis induci posśit voluntas, eaque seruanda sit, à fortiori per voluntatem expressam ab illis recedi potest *juxta regul. l. cum ex filio. §. filio impuberi ff. de vulgati*, nulla enim conjectura adeo efficax esse potest, vt sit potentior volun-

voluntate, quæ fecit vt conjecturæ locus non sit, *l. Labeo ff. de supplect. leg. l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig.* vbi sapiẽter inquit Baldus quod quærere conjecturas omissa certitudine est imbecilitas intellectus, quia dispositio testatoris expressa facit cessare conjecturalem, *vt inquit Ias. in l. jam hoc jure n. 4. ff. de vulg.* & refert plura Mantica *de conject. vlt. vol. lib. 1. cap. 1. n. 11. & lib. 12. tit. 17. n. 2. & 3.*

Et quod supra dicitur ex conjecturis fideicommissum induci, id quidem procedit, vbi adsunt verba ad illud inducendũ sufficientia, non vero vbi verba desunt, sine quibus nunquam fideicommissum inducitur, *vt notant omnes in l. cum proponebatur ff. de leg. 2. Bald. in l cum vnum n. 2. C. de fideicommissis*, vbi ad hoc allegat expressũ tex. *in l. Lutius. §. tres fratres. ff. ad Trebel.* Regulare enim est, vt voluntas in animo retenta nihil operetur, *vt dixi supra num. 11. vers. item mens.*

CAP. XVI. *De conclusione in causa.*

1 Conclusum in causa dicitur, quando est productionibus, & allegationibus renuntiatum, *vt per Ias. in l. admonẽdi. num. 51. 1. lect. & num. 62. 2. lect. ff. de jur. jurand.* vel etiam quãdo alterutra parte inuita in contumacia judex præcipit fieri conclusum *juxta auth. jubemus C. de jud.* Alios modos, quibus conclusio fit adnotauit Felin. *in cap. cum dilectus à n. 27. vsque ad n. 39. de fin. instru.* Et illa quidem in omnibus causis necessaria est, *vt per Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 35. nu. 7.* vbi *num. 8.* enumerat decem causas, in quibus non concluditur, & de styllo in hoc Regno scriba ponit conclusionem, & dicitur esse processus conclusus, quanuis nõnulli melius putent adhuc non dici verè conclusum interim, dum non est processus positus in manu judicum. Cæterum conclusio processus aperiri potest non solum ex ratione tex. *in Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 30.* sed etiam ex alijs, de quibus Gayl. *lib. 1 pract. obseruat. 107. ex n. 5.* vel etiam si judex reperiat antea opporteri aliquas interrogationes ad se bene instruendum, præsertim in causis summarijs, *vt Clem. sæpe, verb. interrogabitur, in fin. de verb. signific.* vel super aliquo prouideri, quod ab aduocato sit prænotatum, *pro vt diximus sup. cap. 15.* vel etiam in causa criminali poterit admittere omnem probationem, *vt per Bart. in l. diui fratres ff. de pænis, & infra dicam, lib. 5. cap. 1. num. 81.* vel etiam si aliquis ex litigantibus moriatur, aperitur conclusio, vt hæredum habitatio fiat, ne detur sententia contra defunctum, *l. defuncto. ff. de pub. judic.* Si autem conclusio facta sit à partibus, illam judex reuocare non potest, etiam justa subsistente causa, cum conclusio non sit actus suus, sed partium, aduersus quarum conuentionem nihil facere potest judex ipse, ita *Bald. assinius, & alij quos refert, & sequitur Menoch. lib. 2. præsumpt. 64. num. 3.*

CAP. XVII. *De sententia judicis.*

Iudex in sententia debet exprimere causas, quibus nititur ad ita judicandum ex nostra consuetudine *lib. 3. tit. 66. §. 7.* correcto in hoc jure communi *in cap. cum Bertoldus de re jud.* quæ jura communis opinio est non esse necessarium quod causa exprimatur. *secundum Imol. in l si is ad quem. ff. acq. hæred. Ias. in l qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. oblig.* rationem posuit glos. *in l. si quis ad exhibendum ff. de except. rei jud.* quam ad id notauit *in l. inter stipulantem §. 1. nu. 11. ff. de verb. oblig.* Sed nõ requiritur causa, vt valeat sententia, sed vt constet de causa cõdemnationis, *vt est tex. in simili in l. 2. §. ignominiæ. ff. de ijs qui pro not. infam.* maximè quia prædicta Ordinat. non procedit annullando prohibitiuè, quo casu valet actus in contrarium, vt probant duo jura elegantia *in l. 2. juncta lege fin. C. de sententijs ex breuiloquit.* [illegible]

vbi Salicet, & sequitur Jas. *in l. non dubiũ. num.* 18. *C. de legibus.*

CAP. XVIII. *De impedimentis in Chancellaria.*

1 Licet impedimenta omnia illa objici possint in chancellaria, quæ in executione aduersus sententiam. Tamen commodius erit chancellaria propter gabellæ exactionem. Et quia in ijs (de quibus modo agimus) si recipiantur, datur replicatio, & treplicatio *secundum Cabed. Arest* 51. 2. *p.* quod non est ita in impedimentis aduersus executionẽ, nec item datur jura-
2 mentum vti fit in executione. *Ord. lib.* 3. *tit.* 88. Sed vtrobique de illis cognoscit idẽ judex, qui sententiam tulit, *vt in l. fin. vbi Salicet. C. de sentẽtijs, quæ sine certa quanti Bart. & Paul. in l.* 1. *per tex. ibi. C. de sentent. & interlocut. omni. jud.*

Item antequam sententia transeat per chancellariam, potest pars petere decla-
3 rationem per impedimenta, vt declaretur super aliquo, veluti si pars petat jus sibi reseruari in proprietate, vel contra aliquem, nam sententia obscura declarari potest *Ord. lib.* 3. *tit.* 66. §. 6. *notauit Gabr. lib.* 6. *de reg. jur. concl.* 3. *n.* 25. Si tamen declaratio, infringat totam condemnationẽ non est admittenda, nam qui declarat nihil de nouo addere potest. *l. hæredes palã. §. si quid potest. ff. de testam. l. adeo. §. videtur. ff. acq. rerũ dom. notabiliter Oldrad. cõsil.* 263. *n.* 2. Esset enim tunc potius noua dispositio, quàm declaratio, quod jus non patitur. *l. ab executore, & ibi Bart. n.* 5. *ff. de appellat.* obseruant ex alijs Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 73. *n.* 17. *& n.* 21. *cum seq. Andr. Gayl. obseruat.* 1. *n.* 6. *lib.* 2.

Obserua tamen in praxi vtilius, & pinguius prouideri damnato per appellatio-
4 nem, ac supplicationem, quam per impedimenta in chancellaria, & ratio est, quia si pars condemnata victa quoque fuerit in illa secunda sententia, quæ lata fuerit per impedimentis, & eis non obstantibus transierit per chancellariam (quamuis ab ea appellari, & supplicari possit) nõ tamẽ domini Senatores grauaminis cognoscunt demeritis, & injustitia primæ sententiæ, contra quam fuere impedimenta objecta, *Ord. lib.* 3. *tit.* 84. §. 8. Vnde cautius
& consultius faciet aduocatus, quanuis vi- 5
deat sententiam habere aliquam nullitatem, vt non curet eam impedire in chancellaria, sed supplicationem interponat, cum etiam in gradu appellationis, vel grauaminis possit agi de nullitate sententiæ, *vt in Ordin. lib.* 3 *tit.* 75. §. 1. Quanuis judices superiores in hoc casu debuerant prius cognoscere de nullitate, & pronuntiare super illa, quàm de meritis causæ, *vt per DD. in l. si vt proponis. C. quomodo, & quãdo judex. Bart. in l. si expressim. n.* 8 vbi ponit practicam. *ff. de appellat.* Et licet in hoc casu postea appareat, quod appellatio ex aliqua causa sit deserta, non remanebit deserta causa nullitatis, quod notabile dicit Bartol. *vbi sup. nu.* 10. *Minsing. cent.* 4. *obseru.* 63.

Obserua etiam in praxi, quod si quis
supplicauit in tẽpore, & simul posuit im- 6
pedimenta in chancellaria, poterit desistere ab impedimentis, & prosequi grauamen intra duos menses, *vti colligitur ex Ord. lib.* 3. *tit.* 84. §. 4. *in fin.* Quæ tamen lex dum probat duos menses currere etiam à tempore, quo impedita fuit in chancellaria sententia ab eo, qui supplicauit, debet intelligi, & limitari, nisi ex probabili ratione fuisset impedita, quia tunc tempus ad supplicandum concessum non currit *secundum Bal. in l. cõtra maiorem. C. de inoffic. testam. Ang. & Paul. in l. hæres col.* 1 *in fin. ff. de vsuris Hippolit. sing.* 152. *Didac. Peres. in l.* 2. *tit.* 5. *l.* 3. *ord. gl.* 1. *in princ.*

Item obserua, quod decima chancellariæ non debetur de sententia ejus rei,
quæ est inæstimabilis *Cabed. arest.* 84. 3. *p.* 7
Nec de illa, quæ lata est à judice cõmissario in eo processu, qui cœptus fuit in judicio, vbi decima non debebatur, & postea per diploma Regiũ fuit aduocatus, & alter judi-

judici commissus, vt decidit Senatus *in lite Francisci Botelho, Anno* 1608. *Scriba Francisco de Almeida.*

CAP. XIX. *De praxi procedendi in gradu appellationis, aut supplicationis.*

1 IN primis licet regulariter omnibus, & in omnibus causis appellatio permissa sit, quia est defensio *glos. in l. qui restitute. ff. de re jud.* tamen vltra 45. fallentias, quas ponit Marant. *in pract. pag.* 618. *ex num.* 267. & alias centum & viginti vnam, quas refert Anton. Nicel. *in concord. glosarum. gl* 6. & alias 32. quas constituit Soc. *reg.* 40. & alias Greg. *in l.* 13. *&* 16. *tit.* 23. *part.* 3. *Couarr. pract. quæst. cap.* 23. *num.* 4. *in fin.* Tu juxta ritum Regni quinq; modis principaliter limitare poteris ex Ordin. *lib.* 3.
2 *tit.* 79. Primo, quādo sentētia lata est in ea summa, quæ judicis jurisdictioni subsit, nam illa executioni mandatur, neque ab ea appellari licet, idque propter negotiorum qualitatem; quæ non patitur juxta rei pub. bene institutæ vtilitatem, executionem sententiæ in tam breui summa
3 appellatione proposita impedire. In qua tamen semper attendi debet quantitas petita ab actore, quanuis reus reconueniat de maiori summa. *l. si idem. §. quid si. ff. de jurisdict. omn. jud. Cabed. decis.* 21. 1. *part. num.* 6. Et licet in minori summa judicium fiat, vt quia reliquam maiorem, videlicet nonaginta è centum fuisset statim reus confessus, ita seruari jussit Senatus *in lite Francisci Botelho, cum Francisco*
4 *Mēdes Trancoso, Scriba Michaele Rodriques, Anno* 1610. Nō enim attenditur, nisi sola forma petitionis, & non confessionis, aut probationis extrinsecæ, *vt per Alex. in l.* 2. *n.* 16. *ff. si quis in jus vocatus, Menoch. cons.* 2. *n.* 94. nec etiam in actu, quem
5 quis approbauit *Cabed.* 1. *part. decis.* 21. *n. vltim.* appellatio admittitur, de quo Menoch. (quādo dicatur approbari) *in lib.* 2.
6 *præsum.* 94. nec potest decendium, nec etiā in causa, in qua aliquis fuit verus contumax, *l.* 1. *C. quorum appell. nō recip. l. ex cōsensu. §. si. ff. de appell. vbi Barto. Imol. & Alex.* declarant, quis dicatur verus contumax, Marant. *in pract. pag.* 620. *num.* 274. Licet ipse possit opponere exceptionem
nullitatis *argum. tex. in l.* 4. *§. condemnatū ff. de re jud. optime, Bart. in l. diuus. ff. de milit. testament.* nec etiam ab executore, 7
nisi excedat modum, quod tunc dicetur, 8
si opposita aliqua exceptione ad impediendum, illa non obstante, in executione procedat *glos. in l. ab executore, verb. excedat. ff. de appell. caute notauit Cæpol. cap.* 44. *Dueñas, reg.* 41 *fallent.* 1. vbi etiam alia exempla proponit.

Item licet appellatio habeat effectum deuolutum, & suspensum, tamen senten-
tia non suspenditur per appellationem in 9
causa alimentorum *per l. fin. vbi Barto. de appell. recip. Cabed.* 1. *part. decis.* 66 nec in executiua, *juxta Ord. lib.* 3. *tit.* 86. *§.* 3. nec in judicio liquidationis, *prout dixi infra c.* 21. *num.* 6. nec in via summaria decem dierum, *prout habes infra cap.* 22. *num.* 3. nec judicio familiæ ercis cūdæ, *prout scribetur lib.* 4. *tit.* 96. *§.* 12. nec etiam in causa depositi, *argum. tex. in Ordinat. lib.* 4. *tit.* 49. *§. fin.*

Nec etiam sententia lata *sobre despejo de casa*, secundum *Feb. tom.* 1. *arest.* 98. Nec etiam sententia lata super tributo ad defensionem patriæ, secundum *Azeu. lib.* 1. *recopil. in l.* 11. *tit.* 23. *num.* 7. Nec etiam in appellatione interposita à delictis visitationum, secundū *Riccium in praxi variar. resolution* 7. Nec etiam in causa Residuorum, *vt in Ord. lib.* 3. *tit.* 73 *§.* 1. *ad medium, Alios casus refert Barbos. lib.* 3. *tit.* 70. *in principio* 1. *num.* 3. *Alios Gratianus decis.* 35. *& in dec.* 188. *&* 232 *& dec.* 100.

In quibus, licet appellatio jure admittatur, quo ad causæ deuolutionem, non vero quo ad ejus suspensionem. Alia exēpla pro praxi Castellæ adjungit Couarr *pract. cap.* 23. *ex num.* 7. *Marant. in pract. pag.* 988. *ex numer.* 163 *& dixi sup. lib.* 1 *cap.* 11. *num.* 18.

Item pars quæ grauamen interponit, debet intra duos menses illud prosequi, 10 aliàs rejicitur à remedio prædicto, nec ex vi justi impedimenti prædictum tempus prorogari potest, nisi à solo Rege *Gama decis.* 80. Et in hoc differt primo supplicatio ab appellatione *Cabed. decis.* 42. *nu.* 7. *lib.* 1. in qua partes possunt allegare causas impedimenti, quando appellatio dicitur deserta. *l. vlt. §. illud C. de tempo. appellat. Clem. si appellationi. de appellat.* Secũdò differt, quia interim dum pendet appellatio in Senatu, suspenditur executio. *lib.* 3. *tit.* 63. sed in grauamine tantùm per sex mẽses. *lib* 3 *tit.* 84. §. 14. Tertiò differt, quia etiam si appelletur ab vna parte tantum, fiat appellatio communis vtrique, & tam appellanti, quàm appellato prouidetur in gradu appellationis per judices superiores *lib.* 3. *tit.* 72. quod non est ita in grauamine. *lib.* 3. *tit.* 84. §. 12. Quartò differt, quia si acta veniunt per appellatio-
11 nem ad superiores elapso termino præfixo, semestri tempore potest Senatus ex actis appellationem desertam pronuntiare, quod est notabile, si verò veniunt acta per viam grauaminis ordinarij, prædicto termino fatalium elapso pronuntiat Senatus se de tali grauamine non posse cognoscere, & sic est differentia in pronuntiatione, quam posuit Cabed. *dec.* 42. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. Quintò differt, nam in casu appellationis potest pars vti instrumentis dierum apparitionis, in supplicationibus vero controuersum est, & diuersimode à Senatu fuit judicatum, modo sic, modo non, *vt testatur Cabed. decis* 40. Sextò differt, quia si judex recepit appellationem, altera pars potest aggrauare in actu processus *in lib.* 3. *tit.* 70. §. 8. in supplicatione vero, si judex eam concedit, & admittit, pars opponit se contra illam cõcessionem per impedimenta. *lib.* 3. *tit.* 84. §. 5. Septimò differt, quia si pars appellat, cum supplicare debuisset, potest superior cognoscere de grauamine, non sic, è conuerso. Nam si pars supplicat, non potest cognoscere de appellatione, nisi appelletur *argumento Ordinatio lib.* 3 *tit.* 69 *§. vlt.* Octauò differt in alio, *vt infra dicam. num.* 14.

Item prius datur copia processus ad exprimenda grauamina supplicanti *ex l.* 12
qui prior ff. de judic. qui si velit aliquid probare per testes, debet in sua allegatione licentiam petere, quia illa concedi non solet, nec debet nisi super articulis de nouo, & super quibus in prima instantia non fuerunt adducti, & recepti testes, *Bart. in l. per hanc. C. de temp. appell. nu.* 4. *& idem in auth. qui semel. C. de probat. Ord. lib.* 3. *tit.* 83. *ibi. qualquer rezão de nouo*, quæ tamen ita singulariter exponi ac declarari debet, vt scilicet illa ratio, & materia noua sit dependens ab ea, quæ in articulis veteribus continebatur faciens ad causam, & respiciens primam actionẽ. Quia si fuerit aliquid omnino nouum, & diuersũ, tunc admitti non debet, *vt dicit Abb. in cap. si judicauerit & ibi Felin in* 4. *colum. de except. & pro singul. refert Hyppolyt. sing.* 240. *Rebuf. in tractatu de rescript. articul.* 3. *glos.* 4. *n.* 14. *Mascar. de probat. conclus.* 118. *num.* 50. ex quo explicant Abb. *num.* 7. *Felin. num.* 11. quis dicatur nouus articulus dependẽs à veteri *in cap. fraternitatis, & ibi Marianus extra de testibus:* Sed quid si illa ratio fuisset deducta in prima instantia, sed super illa nõ fuissent testes adducti, nec recepti? Et videtur quod adhuc non sit ratio illa admittenda in causa appellationis *ex prædict. Ordinatio. ibi, não tenhão allegada*, & in § 2. ibi, *de que jà forão lançados* per argumentum ab speciali, & iterum *in §. vltim. ibi, de que não foy articulado.* Contrarium tamẽ tenent quã plures, quos refert, & sequitur Couarru. *pract. cap.* 18. *nu.* 6. *Matienso in dialog. relat.* 3. *part. cap.* 46 *nu.* 2. *decis. Pedemontana.* 14. & ita non semel, sed sæpius practicari, ad quod etiam pertinet cautela Bald. *in l. ampliorem. nu.* 5. *C. de appellat.* Quem sequitur Corset. *singul. verb. testis*, Rursus non datur licentia ad formandum articu- 13

 los,

los, si illi sint directò contrarijs probationi ab altera parte jam factæ in prima instantia. *Clem. 2. de testibus, vbi id DD. notã*, nisi sint de probando per indirectum, *secundum Ant. Gabriel tit. de testibus cõclus. 21. n. 42.* vel nisi prædicta licentia postuletur ex restitutione minoris, *vt dixi sup. cap. 14. num. 7.* vel nisi pars velit probare per euidentiã facti, *vt habes cap. 12. nu. 17. Soc. regul. 303. fallent. 19.* Quod si vtraque pars supplicat, qui prior supplicationem suam interposuit de grauamine, ipse prius allegare debet, cujus allegati copia alteri parti etiam supplicanti conceditur, & postea ille prior supplicans habet etiam copiam de allegatione, quam iste secundus fecit, idque de more, & stylo seruatur, quanuis non sit ita in appellatione, nec enim secundi appellantis allegatio reuertitur ad primum, quanuis iste primus appellans respectu secundi, qui appellauit censeatur appellatus, & sic in hoc etiam differt supplicatio ab appellatione, in cæteris vero supplicatio habet se ad instar appellationis *Cabed. decis. 11. n. 15. Afflict. decis. 231.*

§. 1. *De forma expediendi appellationem, vel grauamen per Senatores.*

CAusæ appellationis in secunda instantia expediuntur per Relationem
15 in mensa rerum fiscalium, Coronæ, & patrimonij Regij, judicis chancellariæ, præsidum Curiæ, & auditorum criminum.

Item in mensa grauaminum expediuntur etiam per Relationem causæ, quæ veniunt per supplicationem ab interlocutoria omnium judicum prouincialium per instrumenta grauaminum, & similiter ab interlocutoria judicum hujus ciuitatis, & quinque leucarum in circuitu, & ab omnibus mandatis cujus suis Senatoris in audientia per petitionẽ, in quibus, licet grauamen simpliciter interpositum regulariter non suspendat, tamen in hac ciuitate praxis est, vt per petitionem grauaminis adjunctam processui signatum à Rectore, judex, à quo remaneat inhibitus, & non possit iterum ad vlteriora procedere, imo ejus jurisdictio manet suspensa, & ita
seruat stylus. *secundum Cabed. decis. 59.* 16
num. 2. par. 1. & contra sententiam Senatus super prædictis petitionibus, vel instrumentis grauaminum latam, potest pars per impedimenta iterum supplicare, & eorum cognitio, & expeditio reuertitur ad eosdem judices. *Ordin. lib. 1. tit. 1. §. 10. & habetur in l. pri. C. de sent. præfect. l. si quis & auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imp. offer.* Quãuis in ijs, quæ diximus, melior sit consuetudo Castellæ, vt tẽpore relationis, idest, quãdo relatio causæ fit, partes adsint nec nisi illis præsentibus, vel eorum procuratoribus vni soli relatori negotium credatur, nec enim de jure assertioni solius judicis creditur, *cap. quoniam contra falsam extra de prob. Clem. 1. eodem tit.* Et quia sæpe euenit quod ex breuissima narratione facti mutati in totum jus euertatur. *l. si is ff. de excusat tit. l. hoc legat. & l. fin. de leg. 3.* Nec huic consuetudini refragatur imo suffragatur Ord. *lib. 3. tit. 20. §. 42. vers. saluo.* Quam non semel,
sed rarius, quàm oportuerat, practicari vi- 17
di. Sed, & illud pejus est, quod cum jure Castellæ sapienter sancitum sit, vt juniores in Senatu prius votũ præbeant *in l. 6. tit. 4. lib. 3. recopillat.* ne forte respectu seniorum libentius dicere vereantur, *vt fatetur Gama decisio. 1. n. 10. Cabed decis. 6. num. 8.* Quod etiam obseruat auditorium Rottæ, *secundũ Roma. singul. 81.* & in Neapolis *secundum Afflict. decis. 1.* & obseruãdum dicit Nicol. *Lyrens. in Exod. cap. 23.* In hoc Regno qui alijs præest, relationẽ facit, & prius votum præbet *ex Ordinat. lib. 1. tit. 1. §. 13.* idque ex sententia tex. *in l. 1 ff. de aib. scribend. l. 2. ibi decernendi C de præfec. prætor. lib. 12.* Ita vt alij adjunct non possint non propter ejus auctoritatem illi assentiri, & sæpissimè factum integrè non percipientes, quod i[illegible] fieri [illegible]

[...]oc...nit. Nam ex facto jus oritur. *l. ex plagijs 53. §. incliuo. ff. ad l. Aquil. l. fin. in princ. ff. de jur. jur.* Et incertus de facto, certus de jure esse nō potest, neq; præbere responsum, *l. vt responsum. C. de transact. l. domitius Labeo. ff. de testament.* Ideoque in alijs regnis Aragoniæ, Italiæ, & in Parlamento Parisiensi, & in Senatu Tholosano, & Rotæ, vbi Senatores mutuò relationem faciunt, vt apud nos, qui relatoris munere fungitur, ex eo ipso suffragium pro illa vice non præstat, *vti affirmat Matienso in dialog. relatorum, cap. 5. num. 3.*

18 Alio modo causæ appellationis, & grauaminis à diffinitiua expediuntur in Senatu, scilicet per suffragia, & deliberationes in scriptis, vbi si primus cui est facta causæ distributio, aut secundus, vel tertius in ea fuerint deliberatione, quod processus non est ita benè fulminatus, vt possit finaliter definiri sine præuia aliqua diligētia facienda, poterit in Mensa per relationem pronuntiare interlocutoriam cum ijsdem, vel alijs super illo incidenti, quantunuis primus, vel secundus dedissent jam votum in definitiua, nam clausis prioribus deliberationibus ita fit *ex lib. 1. tit. 6. §. 14.* quod non deuiat à jure communi, *vt in cap. cum Ioannes, vbi Felin. num. 11. extra de fid. instrum. Bart. in l. Vbicunq; n. 7. ff. de interrogat. act.* dicēs judicem quādocunque etiam post conclusionem in causa positiones facere posse. *gl. in l. 3. verb. inimicitiæ. ff. de testibus*, quæ dicit, quod judex potest se informare de qualitate testis. Nam veritas sæpius examinata, magis splendescit in lucem. *cap. graue 35. q. 9 sicut exceptio. perēptor. potest opponi etiam tempore allegationis, vulgo, de rezoar in final. in causa de Belchior Correa com Petro Correa, Anno 1639.*

Contigit etiam, vt aliquando grauamē interponatur ab interlocutoria, & interim ante ejus expeditionem appellatio veniat à definitiua super principali, & sic concurrit simul vtrunque, scilicet grauamen, quod certis judicibus distribuitur, & appellatio alijs, praxis est, vt quia remedium appellationis est magis ordinarium, & dignius trahat ad se quod est minus. *argumento tex. in cap. in dubijs de cōsec. alter.* Jubent enim judices appellationis prædictum grauamen in actis accumulari, ac super omnibus pronuntiant, nec enim data sententia in finali, potest jam tractari separatim super incidenti, *vt innuit tex. in lib. 3. tit. 20. §. 76. vers. porem.* Ita decisum fuit *in lite Simonis de Serpa cum Conuentu de Thomar, Anno* 1608. *Scriba Manoel Manhos.*

§. 2. *De recusatione Senatorum.*

CVm facta distributione sciri potest qui judex in appellatione futurus sit, praxis est, vt tunc intentetur recusatio, nam postea dum fuerit Senator in expeditione, quanuis adhuc votum non dederit recusari non potest, cum jam res sit judicari cæpta. *lib. 3. tit. 21. §. 5.* Quod vtilius est ad tollendas tot calumnias, quibus in judicium recusationibus passim litigantes vtuntur. Limita primò, nisi suspitionis causa superueniat de nouo, nam in ijs, quæ postea accreuerint, recusatio admittenda est, quod æquissimo consilio factum est, vt nemo cogatur æquum ferre judicem, qui sibi suspectus, & inimicus sit *cap. quod suspecti. 3. quæst. 5.* Limita secundò in minore, qui per in integrum restitutionem poterit etiam ex causa, quæ orta sit ante, recusare Senatorem, qui fuerit in expeditione, *vt comprobat multis orationibus Mauritius de integr. restit. cap. 253. & receptum asserit Couar. pract. cap. 26. n. 4* Notabis autē, quod si quinq; Senatores fuerint in sententia procedimenti propter triū priorū varietatem, & discordiam, in sententia tamen diffinitiua tres tantum interuenire debent *Cabed. dec. 44. num. 2. 1. part.* Sed si pars opponit exceptionem contra sententiam procedimenti ijdemmet judices, qui fuerunt in prima senten-

sententia procedimenti, debent esse judices ad cognoscendum de prædictis exceptionibus, & ita praxis seruat.

Cæterum an, qui Regis Consilijs assi-
21 stunt, possint recusari, quæstionis est? Et videtur quod non, quia vt ex definitione recusationis constat, illa suspendit jurisdictionem judicis recusati, & Senatores Palatij cognoscunt de materijs gratiæ, & non justitiæ in voce, & nomine Regio, & cum ipso Rege, nam Rex per Senatus cōsulta eorum decreta approbat, quo casu sacra Majestas confirmat, & sic qui consulunt nō habent jurisdictionem *Bart. receptus in l. 1. ff. de officio assessor. Morla. in quæstion. jur. ciuil. & Pontif. 1. part. tit. 2. n. 173 fol. 90.* Vnde videtur quod Ordin. *lib. 1. tit. 2 §. 7. ibi. Desembargadores do Paço*, intelligatur, quādo aliquis Senator fuerit judex inter partes, qui debeat judicare, vt judex delegatus, vt sic possit recusari, & propter ejus auctoritatem, & officij præeminentiam augetur cautio *in lib. 3. tit. 12.* Nam quemadmodum Rex non potest recusari, *vt per Morlan. vbi sup. nu.* 187. nec ejus Consiliarius, partes enim corporis ejus sunt. *l. quisquis C. ad l. Iul. Majest.* Sed ego vidi contrarium practi-
22 cari in quodam Cosmo Machado, qui recusauit Petrum Barbosa, dum esset in cōsilijs Regis in Senatu maximo Madrid, & alius Doctor Petrus Barbosa ejus nepos recusauit Senatores Palatio, & omnes hæ recusationes fuerunt admissæ, non informa judicandi, sed in forma concilij, & ita fatetur Cabed. *decis. 64. 1. part. num. 4.* vbi
23 *num. 3.* asserit ipsum consilium totum recusari posse, quando principaliores de eo suspecti sunt, *& probat. Menoch. lib. vlt. de arbitr. jud. Laudens. de officialibus dominorū, quæst. 15. And. Gayl. lib. 1 pract. obseru. 22.* etiam si princeps deleget cū clausula (recusatione remota,) *vt ibi per eum n. 4.* Vnde cautè poni solet in cōmissione clausula, vt in casu recusationis alius assessor ei adjungatur, qui cum delegato litem expediat, vt in judicio familiæ erciscundæ *ex Ordinat. lib. 4. titul. 96. §. fin.* quo casu judex recusatus non removetur in totum à conditione causæ *juxta textum in auth. si vero C. de judic. ita communiter intellectū secundum Couar practic. quæst. cap. 26 num. 1.* præterquam in aliquibus casibus, in quibus judex in totum recusari potest, quorum aliquot congerit Gregor. Lop. *in l. 22. tit. 4. part. 2. gloss. fin.* Qui si in judicando discordent adeundus erit superior. *Auend. in c. prat. 2. part. cap. 23. numer. 14* Item notabis in praxi cautionem non amittere illum, qui in lite recusationis judicatus fuit pro non parte, vel quando durāte dilatione mortuus fuit Senator, qui fue- 24
rat recusatus, in ijs duobus casibus non admittitur cautio, *vt per Cabed. arest. 25. 1. part.* Et idem dici videtur, si fuerit absens extra Regnum *argument. tex. in Ord. lib. 1. tit. 6. §. 18. jun. ratione tex. in l. Gallus. §. ecquid si tantum ff. de lib. & posth.* vbi dispositio loquens in casu mortis extenditur ad casus similes, vbi resultat idem effectum tradunt ibi scribentes.

§. 3. *De modo admittendi, & expediendi impedimenta posita in chancellaria supplicationis.*

IN primis illud praxi, & vsu forensi receptum esse constat, nempè secunda impedimenta post prima nusquam admit- 25
ti propter præsumptionem doli *ex Regia constitutione lib. 3. titul. 88.* Nec enim de jure communi post duas sententias tertio procurare licebat. *l. 1. C. ne liceat in vna eademq; causa cap. sua de appellat. vbi Decius n. 13. & facit tex. in l. si quis aduersus C. de precibus Imper. offerendi. tradit. Hyppol. in l. vnica. n. 160. C. de rapt. virg. Greg. in l. 4. & 6. tit. 24. part. 3. Marant. in pract. pag. 619. n. 260.* Quo tamen fallit primo, si in sententia sit aliquod caput omissum, super quo non fuit facta aliqua condemnatio, aut declaratio. Nam tunc licet aliàs sententia non possit pro parte valere, & pro parte non valere *l. in hoc judicio ff.*

fam.erciscundæ. Tamen si cõtinuat diuersa capita potest in vno valere, in alio minimè, quia tot sunt sententiæ, quot sunt capita diuersa *l.quædam mulier. ff. eodem tit.* quæ in ijsdem verbis repetitur *in l.vlt. ff. de jur.patron.* Secundò fallit, si in prædi-
26 cta sententia, quæ transit per chancellariam (non obstantibus exceptionibus) sit aliqua noua condemnatio, aut declaratio super aliquo nouo articulo; nam tunc potest per impedimenta contra illam declarationem, & nouam additionem audiri. Quoniam, licet secunda sententia sit confirmatoria prioris, tamen cum in ea aliquid addatur, vel detrahatur, vel detur forma exequendi primam, veluti quod aliquid fiat, vel omittatur ante quã executioni mandetur prima, tunc sententiæ dissonant inter se, nec conformes reputantur, nec in eis locum habebunt supra dicta. *Quod probari videtur in l. in ciuile ff. de just.& jur.ibi,ideoq; cum aliquid additur,&c. & ibi Paul. & Ias. Couarr.pract. quæst.cap.25.num.6.*

Tertiò fallit, si postea quam lata fuit sententia à Senatu, aliquis tertius se op-
27 posuit pro suo interesse per impedimenta in chancellaria, aut fuit vocatus ad causam, quia tunc poterit suas exceptiones allegare contra dictam sententiam super dictis impedimentis latam. Quæ praxis rectè deducitur ex serie tex. *in l ab executore.§. alio.ff.de appellat.* quæ transcripta est *in l.4.vbi id explicat Greg.tit.* 23.*part.* 3. Nam licet sint tres sẽtẽtiæ latæ conformes, contra quas nec admittitur aliqua nullitatis exceptio *juxta Clem.* 1. *de re ju-*
28 *dicat.* Tamen illa Clementinæ decisio nõ est admittenda, quoad tertium oppositorem, qui ratione proprij præjudicij aduersum ipsam sententiam vltimam se opponit ad illam impediendam, *vt per Couarr. pract.cap.15.nu.9.Gayl.lib.1.pract.obser.* 72.*num.*4. Quanuis cum ista supplicatio,
29 vel objectio in chancellaria sit contra regulam juris, propter præsumptionem doli *vt supra diximus*, non aliter admittenda est, quam si expressa causa justificetur. *gl. celebris in c.Romana.§.si autem de appel. in 6.* Quam *præter DD.ibi* valdè cõmendant Abb. *in cap.ad consult.col.vlt.* & ibi Felin *num.19.de re jud.* Nec etiam admittenda est in casu, quo ipsa sententia ex vi & natura nocet, aut prodest, etiam ignoranti, *vt in l.sæpe ff.de re jud.cum alijs adductis à Couar.in pract.cap.15.nu.5.cum* 30
seqq. Cæterum praxis vtroque modo diuersimodè habetur, nam in casu primæ fallentiæ, si pars vult sententiam ex processu in eo, quod est liquidum, & conforme in prima, & secunda sententia, scilicet in ea, quæ transiuit per chancellariam, non ei denegari solet, & in cæteris prosequitur. Secundò vero casu, quando tertius oppositor fuit admissus, non solet licentia concedi, vt extrahatur sententia de processu, vsque dum finiatur cum tertio oppositore, quæ praxis facilè colligi potest ex jure Regio *in lib.3.tit.20.§.32. vers. e se.* Ponderando tex ibi, *allegar contra a dita sentença.* Pro qua etiam inducitur de jure 31
cõmuni tex. *in l.1.sententia, & in l.si per lusorio.ff.de appellat.* facit etiam tex de jure pontificio *in cap. cum super vbi gl. in* 1. *notab. extra de re jud.* in quibus admissa oppositione tertij in appellatione executio suspenditur.

Erunt autem in praxi optima impedimenta illa omnia in chancellaria, quæ non 32
habent quærimoniam aliquam de Senatoribus, qui sententiam tulerunt, vti fit in appellatione, vel grauamine, vbi pars appellans cõqueritur de injustitia, & iniquitate sententiæ; nam turpe esset allegare iniquitatem supremi Senatus. Sed debet pars allegare negligentiam suam propriam & proprium errorem, vel circunuentionẽ 33
aduersarij, *vti habetur in l. præfecti. ff. de minor. Afflict. in præludijs cõstit. in* 10. *q. fallẽt.*4 *Marãt.in pract pag.*556. vel quia in sententia reperitur scriptum diuersum, aut contrarium deliberationibus Senato- 34
rũ, aut aliquid omissum, quod eam modificaret, não probato errore, vel omissione

valebit sententia, secundum quod fuit in veritate *Alex.consil.215.vol.2.nu.2. vers. & ex hoc infertur.* vel quia fundamentum
35 sententiæ sit falsum, & contra veritatem negotij, & causæ illud statim esse apparuerit, impediri potest sententia in chancellaria, & impedimenta admitti debent. *l. si prætor.75.§.Marcellus ff.de judic. l.3.C.si ex falsis instrum.tradit etiã Greg. in l. 33. tit.14 part.5.verb.allegationes.* Nã quando cessat fundamentum sententiæ, cessat, & virtus ejus. *l.egi tecum.verb. Paulus ff. de except. rei jud.* Vnde in illa causa Laurentij Vieira, cum Petro de Azeuedo cõcessa fuit prouisio à Senatu maximo, vt iterum reuideretur sententia ab ijsdem judicibus, attento quod apparuerat per confesionem vnius ex illis ejus votum fuisse ex falsa causa, & fundamento erroneo datum, voluisseque se retractare, *Scriba Cosmo da Guarda.* Quod tamen habet difficultatem *ex doctrina Bart. in l. 1. §. si quis moriens.vers.item facit, & ibi Rom. ff.ad syllan.* ductus argumento tex. *in cap. sicut de testibus,* distinguit tamẽ Mascard. *de probat.concl.951.nu.23.* Vel cautè tunc
36 etiam objiciet pars de illa nullitate, videlicet, quod non interuenit mandatũ vxoris super re immobili, ex quo omnia acta & sententias corruere censuit Senatus, *in lite Francisci Paes cum Gomes Dias Castanho, Scriba Francisco de Azeuedo.* Quæ tamen cautela postea euanuit, nam per nouã vxoris citationem, omnia acta fuerunt reconualidata, & res ad priorem judicati modum fuit per lata. *in lite Hieronyma da Breu cũ Michaele Rodrigues, Anno 1613. Scriba Antonio Cotta,* ex ijs quæ dixi *lib.1.*
37 *cap.3.n.4.* Vel etiam quia in actis aliquid vitiatum, vel falso reperiatur commissum; nam per hoc pars cadit à causa *l. in fraudem.§.quoties o 1.ff.de jure fisci.vbi DD. id notãt Farinaceus de falsitate quæst.150 num.37.& sequenti,* ita judicari vidi *in lite Ioann.Sanches cum Ioann.Bapt.Colonia, Scriba Christophoro Ribero.* Vel etiã aliã,
38 quamlibet nullitatem allegabit non tamen nudam, sed cum effectu coopertam adminiculo justitiæ. Nam si præter nullitatem nihil alleget aliud releuans, quod in puncto juris foueat justitiam, Senatus ad id non attendit secundum *Valasc. de jure emph.quæst.6.n.14.& Gam.dec.32.* Nam sententia ejus processus, in quo non fuit seruatus juris ordo, non ideo corruit, imo ejus error suppleri potest correcto in hoc tex. *in l.prolatã C.de interlocut. omni. jud. ex Ord lib.3.tit.63.ibi, pella verdade sabida,* quibus verbis tollitur ordo judiciarius 39
secundum Bald.in cap.1.§.in vestitura de noua forma fidel.Rom.cõsil.20. Rolãd.cõs. 7.num.32.volum.3. Præsertim in ijs, quæ sunt accidentaria, & non substantialia, judicijs, *ex l.fin.§.vlt.ff de eo quod met causa,* quam ad hoc notat Pinel. *in l. 1. 2.part. nu.64 C.de bon.mat. Vant.de nult.process. cap.13. Marant.* (qui ponit. 14. effectus hujus clausulæ) *de Ord jud 4.part.dist.9.n.* fol. 192. Sed cum quædam impedimenta 40
nullitatis posita in chancellaria non fuissent recepta à Senatoribus, (nam ad eosdemmet judices eorum cognitio, & expeditio reuertitur) pars condemnata Ioann. à Costa Castelobranco querimoniam exposuit coram chancellario de visibili nullitate, ob quod glosata à chancellario *secundum Ordin.lib.1.tit.4.§.1.* Et visa in Senatu cum alijs juxta Ord. *lib. 1. tit. 1. §. 10. in fin.* decisum fuit illam non debere transire per Chancellariam, Scriba Payo Malheyro, Anno 1608. Nam sententia quæ per euidentiam facti nulla est, nunquam transit in rem judicatam, *cap.fraternitatis circa med. & ibi Innoc. de frigid. & malef.Bald.in l.1 in fin. C sententiam rescind.non poss.dixi sup.c.12.num.* 18.

CAP. XX. *De Praxi Processus in causa reuisionis.*

PRo perfecta hujus rei cognitione illa nobis sunt pertractanda. In primis quid sit reuisio, deinde quo ordine, & modo sit in ea procedendum, vltimo quibus

bus casibus reuisio non admittatur, & de ejus effectu. Quo ad primum reuisio nihil aliud est, quam supplicatio Principi porrecta, vt rigor justitiæ reparetur. Quæ definitio colligitur ex Greg *in l. 1. tit. 24. part. 3.* Quæ tamen sufficiens non est, nec alia, quam ponit Valasc. *consi. 51. nu. 5.* Et ideo alio modo definiri licet, vt sit petitio in Senatu maximo, per quam datur regressus ex ijsdem actis processus contra judicatum, quod per appellationem, nullitatem, seu aliud remedium ordinarium retractari nequit. Alia est, quæ ex mera gratia conceditur, alia quæ conceditur
2 quando nullo dato remedio juris ordinarij, pars aliqua vult infringere sententiam, quam dicit esse latam ex falsis probationibus, quæ licet sit nulla, potest tamē pars recurrere ad Principem, & petere, vt iterum processus reuideatur, *vt in Ord. lib. 3. tit. 95. in princ.* quod ita etiam erat de jure communi *l. diuus Hadrianus ff. de re jud. jun. glos. 1. ibi.* Cujus tamen partis alle
3 gatio dicentis sententiam fuisse latam ex falsa probatione concludere debet ex instrumentis, quæ offerat *juxta tradita à Dec. in l. fin. C. de edendo*, vel per alios testes, qui interfuerunt corruptioni, vel subornationi illorum, vel si indirectè contra illos testificetur, *vt in cap. ex tenore de testibus*, sufficiet tamen probari falsitatem testium atque eo quod probentur pecunia, vel alio modo corrupti *glos. 2. in c. licet causam de probat. & ibi Abb. & Feli. versic 6. concl.* quam communiter scribentes sequi testatur *Socin. Iun. consil. 40. n. 9. vol. 2.* Et sic in hoc casu falsitatis tripliciter reo damnato subueniri potest, vno
4 modo, de quo diximus, libello principi oblato petita reuisione per in integrum restitutionem, quod durabit quadriennio secundum *glos. & ibi Ias. in d. l. diuus n. 34* Vel per actionem in factum ad interesse contra corrumpentem, *juxta tex. in l. qui nomine 25. vers. ex hac causa ff. de falsis, gl. in cap. licet causā, & ibi Abb. n. 28 Fel. 36. de prob.* quod durabit spatio 30. Annorum, *argumento tex. in l. sicut. vbi glos. C. de præscript. 30. ann.* aut per actionē criminalem, vsque ad 20. annos, *juxta l. querellam C. de falsis*, vel etiam per exceptionem falsitatis in executione, quæ perpetua erit *argumento tex. in l. pure. §. fin. ff. de doli mali exceptione.*

Cæterum quoad reuisionem ex gratia supplicatio cum juris allegatione fulcita, 5
ac subscripta ab aduocato curiali porrigenda est in Senatu intra duos menses à publicatione sententiæ, *Ordin lib. 3. tit. 95 §. 3.* Quo elapso tollitur omne beneficium reuisionis. Quid si in sexagessima 1. die mensis quis reuisionem petat? Audiendus erit; ita enim. J.C rescripsit *in l. vbi tex. 101. ff. de reg. jur. vbi Dec. id notat.* Quid autem si post duos menses minor velit restitui? Decisum fuit quod sic in reuisione, quā petit dominus Anton. de A- 6
tayde contra Franciscum Barretum, & hanc opinionem tenuit etiam Didac. Perez *in l. 8. tit. 4. lib. 2. Ord. glos. verb. dentro col. 394.* Quanuis Auend. *in tract. de secūda supplicat. nu. 19.* contrarium velit, nam etiam ex justa causa quilibet aduersus lapsum temporis per petitionem Principi oblatam restitui debet, & sic etiam post 4. annos ex diplomate Regio, admissus fuit Episcopus do Porto ad petendam reuisionem, *in lite Antonij da Costa, Anno 1611. Scriba Marcos do Quintal.*

Diximus etiam quod Senatores con- 7
cessa reuisione debent reuidere processum ex ijsdem actis, & sententiam proferre nullo admisso libello, petitione, allegatione, probatione, scriptura, & dilatione etiā per viam restitutionis in integrum, vel aliquo alio modo intentato, nisi fuerint allegationes juris, *Ord. lib. 3. tit. 95. §. 7. Rebu. de supplicat. nu. 80.* Quanuis viderint impetrari diploma Regium, vt instrumenta de nouo reperta reciperentur in lite Emanuelis Gomes Galego cum Petro de la Rea, *Anno 1617. Scriba Marco do Quintal.* Esset enim iniquū, justam liti- 8
gantium causam propter nouas allegationes,

nes, & instrumenta de nouo reperta præoculis judicũ perire, *vt dicit Cabed. areſt.* 39.1.*part.Matienſo in dialog.relat.*3 *part. cap.*8. *num.* 3.

§. 1. *Reuiſio quibus caſibus nõ admittitur.*

9 SUnt tamen nonnulli caſus, in quibus reuiſio denegari ſolet, *pro vt notat Valaſc. conſ.* 51.*lib.*1.*Rebuf. de ſupplicat. q.*9. Sed quanuis illa non detur in cauſa criminali, ſi tamẽ in ea petatur aliqua magna ſumma ratione intereſſe juxta doctrinam Bart. *in l.interdũ.§.qui furem.ff.de furtis,* ratione illius intereſſe, ſi excedat ſummã quam lex requirit, reuiſio admittetur, *pro vt docet Bald. in l.ſi ex cauſa.§.nunc vidẽ-*
10 *dum.ff.de minoribus,* vbi adnotauit, quod ſi ſtatuto ſublata ſit appellatio in quæſtionibus criminalibus, vel reſtitutio in integrum, cenſetur ſublata reſpectu principalis cauſæ, & non reſpectu emergentis, ſeu incidentis in ea, ſequitur. Alex. *in rub. n.* 2. *& ibi Iaſ. n.* 7. *ff.de re judic. Auiles. in c. prætorum.cap.*6.*num.*4.*&* 6. *in gloſ. verb. ſententias.Boſsius in praxi crimin. tit. de appellat.num.* 11. Nec huic ſententiæ repugnat Ord.*lib.*3.*tit.*95.*§.*11. *in fin.* Alios caſus congerit Cabed. *Areſt.*42.*lib.*2.

11 Item non admittitur reuiſio, ſi non excedat ſummam centum regalium in rebus immobilibus, & in alijs 150. *Ordin. tit.* 95. §.8 *Valaſc.ſup.num.* 39. Quæ tamen Ordinatio declarari poteſt, primo, vt æſtimatio ſemper conſiderari debeat tempore actionis, & rei petitæ, etiam ſi tempore ſententiæ creuerit valor, *vt notauit Bald. Angel.& Iaſ. nu.*6.*in l. ſi idem cum* §. *fin. ff. de juriſdict.omni jud. Auendan. in tractatu de ſupplicat.n.*15. *tradidit etiã Soares à Pace in praxi.*1.*tom.*7.*part.cap.vn.n.* 60.*Cabed.deciſ.*190.1.*part.* Secũdo declarari poteſt, vt ſi ex vna actione, ac defenſione plurium fieret condemnatio, etiam in viriles portiones, tunc vna cauſa reputaretur, & vna ſupplicatio ſufficeret, *vt cõcludit. Auendan.in tracta.de ſecũda ſupplic.num.* 14. Quanuis reuiſio petita ab vno non proſit alijs, niſi ſi res indiuidua, quæ petitur, *argum.tex. in l. ſi communem. quemadmod.ſeruit.amit.gloſ.in l.*1.*C ſi in commun.eadem.q̃; cauſa, vbi Paul.de Caſtr.* & optimè in hanc ſententiam induci poteſt tex. *in Ordin. lib.*3.*tit.* 80.*§.vlt.*

Item non admittitur reuiſio à ſententia interlocutoria, *vt in Ordin.*§.12.*& notat. Valaſc.vbi ſup.nu.* 50. etiam ſi illa habeat vim diffinitiuæ, *optimè Auend.de ſuppl.nu.*18.*Rebuff.de ſupplicat.nu.* 66. *Gayl. obſeru.*155.*num.*6. Et intellige ſententiam illam dici interlocutoriam, quæ non definit principalem articulum, ſed media cauſæ reſpicit, *ſecundum gloſ.in Clem. ad compeſcendas. verbo definitiua de ſequeſtr poſ. ſeſsio.& fruct.gloſ.in auth.de litigioſ § ad excludẽdas verbo interlocutionibus. Auiles in c.prætorum cap.*6.*verbo ſentẽtias n.* 10. Similiter ſentẽtia, quæ poſt ſe aliã definitiuam expectat, interlocutoria dicitur *l.poſtea ſententiam C de ſententijs,& l.* 1. *C.quando prouocat.non eſt neceſ.* Adde tamen, quod ſi principaliter agatur de nullitate, vel reſciſione alicujus actus, ſententia ſuper eo lata dicetur diffinitiua, quãtũcunq; cauſa principalis, quæ alias erat inter eaſdem perſonas, deciſa non remaneat, *colligitur ex c.auditis,& ibi In. de procur. Bar.in l.*1.*§.fin.n.*3.*ff.de prætor.ſtipul. Petrus Surd.de aliment.tit.*9.*quæſt* 7. *nu.* 4. *& ſuaderi poteſt ex areſt.Cabed* 95.2.*part.* 12
Contrarium tamen deciſum fuit à Senatu Caſtellæ *in cauſa Ducis de Paſtrana cũ fratre ejus, me ibi patrocinante ex ratione tex. in l.*7.*tit.*20.*lib.*4. *Recopillat.* 13

Item notabis quod ſenatus Palatij non poterit concedere reuiſionem ſententiæ quæ fuit lata in conſilio patrimonij Regij (quod vulgò dicitur no Conſelho da Fazenda) *vti practicari vidi in lite Gõdiſalui Ferreira.* nec enim ad id extenditur commiſsio prædicto ſenatui conceſſa.

Item notabis, vt ſi aliquis ex litigantibus moriatur tempore, quo petita fuit reuiſio in Senatu, non eſt neceſſaria habilitatio 14

ratio hæredum defuncti, *prout testatur Cabed. arest. 46. 2. part.* Contrarium tamen judicauit postea Senatus *in lite Petri de la Rea contra Emanuelem Gomes, Anno 1616. Scriba Marco do Quintal.* vbi sententiam in reuisorio judicio latam mortuo interim actore sine hæredum habilitatione nullam pronunciauit. Item notabis, vt
15 si lata sit sententia à judicibus ex commissione Principis cum clausula, appellatione remota, adhuc si subsit justa causa, hæc reuisio non denegabitur. Cum etiam ab illis, à quibus appellare non est liberum, supplicari liceat reuisionem, *vt in cap. cũcta 19. quæst. 3.* sicut ab ipso Principe supplicatur ad ipsum, *cap. ex literis. de integ. restit. cap. cũ causa de re jud. Rebuf. de suplicat. ex n. 27. quæst. 6. in præfat.* Notum est enim quod respondit Machetes interrogatus à Philippo Rege Macedoniæ ad quem appellasset, ad te ipsum ò Rex, dixit, de quo Plutarc. *in apothemat. vitæ Philip.* Appellatur enim à Principe male informato ad eundem benè informatum. *l. 1. §. quæsitum ff. de appellat. l. 1. C. de relationibus, Martin. Laudens. in tract. de Principe. artic. 4.* Et ad id præstat nobis optimũ argumentum, & exemplum, quod Vlpian. enarrat *in l. diui fratres. ff. de jure patronat.* vbi Imperatores sentẽtiam Proculiani, & Mætiani Jure consultorum eminentissimorum alijs Jurisperitis adhibitis, & re plenius tractata reuocarunt. Nec quod plures fuerint in vna sententia, ideo eis assentiri debet vir bonus, & doctus, si aliud justum, & verum esse sentiat. Nam legitur. *Exodi. 23. Non plurimorũ acquiesces sententiæ, vt à vero deuias.* Vnde licet prædicta supplicatio sit ex mera gratia Principis, tamen nõ solet, nec debet Princeps recusare illam concedere, si justum sit alioquin justitiam denegaret, quod nõ debet facere Princeps, cum Regũ propriũ sit facere judicium, & justitiam *cap. Regum 23. quæst. 5. Bald. in l. Princeps. ff. de legibus, & idẽ dicit tex. in cap. tũ ex literis de in integ. restit. Rebuf. de supplic. q. 9. nu. 45.* Imò peccaret, si talem supplicationem reuisionis non admitteret, *secundum Zabarol. in Clementina pastoralis de re jud. Cassan. in Cathalog. glor. mund. 4. part. consid. 4. n. 103.* E conuerso nõ poterit eam concedere, nisi ex probabili causa, *vt per Cabed decis. 12. n. 1. lib. 1.* Nec enim potest ab aliquo mutari sententia, nisi ab ipso Principe ex causa. *l. diui fratres. ff. de pænis,* & dicetur causa justa, non solum quando fuit varietas votorum, sed etiam quando deliberationes Senatorum non conueniunt in ratione fundamentali, qua quisque eorum nititur.

§. 2. *De effectu reuisionis.*

Effectus qui sequũtur ex reuisione ponit cõplures Rebuf. *de supplicat. ex num. 96.* cui adde alium ex Cabed. *decis.* 16
144. n. 3. circa restitutionem fructuum.

CAP. XXI. *De Praxi Processus executiui.*

In primis sententia, vt executioni mandetur, postquam est extracta à processu, secundum consuetudinem Regni, de- 1
bet sigillari in chancellaria, *juxta Ordin. lib. 2. tit. 39.* Quia ante ejus expeditionem sententia dicitur informis atque imperfecta, vti habetur in regula chancellariæ *de non judicando juxta formam supplicationis,* vbi Gomes *quæst. 1. Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. n. 53. Caßan. in cathalog glor. mundi. 5. part. n. 61.* quorum non meminit Cabed. *1. part. decis. 3. nu. 7.* Deinde praxis est, vt ex prædicta sententia pars citetur ad executionem faciendam, quam approbat *Feb. decis. 4. tom. 1. Bart. in l. à defendente. ff. de auct. tut. & in l. à diuo Pio. §. in venditione num. 2. ff. de re jud. prosequitur Dueñas regul. 94.* Multæ enim exceptiones opponi possunt post sententiam, *vt in l. 1. C. de jur. & fact. ign. fundat Bart. in l. creditores. num. 26. C. de pignor.* Quanuis, si 2
causa fuerit à principio agitata cum procura-

curatore sufficienti, ejus domino absente,
habita sententia executio fieri posse vide-
tur sine noua domini citatione, procura-
tore tamen citato, *pro vt decisum fuit à
Senatu in lite inter Iustã de Barros, & An-
tonium Fernandes Paes, Scriba Michaele
Couceiro, Anno 1607. Febũ tom. 1. Arest. 53.*
Nec enim potuit procurator executioné
subterfugere dicens mandatum expirasse
per causæ extinctionem, & esse causam
nouam, quæ exequitur, quia non dicitur
noua, sed eadem, quæ ex illa deriuatur, *ar-
gumento tex. in l. sed, & manente ff. de pre-
cario.* Contrarium tamen judicauit postea
idé Senatus *in lite Laurentij Garces Pa-
lha cũ Antonio Fernandes d'Eluas, Scriba
Ludouico Motta Feo, Año 1617. Feb. dec.
4. tom. 1.* Quæ practica tutior est, *secundũ
Bart. in l. meminerint. num. 5. C. vnde vi.*

§. 1. *De persona exequente.*

3 PRaxis est, vt hæres ejus, qui decessit,
lata senteẽtia, pro se, vel inchoata exe-
cutione, non nisi se legitimato, cum ipso
reo, illam prosequi valeat, nec sufficiet
certificatio sententiæ legitimationis, aut
confessionis jam cum alio habitæ, *vt in
l. fin. ff. de interrogat. act.* sed est adhuc ne-
cessaria iterum habilitatio per articulos,
quibus contrariari possit, *censuit Senatus
in lite hæredum Duarti Nunes cum Di-
daco Nunes Caldeira, Scriba Francisco do
Couto Año 1611.* Et à sententia habilita-
tionis supplicari posse potius per petitio-
né à Senatu decisũ esse constat *Feb. tom. 1.
arest. 9.* Nec id quod diximus de habilita-
4 tione intelligitur solum de hærede vniuer-
sali, sed etiam in quocunq; successore par-
ticulari, in quem res de qua agitur, trans-
lata est cum suo jure, veluti cessionario, *vt
in l. seruo. §. vltim ff. ad trebell. Bart. in l.
in prouinciali. ff. de nou. oper. nunt.* Nam &
is habilitare se debet, *vt per Hippol. sing.
26. Boer. decis. 10.* Ac iste executionem
prosequi poterit, quia in eum etiam tran-
siuit jus executiuum, *pro vt decidit Sena-
tus in lite dominæ Isabel de Gamboa, Scri-
ba Sebastiano de Paadilha.* Nã habetur lo-
co hæredis. *l. inconuenientibus 21. ff. de
verb. signifi. l. id tẽpus § 1. ff. de vsucapion.*
Nã verbũ (*hæres*) nõ solũ intelligitur stri-
cté, prout est nomen juris ciuilis, sed etiã
prout significat successorem juris, *l. quoties
§. hæredes. ff. de hær. instit. l. hæreditatis
appellatione 138. ff. de verb. signific. vide
sup. lib. 1. cap. 3. num. 16.*

Item, & similiter sententia lata pro vno
socio in causa societatis, vel pro vno hæ-
rede in causa successionis, proderit alij co-
hæredi, & consocio, & iste poterit exequi
pro sua parte, *glos. in cap. quanuis ex-
tra de re jud. Alex. in l. sæpe. num. 52 ff. de
re jud.* Idque ex vi, & natura ipsius senten-
tiæ propter communionem rei, vt acta,
sententia, & executio pro vno prosit alijs
*l. si communem ff. quemadmod. seruit amit.
l. loci corpus §. si fundus ff. si seruit vend.*

§. 2. *De liquidatione sententiæ.*

VNo modo fit liquidatio ejus senten-
tiæ, quæ incerta, vel liquida non est 5
per arbitros, alia per articulos, qui ita for-
mari possunt, *prout dixi lib. 4. cap. 8. n. 61.*
Et illis datur contraria responsio sine re-
plicatione, vti in gradu appellationis, quo-
niam proceditur summarié, sed interim
executio sistit, nam quoties exceptio tra-
hit originem à tenore ipsius sententiæ ve-
luti de aliquo dubio decidendo per arbi-
tros, quod antea judex fieri jusserat in sen-
tentia, executio retardatur, *vt optime per
exempla aduertit Surdus consil. 186. n. 23.
Castro consil. 270. nu. 3. lib. 2. vers. allegata
vero. Ruyn. consil. 22. num. 9. vers. secundo
respondetur, vol. 1. Capicius decis. 17. nu. 9.*
Nec vltra quam quod expressum est in
sententia est stricti juris *Gratian. tom. 4. c.
77. nu. 5. l. 1. & ibi glos. C. de sentent. quæ
sin. cert. quant. l. 1. jun. glos. C. si aduersus rẽ
jud. l. cũ post C. de sent. & interlocut. omni.
jud.* Sed lata sententia in liquidatione, li-
cet ab ea appelletur, aut aggra[illegible]tur, de

ayllo

ſtylo illa appellatio, & ſupplicatio non ſuſpendit executionem, nam quanuis in lege non ita reperiatur expreſſum, verum eſt facta liquidatione reum non audiri cũ quibuſcunque impedimentis, vſquequo ſoluat, aut pignora capiantur, *vti in prædicta Regia conſtitutione cauetur tit.* 86. §. 3. Ex quo tex. per ſupplicationem à ſententia liquidationis, ejus executionem nõ ſuſpendi, *decreuit Senatus Anno* 1607. *inter Simonem Pirez Solis, cũ Roque Antunes, Scriba Dominico Dias Murzelo.*

Item liquidatio per arbitros facta, cum per articulos formatos fieri deberet (in
7 quibus reus per cõtrariam reſponſionem multa articulare potuiſſet, quæ illam modificarent, aut extenuarent) fuit reuocata ex ſententia Senatus *inter Emanuel Varela, & Monaſteriũ de Odiuelas, Anno* 1603. *Scriba Franciſco de Azeuedo, quæ hodie extat penes Scribam Ludouicum Gomes de Barros.* Cujus deciſionis ea præcipuè ratio redditur, quia in cauſa quæ per articulos liquidari debet, non poteſt pars cogi arbitros aſſumere *ex notatis à Molina lib.* 4. *de primog. cap.* 9. *num.* 29.

Si vero res talis eſt, vt non niſi per arbitros, & æſtimatores definiri poſſit, tunc judex compellit partes, vt eligant arbitratores, qui debent eſſe periti in arte, nec dictis eorum in hoc creditur, niſi aliter conſtet de eorum peritia, *vt ait Bart. in l. de ætate. col* 4. *poſt nu.* 9. *verſic.* 2. *pono. ff. de minor.* nec illi admittendi ſunt, qui rem fabricati ſunt, de cujus æſtimationis probatione agitur, cum illis laus, aut opprobrium euenire poſſit *Maſcard. de probat. concl.* 654. *num.* 11.

Et poſteaquam ſunt electi, & nominati, juramento ab eis peracto, *ſecundum tex. & ibi Bal. in l. hac æditali.* §. *ijs illud. verſ. interpoſito. C. de ſecundis nupt.* judex illis certum diem præfiniet ad faciendam liquidationem, & computationem, vel æſtimationem, intra quem, altera parte ceſſante, judex partibus ſuis fungetur, *l.* 2. *ad fin. C. de vſur. & fruct. legat.* Sed ſi ipſi diſcordent, partes eligunt tertium, *vt per Bald. in d. l. hac æditali,* §. *ijs illud C. de ſecundis nupt.* & ſi partes diſcrepent in electione, tunc judex poteſt eligere, *vt per Panth. in l.* 2. *num.* 295. *&* 298. *C. de reſcind.*

Sed omnis exceptio quæ poteſt repellere teſtem, poteſt etiam repellere hujuſmodi æſtimatores, *vt inquit Aret. in cap. cauſam de probat. in* 3. *notab.* Et ſimiliter prolata ſententia per judicem ſuper illa computatione, & arbitramento debet in continenti executioni mandari, neque admittitur contra eum appellatio, niſi facta prius ſolutione, *vt in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* §. *æconimis, vbi Angel. collat.* 9. *Valaſc. de petitionibus cap.* 9. *num.* 41.

Item notabis ad praxim ſententiæ li- 8
quidationem fieri debere in loco domicilij condemnati, quantumuis illa ſit lata in Senatu ſupplicationis, vel à prætore Curiali, niſi ex priuilegio actoris, reus ad Curiam trahi poſſit, *Cabed. Areſt.* 28. 1. *part.* Item, & ipſa pars ad liquidationem citari debet, *vti ex mẽte Bart. in l. Theopõpus ff. de dote præleg. communis praxis obſeruat.*

§. 2. *De executione facienda contra hæredes.*

QVi habet ſententiam contra ali- 9
quem, qui poſtea defunctus eſt, debet citare, & legitimare ejus hæredes ad ejus executionem, *Felin. in cap quia num.* 3. *de judit. Marant. in practicar. pag.* 653. *numer.* 17. *Gratian. deciſ.* 122. Nam hujuſmodi ſententia exequi poteſt aduerſus ſucceſſores, & eis nocet. *l. ex contractu ff. de re judic. Soar. in l. poſt. rem. declarat l. Regni* 1. *extenſion Cabed. deciſ.* 198. 1. *par. numer.* 3. *Couarruu. practic. cap.* 13. *num.* 6. *Pinel. in l.* 1. 3. *part. ex numer.* 49. *C. de bonis mater.* Quod etiam habet locum contra quemcunque ſucceſſorem, quanuis is contra voluntatem prædeceſſoris ſuccedat *Tiraquel. de primogen. quæſt.* 35. *numer.* 17. & etiam contra minorem,

nam nihilominus potest fieri executio in bonis, quæ ad eum peruenerunt ex defuncto, *l. pupillus jun gl. in §. sed & si creditor ff. de auct. tut. l. 1. C. quãdo decreto opus nõ est.* Item, & in Fiscum successorem, vel eũ cui Fiscus bona dedit, *vt in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. l. eum qui bona ff. de jure fisci Ias. consi. 88. lib.* 3. quia fiscus non vult, nec intẽdit juri tertij præjudicare, *l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco pub.* & Princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur *l. Princeps bona 21. ff. de verb. signific.* Sed hoc limita, quando pars litigat super ipsa re cũ eo, ad quẽ res principaliter pertinet, secus super qualitate personarum, vt quia dicitur non esse consanguineus, nam tunc militat regula, *l. sæpe ff. de re jud.* Secundò limita non procedere quando sententia fundata fuit super aliquo facto voluntario ipsius possessoris condemnati vtpote ex aliqua renuntiatione ejus, vel confessione, quia tunc talis sententia non nocet successori, sicut nec ipsum factum voluntarium noceret, *ita Bald. in l. 2. num. 8. C. quibus res jud. non nocet, & ibi Salicet. ad fin. Pinel. vbi sup. n. 50. & 7. limit. Tiraquel. de nobil. cap. 37. n. 13. Menchac de success. creat. lib. 1. §. 6. n. 28.* Tertiò limita quando possessor ob dolum, culpam, vel ob negligentiam fuit cõdẽnatus *secundũ Valasc. de jur. emphyt. quæst. 10. n. 3. vbi alios refert, Molina lib. 4. de primog. cap. 8. nu. 7.* Quartò limita in sententia habita ex actione ad exhibendũm, quæ exequi non potest aduersus hæredem ejus, si dicat se non habere, nam statur ejus juramento, *glos. vlt. in Clement. 2. de vsuris, & ita judicauit Senatus Castellæ in lite Christophori Arrieta, Anno 1613. Scriba Ioanne Moreno.* Quinto limita in singulari successore, seu possidente aliqua bona debitoris, quia contra eum non fiet executio pro obligatione personali *gl. in l. 3. C. de cond. ob caus. l. venditor. ff. commun. præd. Soares in l. post rẽ declarat. leg. Regn. lim. 1 faciet tex. in l. vt pomũ de seruit. l. 4. §. opus ff. de alien. jud. mut. causa fac.* Sed hoc fallit in successore rei litigiosæ, *vt dixi numer.* 87.

10

§. 4. *De modo, quo executio fit.*

Diximus supra executionem fieri debere in loco, & domicilio condemnati; vnde sententia lata à judice vnius loci exequenda erit extra territorium per literas requisitorias, *juxta l. à diuo Pio. §. sententiã Romæ ff. de re jud. Auth. vt different. jud. & in Auth. de exhibend. reis §. si vero resoluit Assinius in praxi §. 31. cap. 9. num. 2.* Sed in hoc Regno executio non fit ex requisitoria Castellæ, si in ea non sit inserta sententia *Febus tom. 1. Arest. 29 Pereira decis. 2.* quia licet apud Castellanos executio fiat ex instrumento publico, sine aliqua sententia *l. 1. & 2. lib. 4. Recop.* In hoc tamẽ ex instrumento publico absque sententia executio non fit, atque ideo nihil mirum, si illa requisitoria in hoc Regno non seruetur, quoad executionem statim faciendam absque sententia. Imo impedimenta aduersus illam recipiuntur in ijsdem actis, *vt in causa Iulij Spinola cum Emanuele Gomesio de Eluas, Anno 1612. Scriba Francisco de Estrada.* Nam cõsuetudo, & stylus loci, in quo petitur, in respicientibus ad ordinem judiciarium attẽdi debet, & non loci, in quo actus fuit celebratus, *secundum Bart. in l. 1. nu. 15. C. de sum. Trinit. & fid. cathol.* receptum ex Jas. *ibi. 2. lectura. nu. 57.* Et sic statuta municipalia vnius territorij, alter judex in exequendo sequi non debet, *vt sentit expresse Bald. in l. 1. num. 4. C. ne filius pro patre, & in l. vnica C. de cõfess. Alex. in l. à diuo Pio. §. 1. num. 12 & ibi Ias. ad fin. ff. de re jud.* Sed quia ob id cautè nonnulli curarunt prædictas executorias à Regno Castellæ, dirigi ad Auditorem militiæ Castellæ, qui residet in hac ciuitate ad hoc, vt ipse eas intrepidè executioni mãdaret qui statim pro earum executione deprecabatur judices Lusitaniæ ad pignorandum, vel

11 12 13

vel ad personas capiēdas, incolas hujus R. gni, decreuit Senatus tales requisitorias, vt pote non in forma prædictæ Ordinationis Regiæ latas, irritas, & nullas pronunciari, *in lite Hectoris, & Francisci de Lisboa cũ Ferdinando Dias de Sylua, Scriba Ioan. de Payua Anno* 1608. & iterum in causa de *Branca Nunes, contra Hectorem de Lisboa, Scriba Michaele Couceiro, Año* 1607. Imo, & quod magis est, etiam si executoria procedat ex sententia jam lata, illa adimpleri non solet, vt patet ex decisione Senatus *in causa Comitis de Atouguia, Scriba Paulo da Breuda Zambuja.*

14 Item si reus nominaverit bona immobilia ad executionem, ex praxi cogi poterit, vt ostendat instrumenta rerum consignatarum, vel citata parte dabit testes, qui dicant illa bona esse sua, & habere valorem debiti, qui tamen testes perinde haberētur, ac si essēt fidejussores, *juxta tex. in l. cũ ostēdimus, § fin. ff. de fidejuss. tutor.* Quo peracto debitor incarcerandus non

15 erit, prout praxis seruat *auctoritate gl. singular. in l. 3. §. tutores ff. de suspect. tut.* quã dicunt communiter receptam plures relati à Baeça *de inop. debitor. cap. 1. num. 26.* Sicut nec ille, qui habet idoneum fidejussorem *secundum Valasc. qui dicit ita fuisse à Senatu decisum, lib. 1. consult. 13.* Quæ notanda sunt pro declaratione Ord. *lib. 4. tit. 76. §. 1.* de qua etiam dicam *infra n.* 80.

16 Sed quid si facta addictione de redditibus alicujus domus, & jam capta possessione à victore, domus diruatur; an victus teneatur adhuc alia pignora dare? Et videtur quod non, quia finita addictione amplius in causa executionis pars non auditur *l. à diuo Pio. § si post addictum ff. de re jud.* & quia illa addictio habetur loco venditionis, in qua periculum est emptoris, *§. cũ autem Inst. de empt. & vend. l. 1. C. de pericul. & comod. rei vendi.* Contrarium tamen judicauit Senatus *in lite Duarte di da Costa cum Antonio Peixoto, Scriba Michaele Rodrigues* ex eo, quia pensionũ addictio ad instar locationis haberi debet, in qua conductor de casu fortuito non tenetur, *vt dixi lib. 4. cap. 8 n. 26.* Nec obstat quod fuit facta subhastatio in judicio, quia factum judicis, factum partis reputatur, *l. si prædiũ C. de euict.* Sed quid si pro modico ære alieno executio fiat in re magna, an executio ob id rescindatur? Videtur quod sic *arg. l. magis puto. §. item præter ibi vel propter. ff. de rebus eorum, Gama decis.* Contrariũ tamen judicauit Senatus *ex Bart. in l. à diuo Pio. § in venditione n. 8. ff. de re jud. in lite Antonij Vas Pereira contra Ludou. Aluares, Scriba Antonio Teixeira, Anno* 1617.

§. 5. *In quibus bonis executio fieri non potest.*

In primis executio non potest fieri in armis militum, nec in equis nobilium, etiam si alia bona non reperiantur, Ord. *lib. 3. tit. 86. §. 23.* Sed bene in eorum carrucis, & quadrigis, plerisque Senatus decisionibus praxi receptũ esse constat, *Scriba Bartholomeo Mouro.* 17

SECVNDO non fit executio in bonis maioratus propter debita possessoris, *Ordin. lib. 3. tit. 93. §. 1.* fit tamen in vsufructu durante vita possessoris, *Bart. in l. codicillis §. instituto ff. de leg. 2. Palat. in rub. §. 62. n. 10. Tiraq. lib. 1. retract. gl. 7. n. 48. Ias. in l. commodis ff. de re jud.* Possunt enim ea bona capi, & interim dum viuit possessor maioratus retineri ad soluenda debita ipsius; ita tamen vt post mortẽ ejusdem restituantur ea bona sequenti in gradu, *ex tex. in l. peto. § prædium ff. de leg. 2.* vbi talis alienatio, tãquam necessaria, permittitur sine præjudicio sequentis fideicommissarij. Amplia prædicta, vt etiam ex causa dotis non possit fieri executio in bonis maioratus, quantumuis sit illa causa publica, & fauorabilis; *l. 1. ff. solut. matrimonio,* & in specie ad ipsum tenet Anton. Gomes *in l. 40. Tauri num.* 87. *Pinel. in l. 1. 3. part. num. 102. C. de bon. mater. Pelaes de maiorat. 4. part. quæst. 1. lim. 1.* licet contrarium 18 19

I 2

trarium tenuerit Alex. *in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Moli. de primog. lib. 4. c. 6.* qui decepti fuerunt auctoritate tx. *in auth. res, quæ C. cõmunia de legat.* qui communem conclusionem non probat, ad quam solet allegari, vt aduertunt multi,
20 quos refert Molina *vbi sup. num. 4.* licet ipse ab eorum opinione discedat. Limita tamen primo superiorem conclusionem vt non procedat, quãdo debita sunt ipsius institutoris maioratus, nam tunc fiet executio in re ipsa *ex l. filius fam. § diui o 2. ff. de leg. 1. l. alienationes ff. fam. ercisc.* dummodo alia bona non existant ipsius fundatoris, *vt probat Molina lib. 1. de primog. c. 10. n. 4.* Et quanuis res ipsa maioratus sit destinata constructioni Ecclesiæ, vel Hospitalis, adhuc à creditoribus vendi potest, *vt per Ias. in dict. §. diui. nu. 24.* Imo quãuis Capella sit jam constructa executionẽ pro debito in ea fieri pro constanti permisit Senatus *in lite Elisabet Gomes cũ Monasterio Diui Augustini, Scriba Antonio Correa, Anno* 1615. Quia licet Capella sit res sacra, jus tamen sepeliendi in ea à laico possideri potest, *Syluester, verbo sepultura, n. 3.* Ac alienari, & vendi, *Laçarte de decima venditionis cap. 14. nu. 15. Molina lib. 1. cap. 24. nu. 38. & 39. de primog.* & satis apertè colligitur ex Bart. *in l. Aufidius in fin. ff. de priuileg. cred.* quicquid inepte Parlad. *quotid. quæst. lib. 2. cap. fin. § 3 n. 27. & 28.* Cæterum prædicta limitatio
21 debet etiam sublimari, nisi debita sint contracta per fundatorem post maioratum irreuocabiliter constitutum, tunc enim non fiet executio in rebus maioratus, ne per indirectum maioratus reuocatio inducatur, quam instituens jam facere non poterat, tenet Gomes *in l. 40. Taur. nu. 72. in fin.* quod ita in praxi sæpe obtentum fuisse asserit Molina *lib. 1. cap. 10 num. 11.* Quod verum intelligo, si in prædicto maioratu interueniat traditio, *l. 1. cum glos. 2. C. de jur. fisci lib. 10.* Nam aliàs bona maioratus etiam irreuocabilis poterant hypothecari per instituentem, *l. vltima §. lutius ff. de donat.* qui creditores propter hypothecam etiam si posteriores sint, præferetur *l. eos qui C. qui priores in pign.* cessante autem hypotheca tam administrator maioratus, quam alij creditores venient in tributum, *juxta l. procuratoris §. plane ff. de tributor. & l. priuilegia ff. de priuileg. credit.*

Limita secundo, quando bona maioratus fuerunt facta alienabilia ex facultate Regia *juxta Ord. lib. 1. fol. 283 § 39.* nam tunc in eis executio fiet. In quo tamen duo requisita notari debent. Primum vt non sufficiat in prædicta concessione causam re vera interuenisse, nisi de ea constet per acta legitima coram judice competenti celebrata *argu. l. cum ij. § eam transactionem juncta gl. de trãsacti,* in qua successor omnino citandus est, vt de jure tuo doceat, & eam si velit impugnet, *argum. l. 3. §. denuntiari, ff. de ventr. inspiciend.* Quoniam licet dici soleat in principe sẽper causam præsumi, *vt per Couar. in 4. 2. part. cap. 6. § 9. nu. 9.* hoc tamen non procedit vbi tertij præjuditium vertitur: quia tunc necesse est causam constare, nec sufficit Principẽ eam asserere; *vt probat Bar. in l. si forte ff. de castrens. pecul. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum, n. 27. de constit.* & resoluit receptum Alciat. *reg. 3. præsumpt. 8. n. 5 Ant. Gabriel. lib. 3 commun. tit. de jure quæst. conclus. 5. Sarmient. lib. 1. selectar. c. 8. n. 19.* Secundum requisitum est, vt is, in cujus fauorem fuerunt prædicta bona alienata, necesse habeat ostendere pecuniam fuisse conuersam in eam, ob quam fuit facultas concessa, vt tenet decisio Pedemõt. 171. *Greg. in l. 6. tit. 110. part. 6. verb. que la no pudiesse vender vers. quid autem si Princeps* quanuis contrarium velit, & defendat solus Molina. *lib. 4. cap. 3. num. 21. de primogenit.*

Limita tertiò, quando res maioratus fuit facta libera, & alienabilis in vltimo successore ex eo genere personarum, quæ fuerunt vocatæ, & quorum tantũ respectu fuit res prohibita alienari, *juxta tex. in l.*

peto.

peto.§.fratre.l.qui solidum §. prædiũ l.cũ pater §. libertis ff.de legat. 2. l.pater filium §.fundum Titianum ff.de legat. 3. nam tũc in eo vltimo successore executio fiet: quoniam licet ex verbo *maioratus* induci videatur perpetuitas, *Vt probat Parisius, cons.42.vol.4. Molina lib,* 1.*cap.*4. tamen ex enumeratione personarum illa restringitur, quia enumeratio specierum generalitatẽ solet restringere *l. legata suppellectili.ff de suppellect.leg.facit Imolæ doctrina in l.si vero §. de viro ff. solut.matrimonio.* & hanc opinionẽ fundat Oldr.*cons.* 21. *& alij, quos refert. Greg. in l.2.tit.15.part.2. vers. el mas propinquo.*

Limita quarto quando res maioratus fuit facta alienabilis ex præscriptione: nam Bart.*in l.filius fam.§ diui n.25.ff.de leg.*1. dicit rem prohibitam alienari, vsucapi posse,vbi illum defendit Bolognin. *n.* 281. quanuis Bartolus sibimet contrarius aliud velit.*in l.vbi.ff.de vsuc.* quem dicit communiter receptum Pinel. *in auth.nisi triennale.n.22.C.de bon.mater.Tiraq. de primogen.quæst.30.Molina lib.4.c.* 10. *Gom. in l.40.Taur.n.90.Mieres 4.part.quæst.21 Gabriel lib.5.cõmun.tit.de præsump. cõcl.* 131; nec enim illa propositio, quæ vulgò habetur, quod res prohibita alienari non potest vsucapi,est semper vera, nec in omnibus casibus procedit, *vt probat Tiraq.vbi supra quæst.30.nu.* 5. *Paul. de Castro in l.3.§.sin autẽ C.cõmun.de leg. Grat. consil.* 21.*num* 36.*Bertrand.cons.*115.*n.*54.*lib.*1. & fundat Pinel.*vbi supr.* cujus argumentis non bene satisfacit Menchac. *de success. creat.lib.3.§.26. num.*131.

TERTIO non fit executio propter
22 debita patris in emphyteusi concessa pro filio, fiet tamen pro vita patris debitoris, sed eo mortuo filius reuocabit alienationem, quia in jure sibi quæsito pater præjudicare non potuit *l. peto* 71. §. *Prædiũ, ff.de leg.*2.& in terminis Ilernia.*cap.*1.*n.*6. *de inuestit.de re aliena fact.Brun.cõsil* 37. *Auendan.respons.*13.*Cabed.decis.*134. *lib.* 1.vnde Ord. *lib.* 3. *tit.* 93. §.3. intelligenda est in emphyteusi nominationis, in qua nulla certa persona potest prætendere præjudicium, & ratio est, quia non à nominante,sed à domino concedente nominatus videtur jus habere, *l. vnum ex familia* 69.§.1.*ff.de leg.* 2. vnde in re prorsus aliena executio fieri non potest. *l. à diuo Pio.§.si super rebus ff. de re jud.l. ob maritorum C. ne vxor pro marito,* quod procedit etiam si debitoris bona sint hypothecata;quia licet in generali hypotheca; bonorum comprehendatur etiam emphyteusis, *Afflict. decis.*191.*n.*3.tamẽ cũ morte hypothecantis resoluatur ejus jus, censebitur etiã resoluta hypotheca ab eo facta. *l. lex. quæ vectigal. ff. de pignor. ita Isern. vbi sup.n.*5 & in simili tradit Bart. *in l.cõstante n.75.ff. solut. matr.* Quod adeo procedit, vt etiam si emphyteusis nominationis jussu judicis sit capta, vt in ea executio fiat, si debitor moriatur ante perfectam executionem, non poterit fieri adhuc executio contra nominatum, quia per hujusmodi capturam tantum inducitur pignus juditiale. *l.*1.*C. si in causa judicat. Ias, in d. l.à diuo Pio.§. in venditione n.4.* vnde adhuc militat reg. *d.l. lex quæ vectigalis, Gama decis.5.n.7.* Cæterũ si ille nominatus in emphyteusi fuerit quoque hæres nominantis,tunc aduersus eum poterit fieri executio in emphyteusi, vt in alijs rebus hæreditarijs, *Afflict.decis.* 240.*n.*10. Nisi is hæres faciat inuentarium, *Afflict. decis.26 ad fin.Pinel. in l.1.3 part. nu.96. C. de bon. mater.versic.infertur 6.*

QVARTO non fit executio in pecu- 23
lio profectitio filij, pro debitis patris, *vt est tex. singul. in l.3.§. sed vtrum ad fin.ff. de minor.* per quem est recepta sententia secundum Alex. *in l. si finita.§. si de vectigalibus num.48.ff. de dam.infect.dixi in l. cum oportet num.*43.

QVINTO non fit executio in vsu-
fructu,quem pater habet bonorum aduẽ- 24
titiorum pro debitis filij *l. pen. vbi Bald. Salicet. & Paul.nu.2.C. qui bon. ced.poss.* Imo nec in proprietate aduentitiorum,

secundũ Bart. in d. §. si de vectigalibus col. fin. Ias. in §. actiones. & bonor. omnes n. 11 de act. Gomes 2. tom. var. cap. 15. n. 24. Gratian. decis. 36. num. 39. resolutimus in d. l. cum oportet. d. num. 135.

26 SEXTO, & similiter in fructibus dotis jam decursis, propter æsalienum mariti diuortio facto, executio nõ fiet, prout decidit Senatus in lite Vasquij Annes Carrasco, Scriba Dominico do Basto, Año 1607

SEPTIMO, & è conuerso nõ fit executio, propter debitã vxoris in re dotali nec illa auferretur à marito, dũ durat matrimonium, vt probat tex. in l. Titia 63. ff. de jure dot. ad fin. ibi, cur marito dos, quod eo non citato tenuit glos. in l. quinque legibus 3. in fin. ff. de bon. damnat, & ibi Bart. nu. 2. Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione nu. 27. & ibi Ias. num. 19. ad fin. cum sequentibus ff. de re jud. licet glos. pen. in d. l. Titia sentiat in subsidium quando non fuerint alia bona, posse executionem fieri in rebus dotalibus, & latè defendit Capicius decis. 128. num. 2. tamen est contra mentem supra allegatorum, & contra tex. in l. fin §. si à socero. ff. quæ in fraud. credit. & ita in specie gl. reprobat Fulgos. in d. l. Titia. Ex quibus refertur elegans declaratio ad regul. tex. in l. 1. ff. de fund. dotal. dũ probat nõ obstante prohibitione legis Juliæ in rebus dotalibus posse fieri executionem virtute sententiæ, quia ea regula intelligenda est, quando sententia fertur super jure rem ipsam respiciente, aliàs enim pro obligatione personali mulieris, non potest fieri executio in rebus dotalibus, vt supra dictum est, & ita etiam prædictam regulam declarat Salicet, in l. ob maritorum num. 5 C. ne vxor pro marito, Ias. consil. 44. num. 4. lib. 1. Vt igitur fiat executio oportet maritum consentire. l. fin. ff. de jure dotium tradit Nouell. de dote. 7. part. priuileg 1. num. 8.

OCTAVO, executio non fiet in ali-
27 mentis, vti probari videtur ex tex. in l. si quis à liberis §. si mater. vers. parens ff. de lib. agnosc. nec istud jus alienari, ac distrahi potest. l. cum hi. §. si. vni. ff. de transact. tradit Surdus de aliment. cap. nisi in subsidiũ quando alia bona non extent. l. stipendia. C. de execut. rei jud. l. cõmodis ff. de re jud. Ord. lib. 4. tit. 55 in fin. l. 3 tit. 27. part. 3. vbi Greg. verb. fallando ottos, & similiter in prætensione munerum, quæ debitor sperabat à Rege propter seruitia ei facta, executio non admittetur, vt in l. spem C. quæ res pignor. obligari possunt.

NONO, non fiet executio in bonis 28 mariti pro ære alieno vxoris, quod ipsa ante nuptias contraxit, & è contra l. 1. & 2. C. ne vxor. pro marito Ord. lib. 4. tit. 93. §. 4. Quod tamen non habet locũ quando mulier mortuo marito suscepit tutelam filiorũ & transit ad secunda vota, non redditis rationibus, & non petito tutore, quia potest pro debito tutelari fieri executio, etiam in bonis secundi mariti, quia cẽsentur ad hoc, ipso jure, obligata tex est notab. in l. si mater. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tacite contrahatur.

§. 6. *Quomodo in gradu appellationis expediri debeant impedimenta objecta aduersus executionem sententiæ.*

Quia facta executione, vel pignoratione, reus condemnatus solet obji- 29 cere aduersus executionem impedimenta, quæ si non recipiantur à judice exequente, vel in eis in fine condemnatio nihilominus fiat, aut quoquomodo in exequendo executor excedat, pro vt dixi supra c. 19. n. 8. Appellatio, vel supplicatio venit ad judices, qui sententiã tulerunt, ex Ord. lib. 3. tit. 87. §. 7. & 17. Illud etiam pro praxi, & stylo obseruari licet, vt si in prædicta sententia, quæ mandatur executioni, fuerint quinque aut septem Senatores, tunc de impedimentis illi solum cognoscunt, qui fuerunt concordes in Senatu, vt apparet in Regia constitutione. lib. 1. tit. 1. §. 10. vers. porem. Non vero illi, quorum vota fuerunt victa, in tantum, vt si in locum ejus, qui fuit victus in votis, alius sit substi-

substitutus propter illius absentiam, aut suspensionem (vti sæpe contigit) adhuc iste substitutus non poterit in prædictis exceptionibus suum votum interponere, quo summa cum ratione praxi receptum esse constat. Quod si in parte aliqua non fuerint concordes in reliquis vero sic, etiam, & ipsi judices adhuc remanebunt sutiam, & ipsi judices adhuc remanebunt per prædictis impedimentis, & ita stylus seruat. Cæterum si per instrumentum grauaminis ab aliquo incidenti in executione sententiæ, veniat supplicatio ad prædictos Senatores, licet tres Senatores cõcordes in expediendis instrumentis grauaminis sufficiant, tamen de more illa supplicatio vadit ad omnes Senatores quinque, vel septem, qui fuerunt in prædicta sententia, è quibus posteriores nihil dicũt & fuerunt hoc esse de more, sed nonnulli id moram appellant, quod adeo verũ est, vt etiam si posteriores votum dederint in contrarium, & fuerint plures numero, adhuc tamen cum res sit jam euicta à tribus prioribus, ea sententia seruanda erit, idq; ita esse de jure declarauit Senatus maximus *in lite dominæ Isabel da Sylua cũ Antonio Rodrigues Montemòr.* Limita in executione ejus sententiæ, quæ lata fuit à cõmissarijs, & delegatis à Rege, nam tunc eorum maior pars in votis attendenda est. *l. duo ex tribus ff. de re jud.* Secundò limita in executione ejus sententiæ, quæ fuit habita pro deserta ex instrumento dierum apparitionis, quia tunc non reuertitur appellatio ab impedimentis aduersus executionem ad illos, qui sententiam tulerũt *secundum Cabed. Arest. 64. lib. 1.* Itẽ si executio fiat per literas requisitorias, & judex requisitus cognoverit de exceptionibus objectis adversus executionem, appellatio, vel supplicatio vadit ad superiorem judicis requisiti, non vero ad superiores judicis requirentis, *prout habes lib. 2. cap. 12. num. 11.* Item notabis, quod appellatio à judice inferiori liquidationis
30 ejus sententiæ, quæ fuit lata à prætore Curiali tantum, ad ipsum prætorem vadet, sic decidit Senatus *in lite Ferdinandi Gõçalues cũ domina Luisa de Moura, Scriba Bartholameo Mouro.* Sed quæstionis est, an si actio judicati intentata sit virtute alicujus sententiæ, quæ fuit lata à Senatu *juxta Ord. lib. 3. tit. 25. § 8.* ejus supplicatio 31
vadet ad superiores illius, qui sententiam dedit in actione judicati? An vero ad illos, qui fuerunt judices certi in priori sententia, de qua orta fuit illa actio judicati? Decretum fuit quod sic *in lite de Prouedor do Loreto, Anno 1616. Scriba Francisco d' Azeuedo.*

§. 7. *Quibus impedimentis executio suspendatur.*

IN primis executio sistit per impedimenta restitutionis in judicio recepta 32
Ord. lib. 3. tit. 41. § 4. Quæ ideo in ijsdem actis admitti ritus Regni obseruat. Quod amplia primò etiam si sententia, quæ executioni mandatur, sit transacta in rem judicatam à quocunque judice ordinario, *l. in causæ a 2. §. vlt. ff. de minor. l. vlt. vbi Bart. C. vbi, & apud quem Pereira de Manu Reg. 1. part. c. 9. n. 21.* Amplia secundo, etiamsi executio fiat ex tribus sententijs conformibus, *vt tenet Milius in suo repertorio, ver. executio trium sententiarum,* nã probata læsione, ita competit restitutio 33
contra plures sentẽtias, sicut contra vnam *cap. cũ ex literis. de restit. in integr. l. minor ff. de minor.* quam opinionem ex pluribus amplectitur Cassad. *decis. 1. post. n. 3. vers. aliquando vero Gama decis. 106. Salicet. in l. 1. C. ne liceat in vna eademq; causa.* Quãuis contrarium velit ibi Baldus, quem sequitur Alex. *in l. 4 § cõdemnatum. col. pen. ff. de re jud. Anto. Canar. in tract. de executione instrum. 21. quæst. princip. n. 48.* quorũ opiniones ad cõcordiã nititur reducere Masc. *de probat. concl. 1280. nu. 18.* Amplia tertiò, etiã si executio fiat propter sententiã Principis, nam contra eam admittetur 34
restitut *l. min. aut ẽ. magistr. §. 1. ff. de min. & probatur argum. c. suscitata de in integ. restit.*

35 *restit. vbi Innocenc.& Abb.num.*8.*Couar. pract.cap.*25.*num.fin.* Amplia quarto, vt prædictum beneficium restitutionis competat etiam hæredibus minoris in eo negotio, quod cum illo gestum fuit *l. minor.* 19 *§. fin.ff.de minor.de ratione Barbosa in l. quia tale.n.*48.*ff.solut. matrimonio, Gomes* 2.*tom.cap.*14. Vnde executio etiã superſederi debet, prout ex ijs decreuit Senatus *in causa Alfonsi Vieira cũ hæredibus de Dom Aleixo de Meneses, Scriba Amaro Coelho, Anno* 1604. Amplia quinto, vt prædicta restitutio prosit etiã cessionario, cui prædicta restitutio, & actio cessa fuit, *vt per Tiraq.de retract §.* 16 *gl.* 3.*n.*13 ſcilicet in ijs, in quibus minor ante cessionem læsus fuit *gloſ.in l. non solum. ff. de in integ.restit.l ex pluribus.ff.adminiſt.tut.l. quod si minor in princip.ff. de minoribus.*

36 Fallit, tamen, si restitutio sit petita malitiosé, *Ordin.lib.*3.*tit.*41.*§.*5.*Bart.in l.defẽdente in fin.ff.de auct.tut.* Dicetur autem præsumi malitiosam esse petitionem restitutionis, quando illa petatur non docto aliquo pacto de bono jure suo, tunc enim per solam allegationem læsionis non probatæ, sed probandæ, non debet sententiæ executio suspẽdi, secus vero si ex actis nouis, vel antiquis apparere possit aliquod, quod præsumptionem calumniæ, vel malitiæ silere faciat, nam tunc non erit deneganda restitutio aduersus executionem sententiæ, *vt aſserit Aufrerius ad Capelu. Tholoſ.deciſ.*94.*incip.item fuit quæsitum,* quod etiam tradidit Innoc. *in d. cap.suſcitata num.*2.*verſ.impediri vbi Abb. num.*8. Fallit secundo, si ipsa sit petita à marito maiori respectu suæ vxoris minoris ætatis, nam licet in judicijs maritus respectu suæ conjugis restituatur, *juxta Ord. lib.*3. *titul.*42.*§.*4. *ex ratione l. si communem. ff. quẽadmod.seruit.amitt.& quæ tradit Hippol.in l.de minoribus §.tormenta.num.* 13. *ff.de quæstio.* tamen in executione sententiæ, vt illa superſedeat, restitutio ista non admittitur *Ord. lib.*3.*tit.*41.*§.*5. Nam de jure communi nullibi admittebatur restitutio ex capite vxoris, nec marito prodesse poterat *l.vnica. C.si in cõmun. eademq; causa l.*3.*§.sed vtrum.ff.de minoribus.* Fallit tertio in executione, quæ fit ex judicio familiæ erciscund. *pro vt dixi lib.*4.*cap.*3. *num.*9.*verſ.nec item.*

Suspenditur secundò executio, si tertius possessor super re pignorata impedimenta alleget aduersus executionem. *Febum tom.*1.*Areſt.*25. nam ex praxi ista impedimenta faciunt superſedere executioni *per Ord.lib.*3 *tit.*86.*§.* 17. *in fin. ibi, & vindo.* Licet ille textus hoc non apertè probet, tamen sic ex illo practicari, & fuisse decisum testatur Cabed. *Areſt.* 66. 1.*p.* & de jure communi hanc sententiam tenuit expresse Bart. *in l à diuo Pio §.si super rebus nu.* 3.*& ibi Paul.nu.*8. *Iaſ.* 9. *Alex.* 26 *ff.de re jud. Dueñas reg.*275.*jun.*6.*Valaſc.cõſul.* 55.1.*part.Couar.in pract.quæſt. cap* 16.*num.*3.*in fin.verſ.quartus casus,* & idem probatur in Regno Castellæ, *l.*3.*tit.* 27.*verſ.& si por ventura p.* 3. 37

Quod procedit etiam si tertius non opponat de jure proprietatis, sed tantum de jure possessionis *ita gloſ. in d.§.si super rebus, quã ibi sequitur Bartol.* & communiter receptam dicit Jaſ.*nu.*6. *Alex.in l. si marito in princ. ff.solut. matrimonio. Abb. in cap.cũ super extra de sententia,& re jud.* Et ratio est, quia in dubio possessor præsumitur esse dominus *l.*1.*verſ.dominum ff. de acquir. rerum dom.§.retinendæ Instituta de interdict.l fin. C de rei vend.l.siue poſsidet is vbi omnes.C. de probat.l fin. verſ. nec interlocutio.C.si per vim, vel alio modo:* & vnico verbo hoc totum optimè declarat Bart. *vbi sup.* vt scilicet si executio fiat in aliqua re pro pecunia debita ex actione personali, tunc quilibet tertius impediet executionem, siue sit dominus siue possessor, quia de isto jure rei nunquam fuit cognitum, & ita decisum fuit à Senatu *in lite Gaspar Dias Franco, Scriba Dominico Nogueira Anno* 1614. 38

Praxis sic se habet de stylo hujus Regni, vt tertius iste intra tres dies faciat summa- 39

mariam probationem de re à se possessa, *Pereira decis. 65. incip. Ioannes n. 2.* & interim supersederi debet executio, quibus transactis fit conclusum, & si impedimenta recipiuntur, suspensa executione datur contrarietas, replicatio, & triplicatio, *secundum Cabed. Arest 50. 2 part.* quamuis viderim aliquando admissis impedimentis rem statim domino, vel possessori tradi, non expectata alia sententia ex decisione Senatus *in lite Ioan. de Acuña, Scriba Belchior Correa, Anno* 1609. Quæ facilimè fulciri potest ex serie tex. *in d. §. 17.* si bene expendatur. Item amplia in nudo possessore rem meliorante, & reficiente propter jus retentionis ob impensas, *vt infra dicam num.* 49.

Cæterum, quamuis à receptione impedimentorum supplicari non possit, nisi in actu processus, in hoc tamen casu aggrauari potest per petitionem, & ita nouiter receptum est.

Limita primò, superiorem conclusionem principalem non procedere, quando

40 sententia, quæ executioni mandatur, lata est super actione reali alicujus rei, quam tertius dicit esse suam opponens de ejus proprietate. Nam tunc non suspenditur executio, sed illi cauetur præstita indemnitatis cautione, *ita probat. l. si is à quo fundus 57 vers. vt possessoria ff. de rei vẽd. & in l. sequenti versic. nisi satisdatum sit, & in l. pen. ff. de petit. hæred. vbi Bart. in fin. tradit Felin. in cap. veniens o 2. extra de testibus n. 8 Dec. cõs. 187. n 2. Craueta cõs. 12. n. 8. Adde quæ dicta sunt infra n.* 48.

41 Limita secundo, quando tertius possessor fuit citatus, tunc sententia lata contra principalem, mittetur executioni contra illũ tertium, *vti colligitur ex ijs, quæ tradit Felin. in cap. cum super. n. 13. extra de re jud.* Unde si agas pro debito cõtra hæredem, cautè facies notificari legatario, vt postea ab eo repetas solutum, & executionem facias in re legata *juxta l. fin. §. sin vero creditores C. de jure de lib. & tenet expresse Gregor. in l. 20. verb. sapiesse titul. 22 part. 3. vide infra num.* 79.

Limita tertio in possessore ex clausula constituti, secundum *Valasc. consul. 55. n.* 1. vbi dicit ita à Senatu fuisse judicatum, scilicet non suspendi executionem. Nam licet ex constituto naturalis, & ciuilis possessio acquiratur, tamen adhuc pro reali, & actuali interdictum adipiscendæ solet proponi, *vt per Tiraq. de const. 1. part. n.* 10. *Molina de primog. lib. 3 cap. 13. n.* 3.

Limita quartò, quando reus conuentus dolo desijt possidere rem super qua lis est, & alius tertius possidet ad contradicendum. Nam contra istum tertium fiet executio, disputat *Bart. in l. creatores nu. 23. C. de pignor. & in d. § si super rebus n. 7.* tacit Ordinat. *lib. 3. tit. 86. §. 16.*

Limita quinto, quando possidens confitetur debitorem esse verum dominum, nam in illo jure dominij fiet executio, quod est penes debitorem, quamuis jus possessionis remaneat penes tertium contradictorem, *ita Bart. in dict. § si super rebus, in fin.* quod est notandum.

Vltra quæ alio modo cautè reus intendit impedire executionem, si de aliquo contractu, aut officio reddit rationem coram quæstore maximo, qui solet expedire literas requisitorias, ne executio fiat in illis bonis, donec finiantur calculationes, quæ pendent in suo tribunali. Sed Senatus ad id non attendit, & non obstante prædicta requisitione jubet, vt executio fiat, & pecunia deponatur, & non semel, sed sæpius vidi id ita justissime obseruari *in lite Ioan. Caldeyra cum Alphonso Bocarro, Scriba Hieronymo Carualhosa, Anno* 1607. Nã solét debitores condemnati maliciose affectare has literas precatorias ad defraudandam executionem, quam ipsi per se non potuerunt impedire, *vt asserit Cabed. Arest. 26. 1. part.* vbi ait à Senatu in simili casu ita etiam fuisse decisum. Sic, & affectare solent prædicti debitores, vt aliquis extrinsecus faciat sibi jussu judicis detestationem, vulgo, *embargo*, ne creditori soluat, vsquequo cum illo audiatur de

de jure suo, cui parendum est, *l. fin. ff. de lege comissor. Bart. in l. non solum. § morte n. 35 de nou. oper. nuntiat.* Dummodo tamen prædicta detestatio subscripta sit ab eo, cui detestatio fit *argum. Ord. lib. 1. tit. 24. § 21.* decidit Senatus *Anno 1617. Scriba Emanuele Gutierres.* Sed talis detestatio tollitur data fidejussione *l. pen. C. depositi.* Item similiter executio impediri solebat si debitor opponeret de errore calculi in sumptibus, & litis expēsis. *Gratian. tom. 4. cap. 793 num. 2.* sed hodie non nisi eas deponendo pars auditur apud judicem chancellariæ. Imo si error processerit, vt sæpe contigit, ex ignorantia calculatoris, ipse condemnari debet in expensis, *vt per Rebuff. 3. tom. ad ll. Galliæ tit. de inquisition. glos. vl art. 17.* Et ita decisum fuit à Senatu *in lite Ioann. Gaytan Calderon, Scriba Emanuele Coelho.*

§. 8. *De impedimentis, quæ aduersus executionem admittuntur in actu separato.*

IN primis exceptio nullitatis opponi potest aduersus executionem sententiæ, & illa recipitur, *vt per DD. in l 4. § cōdenatū ff. de re jud. facit l. si cum nulla 58. ff. eodem l. 1. C. de executione rei jud.*
43 Nam sententia nulla non est sententia, *cap. fin. de sententia, & re jud. in 6. Clemēt. pastoralis, eodem tit.* & quæ nulla sunt non producunt aliquem juris effectum. *l. si aut nullum C. de legit. hæred. l. 2 ff. de auct. tut. l. non putauit. § non quauis ff. de bonorum posses. contra tabul. si expressim 19. ff. de appellat. Afflict. decis. 283. Rebuf. ad ll. Galliæ 1 tit. de sentent. executorijs articul. 7. glos. 10. num. 4. Couarruu. practicar. cap. 25 num. 2 Vantius de nullitat. process. cap. 13.* Licet si nullitas sit notoria, & ex actis statim probetur executio supersederi debet, *vti notatur in capit. de cætero de re judic. vbi Abb. num. 2. & Felin. num. 11. & glos. in cap. super eo, verbo tenebitur de officio delegat. glos. in l. qui cum natu maior. § accusasse de bon. libertat. Bartol. in l. 1. C. si aduersus rem judic. Roman. singul. 51. Gigas de pens. quæst. final numer. 22.* Nam certa, & legitima dicitur probatio, quæ ex actis resultat, *secundum Angel. in l. fin. ff. de petit. hæred. Vant. in titulo quis possit dicere de nullitate num. 52. Gabriel. titul. de executione rei judicatæ, conclus. 1. num. 8* quanuis ejus allegatio sit de negatiua veluti reum non fuisse citatum *Fului. Patian. in tractat. cui incūbat onus probandi cap. 44. numer. 11. & 20. Mascard. conclus. 1116. numer. 4. & 5. de probation.* nam non entis, & non apparentis idem est judicium *l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel.* Similiter etiam 44
casu, quo de nullitate principaliter agebatur per libellum ad rescisionem sententiæ, superlederi vidi in executione *ex Couarruu. in practic. cap. 24. num. 6. vers. tandem*, vbi in hanc sententiam refert alios, tenuit etiam Gutierres *de juram. confirmat. cap. 2. numer. 18.* & alij quos citat Mascard. *conclus. 687. ex numer. 9.* Et ratio est, quia maioris efficaciæ est allegatio nullitatis per viam actionis ad impediendam executionem, quam per viam exceptionis, *vt admonet Paul. de Castro in l. 4. § condemnatum num. 3 ff. de re jud. quicquid Angel. & Imol. aliud velint* ex eo, quia tunc actio per libellū videatur requirere altiorem indaginem *per l. fin. C. de ord. cognit. Vant. de nullit. rub. quot. & quibus mod. nullitas proponi possit nu. 29.* distinguit Canarius *in tract. de executione instrum. quæst. 51. & 52. nu. 90.* & ita decisum fuit *in lite Emanuel Gomes Galego, cū Petro de Gouuea, Anno 1607. Scriba Michaele Couceiro.* Et idē dico de exceptione nullitatis ratione incompetentiæ, quia per illam executio impeditur, *vt per Alex. cōsil. 77. lib. 2. n. 12 gl. in Clem. vlt. de sequestr. possess.* distinguit Couar. *pract. cap. 25. n. 4.* aliter etiam distinguit, & limitat Jas. *in d. § condemnatū n. 16.* scilicet casu quo prædicta sententia sit cōfirmata à superioribus & ab

& ab illis non sit appellatum *docet Caved. decis.*48. 1.*part. Cabed.* 1. *part. decis.* 22. *num.*4.*&* 10.

Præterea exceptio compensationis admittitur aduersus executionem sententiæ *lib* 3. *tit.* 87. §. 1. *in fin. Medices de compens. quæst.*25.2.*part.* Sed apud nos nó recipitur in eodem actu executionis, quia cum jure Regni, nullum detur tempus ad soluendum, *lib.*3.*tit.*86. & compensare sit soluere *l.amplius ff.rem ratã haber.* sequitur, quod nullum etiam tempus dari debeat ad liquidandam compensationem in eodem actu *Bart.in l.aufertur* §. *qui cõpensationem ff.de jure fisci recept.ab Alex. cõs.*93 4.*vol.& cõs.*44.*&* 95. Nisi velis cũ alia sententia liquida compensare, quæ licet sit aliena, si tamen sit tibi cessa compensare ex illa non prohiberis *l. in rem ff. de compensatio gl.in l. ejus C.eodem.* Decisum fuit *in lite Ioan.Nunes Correa cum domina Maria, Scriba Sebastiano Paes de Matos, Anno* 1608. *notauit Medices vbi supr.quæst.*11.*&* 43.

46 Item exceptio transactionis impeditiua est, & recipitur a *Feb.tom.*1. *Arest.*4.*Pereira decis.*20. *num.* 1. quod tamen habet difficultatem, quia transactio non datur nisi super re dubia, & sententia est jam res certa, & sine dubio decisa, vnde propter hanc difficultatem cautè consuluit Angel. *in l.* 1. *ff. de transact.* quem refert Cæpol. *caut.*41. vt transactio fieret de omnibus, scilicet præsentibus, & quæ in futurum fieri possent, tunc enim super rebus decisis valebit transactio, nam sæpe etiam post sententiam progrediuntur lites in executione, quæ fiunt immortales, non tamen illa extenditur ad actiones futuras, de quibus cogitatum non est, *l. si de certa C. de transact. vbi Bart.num.*4.*Padilha n.*9. Et similiter quælibet exceptio nouationis impediet executionem, quia nec sententia nouata, nec stipulatio, vel aliàs contractus illam nouans executionem meretur, *l.si causam C.de executione rei jud.l.*4. §.*si ex cõuentione ff.de re jud. Sor. in l.post rem.notab.* 1. *Bart.in l.minor* 25. *n. ff. de minor.* Eodem dicendũ est in delegatione, in qua, sine dubio sit nouatio, licet expresse non agatur *l. delegare à* 1 *ff. de nouat. Ias.in l.singularia nu.*38.*ff.si cert. pet. gloss.in l.*3.*C.de nouat. Mascard. de probat. concl.*1112.*num.*21.*&* 23. Quia per delegationem debitor liberatur *Riccius part.* 1. *decis.*75.*Pereir.decis.*28. *& decis.* 126. *& decis* 104. si delegatus promisit, & se obligauit, quamuis ipse postea fieret non soluendo, *Angel in* §.*prætereà nu.*5. *Inst. quibus modis tollit.oblig.vbi allegat. Bart. idem tenentem in d.l.singularia nu.* 19. *probat Menoch.lib.*3.*præsumpt.*134.*n.*68 Nisi debitor delegans esset etiam obligatus ad interesse singulis annis, donec debiti solutio retardaretur. Nam delegato facto non soluendo creditor ad delegantem recurrere poterit, tam pro principali, quam pro interesse, quia acceptans delegationem debiti principalis absque vllo suo periculo, & sine innouatione prioris obligationis ad interesse, præsumitur noluisse debitorem liberare quousque integrè sibi satisfactum non sit, ita singulariter sanxit Senatus *in lite Georgij Roderici da Costa cum Monteiro Mór, Scriba Georgio Fernandes.*

Vel nisi delegans sciuisset delegatum de proximo decocturum, vel esse pauperem, & creditor ignorauit, *Gabriel in commun. tit.de nouat.concl.*1.*n.*29.*&* 30. Vel nisi delegans delegasset eum, qui sibi debitor non erat, aut qui aliqua exceptione esset tutus, nam tunc debitor principalis non liberatur per talem delegationẽ *l.si nomen* 4. *cum l.sequenti ff.de hæred.vel action.vẽd.* censuit Senatus *in lite Bernardi Gomes Barahona, cum Didaco Lopes Caminha, Scriba Dominico de Basto.*

Item exceptio incompetentiæ judicis executoris, an impediat executionem, dubium est? Nam in causa dominæ Elenæ cũ 47
matre ejus, sententiam executioni mandari absque vlla incompetentiæ, vel declinatoriæ fori exceptione, jussit Senatus *Scriba*

Scriba Didaco de Faria, & confirmatur ex alia Cabed. *decis. 210. lib. 1. facit tex. in l. penult. ff. de jurisdict. omn. jud.* Imo nec precatoria ad aduocandam executionem cōcessa à judice delegato ad illam causam adimpleta fuit *in lite Petri Gonçalues da Camara cum filio ejus, Scriba Michaele Rodrigues, Anno* 1611.

Cæterum declinatoria ratione loci, & domicilij admissa fuit *in causa Antonij Leite, Scriba Didaco Fernandes Cid.* nam executio in loco condemnati fieri debet *ex Arest. Cabed. 28. 1. part. dixi supra n. 8. & facit tex. in l. 4. §. reus ff. de re milit. Vala. tom. 1. cons. 51. num. 29. & 30. Cabed. 1. part. dec. 210. num. 1.*

48 Item exceptio Tertul. aduersus executionem in re à nemine possessa admittenda est *per l. fin. in fin. C. de edict. diui Hadr. tollēd. cap. veniēs 2. vbi Inn. extra de testib.* Sed si sit præsumptio calumniæ contra tertium sufficiet cautio de indemnitate, nec suspenditur executio, *juxta cap. suscitata, & ibi Abb. de in integr. restit.* Et quanuis res sit possessa ab alio non obstante contradictione tertij, fiet executio *per l. sticho ff. de rei vendicat. l. pen. ff. de pet. hæredit.* data tamen cautione *l. is à quo fundus & l. sequenti ff. de rei vend. Abb. consil. 82. col. 4. in fin. lib. 1. Mensing cent. 3. obserua. 73. num. 5. Gayl. lib. 1. pract. obseru. 70. num. 21. cum seqq.* Quæ cautio etiam cessat, si is, à quo satis petitur, offerat cognitionem incontinenti *l. si is à quo. 3. ff. vt in possess. legat.*

49 Item impedimenta meliorationum, & expensarum in re à se possessa, impedient executionem propter jus retentionis *ex reg. tex. in l. si in area in fin. ff. de condict. indeb.* quia non impugnant sententiā *l. Necenius §. si ff. de re jud. Bart. in l. in fundo n. 16. ff. de rei vendicat. Tiraq. lib. 2. retract. §. 7. glos. 1. n. 14.* Datur quidē propter illas jus retinendi. *l. non solū vbi Bart. ff. de rei vendic. facit Ordin. lib. 4. tit. 54. §. 1.* resoluit Valasc. *de jure emphyt. quæst. 25. nu. 22.* & tenet Anton. Gomes *var. 1. tom. cap. 12. nu. 40. vers. intellige. Menoch. recuper. 15. remed. num. 508.* Negusantius de pignor. *4. memb. 5. part. num. 10.* Limita primo in impensis factis colligendorum fructuum gratia, has enim colonus petere non potest *l. diuortio § fin ff solut. matrimonio, vbi Alex. n. 3. Bart. in l. impensæ n. 4. ff. de impens. in reb. l. prædia. §. pen. ff. de fund. instruct.* etiam si præter opinionem facientis locatio non duret vsque ad tempus in quo factæ fuerunt meliorationes *l. si quis domum 9. vers. idem quærit ibi nō recuperatarum ff. locati, Barbosa in d. l diuortio § fin.* Limita secundò in impensis pro tēpore conductionis dumtaxat duraturis, *Garcia de expens. cap. 14. n. 13. Gom. 2. tom. cap. 3. num. 2.* Limita tertiò, nisi impensæ essent adeo magnæ, vt cogatur actor rem relinquere propter earum magnitudinem *l. in fundo ff. de rei vend. l. 4. tit. 28. par. 3. l. sed an vltro § 1. versic. quid ff. de neg gest. fundat Tiraq. de retract. cōu. § 7. glos. 1. num. 5.* Limita quartò, vt si reus impendat 100. fundus autem melior ob id factus est 150. actor tantum centū reddere cogetur, idest tantùm quantum impensum est (non quanti res melior effecta est.) Et si è diuerso impensæ sunt centum melioratio autem fundi quinquaginta, ea tantum 50. reddet, idest, id solùm, quo res locupletior facta est, non quod impensum est *per tex. notab. in d. l. in fundo, in princ. jun. gl. verb. plus pretio, & ibi quoq; Bart. ff. rei vend. Castro cons. 270. col 3. lib. 2.* Qui valor æstimandus est respectu fructuum magis, quam rei ipsius, *vt per jura, & DD. quos refert Tiraq. sup. n. 9.* Limita quinto, vt pro expensis in vna re factis, nō possit alia retineri *glos. in l. plane verb. deducat. ff. de petit. hæred. Barb. in l. diuortio. §. final. 2 part. num. 51. vers. 2. ff. solut. matr. Tiraq. vbi sup. num. 11. Surdus cons. 183. nu. 21. lib. 2.* Limita sexto, vt tantum possessor rei possit retinere, non vero alius impedire executionem *vti colligitur ex mente Bart. in l. in fundo nu. 2. ff. de rei vendicat.* Nec enim impedimenta

tertij

tertij impediunt executionem, nisi super re à se possessa.

50 Item exceptio præscriptionis aduersus executionem admittitur, vt quia post triginta annos sententia non mandatur executioni *ex notab. doctrina Innocent. in cap. fin. de exception. & ibi Bal.* & est famosus tex. *in l. sicut. C. de præscriptione 30. annorũ* quem Bald. dicit non esse alibi quo ad hoc *Soares notab. 1. in l. post. rem. num. 3.*

51 Sic, & omnes aliæ exceptiones similis naturæ, & qualitatis opponi possunt aduersus executionem sententiæ, quæ illam non infringant, nec offendant, sed quæ illam modificant, & restringunt *l. si fidejussores 43. §. idem respondit. ff. de fidejussor. Bald. Alex. in l. ex diuerso. §. fin. num. 5. ff. solut. matrim. Ias. in l. inter eos num. 10. ff. de re jud. & idem Ias. in l. 1. n. 15. C. de jur. & fact. ignor. vbi Menes. nu. 36.* Quæ autem infringunt sententiam, admitti non debent, prout de jure communi, & regio receptum esse constat *ex traditis à Valasco de jure emphyteu. quæst. 25. & 23.* Quia etiamsi dicatur per errorem, vel ambitiose fuisse sententiam latam, publicè interest exequi propter rerum judicatarum auctoritatem *l. seruo inuito 65. §. cũ prætor. ff. ad Trebellianum.* Nec itẽ quæ jam fuerunt allegata recipi debét, *pro vt dixi lib. 3. cap. 3. num. 25.* Nec item exceptio suspitionis admittenda est, quanuis ipse judex executor asserat se esse suspectum, *prout decreuit Senatus in lite Petri Barbosa, Anno 1610. Scriba Ruy Castanho.*

Sed, & illud tentari potest quod tradit Cæpola pro cautela *cap.* 8. vt condemna-
52 tus injustè possit objicere de confessione partis vincentis, quod dixisset sententiam pro se latam esse injustam, & iniquam, quod tenuit Guido *Pap. tract. de præsũp. n. 84. Felin. in cap. quoniam contra. col. 12. vers. fallit ergo de probat. & ibi Dec. n. 30.* Quod quam verum sit explicat Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 61. nu. 4. Couarr. 5. part. de sponsal. cap. 4. §. 1. n. 1 Mascard. de probat. in proœm. quæstion. 10. num. 51. Alciat. in prælud. de præsumption. 2. part. numer. 4.*

§. 9. *De impedimentis, an, & quãdo cognoscat judex executor, an vero ea debeat remittere ad judicem, qui sententiam tulit?*

Licet omnes istas exceptiones impeditiuas indifferenter possit executor 53 remittere ad judices, qui sententiam tulerunt, vel de illis cognoscere, *juxta Ordin. lib. 3. tit. 87. §. 14.* tamẽ in hoc praxista magis obtinuit, vt si cognitio versatur circa res, in quibus executio facienda est, tunc de istis impedimentis executor cognoscendi facultatem habebit, *juxta l. à diuo Pio. §. in venditione & §. si super rebus cum §. sequenti ff. de re jud.* Aut versatur circa exceptiones, quæ respiciunt merita causæ principalis, & non potest cognoscere, nec eas discutere, sed remittere debet ad priorem judicem *l. pen. ff. de confess.* aut solum tangunt executionẽ, nec impugnant sententiam, vt si is, contra quem debet fieri executio, objiciat exceptionem incompetentiæ, vel fidejussori opponat exceptionem epistolæ diui Hadriani, vel compensationem, tales exceptiones executor audire, ac de ipsis cognoscere, pronuntiareque potest, aut vero ta- 54
les sunt exceptiones, quæ directè sententiam impugnent, vt exceptio nullitatis, falsorum instrumentorum, & similes, has audire quidem, & admittere executor potest, non tamen super eis pronuntiare, sed si intellexerit eas esse veras, vt quia nullitas euidenter appareat, tunc remittere eam debet ad priorem judicem *juxta cap. de cætero de re jud. l. si prætor. §. Marcellus ff. de judicijs,* sin eas falsas reperierit, ijs non attentis exequi potest sententiam primi Judicis per tex. *in l. satis C. ad l. Cornel. de fals. resoluit Minsing. centur. 3. obseru. 69. Gayl. lib. 1. pract. obser. 113. n. 8.* Similiter, etiam si judex deprecatus sit, eas remittere debet ad judicem deprecan- 55

tem *secundum Cabed.* qui ita asserit fuisse sæpius in Senatu decisum, *decis.*49. 1.*part.* Quanuis de jure communi judex deprecatus possit de objectis cognoscere, *secundum DD. in l. à diuo Pio ff. de re jud. Couar. in pract. cap.* 10. *num.*7. *Menoch. lib.*1. *quæst.*38. *n.* 3. *de arbitr.* Et aliquando ita receptum est apud nos, nam si impedimẽta sint hujusmodi, vt coram executore expediri rectè possint, illa non esse remittenda censuit Senatus *in lite Michaelis da Praça cum fratre ejus, Anno* 1611. *Scriba Dominico Nogueyra.*

§. 10. *De ijs, quæ ad instar sententiæ habent paratam executionem.*

54 IN primis pro censu, quem vulgò dicimus *foro*, executio fit captis pignoribus, non solùm contra ipsum debitorem, *juxta l. creditores* 8. *ff. de distract. pignor.* pro vt censuit Senatus *in lite Emanuel. Gomes da Costa cum Daniel da Rosa Scriba Christophoro Ribeiro, Año* 1608. sed & aduersus ejus hæredẽ executio fit, *vt in l.* 1. *C. si vnus ex pluribus hæredib. creditor, vel debitor, per quẽ ita tenet Soc. cõsil.* 75. *col. pen. lib.*1. Sed, & contra tertios illius rei possessores praxis admittit etiã pro præteritis pensionibus executiuè agi posse, *vt cõstat decretũ fuisse à Senatu in causa Ioãnis Carualho Monis, cõtra dominã Felippã Sedenha, Scriba Sebastiano Gonçalues de Lima, Año* 1609. Et probari id nõ dubito *in l. Imperatores. ff. de publican. & vectigal. secundum Tiraq. lib.* 1. *retract.* §. 6. *gl.* 1. *n.* 7. *Valascum de jure emphyt. quæst.* 17. *num.* 17. adeò, vt nec declinatoria fori ipsi se defendi nequeant, si in primæua scriptura fori priuilegio renunciatum sit, *vt decidit Senatus in lite Didaci Pinto incolæ de Borba, cũ Petro Rodrigues Bueno Scriba Dominico de Chaues, ex l. si quis in cõscribẽdo, & ibi cõmunis. C. de pactis,* vide *infra cap.* 22. *nu* 45. Imò, si census cõstitutus sit in pluribus rebus, & hæ ad varios possessores perueniant, qui neque contraxerunt, neque hæredes sunt, aduersus vnũ quenque in solidum agi posse ad exactionem redditus decursi. Nec aduersus omnes simul, aut contra quemlibet pro rata compellendum esse dominum census actionem exercere *tenet Couar. lib.* 3. *var. cap.* 7. *nu.* 7. *Rebufus in l. plebs* §. *pignus. ff. de verb. signif.* firmãs ita in Senatu Parisiẽsi judicatum fuisse, tenuit etiam Valascus *de jure emphyt. quæst.* 32. *nu.* 15. quicquid Cassan. *in consuetud. Burgund. rubric* 5. §. 2. *n.* 35. *Ruppellan. lib.* 1. *Forens. institut. c.* 10. *vide infra cap.* 22. *num.* 33. *versi.* 5. Nec si emphyteusis infructuosior, & sterilior reddatur, ob id pensio diminuenda est, *l. quicunq; C. de fund. patrim. lib.* 11 *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 27 *à num.* 3. *Molina Theolog. de just. & jur. tract* 2. *disput.* 454. quicquid Menoch. qui longè in alijs terminis consuluit *cons.* 855. decisum fuit à Senatu *in lite Antonij Ioannis contra Franciscum Gomesium, Scriba Francisco de Azeuedo.*

Sed hæc omnia intellige quando actor offert scripturam census, vel habet possessionem longi temporis triginta annorum per præstationem pensionis sibi factam ex aliquo fundo. Nam ex hoc præsumitur reum esse emphyteutam, etiamsi aliàs titulum non ostendat *gl. in l.* 2. *verb. repellere, vbi Ias.* dicit communem *nu.* 155. *C. de Iur. emphyt. Balb. de præscript.* 1. *p.* 3. *principal.* 10. *quæst. nu.* 35. Imo ad præsumẽdam emphyteusim sufficiet decenniũ *secundum Bald. in l.* 1. *n.* 15. *C. de fideicommiss. Paul. in l. indicta C. de rei vendicat. Alex. cons.* 113. *n. pen lib.* 4. *Dec. in cap. bene num.* 22. *de appell.* quorum opinio verior est. Neque obstant prædicta, quia procedunt vbi titulus allegatur contra patientem, nam si titulus allegetur contra facientem sufficiet decennium, siue agatur de magno præjudicio siue, de paruo *l. cum de in rem verso ff. de vsuris l. litibus C. de agricol. & censit. lib.* 11. tradit elegãter Butrio *in cap. peruenit. n.* 23. *de censibus.* Cõtrarium tamen videtur verius ex eo, quia emphy-

emphyteusis requirit pro substantia scripturam, vel etiam de forma probatoria, atque ideo non præsumitur titulus ex tempore, nisi scriptura ostendatur *cap. vnico de litis contestation. vbi Abb. n. 3. Felin. in princip. Ias. in l. sciendum num. 27. ff. solut. matrim.* Et possessor malæ fidei præsumitur, qui nunquam titulum habuerit, vnde nullo tempore poterit præscribere *cap. fin. de præscript.* & pro hac sententia facit etiam tex. *in l. si certis annis 28. C. de pactis.* vbi quanuis constet quem multis annis soluisse, nō ob id præsumitur obligatus ad soluendum in futurum. Pro concordia in praxi dicendū est quod ille qui fuerit in posse sione recipiendi pensiones à reo, tuendus erit in illa quasi possessione, donec ipse per impedimenta, & articulos liberū quoquo modo se esse ostenderit, quod fieri potest multis modis. Primò si reus excipiat præstationes non fuisse factas ratione tituli *de algum foro*, nam si simpliciter probetur præstationes factas fuisse, non poterit ex eis prædictus titulus ad iuuari, quia non sequitur necessariò eas fuisse factas ratione prædicti tituli, probatio autem debet de necessitate concludere *l. neq; natales C. de probat. l. non hoc C. vnde legitimi. ita eleganter Salicet in d. l. cū de in rem verso n. 6. & in d. l. si certis nu. 9. Felin. in cap. causam n. 7. de præscript. Crauet. cons. 226. num. 2. Mascard. de probat. conclus.* 1185. *nu.* 23. ex qua declaratione sequitur ex solis præstationibus non induci obligationem, neque tituli præsumptionem, cum oporteat aliquo modo constare de eo, cujus contemplatione videantur factæ præstationes, vt ex eis, titulus, de quo perfectè non constat, perficiatur, Neq; obstat tex. *in d. l. cum de in rem verso*, ibi enim ex diuturna præstatione non præsumitur contractus, neque substantia obligationis, neque enim ibi pars negabat contractum celebratum esse per seruum, vel per filium, sed tantum negabat in rem patris vel domini fuisse versum, illa igitur qualitas versionis in rem præsumitur ex diuturna præstatione, & ita intellexerunt eum tex. *ibi* Fulgos. *nu.* 6. & Ang. *in d. l. sciendum num.* 12. Vel. 2. & melius respondetur quod ille textus loquitur in stipulatione vsurarum, quæ accessoria est ad contractum principalem, & tanquam quædam qualitas ei inhæret. *l. eos C. de vsuris l. 4. C. depositi*, vnde ex ea inferri non potest ad contractum principalem præsumendum, cum facilius qualitas inducatur, quàm substantia *iuxta gl. in l. talis scriptura §. fin. glos. vlt. de legat.* 1. Nec etiam obstat tex. *in d. l. cū de in rem verso in 2. p.* Nam glos. Bart. & communis existimat decennalem vsurarum præstationem exigi in illa secunda parte, vt dos tanquam promissa peti possit, sicut requiritur in prima parte textus, cum qua illa secunda continuatur, quem intellectum asserit cōmunē *Salicet. ibi nu. vlt.* & defendit *Dec. in d. l. si certis annis n. final.* Quia respondetur ibi sufficere vnicam vsurarum solutionem, vt dos tamquam promissa peti possit, quia in dote est speciale, vt verba enuntiatiua dotis inducant plenam probationē, *vti probatur in l. 2. jun. glos. verb. ostenderis C. de dotis promiss. Bart. cōs.* 123 *n. 2. Rom singular.* 534. *Bald. Nouel. de dote 6. part. priuileg 78. Dec. cons. 35. num.* 2. & ita eum textum intellexit *Cart. Iun. in d. l. si certis annis num. 20. C. de pact.*

Item reus in hoc casu potest excipere quod soluit ignoranter, ac simpliciter, non adjecta causa, ob quam eam pensionem debuisset, atque ideo in futurum non erit obligatus *Bart. in d. l. cum de in rem vers. n. 9. & 14. ff. de vsuris*, loquens de rustico soluente omni anno vnum par caponum si quidem soluit simpliciter, tunc præsumitur donatio *glos. in l. solent. ff. de officio proconsulis*. Pro quo facit quia l tempus nō est modus inducendæ, neque tollendæ obligationis. *l. obligationū fere. § placet. ff. de action. & obligat.* Quod etiam ex eo adjuuari potest, quia prædicta res non reperitur registrata in libro communi, in quo alij censuarij, & emphyteutæ describuntur,

tur, ita arguendo describit Curt. Jun. *in cõs. 106. col. fin. & latius Craueta cons. 111 num. 4. & num. 130.*

Item potest excipere reus, quod soluit pensionem cum protestatione. Nam tunc nunquam obligatur in futurum *ita Mascard. concl.* 1377. *num.* 121. præsertim cum illa obligatio sit maximi præjudicij, *secundum Bart. in l.* 1. §. *fin. num.* 7. *ff. de aqua pluuia arcenda* quo casu non præsumitur titulus in futurum *Mascard. vbi sup. num.* 85. & *num.* 113. & contra patientem non inducitur tituli præsumptio ex diuturna possessione *l. nullo C. de rei vendicat.*

Vel quia ipse reus non soluit, sed colonus, aut aliquis alius, cujus solutio sibi præjudicare non potest, neque enim talis solutio possessionem actoris probat contra reum Bart. qui dicit mente tenendum *in l. qui vniuersos.* 30 §. *quod per colonum, & in l. quãuis* § 1 *ff. de acquir. possess. Tiraq. de jure constituti.* 3. *part. limit.* 1. *num.* 21. *Masc. conclus.* 1185. *num.* 14.

Vel quia ex tali re similis pensio nunquam solui consueuit, vt argum. *Ord. lib.* 2. *tit.* 27. §. 3. *ibi. nem das que os Reys costumão dar*, ita dici videtur. Nam vbi jus, vel consuetudo resistit, non inducitur titulus ex diuturna præstatione, *ita Masc. conclus.* 1377. *num.* 107.

Vel quia res fuit jam vendita vti libera sine laudemio, quia ex sola assertione venditoris reus est in bona fide, *vt tenet Guido Pap. quæst.* 24. *in fin.* motus auctoritate tex. *in l. bonæ fidei emptor. ff. de verb. signif. l. si ego* §. *idẽ Iulian. ff. de public. in rẽ act.*

Aduertes tamen in praxi quod quando in hoc casu objicias impedimenta, dicas cum protestatione, causam esse etiam agitandam super petitorio, quod judex non denegabit *argum. tex. in l. fundũ, & in l. fũdi in fin. ff. de exception. l. per minorum. ff. de judicijs. l.* 1. *in fin. ff. famil. erciscund.* in quibus si exceptio de proprietate parit exceptionem rei judicatæ in possessorio, dicitur præjudicialis, & prius pertractanda est. Aduertes etiam quod in hoc casu, quo quis se fundat ex titulo præsumpto, tenetur jurare, *vt tenet Anchar. in cap.* 1. *de regul. jur. in* 6. & *sequitur Felin. in cap. sicut. n.* 30. *de re jud.* plures relati per Tiraq. *in tit. de præscript. pag.* 93. Existimo tamẽ quod sufficeret juramentum præstari de credulitate, quia si de veritate teneretur jurare, cogeretur subire anceps perjurium.

Praxis etiam admittit aduersus depositarium judicij executiuè procedi *arg. tex. in Ord. lib.* 4. *tit.* 49. §. *fin.* Nec expectandi sunt nouem dies, vt perperam praxis abusiuè hucusq; admisit, nisi in casu dumtaxat, de quo in prædicta Ord. quando scilicet depositarius dicit se tradidisse judici. Nec alia vlla exceptio, *ou embargo de terceiro* admittitur. *l. pen. juncta auth. ibi posita. C. depositi.* At verò mortuo depositario aduersus ejus vxorem, & hæredes, non executiuè, sed via ordinaria agendũ esse censuit Senatus *in lite Vincentij Furtado, cũ hæredibus Emanuelis de Palacijs, Scriba Petro de Pina*, argumento tex. *in l. ad probationem* 21. *ibi, sed quem tenor scripturæ designat. C. de probat.*

Item juramentum decisorium habet paratam executionem, *in l. post rem. & ibi Bart. & Ang. ff. re jud. Soar. notab.* 1. *Cab. decis.* 34. *lib.* 1. & *probatur in l. actori. C. de jur. jurand.* Fallit, si minor sine tutoris auctoritate detulerit juramentum. *l.* 1. §. 1. *ff. quarum rerum actio non detur.* Secũdò fallit si filio familias delatum sit. *l.* 2. *ff. de exceptione juris jurand.*

Et licet ex instrumento agatur etiam sũmariè, & executiuè *lib.* 3. *tit.* 23. tamen multum differt hæc executio ab illa, quæ fit ex sententia, vel ex juramento litis decisorio, & ideo de illa separatim dicemus in capite sequenti. Nam conuento ex instrumento assignantur decem dies, conuento autem ex sententia, vel juramento nulla datur dilatio, *Ordin. lib.* 3. *tit.* 86. *in princ.* Item post sententiam, vel juramentum exceptiones non admittuntur, *l. peremptorias. C. sententia rescind. non poss.* tamen quando agitur executiuè ex instrumento

mento omnes exceptiones legitimæ admittuntur, & de illis cognoscitur, modo scilicet præscripto, *vt observat Soares in l. post rem jud. 12. limit. ff. de re jud pag. 625* Et hac ratione post sententiam, vel juramentum, non potest transigi, quia res est jam decisa. *l. & post rem. ff. de transaction.* Et tamen quando executio fit ex instrumento admittitur transactio, quia propter exceptiones res adhuc dubia videtur *Paul. in l. si causa cognita n. 4. & ibi Alex. n. 9. C. de transact.* Et hinc etiam est, quod in executione instrumenti admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ Gom. 2. *tom. c. 16. n. 3.* Ita vt, si opponatur intra decem dies ad executionem non potest procedi, quia prædicta exceptio ex sola propositione censetur probata *l. 2. cum gl. C. nõnumerat. pecun. Ord. lib 4. tit. 51. §. 2.* & tamen stante juramento decisorio, vel sententia opponi non potest, quia ex illis videtur constare de veritate numerationis, *Cremf. singul. 152. Curt. Iun. in l. 2. in fin. ff. de jure jurand.* Deniq; in ijsdem terminis executionis instrumenti opponi potest exceptio simulationis, *Ord. lib. 3. tit. 59. §. fin.* Quæ tamen opponi non potest stante juramento decisorio, nam allegando simulationem allegat se falso jurasse illud esse verum, vnde non est audiendus qui allegans propriam turpitudinem non auditur. *l. trãsactione 30. C. de transaction. & ita Imol. in c. cũ contingat n. 78. ad fin. de jur. jur. Ruyn. cons. 135. n. 3. lib. 1.*

§. 2. *De præferentia creditorum in executione rei pignoratæ.*

58 IUre Portugalliæ in praxi hæc regula certissima est, vt qui prior facit executionem, alijs omnibus, licet anterioribus creditoribus etiam habentibus prius sententiam, vel actionem realem, in illa re, super qua fuit facta pignoratio, sit præferendus, *Ordin. lib 3. tit. 91. in princip. & §. 1.* Quæ lex non ita alibi reperitur, præterquam in hoc Regno duntaxat, & sic omnes Doctores exteri, & leges juris communis, quæ de prælatione creditorum agunt, parum ad hanc praxim adaptari possunt. Sane prædicta lex ob bonum publicum lata fuit, ne aliàs confunderentur, & perturbarentur cõmercia, *vt consideravit in simili Afflict. decis. 190.* & ne dominia rerum essent in incerto, litesque maiores ob id excitarentur. Fundatur autem primò hæc lex Regni auctoritate tex. *in l. 2. & l. cũ rempub. & l. eos. C. qui potiores,* quãuis nõnulli hæc jura accipiuntur, & intelligunt quando cum debito fuit hypotheca bonorum, vt ex illis satis apertè colligitur, sed facit etiam tex. *in l. si pignus & l. si & jure. 10. ff. qui potiores in pignor.*

Secundo fundari potest ex eo, quia illud jus possessionis pignoris, quam quis prius appræhendit per manus injectionem *juxta l. non est mirum, vers. sciendum ff. de pignor. action.* alteri acquiri non potest, nec in alium transferri *l. id quod nostrum 11. ff. de reg. jur. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, ibi,* vel possessionem *ff. cõmodat.* Cui rationi conuenienter etiam cohærent alia pleraque juris exempla vbique dispersa *in l. fin.* ibi, & *ex ejus parte auellere. C. depositi. l. si debitor, ibi, possidentis melior est conditio. ff. de pignor. l. quoties C. de rei vendicat. cap. quod autem cap. pastoralis de jure patro. cap. si à sede de præb. in 6.* in quibus juribus ratione præoccupationis possessionis vnusquisque præcedit, & alijs præfertur, sunt, & alia in hanc rem plura adducta à Tiraquel. *de jur. primogen. quæstion. 17. opinion. 11. & 12.*

Tertio fundatur lex nostra auctoritate Bart. *in l. cum vnus in princ. col. vlt. ff. de bon. auct. jud. possid.* vbi expresse tenet, quod ille, qui prius in pignore ex causa judicati præveniat, potior est, & alijs præfertur, quanuis ab eo (vt solet) discesserit Bald. fragili fundamẽto, & ibi etiã Salicet ejus simia in *l. fin. C. de bon. aucto. jud. possid.* Et inde fit, vt siquis prius petat executionem, licet posteriùs habeat sententiam, alijs

alijs creditoribus præferetur, vti probatur in hoc §. 1. ibi, *posto que, & tenuit gloſ. cõmuniter recepta in l. inter eos verbo, occupantis, in fine, & ibi Alexa. ff. de re jud.* Nec enim attenditur, ſi quis habuit prius ſententiam, *vt in l. in judicati ff. eodem.*

LIMITA primo, ſi vnus creditor rem habuit in pignore penes ſe ex conuentione partis, nam licet alius creditor poſtea habuerit ſententiam, & fecerit prius executionem in illa re, non auditur ad perſequẽdam rem, niſi oblato ei pretio ſibi debito. *l. 1. 2. & 3. C. ſi antiquior creditor pignus vendid.* Et ratio eſt, quia illi creditori ex pignore conuentionali non eſt neceſſe facere executionem, & aliam pignorationem, cum ipſe poſsideat, ſed tantum ei addici *l. ſerui nomine in fin. ff. de vſucap. gl. in l. ſciendum §. 1. verb. poſſeſs. ff. qui ſatisdar. cog.* Sufficit, vt præueniat in poſſeſſione pignoris, vt alij præferatur. *l. ſi debitor. 10. ff. de pign* facit etiam tex. *in l. 2. & l. diuerſis C. qui potiores l. creditor. 12. ff. eodem.* vbi præfertur ſemper, qui prius rem habuit in pignore conuentionali, quæ jura non cenſentur immutata de jure Regio, & ita cenſeo quicquid aliud Senatui viſum fuit leuioribus, quam vt refutanda ſint, argumentis, *in lite Ignatij da Cunha cũ Monaſterio Sãctæ Claræ Collimbrĩeſis, Anno 1612. Scriba Franciſco de Azeuedo,* nam poſtea idem Senatus ita verum eſſe agnouit. Et idẽ dico in pignore prætorio. Quando creditor fuit miſſus in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ, nam iſte præferetur, *vt in l. ſi poſtquàm C. vt in poßeſsionem legat.*

59 LIMITA ſecundò prædictam regulam non procedere, ſi creditor antiquior erat abſens à loco, vbi lis fuit agitata, nec habuit rationem, aut cauſam ſciendi, quando creditor ſecundus debitorem conuenerat pro ſuo debito, quia tunc ſi debitoris non ſuperſint alia bona, ille erit præferendus ſecundo creditori in illa re, ſuper qua executio fit, *ita probat Ordin. vbi ſup.* Cæterũ, ſi alia bona ſuperſint debitori, vel ejus fidejuſſori, nõ erit antiquior præferendus in illa re, quia bona fidejuſſoris debitori aggregantur ſimul, vt cenſeatur vnum patrimonium. *l. ſi plures §. præterea 02. Iunctagl verb. aggregandæ. ff. de fidejuſſor. Bald. in l. mulier. in fin. 1. lectur. C. de jure dot. Alex. in l. ſi conſtante col. 2. n. 3. ff. ſolut. matrim. Hippol. ſingul. 3. & in rubr de fidejuſſor. n. 197. Dec. in l. nemo dubitat n. 1 ff. de reg. jur.* Vnde ad euitandam iſtam limitationem notabilis eſt cautela, quæ deducitur ex Regia Ord. *lib. 5. tit. 6.* Quem etiam poſuerunt alij auctores de jure communi *in l. ſi eo tempore per tex. ibi. C. de remiſsione pignor.*

LIMITA tertio, quando creditor antiquior, qui præſens erat liti motæ, proteſtatus fuit coram judice ſe eſſe præferendum, *vt in prædict. Ord.* & probat optimè tex. *in l ſi debitor. 4. §. 1.* ibi niſi ſalua. 60
ff. quibus mod. pign. vel hypotheca ſolu. Quæ tamen proteſtatio fieri debet præſente parte, quia in actibus dependentibus à duorũ voluntate, proteſtatio abſente parte, (de cujus præjuditio agitur) nõ valet *l. cum in plures §. locator. horrei. ff. locati,* quã ita intellexit Bart. *in l. non ſolũ §. morte. n. 21 ff. nou. oper. nunciat.* vbi Crotus *n. 85.* teſtatur communem, *& Curt. jun. in l. pacta nouiſsima C. de pact.* Eo autem præſente, valet proteſtatio, licet ille expreſſe non conſentiet, vti, tanquam receptum reſoluit Alciat. *in l. deteſtatio. n. 48. ff. de verb. ſign.* Rubeus *in d. §. morte. n. 259. Iaſ. in §. fuerat. n. 106. de action.* & ex profeſſo defendit Cur. Jun. *vbi ſup. n. vlt.* quicquid alij plures velint, quos refert Felin. *in cap. cum M. Ferrarienſis. num. 34. de cõſtit. & ibi Dec. num. 23.*

LIMITA quartò, in fructibus fundi, vel domus locatæ, in quibus, & ſi aliquis 61
debitor antiquior fecerit prius pignorationem, præferetur tamen nihilominus dñs, fũdi propter tacitam hypothecã pro mercede, *prout dixi in lib. 4. c. 4. n. 9.* & deciſum fuit à Senatu *in lite Dñi Ioan. Ludouici, Scriba Bartholomeo Mouro. Anno 1613.*

1613. Et idem dico in bonis inuectis, & illatis in fundum conductum, quæ domino fundi pro pensione censentur obligata, nam in illis etiam præferetur dominus fundi ex prædicta obligatione contra quemlibet tertium possessorem, *vt in l.* 1. *in princip. ff. de Saluian. interdict.* & voluit gloss. *in l.* 1. *C. eodem Mascard. de probat. concl.* 210. *num.* 13.

62 LIMITA quintò in specie tex. *in l. verum* 64. *§. si cum tres ff. pro socio*, vbi non præcedit is, qui prius partem suam fuit consecutus à socio, sed debet restitui, vt alterius tertij socij portio exæquetur, cum quo concordat. *l.* 15. *tit.* 10. *p.* 5. *vbi Greg.* verbo *tornado*, asserit speciale esse propter societatem.

63 LIMITA sextò prædictam regulam non procedere, si creditor habuit prius sententiam per confessionem partis, nã tunc si virtute prædictæ sententiæ exequitur, non habebit prælationem, *vti decisum vidi in causa Emanuelis Nunes de Villauiçosa, cũ Emanuele Rangel, Año* 1607. *Scriba Martino Afonso de Auis*, ubi etiam alia sententia fuit adjuncta in eodẽ casu inter Felippam Botelha, cũ Antonio Pinto Ribeiro, & idem etiam decretum fuit *in lite hæredũ Britiz Aluares, cũ Garcia Correa Scriba Michaele Rodriguez Anno* 1604. Qui omnes Senatores moti sunt præcipuè ex eo, quia sententia de præcepto non est sentẽtia, sed tertia species vltra diffinitiuã, & interlocutoriam, *vt per Angel. in l. sancimus C. de admin. tut. Fel. in rubr. n.* 5. *ad med. de re jud.* Nã sentẽtia de præcepto nõ habet sigillũ, & sic non transit per chancellariam, ergo sententiæ nomẽ non meretur, cum sigillũ sit substantiale, *vt per Afflict. decis.* 253. *n.* 2. Deinde quia sẽtẽtia de præcepto non fuit lata durãte processu, vt lex Regia requirit, ibi (*Nẽ o contrariou perãte o Iuiz em quanto o feito durou*) non potuit ergo processus, & sententia impediri, cum processus non durauerit, planè verbũ *durou* requirit perseuerantiam, & existentiam, atque ideò prædicta verba contradictorio judicio conueniunt, *juxta tradita à Bar. in l.* 1. *n.* 3. *de confessis.* Pro qua decisione induci etiam potest tex. *in l.* 1. 64 *§. vtrũ vers. quid si in lite vinci maluit. ff. si quid in fraud. patron.* vbi sententia non præjudicat patrono, in qua libertus in jure fuit cõfessus, nec litem fuit prosecutus. Facit etiam tex. *in l.* 3. *ff. quæ in fraud. credit.* vbi gestum fraudationis causa, intelligitur si reus ad judicium non affuerit, vel litẽ moueri patiatur. Juuat item quod firmat Rebuf. 1. *tom. ad ll. Galliæ tit. de chyrograph. in præfat. n.* 81. Quod recognitio schædulæ in discutione bonorũ nõ præjudicat creditoribus, alioquin esset in potestate debitoris præjudicare tertio, quod nõ est dicendũ *per l. rem alienam. ff. de cõtrah. empt.* & per hoc daretur materia calũniandi *contra l. conuenire ff. de pact. dotal.* Conducit etiam, quod tradit Tiraq. *de retract. tit.* 2. *§.* 1. *glos.* 7. *num.* 41. vbi asserit scripturam privatam per confessionẽ partis non habere prælationem. Et quod etiã docet Pelaes *de maior.* 4. *part. quæst.* 14. *n.* 6. vbi ait, quod sententia lata per confessionem partis nõ præjudicat successori in maioratu, quod antea tenuit Pinel. *in l* 1. 3. *part. num.* 50. *limit.* 9. *de bon. mater.* Et prædicta confirmantur, quia dos confessata à marito, non habet jus prælationis, *vt per glos. in l. assiduis verb. datæ C. qui potiores in pignor.* quam dicunt receptam plures, quos refert Barbosa *in l.* 16. *part. n.* 25. *ad fin. solut. matrimonio. Valasc. consil.* 6. *numer.* 12. & alij allegati per Mascard. *conclus.* 566. *numer.* 1. *Gutierres de jurament. confirmat.* 1. *part. capitul.* 15. *numer.* 1.

LIMITA septimò, quando prior sententia fuerit lata à judice incompetenti. Nam pignoratio, quanuis etiam prior ejus virtute facta, nulla erit, nec alijs creditoribus nocebit, *dixi sup. cap.* 4. *vers. cæterum*, & satis probatur in Ordinat. *lib.* 3. *tit.* 91. *in princip. ibi, perante o Iuiz, a que o conhecimento pertencer.*

LIMITA octauò, quandò debitor soluit 65

soluit per gratificationem secundo creditori, qui tunc videtur dolum cõmittere, & participare cum eodem, *vt resoluit Angel. in l. pupillus n.3.ff. quæ in fraud. cred. per l. summa cum ratione ff. de pecul. optimè Bald.cons.400.lib.5.n.8.vers.3.* Vnde in hoc casu rectè procedet gl. *in l. pecuniam C.de priuilegio fisci,* dum asserit priorem creditorem agere posse ad pecuniam posteriori creditori à debitore solutam, quam sequuntur plures, quos refert Cou. *pract. quæst.c.29.n.1.Barb.in l.1.6.p. ff. sol.mat.* & dicit cõmuniter receptã *Afflict. decis.* 190 Eam tamẽ improbat Fulgos. *in d. l.pecuniã, & in l.ex facto.ff.de pecul. Cuman. in d.l.pupillus col.2.ff.quæ in fraud.credit.* argu.tex.*in l.si nõ expedierit §.1.ff. de bon. auct. jud. poss.* Concordari tamen possunt prædictæ opiniones, vt prima procedat, si prior creditor fuit impeditus, vel absens, *juxta Ord.de qua supra, ibi posto que o dito preço,* & in *§.1. in fine eodem tit.*

66 LIMITA nonò, non procedere prædictam regulam contra dotem, & ratio est, quia cum dos semper priuilegiata sit, inde inferri videtur legem istam loquentem generaliter non habere locum in causa dotis, quia lex generalis non comprehendit illos, qui eo casu sunt priuilegiati. *l. vnica. § si quæ vero C. de Iustin. Codice cõfirm. l. 3. C.de silentiarijs lib.12. & ibi notat gl.1. & gl.in c.vnico.verb. cõsuetudine extra de Capellis monach.lib.6. late Felin. in c.1.n. 10. de rescript.* & in specie quod lex generalis non cõprehendat dotem videtur probari *in l. fin.C.de jure dot.* junctis ibi dictis per Salicet. *in 4. notab.& in l.si dotare 12. C.de Vellean.* inducendo vt per Neguzan. *de pignor. 1. membr.8.part.num.25. qui ex num.23* latissimè hanc sententiam, vti veram, & communem defendit. Contrarium tamen imò quod legis generalis determinatio comprehendat etiam casus priuilegiatos, probat tex. *l. in fraudem. 16. §. fin. ff. de milit.testam.& ibi Bal.* & cum pluribus resoluit, vti veriorem Barbosa *in l.1. 1.part.nu. 14.* vbi respondet ad contraria. *ff. solut.matrim.* & in eodem casu dotis, circa aliud statutum Franciæ, idem tuetur Tiraq. *de retract. linag.§.1.glos.14.nu.96* vbi ad id plura legum exempla, rationes, & auctoritates adducit, & ad contraria etiam respondet *ex n* 103. Sed nihilominus in proposito nostræ consuetudinis dotem esse præferendam viris doctis magis placuit, *vt colligi potest ex sentẽtia Barb. vbi sup.6.p.n.24.versic. & ideò* Præcipuè, si agatur de restituenda dote à marito, non verò procederet prædicta sentẽtia in dote à debitore promissa, *argum. l.vnic. §. & vt plenius de rei vxor.act. l assiduis.C.qui potiores.* Nec enim habet eadem priuilegia ex Barbos. *vbi sup.in 4.part.* Atque ita creditor, qui prius fecit pignorationem in bonis debitoris, præferetur doti ab eodem debitore promissæ, *vti censuit Senatus* ex eo, quia præsumitur, quod debitor promisit illam dotem jam in fraudem creditorum, *in lite Ant. Dias de Lisboa, cum Didaco de Castro. Scriba Belchior d'Azeuedo, Año* 1615. Facit tex. notab. *in l. mulier. 73. in fine ff. de jure dotiũ.* Nec item præfertur mulier durante matrimonio pro dote in re cõmuni cum marito, eo non vergente ad inopiã, sic in fortioribus terminis judicauit etiam Senatus *in lite Dominæ Ioannæ de Almada, contra Ludouicũ Pinto, Scriba Iorge de Mendanha.*

LIMITA decimo, prædictam regulam non procedere in vendicationibus *l. si ventri §.in bonis ff. de priuileg. cred. ex Bald.& alijs citatis per Barb.in l. si constãte in princ.n.63.juxta fin.ff.solut.matr. & in l.1.6 part. nu.6.& in l.si cum dotum §. fin.num.2.& 3.ff. eodem.* licet aliàs in actionibus realibus planè procedat, *vt dixi sup.nu.58.* Et ideo in re illa vendita habita fide de pretio, & tradita emptori, si ejus creditor, licet antiquior, pignorationem fecerit, illa pignoratio non nocebit, quin venditor posit rem vendicare, *ex Ordin. lib.4. titul. 5. §. 2.* & sic alijs præferetur, quicquid Gomes *2.tom. cap.2.n.30. vers. item infertur. Parlad. quotid. quæstio* 67

cap.

cap.8.nu.3 Ex quo cessat cautella Bald. *in rubr. C. de cōtrah.empt.quæst.*13. Scilicet, quod venditor reseruet sibi dominiū, donec pretiū sibi integraliter soluatur, quia tunc non præferetur hypothecarius, & sequitur Greg. *in l.28 glos.1.tit.13.p.5.* Nam adhuc sine prædicta cautione præferetur venditor pro re sua vindicanda, *vt dixi, adde l.procuratoris §.plane. vers. sed si dedi. ff. de tributor. & l.filius, & l.cum fundū §.seruū suū ff.si cert.petat. & text. in auth. si quid tamen C.qui prior. in pign.*

LIMITA vndecimò, vt similiter prædicta regula non procedat contra deponentem, iste enim præferetur in re deposita omnibus creditoribus *l.si hominem §. quoties ff. depositi l. si ventri. § in bonis ff. de priuileg.credit.l.12.tit.14.p.5. vbi Gregor.* intelligit quando res deposita extat, & est communis Doctorum sententia *in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. & in l.1 vbi Bald. C. de bon. auct. jud. poss.* adde etiā textū *in auth. si quid tamen. C. qui potior*, & quod dixi *sup.n.57. vers. nec aliqua.*

LIMITA duodecimò, si prior pignoratio non fuit ritè facta, nec in forma juris, vt quia non fuerit ventum in possessionem jussu judicis *l. non est mirum §. 1. ff. de pignor. act.* aut quia illa fieret ex sententia, à qua erat appellatum, *vti judicatum extat à Senatu*, aut, quia pars condēnata, & ejus vxor non fuerit citata ex sententia ad pignorandum, *juxta Ord. lib.3. tit.86.§ 27. & dixi infra num.82. vers. 1.* Nam tunc posterior pignoratio, quæ legitimè facta fuerit cum rei traditione, & possesione, seruanda erit *argum. tex. in l. quoties C. de rei vendicat.* Contrarium tamen censuit Senatus *in lite do Chantre Varejão cū Hectore Mendes de Britto, Año 1612. Scriba Dominico de Chaues*, ex eo potissimum, quia secunda pignoratio fuit nulla, vtpote facta super re litigiosa.

68 LIMITA decimo tertiò prædictam regulam non procedere contra creditorem, qui minor sit, nam licet ille posterior pignorationem, & executionem fecerit, præferendus erit alijs creditoribus, qui prius executionem fecerunt, & ratio est, quia si prioritas dat prælationem aduersus minorem, ille contra assertam negligentiam sibi damnosam restitui debet, *vt latè probat Bald. in l. si curatorem verb. læsis n.2. cū seqq C de in integ. restit. minor.* Maximè, quia vt ex prædicta Ordinatione patet, quando creditor anterior, vel priuilegiatus fuit impeditus, aut fuit protestatus, semper ille præferendus est, planè nullum impedimentum maius considerari potest, quam minor ætas, ex imbecillitate intellectus, & ita decisum fuit *Anno 1608 in causa Francisci Dias Mendes cū Didaco de Castro del Rio, Scriba Marco do Quintal*, vbi ex persona filij impuberis patri restitutio, quo ad prælationem concessa fuit.

In contrarium tamen facit, quia prædicta lex Regia, cum generaliter loquatur 69 comprehendit etiam minores, *vt probatur in l. si sine hærede. § Lutius ff. admin. tut. & in c. cōstitutus de in integ. restit. Bart. in l. 2. C. de fund. patrim. lib.10. Tiraq. de præscript. gl.9. Mauritius de restitutione in integ. cap.93.* Et confirmatur, quia licet lex, quæ loquitur de minoribus, sit magis specialis quo ad personas, & generalis quo ad causas, tamen cum ista noua constitutio sit è contra magis specialis quo ad causas, & generalis quo ad personas, illa restringitur per istam; nam cum lex antiqua de minoribus, & constitutio ista jus singulare, & speciale contineant propter aliquam vtilitatem. *l. jus singulare ff. de legibus.* Illud speciale conseruari debet in quo euidentior, & maior vtilitas reperitur, ista enim est benignior interpretatio *l. benignius ff. de legibus*, & quia causa magis priuilegiata præfertur. *l.1. C. de priuileg. dotis l. priuilegia. ff. de priuilegi. creditorum.* Vnde in proposito, cum specialitas hujus constitutionis sit propter vtilitatem vrgentissimam, *vt supra vidisti*, dico hanc legem derogare illam, quæ in priuilegium personale minorū est introducta, *ita Bar. in ex-*

in extrauag. ad reprimendum verb. non obstantibus col. 2.

Secundo facit, quia contra diem legis Commissoriæ pupillus non restituitur, *l. Aemelius* 39. *ff. de minoribus* 1. *part.* nec cõtra tẽpus redimendi pignus *l.* 2. *C. si aduersus venditionem pignor.* nec contra tẽpus excipiendi de non numerata pecun. *l. si intra versi. fin. C. de non nu. pecun.* nec contra tempus petendi inuestituram *cap.* 1. *§. præterea si quis de prohibit. feud. alien. per Feder.* nec contra tempus conficiendi inuentarium, *glos. in l. auxilium verb. cessabit. ff. de minoribus*, nec contra tempus finiendæ instantiæ. *l. properandum. § fin. C. de judit.* Vnde similiter nec contra tempus prioritatis minor restitui debet, prout in tempore ad retractum concesso resoluit Tiraq. *de retract. linag. §.* 35. *gl.* 2. 3. & 4. vbi plura in idem adducit.

Quibus non obstantibus, à priori sẽtentia non est discedendum, nam quanuis
70 currat præscriptio contra minorẽ ex generalitate Regiæ constitutionis, tamen ei denegari non debet restitutio, nec enim censetur sublata per verba quantumcunque generalia apposita in legibus *Ias. in l. si infãti in fin. C. de jure delib. Rol. à Valle. cons.* 68. *n.* 28. *vol.* 3. nisi in casibus expressim à lege exceptis, *de quibus supra*, Et ita in simili judicauit Senatus Castellæ in cõcessione restitutionis minoris post lapsum sex mensium ad petendam possessionem maioratus in consilio Regio, *ex l.* 45. *Tauri in lite Marchionis de Villamãrique, & Ducis de Bejar, Año* 1613. *Scriba Hieron. de Leõ*, licet in hoc casu dubius existeret Molina *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 60. *de primogen.*

LIMITA decimo quartò prædictam
71 Ordinationem non procedere contra Regẽ, & causam fiscalem, nam licet priuatus habeat sententiam, & faciat prius pignorationẽ, non erit præferendus, ita Senatus censuit *in lite hæredũ Ferdinandi de Morales cum Ioanne Baptista Reuelasco, & Procuratore Regio, Año* 1612. *Scriba Lud Velloso*, tradidit vnico verbo, *Barb. in l.* 1. 6. *p. n.* 24. *versi. & ideo ff. solut. matr.* & *Ægidiũ in l. & hoc jure p.* 2. *c.* 1. *n.* 22. *& sequẽti.* Cõtrariũ tamen, vt quia executio facta à priuato, & obligatio fuerit antiquior, illũ præterri fisco, melius judicauit eodẽ tẽpore Senatus *in lite domini Antonij de Atayde, Scriba Dominico de Pina ex tex. in l. si fundum, vbi gl. C. qui potior. l. si pignus.* 8. *ff. eodem*, Gregor. qui plures quæstiones annectit *in l.* 27. *tit.* 13. *p.* 5. Nam etiam fiscus non præfertur anteriori creditori in hypotheca, *vt in d. l. si pignus & in l. fin. vbi Bart. ff. qui potior.* nec enim jus priuati læditur per obligationem fisco postea factam *l.* 3. *C. de remiss. pignor.* nisi fiscus sit creditor in debito primipili *l. satis notum. C. in quibus caus. pign. l. pen. C. de primipilo. lib.* 12. *Capicius decis.* 129. vbi dicit intelligi primipilũ, idest generalem thesaurariũ principis *Gratian. tom.* 4. *cap.* 733. *à num.* 1. Vel nisi in bonis quæsitis post obligationem contractam cum fisco, *l. si is qui ff. de jure fisci, vbi gl. & Bart. Rebuf.* 2. *tom. ad ll. Galliæ tit. de constit. redditnũ glos.* 8. *num.* 39. Nam fiscus non est priuilegiatus, nisi quatenus expressim reperitur *gl. in l. item veniunt. § in priuatorũ. verb. publica ff. de petit. hæred. Fulgos. consil.* 127. *column.* 2.

LIMITA decimo quintò prædictam regulam non procedere contra creditorem ex antiquiori hypotheca, si alia bona 72
debitoris non supersint, vt in hac nostra lege, ibi, *& o deuedor não tiuer outros bẽs.* Nam tunc etiam facta venditione, & addictione, creditor antiquior auocabit pecuniam, vt ibi, *posto que o dito preço*, & decisum ita fuit à Senatu *in lite Petri Coelho cum Isabel Duarte, Anno* 1616. *Scriba residuorũ Francisco Pereira.* Cui tamen sententiæ multum vrget tex. *in d. lege Regia*, si bene expendatur, quatenus ibi non simpliciter excipit tantùm casum, quod alia 73
bona debitoris non extent, sed copulatiuè requirit, vt scilicet creditor antiquior sit protestatus, & simul alia bona debitoris non superfuerint *argument. tex. in l. si*

hæredi

hæredi plures ff. de cond. instit. aliàs frustra l x diceret, quod qui prius fecisse executionem præferetur, etiam habenti actionem realem, *vt in hac l.* 1. §. 1. Nam actio hypothecæ, actio realis est, & in rem scripta §. *item Seruiana Instit. de act.*

74 LIMITA decimo sexto, si eodem tempore concurrerent in petenda executione habentes plures sententias super diuersis debitis non priuilegiatis, vel pariter priuilegiatis, licèt diuersis temporibus latas, omnes concurrent in bonis debitoris, quando bona non essent omnibus soluendo, & pro rata cujuscunque debiti bona diuidentur inter eos *l. priuilegia. ff. de priuileg. cred. Gregor. in l.* 11. *tit.* 14. *part.* 5. *glos.* 4.

LIMITA decimo septimò, si debitor 75 habuit plures negotiationes diuersas, Pannorum vnam, aliá Piperis, vel alterius negotiationis, tunc in hoc casu non erit melior conditio præocupantis, sed ille præferetur circa illam rem negotiationis, cujus occasione ille contraxit, quia non omnes creditores venient communiter ad omnia, sed quilibet ad suam negotiationem *tex. est notab. in l. procuratoris* 5. §. *si plures vers. sed, & si duas tabernas ff. de tribut.* vbi hoc declarat Paul. de Castro, & Greg. *vbi sup. glos.* 4. *vers. & nota.* vbi dicit hoc esse mente tenendum.

LIMITA decimo octauò, si res illa in qua creditor priùs fecit executionem 76 fuerit ab alio refecta ex ejus pecunia, nam pro illa iste secundus præferetur, quia totam rem saluam fecit *l. interdum ff. qui potior. l.* 28 *tit.* 13 *part.* 5. *Negusan. de pign.* 2. *membr.* 5. *part. n.* 15. & similiter, quãdo res pignorata fuit empta ex pecunia alterius creditoris *l. licet. C. qui potior. l.* 30. *tit.* 13. *part.* 5.

LIMITA decimo nonò, si creditor 77 fecit pignorationem in re peculij pro debito filij fam. præferetur enim pater. *l. ex facto ibi, nullum priuileg. præponi patri. ff. de peculio glos. in l.* 5. §. *mercis, verb. jure pig. ff. tribut. act.* Et ratio est, quia peculiũ non est filij, sed patris, & administratio sola filij est, dominium vero patris, *vt dixi in l. cum oportet. C. de bonis quæ lib.*

LIMITA vigesimo in impensa funeris, quia illa præfertur omni æri alieno *l. fin.* §. *in computatione C. de jur. deliber. l. at si quis* §. *ff. de religios. & sumpt. fune.* Idq; propter publicam vtilitatem, vsu, & praxi receptum, & judicatum esse constat, *vt per Franch. decis.* 51. *& Surd. decis.* 255. *Mastrillo decis.* 10. *Siciliæ. Valasc. de partit. c.* 19. *à n.* 39. *Garc. de expensis c.* 8. *n.* 23. *Pereira decis.* 39. *n.* 425. *excepta causa.* 78

LIMITA vigesimo primo in legatarijs, qui si fecerint prius executionem in rebus testatoris, & ejus bona nõ sufficiant, creditor præferri debet quocunq; tempore, imò pecuniam eis solutam auocare poterit *l. fin.* §. *& si præfatam vers. sin vero creditores, ibi, vel indebiti cõdictione vti, C. de jur. deliber. l* 7. *tit.* 6. *part.* 6. *vers. pero dezimos.* Et ratio est, quia legata non debētur, nisi ex bonis defuncti, quæ non dicuntur, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum* §. *bona ff. de verb. signific.* 79

§. 12. *De subhastatione facienda.*

IN subhastatione ramus licitatori à præcone traditur loco hastæ, quæ olim de jure antiquo dabatur in signum venditionis factæ, nec enim per hujusmodi rami traditionem dominium aut possessio transferebatur, *vt per Hostiens. tit. de caus. possess. vers. sed quid. Guido decis.* 22. *Val. consult.* 37. *n.* 5 Quod si pignora capta emptorem non inueniant, poterit tunc creditor licitare, & emere ab executore, vt quilibet alius *l.* 2. *C. si in causa judicat. pignus.* facta tamen prius, ex licentia judicis, subhastatione in illius licitatione, *ex Ordin. lib.* 3. *titul.* 86. §. 30. quæ praxis melior est, quam quæ alibi de jure communi practicari solet *per l. à diuo Pio* §. *si pignora ff. de re jud.* Vel poterit creditor instare, vt condemnatus det emptorem, alias carceri detrudatur, sed nec tunc carcerari jubet 80

Senatus

Senatus eum, qui bona habet, licet pignora emptorem non inueniant *in lite Emanuelis Iorge cum Procuratore da Camera de Cabo verde, Scriba Felicio Rodrigues, Año* 1608. & tenuit Rebuf. *de liter. oblig. art.* 12 *gl. vnic. n.* 9. & judicatum fuit Neapoli *decis.* 358. fundat eleganter Purpuratus *in l.* 2. *§. mutui datio. nu.* 114. *ff. si cert. petat. vide sup. nu.* 15. *Febum tom.* 1. *Arest.* 25. *ibi de claui. & Ordin. lib.* 2. *tit.* 53. *§.* 3. Sed, an tunc creditor compellatur adhuc emere justo pretio à publicis officialibus taxato? Videtur quod sic *argumento tex. notab. in l. alienus ff. ad l. falcid.* vbi si quis damnauerit hæredem emere, etiam censetur dãnatus justo pretio emere. Sed id quod dixi, vt creditor teneatur sibi in licitatione emere, quando bona pignoris emptorem non inueniunt, fallit, si debitor fidejussorem haberet, sanxit Senatus *in grauamine Dominici de Payua, Scriba Francisco de Azeuedo.*

§. 13. De impedimentis aduersus subhastationem.

81 SUbhastatio potest annullari, si nõ sint seruatæ solemnitates præconiorum, quæ de communi stylo necessariæ sunt, *vt per glos. in l. fin. tit.* 27. *part.* 3. *verb. Veynte Dias, Iodoch. de subhastatione. cap.* 2. *n.* 3. *&* 6. *Rebuf. ad ll. Galliæ, rubr. de præconys n.* 14. *col.* 2. Idque propter nullã fidẽ, quæ eo ipso præsumitur, quando non est seruatus ordo, & solemnitas subhastationis, *vt tradit Accurs. & ibi Bart. & Platea in l.* 3. *C. de fide instrum. Ias. in §. item si quis in fraudem n.* 45. *Instituta de action. Boer. decisio* 1. *n.* 34. *Menoch. de recup. posses. remed.* 15. *num.* 179. *vers. est enim certum.* Et ista præsumpta mala fides præsumitur ab ipsa lege, absque vllis alijs probationibus in medium deducendis, *secundum Bart. in l. quod Nerua. num.* 14. *ff. depositi. Alex. consil.* 103. *num.* 13. *lib.* 1.

82 Item vitiabitur subhastatio rei immobilis casu, quo victus dederit præconia pro datis per subscriptionem à se factam in actis processus, si in eis non apparuerit etiam vxoris consensus, quia agitur de venditione *l. à diuo Pio §. si emptor. ff. de re jud.* nisi subhastatio, & executio fieret in re immobili, de qua in lite à principio agebatur: cum enim tunc in initio litis consensus vxoris interuenietr, postea non requiritur in executione, & subhastatione, *juxta ea, quæ tradit glos. in l.* 3. *§. sed viri ff. de minor. verb. patre ibi, quia in prima causa consensit,* vbi Bald. id notat, & est notandum pro declaratione Ordin. *lib.* 3. *tit.* 86. *§.* 28.

Item, si gabella non fuit soluta, nulla erit subhastatio *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 78. *§.* 14. 83 *ad fin.* Quamuis receperim contrarium judicasse Senatum Portuensem *in lite Emanuelis de Freytas cũ Marcos Fernandes de Guimarães. Anno* 1597. *Scriba Gaspare Soeiro. Valasc. allegat.* 2. *tit.* 68. *&* 69. *Pereira decis.* 76. *à n.* 6. ex eo quia prædicta Ordinatio non annullat subhastationem, quæ fit ex necessitate, sed tantùm contractus, qui ex voluntate partium fiunt. Nec obstat, vers. *& isto mesmo,* quia ille referri debet ad pænam tabellioni impositam, de qua proxime dixerat, vnde licet instrumentum addictionis sit nullum ex defectu certificationis de gabella soluta, *vt in prædict. Ordinat.* tamen ipsa subhastatio non erit nulla, quia aliud est contractus subhastationis, qui pertinet ad partes, aliud est instrumentum, quod est de pertinentibus ad notarium, *vt inquit Bart. in l. si quis legatum col.* 3. *ff. de falsis l. nõ figura. ff. de act. & obliga.* & quia prædicta Ordinat. est pænalis, & ideo restringenda *l. cum quidam ff. de lib. & posthum.* tandem pro hac decisione optimè inducitur dictum Alex. *in l. seruum filij §. eum qui ff. de leg.* 1. vbi scribit, quod si statutum annullat instrumentum propter gabellam non solutam non per hoc videtur annullare obligationem, nec debitum, sed solùm inualidare probationem, quæ inducitur ex instrumento, & dicit ibi hanc esse communem

nem opinionem contra Bald. qui contrarium voluit.

84 Item rescinditur subhastatio ex læsione vltra dimidium *l. 2 C. de fid. instrum. li.* 10. siue illa sit necessaria ad instantiam creditoris, *vt per Pinel. in l. 2. 2. part. cap.* 2 *nu.* 18. *&* 25. *Anto. Gomes 2. tom. cap.* 2. *n.* 23. siue voluntaria, pro vt ex generalitate Ordinat. *lib. 4. tit.* 13 *§. 7.* judicatum extat à Senatu *in lite Emanuel de Atouguia cõtra Fiscum, Scriba Iuliano de Goes*, quod legis promulgandæ declaratione indiget, cum sæpe licitatio ad æmulationem fiat, quod in præjuditium venditoris verti non debet.

CAP. XXII. *De praxi processus in actione decem dierum.*

1 BOno publico inductum fuit summatim esse procedendum per assignationem decem dierum vt sic creditoribus consulatur, & malitijs obuietur, & prolixitas litium, quantum possibile fuisset, euitetur, omissis solemnitatibus ordinis judiciarij, inspecta solummodo veritate, & æquitate, idcirco hunc tractatum practicis admodum vtilem, & necessarium, & vtique in hoc Regno praxi frequentissimum, pro mea tenui, virilique parte elaboratum, inserere curaui. In primis dicam, quæ sint scripturæ, in quibus procedatur per assignationem decem dierum: Item quæ requirantur ad hoc, vt huic summariæ actioni locus sit: Deinde quæ illam impediant.

2 Et obiter prænotandum duxi praxim in hoc Regno diuersam admodum esse ab illa, quæ practicatur in Gallia, Italia, & in Regnis Castellæ, vbi scriptura publica habet executionem paratam, non minus, quàm ipsa sententia, & res judicata *l. 1. & 2. tit. 21. lib 4. recopilat.* Et sic Doctores, qui de ea scripserunt Hispani, *vt fuere Couar. in pract. Gomes, Castillo, & alij in l. 64 Taur. Roder. Soar. in l. post rem judicatam in declaratione leg. Regn. & alter Soares in sua praxi* 1. *tom. 4. part. Rebuf. de literarũ oblig.* modicam nobis hujus actionis praxis præstant cognitionem. Nec item jure communi hoc erat notum, *vt in l. minor cui fideicommissum ff. de minoribus*, nisi in quibusdam casibus enumeratis ab Alex. *in l. fin. C. de edict. diu. Hadri. tollend. & in l. ait prætor. § si judex ff. de re jud.*

§. 1. *Ex quibus scripturis actio summaria competat decem dierum.*

IN primis oblata scriptura publica in judicio, citato reo, si ille intra decem dies non ostenderit, & probauerit solutionem, aut aliam exceptionem legitimam, condemnatur per sententiam, quæ executioni mittitur, non obstante aliqua appellatione, *ex Regia sanctione lib. 3. tit. 25.* Intellige tamen dummodo talis scriptura sit facta à tabellione creato à Rege, *ex Bart. in l. apud Procõsulẽ ff. de manumiss. vindict.* & facta in Regno, vel extra Regnũ inter Regnicolas, super rebus in Regno sitis, *vt per Palat. in rubrica in præfatione nu. 23. in fin. Valasc. consult.* 9. *lib.* 1. *Lucas de Pena in l. dum virum. col.* 1. *in fin. C. de decorion lib.* 10. *Mascard. de probat. conc.* 927.

Intellige etiam, vt talis scriptura sit propria, & non exemplata *secundum Bart.* 4 *in l. probatorias C. de diver. officijs lib* 12. *Alex. in auth si quis in aliquo nu.* 3. *C. de edẽd. Valasc. allegat. 76. n. 8. Phæbus Aresto* 4. nam exẽplata nõ probat. *Mascard. de probat. concl.* 711. *&* 712. nisi reus nõ negauerit in actis obligationem scripturæ, sed tantùm opponat contra illam, quia tunc procedendum esse per decem dies ex tali exemplato censuit Senatus *in lite Angeli Abet cum Iayme Lopes, Scriba Felicio Rodrigues. Anno* 1612.

Vel nisi exemplum fuisset transcriptum cum judicis authoritate, & partis citatione, quod plenam fidem facere obseruat gl. *verbo insinuatum in § sin autem institut. de satisdatione*, communis *secundum Boerium decis. 28. nu. 9. Mascard. conc.* 1394.

Et ratio est, quia judicis auctoritas suspitionem fraudis excludit *l. non est verisimile ff. de eo quod metus causa*, juxta quæ intelligitur tex *in l. chyrographis*. 58. *ff. de ad min. tutorum*, vel nisi exemplum à parte contraria fuerit sumptum *juxta l. in fraudem* 45. *§. à debitore vers. idē autem fiscus ff. de jur. fisci*, & ratio desumitur ex l. *cum precum C. deliber. caus. Bar. in l. post legatū ff. de ijs quibus vt indign.* vel nisi exemplū esset antiquissimum, & à notario attestante se originale vidisse transumptum, & ita practicari asserit Molina *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 49. *de primog.* quod tamen admitti debet cū declarationibus eruditè ibi traditis à Molina *supra n.* 75. *& seqq.* vel nisi exemplatio illa foret facta parte præsente, & sciente. Nam tunc probabit transumptum, licet citatio non interuenerit *Ias. in l. 1. ff. de in jus vocand.* vbi ampliat, & declarat quomodo istud procedat praxi, *Mascard. de probat. concl.* 1394. *num.* 12.

5 Secundo id ipsum receptum est apud Lusitanos, vt actione decem dierum procedatur, non executiuè ex scriptura publica, quæ in alio Regno sit confecta, licet ibi fuisset executiua. Quæ praxis fundatur ex Bald. *in l.* 1. *C. ne filius pro patre.* In respicientibus nanq; ordinem judiciorum attenditur locus, vbi causa agitur, nō verò locus, vbi actus celebratus est *l.* 2. *C. quēadmod test. aper. dixi in c. præced. n.* 12

6 Tertiò, si scriptura priuata sit confecta & simul subscripta per nobilem, etiam in summa excedenti, assignari debent decem dies, nam quanuis de jure communi sola subsignatio sufficeret. *l. fidejussor. §. pater ff. de pig. Pereira dec.* 32. *n.* 2. tamen de cōsuetudine vtrumque requiritur, ita vt sola subsignatio etiam per testes recognita in excedentibus summam legis, nihil probet, *vt per Gammam decis.* 238.

7 Quartò id ipsum admitti videtur circa libros cāpsorum, vt ex eis sūmatim procedatur nā contra mercatores eorum partitæ probāt non minùs, quàm scripturæ publicæ *Masc. cōc.* 254. *n.* 6. *& cōc.* 1477. *ex n.* 5. *de probat.* & eorū rationibus fides, sicut & tabellionibus datur *l. quædam. §. nummularios ff. de eden. Bar. in l. admonēdin.* 22. *ff. de jure jurād.* & scriptu is priuatis mercatorum creditur *secūdum Valasc. de jur. emphy. quæst.* 7 *n.* 16 *in fin. quicquid idem Valasc. sibi cōtrarius cons.* 177. *à n.* 7. *Menoch de arbitr. cēt.* 1. *lib.* 2. *casu* 48. Et ideo in eis procedendū esse sūmatim per decē dies, quanuis illæ sūmam legis excedant 8
censuit Senatus in fortioribus terminis *in lite Frācisci Pirez cū Hectore Lopes, Scriba Petro Carualho, Anno* 1616. Quintò idē dicendum est de vnico testimonio proxenetæ super venditione facta inter mer- 9
catores, nam ex illo procedendum esse summatim censuit Senatus *in causa Thomæ Broque cum Simone Pirez, Año* 1608 *Scriba Ioanne Pinto Lobo*, quæ decisio fūdari potest ex ijs, quæ dixit Mascard. *conclus.* 1041. *nu* 15. *juncta Ord. lib.* 3. *tit.* 59. § 19. Sextò, si actor offerat testamentum nō vitiatum, non cancellatum pro aliquo legato, vel petitione hæreditatis, aut fidei- 10
commissi, actio ista erit decem dierum per viam sūmariam, *secundum Angel. in auth. de hæred. & falcid. coll.* 1. *§. illud jun. glos. verb. decreto quam recipit Alex. & Ias in l. fin. C. de edict. diui Hadr. Alexan. in l. ait prætor. §.* 1. *ff. de re jud. Soar. in l. post rem jud. notab.* 6. Quanuis contrarium tenuit Gomes *in l.* 45. *Taur. num.* 137. & alij quos refert Soar. *in pract.* 1. *tom.* 4. *part. cap.* 2. *num.* 29. *vbi numer.* 20. fatetur in Regno Castellæ praxi receptum esse, vt via executiua in hoc casu procedatur.

Septimò, si actor offerat instrumentum maioratus, in quo tacitè nominatum se esse prætendat, habita summaria informatione cum legitimo contradictore statim admitti debet ad possessionem maioratus, nec obstat quod in *l. vltim. C. de edict. diui Had. tollendo.* illud beneficium non datur, nisi hæredi scripto, vt tenent plures quos refert Menoch. *remed.* 4. *numer.* 64. quia respondetur, quod, & hoc remedium conceditur hæredi, qui exta-

ex tacita vulgari succedit, *vt per glos. in a. l. vlt. verb. ex parte* qui non expressa, sed ex tacita voluntate defuncti admittitur *l. jam hoc jure ff. de vulgar.* & admittitur etiam is, qui portionem vacantem consequitur jure accrescendi, cum, & hæc tacita quædam substitutio censeatur *l. si Titio §. Iulianus ff. de leg. 2. tenet Bald. in d. l. vlt. num. 36.* Nam, & pars, quæ accrescit, ejusdem est naturæ cum parte, cui accrescit *arg. l. 4. de jur. dot. l. id quod de pericul. & cõmod. rei vend. l. pen. vt lega. nomine caueat.* sed portio accrescens nõ pertinet ad hæredem ex voluntate expressa sed tacita, & quod virtualiter in instrumento continetur, intelligitur in eo scriptum, *vt in l. asse toto ff. de hæred. instit.* Ex quibus infertur, quod si quis ostendat scripturam majoratus, in qua licet verbis expressis non sit vocatus, sed tamen ex legitimis conjecturis inuitatum se esse prætendat, adhuc summatim ei dandam esse possessionem bonorum existimo, *quo ex l. vlt. C. de edicto diui Had. tollendo* cum ijs quæ de hæiede succedente ex tacita vulgari, vel pupillari, aut per jus accrescendi diximus, manifestè comprobatur, præterea ex eo, quia quod ex legitimis conjecturis elicitur ex scriptura, videtur expressum, *vt dixi supra cap. 11. num. 9.* & inducit probationem voluntatis, *prout notaui supra c. 15. nu. 11 item mens.* vers. Probatur etiam
26 *ex l. Lutius § quæsitũ leget 3. l. si tutor petitus jun. gl. C. de pericul. tut.* facit, & pro hac ratione tex. jun. glos. *verb. probetur in l. 1. C. de testam. militis*, vbi habetur, quòd quandò lex exigit liquidam probationem sufficit illa, quæ fit per legitimas conjecturas, vlterius facit *l. diuortio §. si fundus jun. gl. verbo palam ff. solut. matrim.* vbi palam constare dicitur, quod ex legitimis conjecturis deducitur, plura cumulant nouissime Tiber Decian. *responso 1. nu. 52. & seqq. vol. 2* benè declarans quando con-
27 jectura dicitur liquidissima probatio.

Effectus autem hujus disputationis vtilissimus est, quia appellatio ab hac sententia missionis in possessionem non suspendit executionem, quia licèt appellatio deuoluat causam ad superiorem, non tamen suspendit jurisdictionem judicis, à quo, *vt in l. fin. de appell. recip. l. quisquis C. quorum appell. nõ recip.* Atque ita est accipienda *glos. in l. vlt. C. de edict. diui Had. tollend. verbo missus*, quæ facultatem appellandi negat ab hujusmodi sentẽtia, quæ glos. communiter est aprobata *secundum Succard. ibi n. 435. Tiraq. tractatu de mor. 6. part. declaratione 6 num. 2. Couar. pract. cap. 28. nu. 8. vers. 3. concl. Meno. de recup. posses. remed. 9. n. 321.* Cæterum, si de vitio quod ex ipso instrumẽto constet in continenti probetur, tunc causa non erit summaria, sed ordinaria per viam libelli.

Sed dubium est, an ex illa scriptura, in 11
qua promissum fuit factum, & non plus, & promissor fuerit in mora faciendi, nunquid quo ad interesse agi possit via summaria decem dierum? Nam Roman. *in l. certi condictio. ff. si cert. pet.* tenuit quod sic, contrarium tamen tenent alij, quos refert, & sequitur Jas. *in d. l. certi condictio. num. 20.* quæ sententia verior est.

Scribit, & eam Azeu. lib. 4. recop. tit. 21. lib. 1. n. 48 ibi alios contrarium tenẽtes, nã dubium fuit si is scribit, do dinheiro dado a responder, se nelles se podia responder por assinação de dez dias, & decisũ fuit quod nõ na causa de Gaspar Pacheco cõ Roarigo Serrão de Oliueira, Scriba Francisco Peixoto do Couto, & na causa de Frãcisco Fernandes Furna, com o Doutor Gaspar Pacheco, Scriba Martim de Seixas.

§. 2. *De ijs quæ requiruntur ad actionem decem dierum.*

Requiritur primò, vt scriptura virtu- 12
te cujus procedendum sit summatim per actionem decem dierum, contineat causam, aliàs non valet confessio in ea contenta *glos. in l. cum de indebito §. 1. verb. sin autem ff. de probat.* nec actionem producit, *cap. si cautio de fid. instru. vbi*

L 2 *Abb.*

Abb.col.2.& Felin.n.15.Rebuf.ad ll.Galliæ.tit.de chyrograph.in præfatione.n. 66. Couar.in cap.quanuis pactum.2.§. 4.n.14. Valasc.allegat.76 à nu. 13. Et licet in instrumentis gaurentigijs tam non requiri dicat Jas. *in d.l.cũ de indebito §. vlt.Segura in l.si ex legati causa.n.* 105. *ff.de verb. oblig.* Contrarium tamen videtur verius ex ijs, quæ tradit idem Jas. *in l.juris gentiũ §.fere num.*14 *de pact.* & tenuit Auendan. *in cap.prætorum.2 part.cap.30.nu.* 5.*vers.* 7.*requiritur*, nã ex stipulatione sine causa non oritur actio efficax ad agendum, quia obstat exceptio, *l.2 §. circa ff.de doli mali except.* Et ita etiam attenta Regia sanctione Castellæ *in l.2.tit.* 16. *lib.* 5.*compilat.*(vbi ex qualibet promissione, & nudo & simplici pacto actio oritur, & sufficit sola voluntas, & intentio partis volentis se obligare) considerauit Matienso, *ibi, glos.*1.*num.*8. Vnde si in instrumento apponatur causa sufficiens, & efficax ad producendam obligationem, licet de ea non constet, nec probetur, summatim ex illo agendum erit, & ita praxis obseruat, quicquid Gomes 2.*tom.var.cap.*9.*n.*3.*in fin.*

14

15 Secundò requiritur, quod instrumentum sit liquidum purum, & non conditionale, *vt in l.proinde §.notandum ff.ad l. Aquiliam.l.hæc autẽ §.nõ defendi ff.ex quibus caus.in poss.eatur.l.hoc jure ff.de verb. obligat.l.vltim.C.de compensat.* ex quibus hanc sententiam defendit Couar. *lib.* 2. *var.cap.*11.*nu.*1.*vers.contraria Rebuf.ad ll Galliæ tit.de liter.oblig.art.*1.*glos.*9.*n.*8 *Ias.in l.*1.*num.*31.*ff.de edend.Bald. in l.*2. *C.de execut.rei jud.Valasc.de jure emphyt. quæst.*7.*num.*34.*vers.vnde Soares in l.post rẽ jud. lim.*4.*Minsing.cent.*2.*obseru.* 6.*Cabed.*1.*part.decis.*33.*n.*29.*Menoch. de arbitrarijs casu* 17.*Pereira decis.*62.*n.* 3. Vnde in eo chyrographo, quo illa conditio continebatur, *não pagando foão, pagarei ao tẽpo como fiador, & principal pagador*, per libellũ via ordinaria procedi jussit Senatus *ex l.fidejussor.*17.*§. fin.ff.de fidejussoribus, in causa Didaci de Pina cõtra Duarte da Sylua Reũ, Año* 1607.*Scriba Hieronymo de Carualhosa.* Quæ decisio cõfirmatur per ea quæ Azeuedus lib 4. recopilat. tit.21.l.1.n.171.& 172. Contrarium tamen judicauit postea idem Senatus in ijsdem terminis, vt scilicet procedatur summatim per decem dies *in lite Emanuelis Ximenes cum Gaspar Homẽ Cardoso Año* 1615.*Scriba Christophoro Ribeiro.*

Cæterum, quo ad conditionem fieri liquidum per confessionem partis in judicio docuit Bart. *in repetitione l.creditores C.de pignor.col* 10.*vers aduerte tamen*; nã in eo chyrographo, in quo erat obligatio, dandi viginti habita sententia in tali negotio, quia reus ad instantiam actoris interrogatus à judice confessus fuit sententiam jam fuisse latam, cautè obtinuit à Senatu purificatam esse conditionem, vt decem dies assignarentur *contra Ioan. Ludou.Limpo, Año* 1607.*Scriba Mathæo do Couto.* Similiter ex chyrographo salarij aduocati absque alia liquidatione procedendum esse via summaria decem dierum censuit Senatus *in lite Melchior Febos cũ Ioan.de Morales, Scriba Francisco do Couto, Año* 1608.& idem *in causa Gaspar Soares de Sampayo cum Francisco de Torres Scriba Ioanne de Payua.* Nã licet ista promissio habeat tacitam conditionem, imo expressam de aduocando, quia tamen præsumitur ex parte aduocati esse paratum, & non stetisse per eum, quominus modũ aduocationis adimpleret, habetur pro impleta *l.*3.*§.*1.*& l.si pecuniã §. fin. ff. de cõdict.caus.dat.& ibi tradunt Alex. & Ias.* & est bonus tex. *in l.quæ sub conditione §. quoties ff de condit.instit.* quã rationẽ posuit etiam J.C. *in l.*1.*§. diuus ff. de varijs. & extraord cognit.& in l.qui operas vers.* 1. *ff.locati*, ideo nihil mirum, si tanquàm purificata conditione procedatur. Denique in alijs, an ex conjunctione duorũ instrumentorum fiat liquidum, quod aliter purum non erat? Dubium est hodie attenta Ordinatione Regia, quæ tantum admittit id in casu speciali dotis *ex l. cum prætor.*

16

17

tor. ff. de judic. Sed contrarium tenuit Cabed. *decis.* 33. *lib.* 1. *num.* 10. cui fauet Bald. *in l. vlt. C. de fals. causa adjecta leg.* & judicauit Senatus *in lite Emanuel de Payua cum Francisco Correa de Meneses, Scriba Dominico Monteiro, Anno* 1610.

18 Tertiò requiritur, quod instrumentum sit inter easdem personas contrahentes, & contentas in ipso instrumento *Ordin. lib.* 3. *tit.* 25. §. 10. Nec enim tertius executioné habebit, *vt per Bald. in l. si pro te. C. de dot promiss.* vbi inquit, quod si per statutum instrumenta mandentur executioni, intelliguntur ad petitionem creditoris non tertij, etiam si illius intersit, tradit etiam Alex *de Imol. in l.* 1. §. *si hæres ff. ad Trebellian; Dec. consi.* 198. *col. ante penult.* & confirmat cum alijs similibus Soar. *in l. post rem jud. declaratione l. g. regn. lim.* 2. Et ex præd. Ord. tollitur hodie controuersia, quæ olim erat, an persona hæredis cóprehenderetur? De qua Cabed. *decis.* 33. *lib.* 1. *nu.* 5. *cum per ista verba ibi, posto que sejão herdeiros* res maneat clara, & sine dubio, quod non erat ita expressum in Ordinatione veteri, nam verba hæc addita sút hodie in hac noua legum compilatione. Limita tamen prædictam Ord. nisi in instrumento dicatur pro te, & hæredibus, ná cum ipsi jam sint nominati in scriptura, quibus quis stipulari potest *l. si pactú* 9. *ff. de probation.* ipsi agere possunt summatim per viam decem dierum.

Pro quo facit quod tradit Jas. post alios *in l. vnum.* 16. *ff. de lib. & posthu.* vbi dicit quod si lex, vel statutum præcipiat apponere nomen, & prænomen in instrumento, sufficit apponere vnum ex illis dummodò ex illo possit constare de persona contrahentium, sed illud magis dubium est, an ex prædictis verbis Ord. ibi, *somente nas proprias pessoas,* possit cessionarius petere assignationem decem dierum? Et videtur quod sic, nam cessionarius dicitur creditor *l. ab Anastasio, C. mand. vbi Bald. notab.* 3. & semper agit nomine cedentis *glos. in l. plane, verb. debeat vers. & sic. ff famil. ercisc and.* Et ita decisum fuit à Senatu *in causa D. Didaci Brochero cótra Iacob Duardú, Scriba Francisco Pereira, Anno* 1606. Pro quo etiá inducitur Bar. *in l.* 1. *ff. de action. & oblig.* 4. *col. vers. quæro.* vbi tenet, quod si ex forma statuti instrumentú habeat executioné paratá, quod habebit executionem etiam cessionarius talis instrumenti, inducitur etiam Bald. *in l. ex legato C. de legat. in fin.* vbi dicit, quod potest cedi jus sententiæ, & quod si cedens habet jus executionis, eodem modo cessionarius habebit, subscribit Soar. *in l. post rem jud. declar. l. Regn.* 7. *extens.* Quáuis aliud postea judicauerit idem Senatus, scilicet, quod cessionarius non posset agere actione decem dierum *in causa Guilherme Cocayme cú Marçal Luis, Scriba Lazaro de Padilha,* & in alia causa *Emanuel Soares cú Ioan Soeiro, Scriba Nicolao Pereira, Anno* 1608. Rursus an idem dicendum sit in vxore, quæ, non vt hæres, sed vt socia mariti agit ex illis instrumentis, quæ constante matrimonio per maritum cótracta fuerunt? Videtur quod possit illa debitores mariti conuenire per actionem decem dierum, *pro vt tenuit Soar. in pract.* 1. *tom.* 4. *part. cap.* 1. *nu.* 34. vbi ad eandem sententiam alios refert, qui licet nitantur fragili fundamento, eorum tamé opinio vera est ex alia ratione, scilicet quia vxor est socia diuinæ, & humanæ domus, *l. aduersus C. de crim. expilat. hæred.* junctis i js quæ dixi *sup. cap.* 21. *num.* 4. *versi. item,* & similiter judicauit Senatus *in lite dominæ Philippæ de Tauora viduæ cú Petro Vaz Scriba Francisco do Couto, Anno* 1609. Illud autem est sine dubio, vt maritus possit agere per actionem decé dierú ex instrumento, quod in fauorem ejus vxoris fuerit factum, antequàm cú illo nupserit, nam eadem persona verè dicitur agere, sed cum auctoritate viri, qui pro illa in judicio experitur, *Similiter maritus poterit cóueniri, ex instruméto sine cótractu quod vxor ante matrimoniú celebrauit* Cabed. 1. *part. decis.* 33. *num.* 8. Limita tamen 19

 id non

id non procedere à contrario, quando ipsa vxor fuit conuenta ex contractu mariti, nam tunc actione ordinaria contra illam agendum fore dixi *lib*. 3. *cap*. 21. *n*. 57.

20 Item præd. Ordin. declarari debet, vt si instrumento dicatur, promitto tibi, vel cui istud mihi ostenderit, tertio quocunque ostendente decem dies assignari judicauerit Senatus *in lite Gaspar Aluares cũ Ludouico de Aguiar, Scriba Hieronymo de Mendoça*, nam in promissione dandi Titio, vel adjecto, rectè adjecto soluitur, *l. cum quis ff. de solut. l. eum qui §. 2. ff. de verb. oblig*. Et idem, si debitor hypotheca-
21 uit rem specialiter cum pacto de non alienando, quo casu alienatio est nulla, *secundum Bartol. in l. creditores nu*. 10. *C. de pignor*. per assignationem decem dierum esse procedendum videtur aduersus singularem successorem, *vt per Soar. in l. post rẽ declaratione l. Regn. lim*. 1. *n*. 13. *Cou. lib*. 1. *var. cap*. 7. *n*. 6. *l. vlt. §. fin. tit*. 5. *part*. 5. *Gutierres in l. nemo potest. num. ff. leg*. 1. Et idẽ dico, si alicui est legatum nomen debitoris, iste poterit agere sũmatim *l. ex legato vbi Bald. C. de legat. Soar. in l. post rẽ declaratione l. Regn*. 1 *extensione num*. 12.

§. 3. *De impedimentis, quæ objici possunt in actione decem dierum.*

22 Exceptio impeditiua erit, si dicas sũmam, quæ petitur, non esse in instrumento comprehensam, veluti si contractus conductionis expirasset, & alius tacitus in ejus locum subrogaretur, & sic conductor tacitè pro eadem summa videretur reconduxisse, *vt in l. item quæritur § qui impleto ff. locati*, nam virtute primi cõtractus cõductionis nõ poterit procedere sũmariè pro pretio tacitæ reconductionis, quia secunda pensio non est inclusa in instrumẽto, *ita Cabed decis*. 27. *lib*. 1. *qui debuerat citare, Bald. in l. etiam C. de fideicõmiss. & Ias. in l. certi cõdictio. n*. 20 *ff. si cert petat*. *Anto. Gomes in l*. 64. *Taur. num* 6. qui omnes prædictam sententiam tenent, *quibus adde Mascard. concl*. 994. *n*. 8, *&* 9.

Item exceptio non numeratæ pecuniæ recipi debet, *secundum Ias. in l. qui pecuniam, col*. 1. *ff. si cert. pet*. vbi hoc multifariè limitat, *Gomes* 2. *tom. cap*. 6. *nu*. 3. *Dueñas reg*. 26. *amp*. 7. cujus rei praxim, ac formam articulandi ponit Angel. *in §. idem juris, num*. 6 *& num*. 63. *Instit. de except*. & alios modos articulandi tradit Mascard. *de probat. concl*. 1119. 23

Item exceptio rei non traditæ est impedimentum, quod admitti debet, *secundũ Bald. in l. ex prædijs C. de euictio. Dec. consil*. 421 *num*. 2. *Palat. in l*. 64. *Taur. Rebuf. de chyrograph. recog. art*. 2. *n* 45.

Item exceptio simulationis admitti debet, *prout dixi infra num*. 42. Quod primo 24 intellige, quando simulatio fuit in fraudem alterius, secus si ex justa causa. Nam prædicta simulatio non est prohibita; *glos*. 1. *cap. quod interrogasti*. 27. *dist*. Secundò, quando aliquid debebatur ex certa causa & partes fingunt deberi ex alia, hæc enim simulatio non est prohibita, *vt inquit. Alex. consi*. 198. *num*. 10. *lib*. 7. *Ias. consil*. 85. *col. fin. lib*. 1. Nam tunc propter consensum partium prima causa transfunditur in secundam, ita vt hæc secunda solum sit in consideratione *l. si ex pretio, & ibi Bart. C. si cert. pet. Paul. in l fin. num*. 4 *C. plus valere*.

Item exceptio, quod vi, metu vè fuerit 25 contractum, recipi debet, *vt per Dec. in cap. ex parte o* 2. *num*. 7. *versicul*. 11. *ff. de officio delegat*. *Assinius in praxi*. §. 31. *cap*. 36. Etiam si sit exceptio metus reuerentialis, nam iste quoque sufficiens est ad actum rescindendum, *vt tenuit Bart. in l. qui in aliena, §. Celsus nu* 5. *ff. acq. hæred. & in l. metum*. 1. *ff. quod met. causa Bald. in l pactum dotale nu*. 1. *C. de collat*. Pro qua sententia est tex *in l*. 1. *§. quæ oneranda, ibi, vel nimia patroni reuerentia. ff. quarũ rerum actio non detur, & in l. fin. §*. 1. *&* 2. *ff. quod met. causa*, vbi Bartol. inquit solum metum verecundiæ sufficere, vt actus irritetur, idem etiam probatur in

cap.

cap. cū virum, ibi coacta patris imperio extra de regular. Sed ab hac sententia recessit Angel. vbi dicit se ita consuluisse, & obtinuisse *in §. quadrupl. nu.* 8. *de act. Ias. consi.* 3. *n.* 9. *lib.* 1. *Felin in cap. causam matrimonij. num.* 3. & ibi Dec. *nu.* 5. *de officio delegat.* plures refert Couarruu. 2. *part. de sponsal. cap.* 3. §. 6. *num.* 4. pro quibus est tex. jun. glos. *vlt. in l. si patre cogente* 22 *ff. de ritu nupt. & cap. quanuis pactum de pact.* vbi filia contraxit cum patre, cui debet reuerentiam, & nihilominus requiritur probatio metus. Nec obstat tex. *in d. §. quæ onerandæ*, quia loquitur in pacto onerati-uo libertatis, ex quo promittens enormiter læditur, quia diminuitur ejus libertas, & ideo nihil mirum si adjūcta patroni reuerentia cum illa enormi læsione faciat, ut contractus rescindatur, quasi per metum gestus, *vt eleganter tenuit Soc. consil.* 263. *num.* 4 *lib.* 2. *Ruyn. cons.* 60. *nu.* 19. *lib.* 3. *Curt. Iun. in l. interpositas num* 13. *C. de transact. Boer. decis.* 100. *num.* 12. Nec obstat tex. *in d. l. fin.* §. 1. *&* 2 *ff. quod metus causa*, vbi notat Bart. solùm metum verecūdiæ sufficere, vt actus officio judicis rescindatur, quæ tamen opinio vera non est, quia si non sufficit metus infamiæ. *l. nec timorem ff. quod met. causa*, minus sufficiet metus verecundiæ. Neque obstant prædicta jura, quoniam *in d.* §. timebat quis, ne vinctus ad judicem duceretur, ex quo poterat timere cruciatus corporis, & in §. sequenti quodammodo adimebatur libertas, qui justus metus censetur, juxta *l.* 4. *ff. quod met. caus.* Nec vltimo obstat tex. *in d. cap. cum virum*, quia loquitur in voto religionis, quod irritatur propter solū reuerentiæ metum, quia Deus non vult, nisi militem voluntarium, & ita intellexit gl. *in cap. præsens clericus versic. patre, in fin.* 20. *quæst.* 3. & est cōmunis opinio *secundū Menes in d. l. interpositas nu.* 17. Quæ tamen opinio vera non est, quia etiam matrimonium carnale irritatur propter metum *cap. cum locum de sponsal.* & tamen in eo non sufficit metus reuerentialis, *vt in d. l. si patre cogente.* Neque obstat tex *in d. cap. cum virum*, quia verba illa, *coacta patris imperio*, debent intelligi adjunctis minis, vel verberibus, *vt infra dicam*, vel quoniam pater erat nimis austerus, & solitus sæuire in inobedientes, tunc enim imperium inducit justum metum, quia paria sunt compelli, vel timere, vt compellatur *l. nouissimè* 7. *ff. quod fals. tutor. auct.* ita eleganter Aret. *in d. l. interposi as n.* 4. *Soares alleg.* 24 *in fin.* plures allegati à Couar. *vbi sup. num.* 7. Vnde sequitur, quod si simul cum reuerentia probetur metus ab extrinseco illatus, scilicet minæ, id sufficiet ad actū rescindendum *ex Bart. recepto in d. §. quæ onerandæ, cujus sententiam dixit cōmunem Alciat. in d. l. interpositas n.* 19. *& ibi Paaılha n.* 16. *Molin. de prim. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. Et ita judicatum fuit Castellæ super matrimonio à Duce de Alua per metum patrui contracto cū filia Ducis de Alcala, Anno 1594.

Item exceptio illa respuenda non est contra cessionarium, vt scilicet non plus exigat à debitore, quàm ipse soluit, & verè numerauit cedenti in actione sibi vendita, *l. per diuersas cū l. sequenti C. mandati.* Nam emptio actionis pro minori pretio, quàm sint jura, prohibetur ob publicā vtilitatem, ne scilicet pro modico de præsenti facilè quis remittat jus futurum *l. cū hi in princ. & ibi Ias. num.* 1 *ff. de transact. Bart. in l. stipulatio hic modo num.* 4. *ff. de verborū*, & ideo, nec confessioni cedentis statur, si dicat totum pretium recepisse propter fraudis suspitionem *l. ab Anastasio, ibi, quæ præstitit*, & ibi *pecunijs receptis*, & Rursus, ibi, *re ipsa persoluit*, atq; itē ibi, *quod datū esse comprobatur, C. mandati glos. in d. l per diuersas verb. solutarū, late Menoch. lib.* 3 *præsumpt.* 129. quod planè procedit quod ad debitoré, contra quē fit cessio *Bart. in d. l. per diuersas num.* 12 vbi dicit se ita pluries consuluisse, & communiter receptum dicit Soares *alleg.* 10. & tenent alij quos citat Tiraq. *de retract. linag.* §. 1. *glos.* 18 *num.* 79. Verumtamen,

 quo

quo ad valorem actionis, an pretium ſit modicum, vel non? Inſpici debet dubius euentus litis, & ratio laboris, & expenſarũ, *ſecundum Syluestr. in ſumma. verb. vſura 02. num. 14. Bart. ſup. num. 6.*

Item contra ſcripturam fidejuſsionis exceptio illa à fidejuſſore propoſita ex Senatus placito admiſſa fuit, quod ſcilicet fidejuſsio facta fuerit abſenti ſine ſtipulatione, & abſque perſona publica, notarij ſtipulante, & acceptante *in lite Iorgei Fernandes Pereira contra Rodericum Aluarez, Scriba Dominico Serrano Año* 1617 idque auctoritate ex *in l. blanditus C. de fidejuſſ. gloſ. not. in l. ſi procuratorem §. 1 ff. mandatis. Afflict. deciſ. 39 Iaſ. in l. 5. §. ſatis acceptio num. 6 ff. de verb. oblig.* Quæ tamẽ deciſio difficultatem habet, quia de jure Canonico ex nudo pacto actio oritur, *cap. 1. de pact.* quicquid Bal. *ibi col. vlt.* & quia in ſcriptura fidejuſsionis ſemper præſumitur ſtipulatio *Iaſ. in l. ſecundum n. 2 ff. de verb.* Deinde quia in Regno Caſtellæ, vbi prædicta ſcriptura fuit facta, fidejuſsio inter abſentes, & ſine ſtipulatione valet, *l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. vbi Matienſ. & tenet Greg. in l. 6. tit. 12. part. 5. Dueñas reg. 332. Canallos pract. quæſt. 646. in fin.* Nam conſuetudo illius loci, vbi contractus geſtus eſt, inſpici debet *l. ſi fundus ff. de euict. l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. jur. Ord. lib. 3. tit. 59. §. 1. in fin.* Atque ita ex ijs non obſtante prædicta admiſsione idem Senatus in fine prædictã ſcripturam fidejuſsionis validam eſſe pronuntiauit.

27 Item exceptio, quod Scriptura eſt jurata, admitti debet ex Ordin. *lib. 4. tit. 73.* quod intellige, ſi contractus ſit validus, *ſecundum Guilerm. in cap. Raynũtius, verbo duas habens filias n. 247. & n. 258.* Si vero contractus ſit inualidus, poteſt juramentum apponi, & valebit *ſecundum Bart. in l. ſi quis pro eo nu. 15. ff. de fidejuſſor. adde Pinel. in l. 2. 3. part. nu. 4. & 12. de reſcind.* ✠ *Valaſc. conſ. 16. n. 14. & conſ. 99 quicquid aliud velit & Ægidius in l. ex hoc jure 2. p. c. 13. clauſula 8. nu. 10. verſic. apud.* Intellige, etiam præd. Ordinat. in juramento promiſſorio, ſecus verò in aſſertorio, *Imol. in cap. cum contingat num. 65. ad fin. de jur. jurand. Aret. conſil. 74. num. 7. in terminis Coſta in l. ſi ex cautione pag. 116. C. non num. pecun.* & quia ratio hujus prohibitionis eſt, ne prætextu juramenti laici, trahantur ad forum Eccleſiaſticum, *c. fin. de foro compet. in 6.* quæ ratio ceſſat in juramento aſſertorio, vnde non obſtante præd. Ordinatione apud nos poterit admitti noua practica Bart. *in l. 2 num. 8. ff. de jur. jurand. recept. ex Curt. Iun. ibidem n. 7.* quam defendit Iaſ. *in §. item ſi quis poſtulante num. 87 Inſt. de action. Matheſ. ſingul. 20. vbi late additio.*

28 ✠ Rurſus exceptio litis pendentiæ admitti debet, *vt per Azeued. lib. 3. tit. 21. l. 1. à n. 142. vſque ad nu. 154* & impediet actionem decem dierum, veluti ſi actor in vno judicio intentauit actionem ordinariam, & in alio actionem decem dierum, obſtabit ei exceptio, quia dùm intentauit ordinariam, viſus fuit renuntiare ſummariæ, *Marant. in diſput. 6. nu. 24. Caualcan. dec. 1. Burgos de Pas cõſ. 39. n. 7.* & ita fuit deciſum per Senatũ *in cauſa Ioannis Soeiri, contra Ferdinandũ de Chaues, Año* 1606. *Scriba Michaele Counceyro.* Vnde cautè obſeruabit aduocatus, vt prius deſiſtat ab actione ordinaria, & tunc poterit intentare actionem decem dierum. Nec enim per actionem ordinariam cenſetur renuntiare priuilegiatæ *argumento eorum, quæ tradit Bald. in l. 3 ff. de teſtam. milit.* via enim ordinaria, & ſummaria decẽ dierum ſunt diuerſæ, & non contrariæ, cum ad eũdem finem tendant, & donec ſatisfactum ſit creditori, eligere poterit viam, per quã magis ſibi conſultum ſit, ac ideo per electionem vnius altera non tollitur, *juxta ea, quæ tradunt Alex. Iaſ. & Rip. in l. naturaliter §. nihil cõmune ff. de acq. poſſeſ. & probatur in l. cum quæritur ff. de excep. rei jud. Dec. conſ. 460. à num. 6.* vbi multa adducit Alex. *conſ. 130. & ibi additio, n. 15. & 16*

& 16. *lib.* 4. *Rebuf. de literar. oblig. artic.* 3 *glos.* 6. *numer.* 7.

Item exceptio vsurarum admitti debet, *vt per Azeued. lib.* 4. *recopil. tit.* 21. *l.* 1 *à num.* 184. & impediet actionem decem dierum, quia vsura facit contractum nullũ ex prohibitione legis *in lib* 4. *tit.* 67 *juncta*
18 *lege non dubium C. de ll l. quemadmodũ C. de agricol. & censitis lib.* 11. cujus probatio fieri potest quibuscunque argumentis & præsumptionibus, cum sit difficilis probationis *cap. diæcesani. vers. si tamen de officio jud. lib.* 6. *Valasc. cõsi.* 56. *n.* 2. *latè Ias. in l. si vnus* § *prætor. n.* 27. *ff. de edend.* Veluti si reperiatur conuentum in scriptura, vt per modicum tempus duraret venditio, *vt in l.* 4. §. *ab ignoto ff. de manumiss. Bar. consi.* 65. *Tiraq. de retract. linag.* § 1. *gl.* 14. *n.* 37. vel quod venditor maneret in possessione *l. sicut* §. *superuacuũ ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. Bart. in l. post cõtractũ vers.* 3. *præsumitur. ff. de donat. Tyber. Decian. consi.* 61. *nu.* 39. *lib.* 3 *Tiraq. de jure constituti* 9. *limit. Mascard. de probat. conclus.* 439. Aut quòd emptor restituat post certum tempus rem, restituta ei pecunia à venditore, *vt in c. ad nostram vbi Abb.* 3 *casu extra de empt. & vẽd. Decian. consi.* 2. *lib* 1. *Tiraq. de retract. conuent.* § 1. *glos.* 2. *n.* 69. *Couar. lib.* 3. *var. cap.* 8, *Valasc. consi.* 41. 1. *tom.* Aut, si res pro parte vẽdatur, & pro parte donetur, *vt voluit Bald. in l.* 1. *C. de repud. hæred. explicat Masc. conclus.* 444. Aut si ponatur pactum de retrò in venditione facta cum paruo pretio, *in lib.* 4. *tit.* 67. §. 2. *Ord.* quæ lex viget etiam Florentiæ *secundũ Ioan. Bapt. Lup. in l.* 1. *C. de pact. inter* §. 1. *sub num.* 29. & secundum eam decisum fuisse in Neapolitano Concilio testatur Gramat. *decis.* 66. *num.* 30. & communis receptam resoluit Vinius *lib.* 1. *communi. verb. vendere, & verb. contractus,* & multis modis declarat Mascard. vbi sup. *conclus.* 447. *ex num.* 7. *Valasc. consul.* 70. *nu* 3. 1. *tom. Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 122. vbi etiam alia adjungit, ex quibus contractus fæneratiuus, & vsurarius præsumatur, & probetur. Sed non erit vsurarius, si promittatur interesse ad rationem de juro, *Gabriel Pereira decis.* 84. *num.* 3. & decisum extat à Senatu *in lite Hieronymi Soares cum Alfonso Bembo Anno* 1612. *Scriba Amaro Coelho,* quod cõfirmari potest à traditis à Molina *de just. & jure, disputatione* 418. 2. *part. etiã si pecunia detur sub pgnoribus, & quanuis pars non sit mercator, & natur pecunia ad rationẽ de juro, nõ est vsura ita decisũ extat in lite de Luisa Soares cũ Va... Lobo de Castillo, Scriba Francisco Rodrigues Preto, Anno* 1639. Nec si promittatur interesse pro cambio de regno ad regnum, quod esse licitum propter Reipublicæ vtilitatem pluribus argumentis, & exemplis probat Soto *de just. & jur. lib.* 6. *quæst.* 8. *art.* 1. *Nauar. cap. fin. de vsuris n.* 28. sequitur decisio Genuæ 134. *Tota Ord. lib.* 4. *tit.* 67. §. 5. Erit autem cambium siccum, & reprobatum, cum qui recipit pecuniam scit, aut saltem præsumit literas cambij verè non mitti extra regnum in locum destinatum, cum ibi debitor pecuniam non habeat ad soluendum literas, quæ mittuntur ad nundinas, *Syluester in Summa, verbo vsura* 4. *n.* 9. *quem sequitur Soto, vbi sup. quæst.* 13. *art.* 1. *Nauar. in Manual. reform. cap.* 17. *num.* 233 *litera M ad fin.*

Item cambium erit siccum, si conuenerit, vt pecunia retardetur per aliquot nundinas damno accipientis, & quod interesse primæ nundinæ subrogetur in sorte principali ad causandum aliud interesse in secunda, & ex secunda in tertia, & sic in reliquis, *prout habetur in pragmat. sãct. legis Castellæ la a Anno* 1598.

Item exceptio transactionis admittitur, *de qua sup. cap* 4. *nu* 3. *& cap.* 21. *n.* 46. Cæterum quanuis hæ, & aliæ exceptiones admittantur, illæ tamen, quæ friuolæ apparuerint, recipi non debent *Bartol. in l. prætor.* §. *& parui. num.* 3. *ff. quod vi aut clam. vide supra cap.* 3. *num.* 19. *cum seqq.*

§. 4. *De*

§. 4. De clausula depositaria.

Et quibus exceptionibus reus audiri, & admitti possit sine eo, quod deponat.

30 CLausula ista, per quam audiētia denegatur, omni juri aduersari videtur. Diuino, naturali, & humano: Diuino, *vt in cap. Deus omnipotens 2. quæst. 1.* Judiciũ enim, & justitia nunquam denegari debet *Isern. in cap. 1. in princip. de pace tenend.* Naturali quoque juri resistit, cum agendi potestas denegatur, *vt in Clementina pastoralis § cæterum de re jud. Innoc. Bald. & Card. in cap. quæ in ecclesiarum de constit.* Humano juri etiam ipsi denegatio audientiæ contraria est *l. rescripta C. de precibus imp. offer. & in l. quoties C. eodem ibi quod autē totius negotij cognitionē tollit, & vires principales negotij exhaurit.* Quare partes justitiam auferre, & audientiam denegare minimè valent, quia esset tollere jus naturale contra tex. *in §. sed naturalia quidem jura, Institut. de jur. nat. gent. & ciuil.* Quinimo maximè aduersatur jus Regiũ *in lib. 4. tit. 72.* vt non immerito hanc clausulam, lege promulgata, relegandam esse à Regno existimet doctor Cabedus vnus ex compilatoribus legum Regni *decis. 37. numer. 2. libr. 1.* vbi ob id contra eam sæpissime dispensari in tribunali Palatij asserit, licèt in illo diplomate ab hoc Senatu jam scripto super illius clausulæ dispensatione *in fauorem Ferdinandi Roderici Lobrego cum Gaspar de Mercado,* noluerit Philippus Rex maximus se subscribere dubitans de ejus concessione, vt quia erat in præjuditium partis, *vt in l. nec auus C. de emancip. liber. Añō 1594. Scriba Petro à Costa.* Nec enim par est, vt qui ex causa transactionis aliquid ab aduersario recepit, si transactioni ex aliqua causa contraueniat aliter audiendus sit, quam reddita ea quãtitate, quæ ex causa transactionis sibi præstita est, si id pars aduersa opposuerit, *l. si diuersa ibi refusa pecunia, C. de transact. l. cum te fundum C. de pact. inter empt. Afflict. decis. 220. numer. 4. l. si à te C. de pac. inter. Riccius 1 part. decis. numer. 7.* Quo circa hanc clausulam vt justam defendit Valasc. *consult. 85. 1. part.* Et eam inuenisse dicitur auus maternus vxoris meæ Doctor Lupus Mendes ex equestri, & nobili familia ortus insignis Jurisconsultus, & ciuis hujus ciuitatis, vt sic euitarentur lites, quæ prolixæ sunt. Atque ita exinde illa est in vsu apud Lusitanos, & à tabellionibus in omnibus ferè instrumentis adeo apponi solita, vt licèt partes de ea nihil dicant, adhuc tamen ex contrahentium voluntate expressa censeatur, *l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædil. edict. Euerard. loc. legal. cap. 63. Cotta in memorab. verb. Notarius, Couarruu. in 2. part. rubric. num. 14. de testament. Tiraquel. de constit. lim. 31. numer. 9.* Vndè primò licèt clausula nociua, & quæ affert damnum, & præjudicium parti, aliàs non censeatur comprehensa in mandato cum libera, *vt dixi lib 1 capitul. 3. numer. 38.* Tamen potuisse procuratorem per prædictam clausulam dominum obligare, etiam si in mãdato non fuisse expressa, declarauit Senatus *in lite Comitis de Vidgueira cum Hectore Mendes de Britto, Anno* 1608. *Scriba Marco do Quintal,* pro qua decisione facit, quia procurator etiã simpliciter constitutus censetur habere mandatum ad ea faciendum, quæ sunt de consuetudine *ita Bartol. in l vltim. in fin. princip ff. de ijs, quæ in fraud. cred. & in l. si procurator in princip ff. de jure fisci, per multa jura ab ea vtrobique allegata. Felin. in capit. ex literis column. 6. de fid. instrument. Roman. consil. 114. column. 2.* vbi alia quoque ad hanc sententiam pertinentia adducunt *Ias. in l. 1. §. si procurator column. penult. ff. si quis jus dicent. non ob temp.* Nam, & procuratorem constitutum ad fidejubendum, potuisse renuntiare beneficio de duobus reis, & beneficio de fidejussoribus defendit Bartol. *vbi sup.* Et constitutum ad ven-

ad vendendum potuisse possessionem transferre per clausulam constituti tuetur *Tiraq. de const. 3. part. lim. 13. ex num. 3.* facit etiam quod tradit Barbacia *consi. 58. lib. 4.* vbi dicit, quod notarius censetur rogatus opponere clausulas ex more regionis. Et quanuis sint multa, quæ ex juris subtilitate in contrarium adduci possent, certè Senatus æquissimus æquiorem sententiam secutus est, vt semper alias solet facere, qui omnibus modis veritatem intendit, rejectis subtilitatibus, sectari.

31 Secundò prædicta clausula non solum operatur effectum contra personas in instrumento contentas, sed etiã pro hæredibus, & contra hæredes, *vt per Gam. decis. 369.* Nec enim obligatio, & ejus qualitas mutatur in persona hæredum *l. 2. §. ex ijs ff. de verb. oblig* nam qualis obligatio fuit apud defunctũ, talis esse debet apud ejus hæredes *l. 2. §. incertam versic. quanvis ff. de prætor. stip. l. postulãte ff ad Trebell. vbi Bar. in princ.* ex hoc infert quod quemadmodum clausula instrumenti guarentigij operatur effectum executionis contra defunctum, ita contra ejus hæredes, communiter recipitur ex Jas. *in l. si decesserit ff. qui satisdar. cog. Dec. in l. hæredẽ ff. de reg. jur. Avend. in c. prætorum cap. 10. n. 16.* Ita tamen, vt si vnus ex pluribus hæredibus contraueniat, ille tantum pro rata hæreditariæ portionis ad depositum teneatur, *vti praxi sæpissimè decisũ esse cõstat.* Hoc tamen fallit, si filius hæres patris velit infringere promissionem dotis factam genero tanquam inofficiosæ vltra tertiam bonorum, nam tunc audietur sine deposito, quia in hoc non agit, nec excipit, vt hæres, sed vt filius, quod jus filiationis separatum est à jure succedendi, *vt inquit Bar. in l. ij potest receptus à Ias. ibi num. 14. ff. acq. hæred.* & ita practicari vidi *Ægidium in l. ex hoc jure 2. part. capitul. 15. num. 5.* ✠ *in fin. idem. quod dixi de hærede admitti videtur in particulari successore Phæbus 1. tom. Arest. 15.*

32 Tertiò prædicta clausula non solum in prima instantia, sed in causa appellationis, & supplicationis suum effectum sortitur, nam si reus non fuit auditus in prima instantia propter prædictam clausulam depositariam, & lata fuit sententia, nec in secunda sine deposito admittetur, *vt decisum fuit in causa Francisci de Barros cum Francisco Tello, Scriba Bartholomeo Mouro, Anno* 1607.

Quarto prædicta clausula habet effectum etiam si reus objiciat exceptionem litis pendentiæ, vt quia ipse prius intentauit actionem ordinariam contra scripturam, virtute cujus postea actor egit summariè contra reum, nam cum diuersæ sint actiones, & diuersæ qualitates *l. cum quæritur cum sequentibus, ibi alia res est ff. de exception. rei jud.* Actio summaria impediri non debet, *vt censuit Senatus in lite Gian Mendes cum Marcos Luis, Scriba Christophoro Ribeyro, Anno* 1609. Nam aliàs daretur occasio huic cautelæ ad impediendum actionem summariam, quam frequentari vidi in foro Castellæ, & fatetur Soares *in l. post rẽ declaratione l. regni vers. circa indicẽ n. 17.* vide supra *c. 3. n. 13.* 33

Quintò prædicta clausula habet etiam effectum contra quemcunque tertium rei possessorem, qui neq; contraxit, nec se obligauit, aduersus quem tamen executiuè agitur pro solutione census, nam idem judicium debet esse de parte, quod de toto, & clausulæ accessoriæ sequuntur naturam sui principalis, decidit Senatus *in lite Didaci Pinto cum Petro Rodrigues Bueno, Scriba Dominico de Chaves.*

Sexto prædicta clausula adeò suum effectũ sortitur, vt etiãsi à Senatu Palatij super ea dispensetur, si tamen in dispensatione nulla fiat mentio alterius clausulæ, quæ etiam in instrumento apponi solet, qua cõtrahens promittit se prædictam dispensationem non impetraturum, nec ea vsurum etiam motu proprio concessa, adhuc prædicta clausula habebit effectum, & talis dispensatio subreptitia censebitur, *pro vt judicavit Senatus in lite hæredum Pauli Gomes,* 34

Gomes, *Scriba Duardo Borges*, quæ decisio optimè fundatur ex Afflict. & alijs, quos circa similem clausulam citauimus *supra lib. 2. cap. 4. nu. 78. in fine vers. dummodo tamen*, & confirmatur ex notabili Ordin. *lib. 3. tit. 37. § 3.*

35 Cæterum prædicta clausula in pluribus casibus fallit, & in primis puto prædictam clausulam restringendam esse ad ea duntaxat, quæ apparuerint ex eodem instrumento per fidem tabellionis contrahentem recepisse, non verò procedere in deposito confessionato, nec enim illud habet priuilegiũ veri depositi, *secundũ Bal. consi. 384. lib. 1. Soc. consi. 142. lib. 1. n. 6. refert Tiraq. de retract. cõuent. vers. quod cõsignare § 4. glos. 6 n. 14.* Et nõ ex alia causa, quàm quia nihil constabat de recepto, credo à sacro Senatu fuisse dispensatum de prædicta clausula *Iorgeo Mendes Villalobos cum Gaspar da Sylua* ad infringendũ contractum ex enormissima læsione, *Anno* 1584. *Scriba Petro de Seixas.* Nam prædicta clausula in vim pænæ tunc videtur esse apposita, vnde succedit, quòd pæna ex transactione promissa, non nisi lite jam definitiuè decisa peti possit, imo, & ab ejus solutione excusatur, qui habuit justam causam litigandi, *vt in l. qui Romæ §. duo fratres vbi Paul. & Alex. nu. 5. ff. de verb. oblig. facit tex. vbi glos. in l. de rebus ff. de arbitris, Molina lib. 4. cap. 9. n. 44. & ita nouissime lege lata sententia fuit Anno* 1614. *quibus adde Pereira decis. 34. n. 8. Phæbum tom. 1. decis. 89. num. 7. & declarant vno casu de quo Gratian. tom. 1. cap. 321. num. 10. & 11.*

36 Itẽ, & secũdo, si scriptura nõ est liquida, ac propterea debet procedi per viã libelli, tunc pars audietur sine deposito in ijs, quæ non sunt contra substantialia contractus, sed tantùm, quo ad liquidationem, vt decisum fuisse constat à Senatu *in causa Barboræ da Sylua, Scriba Gaspar de Carualho, Anno* 1606. Pro qua sentẽtia facit, quia licèt statuto, vel lege prohibita sit cõtra instrumentum exceptionis objectio, cum hic contra instrumentum nihil opponatur, sed aduersus definitionem certæ ipsius contractus quantitatis, quæ ex ipsa scriptura certa non est, non obstante prædicta lege, & statuto talis objectio admittitur, *vt expressim asseuerat Bald. in l. 2. n. 7. C. de executione rei jud.* quem sequitur Hypol. *sing.* 168. fatetur Couar. *lib. 2. cap. 11. num. 1. col. 5. vers. primum ex ijs*, & magis in terminis Cald. *in l. si curatorem verb. vel aduersarij dolo. n. 22. post princip.*

Item, & tertiò clausula depositaria non habet locum in ijs, quæ extra obligationem principalem petuntur. Nam illa scriptura in qua continebatur clausula depositaria, item, & pæna contra impetrantem rescriptum Palatij aduersus prędictam clausulam, decreuit Senatus audiendum esse reum sine deposito super pœna, *in causa Domini Ioann. de Villauerde cũ Domino Hieronymo de Almeyda, Scriba Dominico Dias Murzelo, Anno* 1607. non obstante clausula depositaria, quia nõ poterat de illa fieri extẽnsio ad pænam *ex tex. in l. doli clausula ff. de verb. oblig. Clemẽt. 2. de procurat. l. si stipulatus ff. de verb. oblig. Imol. in cap. ex literis extra de jure patron.* Et idem dico, si petatur interesse propter moram, nec enim prædicta clausula potest extendi ad casum, de quo non loquitur, *ex reg. l. si vnus § ante, ibi in alia re, ff. de pactis*, cum prædicta clausula sit odiosa, *juxta regulam, quæ à jure de regul. jur. in 6.* 37

Item, & quartò non obstante prædicta clausula exceptio falsitatis admittetur, 38 dummodò falsitas sit contra substantialia instrumenti, secus verò, si contra accessoria népè contra hypothecam, vel pænã *juxta tex. in l. satis apertè jun. gl. verb. objicitur. C. ad l. Corn. de fals. Ias. in l. 4. §. cõdemnatum n. 9. ff. de re jud.* & dummodò incontinenti offeratur probatio falsitatis, *argumẽto tex. in l. fin. C. si ex fals. instrum. Abb. in cap. suscitata de in integ. restit.* vbi probat ex prædicta exceptione incontinenti probanda suspendi executionem,

Couar.

*Couarr.in pract.c.*16.*nu*.2. Nec enim dicitur instrumentum illud, quod est falsum, etiam si statuto rejectæ sint omnes exceptiones *Menoch.lib.2.præsumpt*.48. *Asinius in praxi* § 31.*cap*.50.

39 Item quintò exceptio nullitatis instrumenti, & obligationis admittetur non obstante prædicta clausula, nam annullato contractu principali, censentur clausulæ in eo contentæ annullatæ, *glos.in l*.3.*§*.1. *verb.fauiana ff.si quid in fraud. patron.* quã multũ comẽdãt plures auctores, quos refert Valasc. *consult*.85.*num* 3. 1.*part.& vltra eos illam valde notat Palat.in repetitione rubricæ §*.76.*n*.6. *Autles in c.præterum c*.10.*gl.verbo execution.n*.61.*& firmat Bart.in l.diuus Traianus ff.de testam. milit.n*.1. & est similis glos. quæ videtur idem sentire *in l.vẽdicantẽ ff.de euiction. dum allegat.tex.in l.quemadmodũ C.de agricol.& censit lib*.11. Ex quibus deducitur quod si non tenet contractus principalis, non incurritur pæna ex cõtrauentione, commendat Cæpola *in caut*.131.*Ias.in l. certi condictio.§.si nũmos nu*.36.*ff. si cert. pet.ubi Dec.col*.2. Pro qua sententia expẽdi potest etiam tex.*in Ordin.lib.* 1. *tit*.62. §.49.*& tex in lib*.4. *tit*.48.§.1. *ibi, ou prometa pena algũa, ibi, todo serà nenhũ.* Nã vbi non tenet principalis dispositio, nec tenent quæcunq; clausulæ in eo contentæ, ad quod etiam alias cõcordantias adducit Tiraquel.*lib.de jur. constituti.limi.7.num*.24 Vnde in proposito contra instrumentum quod est nullum, non obstante clausula depositaria audietur pars, dummodò ipsa nullitas appareat ex eodem instrumento, *vt probat Valasc. vbi sup. cui subscribit Cabed.decis*.37.*n*.4. *lib*.1.*& consuluit Ruyn. in simili casu.consi*. 78.*nu*.8. *lib*. 4. *quibus adde Pereira decis*. 34.*num*. 3.

Unde si contractus sit nullus, vt quia vsurarius, *prout supra dixi nu*.29. audietur

40 pars sine deposito, quicquid immeritò dubiter Valasc. *vbi supra*, & sic cautè faciet debitor, si agat de vsura coram Ecclesiastico, & petat inhibitoriam cum licentia tamen Senatus maximi, *juxta Ordin.lib.*2. *tit*. 14. Nam hoc casu judex laicus debet supersedere, *per cap.tuã de ordin.cog.* quod contra Angel.*in l*.4.*§.condemnatum*, qué refert ibi Alex.*num*.17.*ff de re jud*. tenent plures quos refert Barbosa *in l. Titia nu*. 49.*ff.solut.matrim.Gaspar Rodericus Gallegus de annu.reddit.quæst*.3.*nu*. 122. *cum sequentibus, Gama decis*.194.*n*.2. nisi fraudulenter quis mouerit litem nullitatis, *vt per Innocent. in cap. cum in jure de officio de legat. Gutierres de jurament.confirmat. cap*.2.*ex num*.19.*&* 23. Idcirco pro sistenda executione forte ex præsumpta fraude inhibitoriam hujusmodi promulgari noluit Senatus maximus permittere *in causa executiua Fernandi de Saldanha cũ domina Felipa de Mello, Scriba Emanuele Fernandez Lamego, Año* 1608.*& in causa Iorgei Rodriguez à Costa cum domino Ludouico de Sylueira, Anno* 1609. *Scriba Bartholomeo Mouro.* Aliàs autem ab inhibente poterit supplicari ad judicem coronæ, *vt dixi in lib*.1.*cap*. 2. *num*.8.

Item, & sextò exceptio illa, quod dies solutionis nõ dũ cessit admitti debet, nõ obstante prædicta clausula, & ratio est quia actioni locus non est, donec terminus soluendi durat, & non est elapsus *l*. 1, *C. de condict.ex lege, vbi Angel. l.si mandauero in princip. ff. mandat. l. cum qui calendis ff.de verb. obligat*. Secunda ratio est, quia licèt hæc exceptio à reo non opponatur, judex ex officio potest creditorem repellere ante diem agentem, si ex instrumento sibi constiterit diem non dum venisse, *secundum Bartol.in l lecta calumn*. 4. *ff. si cert. pet*. Tertia ratio est, quia ipso jure non competit potentia agendi ante diem, *juxta tex. in l*.1. *C. vt actiones ab hæred.& contra hæred.* quæ resolutio vera erit, nisi debitor suspectus esset de fuga, vel alia justa causa interueniret, nam tunc ante diem agere poterit, *argument. text. in l.quæsitũ jun.glos.verb.quia interest.ff.de pignor. & in l*. 17. *titul*. 13. *part*.5.*explicat.Mascard.conclus*. 456. *de pro-*

M

probat. Soar. in l. post rem jud. lim. 7. n. 7.

42 Item septimo, prædicta clausula fallit, si ante aduentum diei persona obligata intentet actionem ad rescindendum contractum ratione simulationis: quamuis Cabed. *Arest.* 26. *lib.* 2. *pagin.* 384. aliud existimet ex eo, quia in effectu per istam actionem intendit obligatus impedire solutionem, & quod non licet per vnam viam, nec per aliam licere debebit *l. oratio ff. de sponsal.* Quæ tamen opinio sic generaliter intellecta vera non est, & apertè conuincitur ex eo, quia, si per exceptionem simulationis, vt quia illa ex actis appareat, vel incontinenti probetur, potest quis impedire actionem, non obstante prædicta clausula, quia simulatio reddit contractum nullum *ex Ord. lib.* 4. *tit.* 71. ac propterea clausula depositaria annullatur, *prout dixi sup. nu.* 39. Deducitur exinde quod à fortiori agi poterit per libellum ad annullandum contractum *ex ijs, quæ supra probaui cap.* 21. *num.* 44. Neque obstat auctoritas Senatus relata à Cabed. *vbi sup.* quia ibi tempore actionis jam aduenerat dies solutionis, quo casu calumnia præsumebatur, & ideò rectè judicauit Senatus reum non audiri, nisi facto deposito, nam si tunc tollebatur exceptio, multò magis, & actio. Sed pro eo, quod dixi per exceptionem simulationis posse impediri actionem, non obstante prædicta clausula, videndus est Bald. *in l. cum precibus post princip. C. de proba.* vbi ait quòd si ex statuto nulla possit opponi exceptio aduersus instrumentum, potest tamen opponi, quòd est simulatũ, & idem tenent complures, quos latissimè refert Tiraq. *de retract. linag.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 13 Nec obstat si objiciatur, quòd id faciens videtur allegare suam turpitudinem *contra l. cum profitearis C. de reuoc. donat.* quia, & huic objectioni facilè respondetur, id minimè procedere cum allegatur simulatio, *vt per Bart. in l. post contractum. col.* 3. *ff. de donat. Tiraq. vbi sup. num.* 16.

43 Item octauo, prædicta clausula non habet locum, si reus excipiat ex remedio, *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Nam eadem necessitate, qua ad vendendũ peruenit venditor, videtur istam clausulam adjicere, & ideò qua facilitate circumuenitur vendendo viliori pretio, circumuenitur in adjectione prædicta *arg. l. de li maliuers. diuersum C. de nouat.* vnusquisque enim contractus initium spectandum est, & causa, *l. si procuratorem dedero ff. mădat. l. vnã orig. ff. quod vi aut clam. l.* 3. *C. ad Maced.* Et quamuis *Cabed. decis.* 37. *num.* 5. *lib.* 1. variè in hoc casu asseueret se vidisse in Senatu judicari, modò sic, modò non, & nihilominùs affirmet frequentius decisum fuisse prædictam clausulam suum effectum operari, & reum non esse audiendum, quia agit de rescindendo, & non de annullando, tamen prior sententia verior est ex eo, quia si renuntiatio, *d. l.* 2 *nihil præstat ex Regia constitutione lib.* 4. *tit.* 23. §. 9. quicquid aliud velit communis, quam resoluit Couarruu. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Sequitur quod nec etiã prædicta clausula præstare debeat, nec per indirectum valeat contra regulam, *l. Scius, & Augerius ff. ad l. falcid.*

Item, nonò prædicta clausula non habebit locum, si reus excipiat de læsione enormissima, cum eo casu ex dolo præsumpto contractus sit nullus *l. si superstite vbi gl. C. de dolo nec.* non vlla renuntiatio illius valeat, *vt i probatur in lib* 4. *tit.* 13 §. 9 *tradit Couar. lib.* 2. *var. cap.* 4. *nu.* 5. *Menoch. libr.* 1. *de arbitr. quæstio.* 71. *num.* 18. & similiter nec ista clausula depositaria valere debet In quam sententiam se inclinat Cabed. *decis.* 37. *num.* 5 *lib.* 1. & postea ita etiam judicauit Senatus *in causa domini Hieronymi de Almeyda cũ domino Ioanne de Noronha, Scriba Vicentio Ribeyro, Año* 1607. *& in lite Augustini Franco, Anno* 1609. *Scriba Sebastiano Gonçalues de Lima.* 44

Item decimò prædicta clausula non operatur effectũ, vbi reus vtitur aliqua exceptione dilatoria, vt quia declinat forum judicis, corã quo conuenitur ratione incompeten- 45

petentiæ, vel eum recusat, *vt optimè disseru Cab. dec. 37. n. 6. 1. p.* Imò licet contrahens renuntiauerit suo foro cum prædicta clausula, tamen ejus hæres minor intentare poterit declinatoriam, & remittẽdus erit, *prout decidit Senatus in lite Catharinæ de Moura cum hæredibus Gaspar Mendes, Scriba Sebastiano Gonçalues de Lima, Anno* 1607. Nec obstat tex *in l. hæres absens ff. de judic.* quia non intelligitur de priuilegio clauso in corpore juris, *prout explicat ibi Bart. & cæteri* communiter, *& tradit Couaruu. pract. cap. 8. nu. 4. vide supra c. 21. num. 56.*

46 Item prædicta clausula non operatur effectum, donec in conuentione reciproca, & contractu respectiuo ex alterutra parte implementum, vt actio oriatur *juxta tex. in l. ex placito C. de rerum permutatione*, & ita judicauit Senatus *in lite Petri Gonçalues da Camara cũ Michaele Aluares, Scriba Hieronymo de Mendonça.* Nam in cõtractu innominato facio, vt facias ante implementum, etiam si actor præparetur ad faciendum, potest pars altera pœnitere *ex l. si pecuniam ff. de condictione causa data vbi Ias. n. 6.* & cum facti cõditio sit in ejus fauorem, nil mirum, si possit ante impletum factum ei renuntiare *ex l. pen. C. de pac.* decidit ita ex ijs Senatus *in lite Christophori de França cum Hospitali Regio Año 1617. Scriba Simone de Lemos*

47 Item vndecimò prædicta clausula non habet locum, quando extra personas, de quibus directè loquitur instrumentum, tertius prætendat pro suo interesse, pone enim, quòd pro tali fundo promitto soluere centum, ex quibus 50. tibi dabo, & reliqua cuicunque ea permaneant, & debeantur, proculdubiò, quoad te operabitur effectum, quo ad alios non, & ita decisum extat *in lite Hieronymi Gomes, Scriba Marcos do Quintal.* Et ratio est, quia alteri per alterum nõ quæritur obligatio, *l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig. l. ea, quæ ciuiliter ff. acquir. rerum domin. l. quæcunque gerimus ff. de act. & obligat. l. multum interest in fin. jun. gl. ibi. & Bald. C. si quis alteri, vel sibi*, & pro prædicta decisione est dictum Bald. *in l. pro te C. de dotis promissione, Soares in l. post rem limit. 2.* vbi hoc alijs rationibus confirmat. Contrarium tamen defendi potest ex ijs, quæ tradit Bart. *in l. 1. in fin. ff. de ijs, quæ in testam. delent.* vide supra *num. 33. versic. 5.*

Item decimo tertiò prædicta clausula cessat, si conuentus, prout decisum esse constat ex decreto Senatus *Ioannis Rodrigues cum Honofre Fernandes Scriba Vicentio Ribeiro, Año* 1609. Sicut etiam cessat si reus dedit pignora in executione, *vt per Cabedum decis. 37. 1. part. num 3.* 48

Item decimo quarto, prædicta clausula fallit in minore: nam ille aduersus prædictam clausulam, vti nociuam, (*prout ostendimus sup. numer. 30.*) restitui poterit. Nec enim remedium restitutionis vllo casu censetur exclusum, vt obseruat glos. *fin. in l. postquam lite C. de pactis.* Barbosa *in l. quia tale. numer. 58. ff. solut. matrimon.* dixi sup. *capitul. 21. numer. 70.* Idque ex alia ratione comprobari potest, nam quamuis is, qui contendit transactionem ipsam impugnare, teneatur statim actione proposita pretium restituere, *l. si diuersa C. de transaction.* nec aliter super ea actione audiri possit, *vt dixi sup. numer. 30* tamen minor petens contractus rescisionem non tenetur vsque ad finem litis pretium restituere, *vt constat ex l. vnica jun. glos. ibi verb. debet restitui C. de reputationibus*, quod vt singulare notauit Molina *libr. 4. de primogen. cap 9. numer. 44. & ita decisum fuisse agerit Phæbus decisione 12. numer. 6. & tradidit Ægidius in l. & hoc jure part. 2. cap. 13. clausula 1. numer 4.* 49

Idem decimo quinto prædicta clausula fallit, si debitor agat de nullitate contractus, antequam veniat tempus solutionis, quo erat obligatus prædictã solutionẽ deponere, vt ibi, *depositará o q̃ estiuer deuẽdo por bem do dito contracto*: nam cùm dies obligationis non venisset, cessat obligatio 50

depositi, quia qualitas deponendi adjuncta verbo obligationis intelligitur secundum tempus obligationis, *juxta regulam tex. in l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. l. Titius ff. de milit. testam. Bar. in l. ex facto. col. 1. ff. de hæred. instit.* Et quanuis adhuc ex ijs noluerit Senatus grauaminis debitorem dominum Franciscũ Lobo audire sine deposito, re tamen maturius considerata, Senatus maximus per diploma Regium, eum audiri jussit absque deposito, non obstante prædicta sententia supremi Senatus in contrarium jam in eo casu lata *in lite præd. dom. Francisci Lobo cum domina Luiza Pereira, Scriba Michaele Couceiro, Año 1610. Quibus adde Pereira decis. 34 n. 6. & vltra eos Salcortiũ, adde illos de quibus Phæbus tom 1. Arest. 74. n. 76*

Item decimo sextò prædicta clausula fallit in cessionario, in quem non transit jus, & effectus prædictæ clausulæ depositariæ, quæ fuerat cum primo creditore, vti censuit Senatus *in lite Iorgei Roderici à Costa, Año 1615, Scriba Ludouico Gomesio de Barros.* Quæ tamen decisio difficultatem habet ex eo, quia omne jus executionis, & executiuum, imo, & clausulam cõstituti, & jus arbitrij, veluti siquis aliquid mihi promisit facere meo arbitrio, omnia hæc, & alia cedi, & in singularem successorem simpliciter transire resoluit Tiraq. *de retract. §. 26. gl. 3. nu. 22. 31. & 33.* Defendi tamen potest prædicta decisio ex traditis ab Alex. *in l. 1. §. vlt. ff. nou. oper. nuntiat.* vbi scribit illud jus cedi non posse, quod concessum est, habendo specialem respectum ad personam, & ante eum idem dicit Bald. *in cap. de cætero post med. extra de re jud.* & ideò, si mulier cedat actionem ad repetendam dotem, is non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, quod mulier habebat, *secundum Bald. in l. 1. col. 4. vers. quærunt C. de priuileg. dot. sequitur Ias. in l. cum fundus §. 1. col. pen. ff si cert. petat.* in quo tamen vide Bart. *in l. post dotem col. vlt. ff. solut. matrim.* Cæterũ ijs non obstantibus contrariũ, & sic quod prædicta clausula transeat in cessionarium postea decidit Senatus *in quodam grauamine Alcobatiæ, Año 1621. Scriba Francisco de Azeuedo,* vbi sapientissimè, vt solet doctissimus Thome Pinheiro da Veiga id verum esse demonstrauit, ac clarum fit ex ijs, quæ dixi supra *cap. 31. num. 4.*

Item decimo septimò fallit, si instrumentum sit confectum post triginta annos, quo tempore omnis actio præscribitur, imo quanuis aliqua impediant prædictam præscriptionem, *vt in Ordin. lib. 4. tit. 79.* adhuc tamen in via ordinaria absque deposito reus audiri debet, vt rectè deduci potest ex ijs, quæ tradit Soares *in l. post rẽ. lim. 6. & ex alijs ll. Castellæ, quas refert Couar. in reg. possessor 2 p. §. 11.* 52

§. 5. *De assignatione decem dierum.*

HI decem dies assignantur in audiẽtia per viam actus sine aliquo libello, *secundũ Bart. in l. intra ff. de re jud. Rebuf. de liter. oblig. art. 6. gloss. 3. nu. 5.* Et in eis non solùm tenetur debitor suas exceptiones allegare, sed, & probare, aliàs licet exceptiones sint admissæ, reus non excusatur à condemnatione, & executione, non obstante appellatione, vti apertissimè nostra consuetudine cauetur. Quod si impedimenta objecta intra decem dies sint recepta à judice sine condemnatione (vti aliquando contigit) & illis pars aduersa cõtrariauerit, & processu concluso nihilominus condemnatio fuerit postea subsecuta fortè ex defectu probationis, vel ex alia causa, tũc appellatio admittitur, & executio sistit, idque praxi receptum est ex eo, quia cum impedimenta, vel exceptiones recipiuntur absque condemnatione, jam fit via ordinaria. Et cum lex Regia de hoc casu non disposuerit, remaneat ille in dispositione juris communis, *per ea, quæ dixi lib. 1. cap. 2. nu. 16.* Nec enim lex ista, quæ loquitur de via summaria, extendi debet vltra casum, de quo loquitur, cum sit exorbitans à jure communi, quo via summaria 53

ista

ista non erat cognita *vt in l. minor. 25. an-*
nis cui fideicommissum ff. de minor. & ita
decisum fuit à Senatu, *Anno* 1608. *in cau-*
sa Benedicti Pauli cum Antonio Cortes,
Scriba Simone de Olíueyra.

Item hi decem dies sunt peremptorij à
54 jure concessi, & pro forma assignantur, ita
quod nulla ex causa abreuiari, vel prolon-
gari possunt. *Cabed. decis.* 28. 1. *part.* quod
procedit, etiam si pars supplicauerit à ju-
dice assignante decendium, & fecerit peti-
tionem grauaminis, decendium curret à
die, qua judex illud à principio præfinie-
rit, *vti decisum fuisse testatur Cabed. decis.*
30. *num.* 2. 1. *part.* Quamuis aliud postea ju-
55 dicauerit Senatus *in lite Gaspar Homem*
Cardoso cum Feliciano Coelho de Carualho
Año 1608. *Scriba Emanuele Gutierres*, vt
donec acta sunt in Senatu cum petitione
56 grauaminis decendium non currat. Nec
item prædicti decem dies jam incæpti
suspendi possunt per ingressum feriarum
quia sunt continui *Bal. in l* 1. *& vlt. C. de*
ferijs, & ita Senatus admisit. Cæterum de-
cendium non curret, si Scriba non misit
processum procuratori rei conuenti, *se-*
cundũ Cabed. decis. 28. 1. *part.* nec si distri-
butio non fiat, vel si mandatum actoris nõ
appareat, vel, si culpa Notarij non fuerint
testes examinati: quia impedito non cur-
rit tempus, *argum. l.* 1. *§ dies autem ff. quã-*
do appell. sit l. vnic. ff. libell. dimis. vel si tẽ-
pore luctus citatio fiat, *ibi fiat, vel si reus*
57 *ægrotus petat nouẽ dies infirmitatis vt no*
tat Phæbus tom. 1. *Aresto* 88. vel si reus in-
tentauit exceptionem declinatoriam fo-
ri, vel incompetentiæ judicis; quicquid
Cabed. *decis.* 30. 1. *part. quem etiam impro*
bat Valasc. allegat. 76. *n.* 59. nam priùs de-
bet constare de potestate judicis.

Sed, & illud opportunè quæri potest,
an si transacti sint decem dies, reus possit
58 vti aliquo medio? Et nonnulli existima-
runt posse reum suas exceptiones proba-
re per confessionem partis aduersæ elap-
so illo termino *Valasc. de jur. emphy. quæst*
7. *nu.* 29. Nam, & contra sententiam tran-
sactam in rem judicatam, & quæ exequi-
tur, potest objici de confessione actoris,
vt per D.D. quos supra r. tuli cap. 21. *n.* 52.
cum etiam elapsis decem diebus, possit
actor compelli ad jurandum de calumnia
vt per Soar. in l. post rem. vers. sed pulchrũ
fol. 146. *ff. de red.* quicquid Auend. *respon-*
so. 18. aliud velit, & probat Ordinat. *lib.* 3.
tit. 43. § 1. vbi in quacunque parte potest
actor compelli ad jurandum. Potest etiam 59
similiter reus elapso decendio se defende-
re cum omnibus illis exceptionibus, quæ
dictæ sunt in §. præced. Nam licet non
probentur plenè intra decem dies, suffi-
cit tamen allegare intra illum terminum,
dummodo constet ex actis de justitia il-
lorum, *vt resoluit Soar. in l. post rem in d.*
2. *part. declar. l. Regn.* §. *sed pro euidentia.*
num. 49. *&* 50. Vel si executiones à jure
insint, & in jure consistant, *vt per Bart. in*
l. si vnus §. *pactus* 7. *col. vers. si verò appa-*
ret ff. de pact. & in l. lecta 4. *col. ff. si cert. pe*
tat. Ex quo infero, quod etiam elapso de-
cendio poterit filius opponere exceptio-
nem Macedoniani, si agatur contra illum
ex mutuo, & mulier exceptioné Velleani,
nec est necesse probare aliquid infra de-
cem dies, cum istæ sint exceptiones juris
si est notorium esse filium familias de hoc
videtur casus notabilis in l. *tamen si ff. ad*
Maced. & quod per illum tenet Bald. *in l.*
si filius fam. 2. *col. C. ad Maced.* vbi dicit,
quod ista defensio potest opponi post sen- 60
tentiam, quinimo judex ex officio in su-
pradictis casibus poterit repellere actoré
absque eo, quod à debitore requiratur,
quia aduersus agentem absque actione
judex potest impartiri officium suum ad
vtilitatem priuatam, *secundũ glos. in l. vbi*
pactum verb. pœna C. de transact. commu-
niter receptã ex Tiraq. *in l. si vnquã verb.*
reuertatur nu. 281. *C. de reuoc. Rebuf. de li-*
ter. oblig. art. 1 *glos.* 9. *num.* 28. Pro qua sen-
tentia facit, & aliud fundamentũ efficacis-
simum: nam licet transactis decem die-
bus ex Ordin. rejectæ remaneant omnes
exceptiones, & non admittantur, illa ta-

 men

men opponi poterunt, quæ apparent ex inspectione instrumenti, aut sentiæ, vt est verum Bald. axioma *in l. si ex prædijs. C. de euiction.* notauit glos. *in l.* 1. *§. hoc interdictū pertinet. vers. siue supremæ tabulæ verb. imperfectū ff. de tab. exhib. Masc. de probat. quæst.* 8. *nu.* 18 *lib.* 1. *Menoch de adipiscend. in* 4. *remed. nu.* 530. Nec item
61 illa exceptio præsumitur rejecta, quæ inest ex subjecta materia, *ita Felin. & Dec. in cap. ex parte o* 2. *limit.* 10. *de officio deleg* & alios recenset Asinius *in praxi* §. 31. *cap* 29. Exemplum affertur in exceptione cedendarum actionum, quam fidejussor opponere potest contra creditorem, tam etsi statutum rejiciat omnes exceptiones, *sic docuit Bald. in auth. præsenti col.* 1. *vers. quæro dicit statutū. C. de fidejussor. quem sequitur Rom. consil.* 334. *n.* 5. *& alia exempla ponit. Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 48. *n.* 14. *&* 15. Nec item illa, quæ respicit inhabilitatem personæ nunquam à statuto censetur rejecta *Menoch. sup. n.* 6. vbi cumulat alias exceptiones, quæ admitti debent non obstante statuto omnes exceptiones rejiciente.

§. 6. *De quinquennio, quod debitori præstari solet à maiori parte creditorum.*

62 VT huic beneficio locus esse possit omnes creditores citari debent etiam absentes Bartol. *in l. rescriptum ff. de pact. vbi Ias. dicit receptum num.* 4. vnde remissio per dolum concussa non nocet alijs *Bart. in l. fin. num.* 8. *de apell. recip.* Et licèt ea creditoribus noceat etiam habentibus priuilegium, *vt in d. l. rescriptum* tamen creditori habenti fidejussorem non obest quinimo fidejussor conueniri potest *l. si præcedente* 58. §. *Lucius Titius ff. mandati,* quem tex. summè notat *Mathes. notab.* 105. *Greg. in l.* 6. *tit. fin. part.* 5 & primò notādus est in eo, quod exceptio, quæ prodest principali non prodest fidejussori cōtra §. 1. *Inst. de replicat. l. exceptiones a* 2. *ff. de except.* Secundò in eo, quod habet in vers. *nec enim,* vt si creditor exegerit in solidum à fidejussore, non habet fidejussor actionem mandati contra debitorem in solidum, sed pro rata remissionis, nec etiam in hoc casu habet locum reg. *l. idemque* 10. § *generaliter ff mādati,* vt conuento fidejussore, qui non potest vti aliqua exceptione reo competenti, potest reus eam proponere suscipiendo judicium pro fidejussore, docet glos. *pen. in l. fidejussor.* § *quadam. ff. mand. gl. fin. in l. si pro ea C. eodem,* est recepta sententia secundum Hypolit. *in rubr. de fidejuss. nu.* 328. *Ang. in §.* 1. *num.* 7. *de fidejussor.* 64
Item prædicta concessio, & remissio non nocet habenti debitum juratum, vti ex pluribus resoluit Gutierr. *de juram. cōfirm.* 1. *part. cap.* 65. & pro cautela notauit Ferrar *cap.* 55. Nec ei similiter, qui habet sententiam, & fecit pignorationem, & executionem, *Phæbus tom.* 1. *Arest.* 97. *&* 24. *&* 96. & vt decreuit Senatus *in lite Iorgei Barreto, cum Iorgeo Roderico Luis, Scriba Dominico de Chaues, año* 1615. Quanuis anteà aliud visū fuerit Senatui *in lite Didaci Duarte cum Aluaro de Costa, & Ioan. Laurētio, Scribo Marco de Quintal, Año* 1607. & nunc *in lite Lupi Rodrigues cum Roderico Aluarez, Año* 1617 *Scribo Simone Soares.* Nec etiam in causa depositi locum habet, *vt l. si ventri §. in bonis ff. de priuil. cred.* 9. *tit.* 3. *p.* 5. *in fin. l. procuratoris §. planè vers. sed si dedr. ff. de tribut. l. si quid tamen C. qui potior,* nec etiā in causa furti, *argumento tex. in Ordin. lib.* 3. *tit.* 37. § 6. nec etiam, ei qui mutuans pecunias credidit, vel merces vendidit habita fide de pretio mercatori biduum, vel triduum ante decoctionem, quia ex breuitate temporis fraus dignoscitur, & consilium initum à decoctore præsumitur, *vt per Bart. & alios, quos citat Tiraq. de retract.* §. 1. *gl.* 7. *nu.* 76. nec enim decoctor, qui cōmittit dolū, & fraudem, gaudet quinquennio, *judicauit Senatus teste Phæbo Arest.* 69. *vers. & notabilis. l. sed si ex parte. §. interdū vers. quanquā ff. quod cum eo facit Ord. lib.* 5.

65

lib. 5. tit. 66. §. 2. Strach. de mercat. tit. de decoctoribus 6. part. n. 20. Tiraq. in l. si vnquam verb. bona nu. C. de reuoc. donat. & ideo iste creditor alijs præfertur, quia non censetur transtulisse dominium mercium, aut pecuniæ, *Neguzant de pignor. 2. membr. 5. part. nu. 9. in fin. Matiens. in l. 7. glos. 5. nu. 9. tit. 16. lib. 5. recopil.* imo si extant, reuendicare poterit *l. si ventri §. in bonis vers. si tamen nummi. ff. de priuileg. cred. Ord. lib. 4. tit. 5. §. 2.* & ita consului.

66 Alio etiam remedio vti potest debitor inops incarceratus, qui non habet vnde se alat, vt petat sibi à creditore alimenta præstari: nam alias à carcere solui debet, vt ex praxi seruari testatur Valasc. *consult. 1. n. 8. ibi. consultat. 1. num. 8. addo Ægidium in l. hoc jure part. 2. cap. 13. Cleri. 7. nu. 9. Gama decis. 261.* qui ampliat in persona cesionarij, & notat etiam Cabed. *decis. 83. 1. part.* & ita esse de jure communi Imperatorum probat Matiens. *in l. 4. tit. 16 glos. 1. lib. 5. Recopil.* licet Castellæ

67 aliud sit per illam legem. Item amplia notabiliter in praxi, quod etiam ante sententiam cesionis bonorum, interim, dum currit causa super cesione, incarcerato alimenta à creditore præstari jussit Senatus *in lite Dominici Rodrigues cũ Petro Gonçalues, Scriba Nicolao Pereira, Anno* 1610. Limita, si debitum descẽdat ex delicto, vt quia in eo dolũ, aut fraudem debitor commisisset, aut crimen stellionatus, aut quia depositum negauit, aut eo fuit vsus contra deponentis voluntatem *l. qui depositum C. depositi cap. 1. eodem tit.* idem de pignore, *l. si pignor. ff. de furtis.*

Sed, & his etiam addes notabiliter, vt quanuis debitor per cesionem, vel alijs modis, de quibus supra creditoris exactionem effugere posit, tamen si ille filios diuites habeat, cautè, à filijs debitum extorquere poteris, si dicas debitum in alimenta filiorum fuisse conuersum, tentauit Bart. *in l. his solis 49. ff. de cõdict. indeb. Rom. sing. 213. Cæpol. caut. 246. Ias. in d. l. his solis*, vbi pro hoc allegat tex. *in l. et qui, ad fin. ff. quod cum eo*, & in dubio pater accipiens pecuniam, videtur accepisse pro familia, idest liberis nutriendis, *Bart. in l. si filius ex nu. 17. C. ad Maced. quibus addes Flores ad dec. Gamæ 186. & Stephan. Grat tom. 1. c. 107. & alium casum in quo filius exequi potest pro debito patris etiam si hæres ejus nõ sit vt per Ægidium in l. ex jure 2. p. c. 1. n. 26. versic. cui etiam.* Quod summè notandum est contra illos decoctores, qui hodie maioratus, vel hæreditatem aduentitiam dolosé faciunt cum suis consanguineis in persona filiorum constitui, nam quanuis illud tanquam in fraudem cõ missum reuocari non posit *l. qui autem ff. quæ in fraud. cred.* tamen hoc modo recte debitum recuperari poteris.

68

PRAXIS DE ACTIONIBUS ET QVE IN VNAQUAQUE EARUM de stylo requirantur, vt actor concludat intentum.

Et quibus modis reus illis per contrarium respondere, & excipere posſit.

LIBER QVARTVS.

SUMMA EX HOC LIB. IV.

PRæfatio circa formulas actionum.
Cap. 1. De primo genere actionum, id est de actionibus personalibus à jure ciuili descendentibus.
§. 1. De condictione.
§. 2. De actione furtiua.
Cap. 2. De actionibus realibus à jure ciuili descendentibus.
§. 1. De reiuendicatione.
§. 2. De actione confeſſoria, & negatia.
Cap. 3. De actionibus mixtis.
§. 1. De act. fam. erciſcun.
§. 2. De act. commun. diuid.
§. 3. De action. fin. reg.
Cap. 4. De secundo genere actionum, quæ olim prætoriæ vocabantur.
§. 1. De actione reuocatoria.
§. 2. De act. Seruiana, hypothecaria, pignoratitia.
Cap. 5. De actionib. personalibus prætorijs.
§. 1. De constituta pecunia, & de act. de peculio.
§. 2. De Institutoria, & exercitoria act.
Cap. 6. De tertio genere actionũ prætoriarum, quæ ad pœnam competunt.
Cap. 7. De action. præjudicialibus.
Cap. 8. De actionibus bonæ fidei.
§. 1. De act. exempto.
§. 2. De euictionibus.
§. 3. De actione redhibitoria.
§. 4. De actione quantò minoris.
§. 5. De act. ex vendito.
§. 6. De actionibus locati, & conducti.
§. 7. De actione pro socio.
§. 8. De actione depositi.
§. 9. De actione mutui.
§. 10. De actione commodati.
§. 11. De actione mandati.
§. 12. De actio. neg. gestor.
§. 13. De actione tutelæ.
§. 14. De actione petit. hæred.
§. 15. De actione pro dote.
§. 16. De actio. ex l. 2. C. de reſcindẽdæ.
Cap. 9. De actionibus arbitrarijs personalibus in rem ſcriptis.
§. 1. De actione quod metus causa.
§. 2. De actione ex dolo.
§. 3. De actione ad exhibendum.
Cap. 10. De interdictis.
§. 1. De interdicto poſſeſsionis recuperandæ vnde vi.
§. 2. De interdicto retinendæ, vti poſsidetis.
§. 3. De interdicto adipiſcendæ.
Cap. 11. De actionibus quæ ex maleficijs descendunt.
§. 1. De actione injuriarum ciuiliter intentata.
§. 2. De actione legis Aquiliæ.
§. 3. De actione noxali.

PRÆFATIO.

1 HOC verbum, actio, quid significet, & quot sint actionum genera, quæ species aut differentiæ cum alijs distinctionibus, scholis, cùm ad eruditionem tyronum magis pertineant, libenter, & consulto dimittimus, esset enim puerile in ijs principijs juniorum inhærere, cum parum nobis conducant ad praxim, & ideo tantum de ijs, quæ magis in vsu frequentantur per ordinem Justiniani, quatenus praxis requirit, breuiter nobis differendum erit. Nam licet formulæ actionum, quæ olim erant de jure Ciuili, sint sublatæ Pontificia, & Regia Ordinatione *l. 1. & 2. C. de formul. sublat. cap. dilecti de judicijs Ordinat. lib. 3. titul. 63. §. fin. & in l. 40. titul. 2 part. 3.* necessariæ tamen sunt vtroque jure, nullaque institutio omni jure, quoad forenses exercitationes frequentior excogitari potest. Nam

2 sine actione nemo hodie experitur in judicio, *l. si pupilli. §. videamus ff. de neg. gest. cap. constitutis 47. jun. glos. de election.* quanuis proprium actionis nomen in libello exprimi nulla totius juris necessitate astringamur, *vt in cap. fin. de libell. oblat. cap. 1. de mutuis petit Valasc. de jure emphyt. quæst. 6. nu. 9. Auendan. respons. 1.*

3 Quò fit, vt licet nomen actionis non sit necessarium exprimere, nec item attendatur, an sit inepte actio proposita: Tamen factum aptè, & purè proponi debet, & ita in praxi vtroque foro obseruatur, quia inutilis expresio actionis non debet nocere facto verè, & simpliciter proposito, & id apud omnia tribunalia jam vbique terrarũ custoditur, nec quidem ex ineptitudine actionis causa vitiatur *Bart. in l. 1. nu. 18. ff. de edend.* communis secundum *Jas. nu. 3. Rip. nu. 9 Bolonet. 4. in l. edito C. de edend. Abb. n. 19. Felin. 11. in d. cap. dilecti Marant. de ordin. jud. 6. p. cap. de sententia num. 69.*

Ex qua resolutione primò infertur intellectus ad *l. 1. §. si autẽ ex locato ff. si mensor.* Nam ideo ibi causa vitiatur, quia ineptitudo consistebat in ipsius facti propositione, & ita significant illa verba, ibi, *intẽtionem nõ tenere.* Et infertur etiam ad tex. *in l. vnica vers. eodemque modo C. de rei vxoriæ action.* vbi si facto rectè proposito actiones conuertantur, non nocebit, juxta superiorem traditionem. Quò fit falsum esse quod vulgò circunfertur ibi dotis causa illud singulare fore, constat enim ex superioribus stricta disputandi ratione post Theodosium *in l. 2. C. de formul. subla.* ita obseruandum esse. Infertur etiam inde intellectus ad tex. *in cap. examinata de judicijs*, vbi non actionis nomine, sed in facti propositione ineptitudo consistit, cum enim reiuendicationis proprium sit agentem esse dominum, & aduersarium possidere, *l. officium, & l. in rem. 23. l. is qui distinauit 24. l. qui petitorio. 36. ff. de rei vendicat. In d. cap. examinata* agens rei vendicatione proposuit se posidere, ex quia ineptitudine in instantia condemnatur. Infertur etiam ad tex *in cap. cũ dilecti de emptione, & venditi.* vbi canonici ineptè 5 proposuerunt venditionem nullam fuisse, cum proponere deberent pretium esse supplendum, vel contractum rescindendum ex remedio, *l. 2 C. de rescind. vend.* Ideoque vitiatur instantia jure illis reseruato, *glos. ibi, & Beroius num. 33. in d. cap. examinata.* Vnde ex ijs facilè consequitur quàm sit tamen necessarium proponere hic ea, quæ aptum ex facto reddunt libellum in vnaquaque actione, & ideo de ijs requisitis, quibus factum rectè proponatur, nobis agendum erit.

CAP. I. *De actionibus personalibus à jure Ciuili descendentibus.*

§. 1. *De condictione, idest de actione condictitia.*

Appel-

APpellatione hujus actionis personalis continetur omnis condictio, per quam ex omni causa, contractuuè certum quid petitur. *l. certi condictio ff. si cert. pet.* In cujus libello requiritur causam proponi, *vt in l. & an eadem. §. actiones ff. de except. rei judi.* ex qua actor concludat reum condemnari ad dandum, vel ad aliquid faciendum; oportet enim, vt sicut partes conuenerunt, eorum placita seruentur. *l. 1. l. juris gentium. §. prætor ait ff. de pact.* & ob id contractus ex conuentione legem accipiunt. *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi,* & sic passim lex appellari solet, *l. legem C. de donat. l. ea lege C. de cond. caus. dat.* & non possunt partes ab illis postea resilere *l. sicut C. de act. & obligat. l. in commodato, §. sicut ff. comodat. l. 1. quando liceat ab emptione discedere.* Per cõtrarium autem reus articulare poterit de modo non adimpleto in forma, qua conuenerat inter partes, nec enim antea oritur actio, *vt dixi lib. 3. cap. 22. num. 46.* vel quia creditor sciens debitori soluisset aliquod debitum citra compensationem concurrentibus alijs indicijs, & conjecturis, præsumitur enim solutio. *Masc. conc. 1325. Crauetta cons. 126. n. 9.* Secus, si aliæ conjecturæ non concurrant, *ita Bart. in l. si quidẽ n. 1. C. de transaction. vbi Bal. & Salic.* Item in hac actione, per quam quid faciendũ petitur, reus excipere potest, quòd casus superuenit, per quẽ factum fieri non potuit, *vt in l. 2. §. si quis judicio, & in l. fin. ff. si quis caut.* sentit Bar. *in l. stipulatione non diuiduntur num. 44. ff. de verb.*

4 Item, & appellatione hujus actionis continetur condictio sine causa, vt quia promissum vel datum ob causam reuertatur ad non causam, *l. 1. in fin. ff. de condict. causa data,* & sic intelligenda est decisio Cabed. *Arest. 28. 2. part.* nam, si quis timore gabellæ soluendæ in chancellaria ante decendium debitum confiteatur, aut quia nõ habet summam petitam ad deponẽdũ ex vi clausulæ depositariæ, sine qua non auditur, illam soluat, pro cautela consuluit Valasc. *cons. 56. nu. 6.* solutum ex vi prædictæ sententiæ, repeti posse per condictionem sine causa, vt quia causa propter quã soluit, redeat ad non causam, vtpote probata, & detecta vsura, vel alio *secundũ Bar. in l. Iulian. verum debitorem n. 11. & Ias. n. 10. & 16. ff. de condict. indeb.*

§. 2. De actione furtiua.

COmpetit hæc actio non solum aduersus furem, sed etiam contra ejus hæredem, tametsi rem subreptam nõ possideat *l. si pro fure. §. fin. ff. de condict. furt.* 5
Deinde, quia etiam si res furto sublata pereat sine culpa furis competit ad æstimationem quanti plurimi, & ad fructus ex ea re perceptos, & percipiendos *l. in re furtiua, ff. de condict. furt.* & per eam recuperat quis rem à tertio, qui emit, nullo ei pretio restituto *l. 2. C. de furtis.* Requiritur autem in hac actione non solum tempus apponi, *vt in l. libellorum ff. de accusat.* sed etiam æstimationem rei furatæ, *secundum Bart. in l. Pædius §. diuus ff. de incendio ruina, & naufr.* imo, & illud, si clam aut palam fuit furtum commissum *per l. 1. jun. l. sequenti ff. de furtis.*

Sed reus excipere potest ex qualitate personæ, quia honesta, & ex crimine furti 6
nunquam aliàs suspecta, *vt per Accur. in l. in ciuile. verbo fuisse C. de furtis gloss. in l. de minore §. nam ex sermone jun. tex. ibi cujus æstimationis ff. de quæstion. Tiraq. de pænis caus. 51. n. 130. & sequenti,* & vna præsumptio efficacior tollit aliam, quæ sit minus verisimilis *l. 3. C. ad leg. Cornel. de sicarijs* quod maximè procedit, quãdo præsumptio vna est generalis, alia verò specialis, quæ est pro reo *latè Mascard. concl. 1230.*

CAP. II. *De actionibus realibus à jure Ciuili descendentibus.*

§. 1. De actione rei vendicationis.

1 IN hac actione duo copulatiuè necessariò articulari, ac probari debent, in quorum altero, si deficiat actor, succumbet. Primum est, vt articuletur, & probetur reum possidere, *pro vt dixi in præfatione num. 4. ad fin.* vel dolo desijsse possidere, *l. quod si de dolo ff. de reiuendicat. l. 30. tit. 2. part. 3.* Secundum est, vt articulum faciat, & probet se esse dominum, vel quasi, alioquin non vincet, *l. dote ancillam, C. de reiuendicat. l. in rem actio ff. eodem docuit Paul. in l. & non tantù ff. de petit. hæred. late Bertrand. consil. 85. n. 5. vol. 7.* Fallit tamen, si agatur reiuendicatione contra violentum

2 possessorem, quia actor excusabitur à probatione dominij probata violentia possessoris, *vti colligitur ex Bart. in l. naturaliter §. nihil commune post num. 17. vers. sed huic videtur obstare ff. acq. posses. Masc. conc. 537. n. 10.* Secundò fallit, si agatur hypothecaria ad vendicandum à

3 tertio, non enim potest referri quæstio dominij sed satis est articulare rem in bonis esse debitoris tempore obligationis, *vt dixi infra cap. 4. num. 11.* Tertiò fallit in

4 Publiciana, quæ ad reiuendicandum competit habenti à non domino ex justo titulo rem non dum vsu captam, si ejus possessionem aliquo modo amisit. *l. 1 ff. de public. in rem act. §. namque si cui Inst. de action.* Quartò fallit in petitione hæreditatis, quando hæres bona defuncti à quocunque possessore reiuendicare intendit, nec enim ei opus est dominum probare, sed tantùm defuncti possessionem, *vt dixi infra cap. 8. num. 53.*

Quintò fallit, si agatur de aliqua re, quæsita est inter confines alicujus prædij: nam probato dominio prædij, probantur ea omnia esse illius, cujus est prædium *Paul. de Castro in l. 1 ff. acq. posses. Bal. in rubr. in 10. q. C. de cõtrahen. empt. Masc. concl. 217. n. 9.* & idem est, si illa bona sint, in vsu publico; quia quoad proprietatem, censentur esse illius, cujus prædijs hærent *§. riparum Instit. de rer. diuisione Angel. in l. sane ff. de injurijs Ruyn. cõsi. 53. n. 4. vol. 4.*

Sextò fallit, si actor simul pro recuperanda possessione, & dominio articulum faciat, reum nunquam possedisse: nam nõ astringetur ad probandum dominium per concludentem probationem, quia cùm ad reiuendicationem requiratur necessario reum possidere, *vt supra dixi num. 1* consequitur quod si dico me esse dominum, & possessorem, sufficit probare possessionem, & non astringor ad probandum dominium: quia possessor præsumitur dominus, *vt dixi supra lib. 3 cap. 21. num 38.* & non est inconueniens, vt possessor articulum etiam faciat de dominio, & proprietate ad victoriam habendam, *vt dixi lib. 4. cap. 10. n. 14.* Neque obstat tex. *in l. habebat. ff. de institoria actione,* vbi siquis agat ex vna causa, & aliam probet, non potest vincere: quia respondetur ex ijs, quæ dixi *in lib. 3. cap. 2. num. 3 6 & 8.*

Cæterum reus contra libellum actoris 5 præscriptione se tueri poterit, vel excipiet se tenere, & possidere nomine alicujus, qui se offerat liti: tunc enim reiuendicatio cessat contra detentorem, *l. 1. C. vbi in rẽ actio. cap. quoniam frequenter § quod si super rebus, vt lite non contestat Couarruu. pract. cap. 8. num. 2.* Sed si appareat reum pro se tenere, priuatur possessione, & omni jure, *Bald. in l. 1. C. de ijs, qui potens, nom. tit. prædijs affig. Ord. lib. 3 tit. 39. § 1 tex. notab. in l. fin. ff de reiuend.*

Item reiuendicatio competit mulieri 6 pro parte fundi, quam maritus vendidit, vel donauit sine ejus consensu *Ord. lib. 4. tit. 48.* Sed ex aduerso reus excipere potest, si ipsa mulier per mortem mariti totum fundum lucrata est *argumento tex. notab. in l. cum vir 42. ff. de vsucap. jun. gl. ibi verb. si tota, facit etiam tex. in l fundũ dotalem ff. de fund dotal. tradit Barb. in l. 1. 5. part. nu. 18. ff. solut. matrimon. Boer. decis. 23 num. 13.* Nec obstat quòd propria persona, quæ alienauit, poterat etiam reiuendicare, & venire contra factum proprium, vel quia sit contra prohibitionem legis *ita Bart. in l. post contractum n. 4. ff. de do-*

de donat. & eo mortuo ejus hæres *Gabr. lib.6.de reg.jur.conclus.*11.*nu.*31. *Afflict. decis.*240.*num.*8. Quia respondetur, quòd cùm illa reiuendicatio intentari nec possit sine consensu hæredum conjugis *ex prædicta Ordin.in* §.3.& illa sit hæres mariti in illo fundo propter legem, ex qua lucratur dimidietatem bonorum acquisitorum mortuo viro, nihil mirum, si repellatur exceptione, *juxta d.l.cum vir.* & id ipsum confirmatur exemplo, quod ponit idem J.C.Papin.*in d.l. cum vir in fin.* de alienatione rei furtiuæ, cujus dominium non transit in emptorem, & dominus potest reiuendicare,& tamen ille, qui nulliter vendidit, si succedat domino, jam non potest reiuendicare, quanuis à principio venditio fuisset nulla, sic eodē modo, quāuis maritus alienasset nulliter in præjudicium vxoris, quia tamen illa successit marito, si agat reiuendicatione, exceptione repelletur, ita in fortioribus terminis judicatum extat *in lite Emanuelis Soares cū Eleonora Correa, Scriba Bernaldim da Costa.* Nam quanuis, cū dominus succedit vēditori, non possit emptor contra illū agere ad confirmationem nullæ venditionis, tamen ille, si agat contra emptorem, poterit exceptione repelli, *vt in l. cum à matre C.de reiuendicat.l.venditori. C.de reb. alien.non alien.l.*1.*ff.de except. reiuend.& tradit.* Scilicet vsque ad quantitatem, quæ sibi remansit, *glos. mag. in l.scimus* §. *in computatione. C. de jure deliber. tradit Bart.in d.l.cum vir.nu.*14.*& facit etiam tex.in l.si ab eo.C.de liberal. caus.* & sic ista est notabilis limitatio ad consuetudinem nostram, de qua suprà.

Item, & in hoc casu reus excipere potest de consensu vxoris longo tempore præsumpto. Nam quanuis solemnitas extrinseca nunquam præsumatur, nisi probetur interuenisse, *l.quicunq;* 15.§.1.*jun. gl.verb.tutor ff.de publician.* tamen ex lōgo tempore præsumitur, licèt aliàs de ea non cōstet *Mascard.de probat.concl.*1322. præsertim, vbi agitur de paruo præjudicio *l.si filius*, vbi ita colligunt doctores *C. de petit.hæred.* ita Xuares *in l.*1.*tit.de las arras lib.*3.*fori num.*43. *Palat. in rub. de donat.inter* § 17.*num.*23.

Sed adhuc obstat Ord.*lib.*4.*tit* 48. vbi dicitur consensum vxoris probari nō posse, nisi per scripturam. Et vbi ea requiritur, solēnitas ex antiquitate temporis non debet præsumi, *vt tenet Cæphalus latissimè cons.*171.*num* 5.*& sequenti vol.* 2.

Pro concordia dicendum videtur, vt si reus faciat articulum de scriptura, & de ea deperdita, & amissa, tunc præsumatur ex tempore consensum vxoris in ea interuenisse,& hoc sufficiet, quia aliàs sequeretur absurdum, quod quis compelleretur semper tenere parata instrumenta suorum titulorum, quod vix, ac ne vix quidē fieri potest, cum possent igne comburi, vetustate consumi,& alijs multis, & diuersis casibus amitti, *vt dicit Innoc. in cap. illud col.*2.*num.*2.*ad fin. de præsumpt.*

Nec etiam obstat, *l. vbi lex.ff. de vsucap. l.alienationis verbum ff.de verbo sign.* vbi si res non potest alienari, nec poterit vsucapi, quia licèt hæc propositio in pluribus casibus procedat, non tamen semper vera est, nonnulla enim sunt, quæ prohibentur alienari,& tamen possunt vsucapi, vt in re litigiosa, & in re Ecclesiæ, & alijs de quibus Tiraquel.*de primog.quæst.* 30. *num.* 3. *Pinel.in auth.nisi n.*25.*C. de bon. matern.*

Item potest reus excipere quòd alienatio fuerit vtilis mulieri: tunc enim valebit alienatio sinè vxoris consensu, nec potest vxor reiuendicare, *ita Palat. vbi sup.* § 68.*num.*7 *Xuar. tit.de las deudas ex n.* 12.*Gom.in l.* 54.*Taur.num.* 2. Sed obstat, quia vbi in aliquo actu certa forma requiritur, ea non interueniente corruit actus, quanuis vtilis si ei, in cujus fauorem solemnitas requirebatur *cap.* 1.*de rebus Ecclesiæ in* 6.*gl.in c.verb.sede.ne sede vacante.* Quia responderi potest, quod illa alienationis prohibitio, quæ fit in fauorem alicujus recipit tacitam conditionem, nisi vtilis fuerit illi, in cujus fauorem prohibetur

betur, *l. cum hi §. eam transactionem ff. de transact. l. non eo minus* 14. *C. de procurat. l quæcunque* 4 *ad jun. glos. verb. interdicta C. de bon. quæ lib. Ias. in l. quãuis ff. de pact. ex n.* 2. *Fel. in cap. causam n.* 8. *de judicijs, vide Barbos. in l.* 1. *ff. solut. matr.*

Item potest excipere, quòd vxor, vel ejus hæredes ratam habuerunt alienationem, vnde nõ potuerunt jam reiuendicare *cap. si qua de rebus* 12. *quæst.* 2. *l. Iulianus §. si quis colludente ff. de action. empt. tradit Couar. pract. cap.* 8. *nu.* 10. *Pinel. in l.* 1. 3. *p. ex num.* 32. *C. de bon. mater.* & probat *Ord. lib.* 4. *tit.* 48. *§.* 3.

§. 2. *De actione confessoria, & negatoria.*

7 IN hac actione, quæ non solum competit pro seruitute, *vt in §. æque si agat. Instit. de act.* sed etiã pro alijs juribus incorporalibus, veluti si actor impediatur jure eligendi, decimandi, vel præsentãdi, *secundum glos. in cap. cum Ecclesia de caus. possess. & propriet.* vel etiam jure renouandi emphyteusim, requiritur, vt actor dicat se esse dominum, vel quasi, aut habe-
8 re jus in re *l. ei qui ff. de seruit. l. creditor. ff. nou. oper.* & itẽ se esse in quasi possessione & vsu seruitutis de scientia, & patientia aduersarij, vt cautè notauit Bart. *in l.* 2. *n.* 9. *C. de seruit. & aqua Cou. in c. possessor. in initio.* 2. *p. n* 8. *vers. sed præter hæc*, & multis confirmat Masc. *conc.* 122. *n.* 38. *de prob.* & item ab aduersario impediri, *juxta l. si quis diuturno §. fin. ff. si seruit. vend.* reus
9 excipere potest contra actorem de defectu tituli, quia illa quasi possessio non releuat ab onere probandi seruitutem deberi, *vt voluit Alex. post Bart. in l. si prius ff. nou. oper. sequitur Gabriel cõsi.* 145. *Alci. de præs. reg.* 2. *præsump.* 1. *nu.* 2. vel objicit
10 quòd jure amicitiæ, & familiaritatis actor fuerit prædicta seruitute vsus, quia tunc nũquam præscribitur *l. vlt. ff. quemadmodũ seruit. amitt. l. qui jure. ff. acquir. possessione, Cæpol. de seruit. vrb. cap.* 20. vel ex defectu bonæ fidei, quæ in corporalibus non præsumitur, nisi probetur *Bald. in l.* 2. *n.* 10 *C. de seruit. & aqu. Masc. de prob. conclus.* 1220. *num.* 15. vel quia eo inuito, & non patiente, prædicta seruitute vsus fuerit, 11
quod quidem ita esse præsumitur, quoties actor patientiam rei, & scientiam nõ probauerit, nam illa loco possessionis habetur, sine qua vsucapio non procedit. *l. sine possessione ff. de vsucap. Bart. in l.* 1. *§. hoc interdictum ff. de itin. actuq; priu.* nisi dicatur se prædicta seruitute vsum fuisse tempore immemoriali *ex glos. in l. hoc jure §. ductus aquæ. ff. aqu. quot. & æstiu.* quæ est cõmunis ex multis, quos refert Tiraq. *de nob. cap.* 14. *n.* 4. *Gabriel. in comm. concl.* 1. *num.* 61. *tit. de præscript. lib.* 5. *Mascard. vbi sup. num.* 41.

In actione negatoria requiritur articulare rem, pro qua agitur, esse liberam, saltem respectu aduersarij, & sufficit allegare, licet non probetur. *l. sicuti §. si quæratur. ff. si seruit. vend.* quia res præsumitur 12
libera, *l. si altius C. de seruit. & aqua.* Item requiritur quod dicat aduersarium perturbare, & inquietare cum ratione seruitutis sibi non debitæ *l. si quis diuturno §. fin. ff. si seruit. vend.* Nam si ex alia causa perturbaretur tunc daretur contra reum actio injuriarum, vel interdictum vnde vi, vel vti possidetis, *vt per glos. in l. apud Trebatium §. idem ff. aqu. plu. ar.*

CAP. III. *De actionibus mixtis.*

§. 1. *De actione fam. erciscund.*

ACtio fam. erciscundæ, idẽ est quod actio de hæreditate diuidenda, nomen enim (familiam) licet varias in jure habeat significationes, *secundum Bertrãd. consi.* 32. *lib.* 2. ex quibus octo posuit Vlpia. *in l. pronuntiatio. § familiæ. ff. de verborum significatione*, hic tamen pro substantia defuncti, & rebus hæreditarijs accipitur, *vt in l. fin. versic. substantiam C. de verborum significatio.* Et ercisco, idem est quod diuido, estque actio ista bonæ fidei,

vt in §. actionum. de act. atq; ideo in ea judex habet facultatem ex bono, & æquo l. itē Labeo, §. 1. ff. famil. ercisc. §. si familiæ Inst. de officio jud. Nā si res sit indiuidua vel indiuisibilis, vni res tota adjudicatur per æstimationem, qui partē cohæredi in pretio restituet l. 1. & ibi gl. l. ad officiū C.
2 communi diuid. l. si familiæ. ff. fam. ercisc. §. pen. Instit. de officio jud. Quod arbiter faciet, quando alter ex cohæredibus habet maiorem partem, vt in l. fácimus §. ne autem C. de donat. quam ita intelligit glos. in l. vlt. C. communia de legat. Lucas de Pena in l. 2. col 4. C. de exactor lib. 12. & ita judicauit Senatus in lite Catharinæ de Caruajal cū Christophoro de Irauço, Scriba Emanuele Manhos, Āno 1607. & tenuit Valasc. de part. cap. 2. nu. 8. Pro quo etiam inducitur, quia portio maior debet ad se trahere minorem l. quæritur ff. de stat. hom. Quod tamen habet difficultatem ex Ord. lib. 4. tit. 96. §. 23. vbi lex aliud pro forma disponit, secundum Valasc. consi. 35. n. 6. vbi etiā num. 12. tenet ad hoc non esse attendendam maiorem alterius portionē sed vota quæ erunt in capita, & nō in stirpes, & idē voluit idem Valasc. de part. cap. 26. num. 6. Cald. de nom. quæst. 24. num. 14. Sed si tres cohæredes fuerint æquales in partibus illi, qui alterius votum habuerit, rem totam adjudicandam fore censuit Senatus in lite Blasij Cordeiro Āno 1610. Scriba Michaele Rodrigues argumento tex. in l. duo ex tribus vers. 1. ff. de re jud. sed si plures sint, & omnium paritas fuerit, præferentur suffragia consanguineorum extraneis vt in l. Imperator ff. de pact. jux. 2. lect. glos. ibi quam approbarunt Bart. Paul. Ias. & alij Quod si hæreditas diuidatur inter extra-
3 neos, & consanguineos, debet dari electio consanguineis in ijs rebus, quas conuenientiùs est remanere in familia, quàm ad extraneos transire, puta in domibus, quæ ab antiquo sunt illius familiæ, prout notabiliter scribit Florian. in l. 1. ad fin. ff. famil. ercis. & voluit Franc. Aret. consi. 157.
4 visis col. 2. Et similiter inter fratres in re, quæ commode diuidi non potest, præferetur cæteris maior natu, vt nunc ipsum voluit Ceriel. de primog. lib. 2. quæst. 4. in fin. Tiraq. de jur. primogen. quæst. 60. in fin. Dando tamen partem alijs in æstimatione, vt dixi. & si non habuerit vnde soluat, satisfaciet dando fructus per singulos annos in re illa pro rata pretij non soluti argumēto tex notab. in l. vltima §. si per mulierem ff. de fund. dotal. Ijs deficientibus sorte lis dirimi videtur. l. si quæ 5 ff. fam. ercisc. l. vlt. C. cōmunia de legat. l. 2. C quādo, & quibus, Bart. in l. vnic. C. de ijs, qui se de fer. lib. 10. cujus sortis judicium, & ex sactis literis probari asserit Tiraq. de jur. primog. quæst. 17. prima opinione. num. 2. & 10. Sed, quando fiscus diuidit cum alio ille alter eliget, secundum Bart. in l. dicitur §. Senatus ff. de jur. fisci, per jura, quæ ibi allegat.

In hoc libello requiritur, vt actor dicat se, reumque esse hæredes siue ex testamento, siue abintestato l. 2. ff. famil. ercis. Gam. 5
decis. 103. Vnde per contrarium objici solet, negando actorem esse cohæredem Valasc. de partit. cap. 2. num. 21. & filium testatoris; vt quia natus sit post decē menses à morte testatoris, (sicut modo contigit) nam eo casu non censeri partum legitimum, nec admitti ad patris hæreditatem tenuit glos. in l. septimo mense 1. schol. ff. de stat. hom. quē sequitur Imol. in l. Gallus num. 9. Alex. 11. Ias. 2. lectur. nu. 63. ff. de lib. & posth. & cōmunem testatur Aret. 5. col. post med. Orosc. in d. l. septimo num. 6 pro qua est tex. expressius in l. intestato §. fin. ff. de suis, & leg. hær. & hæc sententia approbata est in l. 4. tit. 23. part. 4. & multis confirmatur à Pineda de rebus Salomonis cap. 10. §. 8. & 7. & à Tiraq. in l. si vnquam verb. susceperit num. 210. column. 6. Contrarium tamen judicauit Senatus in lite Catharinæ Monteira, Anno 1608. Scriba Marcos do Quintal, quæ sententia, in reuisorio judicio fuit confirmata, & pro ea maxime vrget tex. in auth. de restit. & ea quæ parit. §. vnum. column. 4. per

argu-

argumentum à contrario sensu *ibi nondũ enim perfecto anno vndecimo mense completo peperit*, & quod ex medicorum sententia refert Alciat. *lib.* 3. *paradox. cap.* 7. quãuis ad *d. §. vnum.* Respõderi potest secũdum Alex. *vbi sup.* vel secundum Soc. *ibi ex n.* 4. vel secundum Salominium, & ad dicta medicorum dici potest, quod medici enumerant partum à die conceptionis non verò à die mortis defuncti.

7 Vel etiam si in hoc judicio aliqui ex libertis dicãt tertiam hæreditatis jure prælegati ad se pertinere virtute testaméti, opponet reus testamentum non esse verum, nam in illo elogio ab vtroque conjuge subscripto, quanuis inter liberos, quia tamen matris defunctæ subscriptio non fuit justificata, nec vllo testimonio munita declarauit Senatus illud non valere *in lite Iorgei Rodrigues cum Hectore Mendes de Britto, Scriba Emanuele Manhos, Anno* 1617. Pro qua decisione primò induci potest tex. *in l. Diuus ff. de testam. mili. vers. cæterũ, ibi, alioquin.* juncto princip. illius legis, vbi quoq; modo testamentum à milite factum ratum habetur, quem tex. cũ alijs singulariter refert Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 496. *n.* 50.

8 Vel aliter excipere potest reus dicens rem talem non esse diuidendam, vt quia sunt fructus rei dotatæ, quæ jam non sit in ejus potestate juxta Ord. *lib.* 4. *tit.* 97. *ibi. porque não os tendo.* Sed contrarium judicauit Senatus *in lite Ducis de Alcalà, cũ Comite de Lumiares, Anno* 1616. *Scriba Anto. Falcão*, ex eo quia illa res dotalis fuerat donata cũ pacto de nõ alienãdo quãuis ex Principis gratia fieret alienabilis.

Item adhuc excipi potest, si dicas officium publicum, quod pater ex beneficio Principis filio renuntiauerat, quanuis sua pecunia illud in vita comparasset, nõ esse conferendum *argum. tex. in Ord lib.* 4. *tit.* 97. §. 12. & decisum extat à Senatu *in lite Cosme Fernandes cũ Ioanne Rodrigues de Vargas, Scriba Ioan. da Palma, Ãno* 1572. & iterũ *in causa Emanuelis Fernandes cũ Lupo Da cha, Ãno* 1608. *Scriba Balthasar Correa*, & tenuit Tellus Fernandes *in l.* 26. *Taur. Gama decis.* 29. *& decis.* 114. Contrarium tamen in ijsdem terminis judicauit postea Senatus *in lite Stephani da Mota cum Ines Antunes, Scriba Antonio de Freitas, Anno* 1617. *ex l. omni modo §. imputari C. de inofficios. jun. glos. ibi, Kalasc. de partit. cap.* 13. *ex n.* 70. & resoluit Ant. Gomes *in l.* 29. *Taur. n.* 21. *Couarr lib.* 3. *resolut. cap.* 19. & latè dixi *in l. cum oportet.* 4. *part. C. de bon. quæ lib.*

Item aliter filius excipere poterit non esse diuidenda, nec conferenda bona, quæ pater ei dedit causa studij *juxta Ord. lib.* 4. *tit.* 97. §. 7. quia subministrando expensas studij videtur id facere magis animo donandi, quàm credendi *l. quæ pater ff. fam. erciscun. docet Bar. in l.* 1. *§. nec castrens. n.* 4. *ff. de collat. bonor. & in tractat. de duobus fratribus num.* 15. Nec potest dici hoc intelligendum esse de expensis jam cõsumptis, vt in simili innuit Ord. *in d. tit.* 97. §. 9. & voluerunt Alber. & Fulgos. *in d. l. quæ pater.* Salicet, & Imol. *in l. filice cujus nu.* 3. *C. fam. ercis.* Quoniam ea opinio præterquàm est contra generalitatem Ord. *in d. §.* 7. directo est contra communem opinionem, quæ propter speciali studij priuilegium admisit hujusmodi expensas non esse imputandas, & probatur in præd. *Ord. in §.* 9. per argument. ab speciali ibi *pera caualaria, ou pagẽ*, ergo in ijs quæ donata fuerunt ad studium, intelligi non debet, cum jam id fuisse dispositum *in §.* 7. cujus tex. circa studium nulla specialitas esset, si ille tantùm procederet in consumptis, cum regulariter consumpta non conferantur *l.* 1. *§. confertur ff. de collat. bonor. l. ea demum C. de collat.* Unde nec libros nec sumptus, quos pater fecit in doctoratu, filius tenebitur cõputare ex præd. Ord. cujus ratio fortius militat in expensis doctoratus, quam in alijs propter publicam vtilitatem, prout colligitur ex tex. *in l.* 5. *tit.* 15. *part.* 6. & tenuit Bald. *in auth. ex testamento num.* 12. *C. de collat.*

Sed hæc omnia ita procedunt, quando pater non habens bona filij, eos sumptus fecit, tunc enim viget præsumptio, vt pater debita pietate ductus fecisse, videatur; Cæterùm, si bona filij possidet, contrarium dici debet, quasi videatur pater administratorio nomine magis, quam ex pietate ductus fecisse, & ita docet Bart. *per tex. ibi in l. fin. in princ.* vbi sequitur Alber. Ang. & Paul. *ff. de petit. hæredit.* idẽ Bart. *in l. Necen. n. 5. ff. de neg. gest. Ias. in auth. quod locum n. 3. de collat.* dicit cõmunem Gom. *in l. 29. Taur. n. 16.* Vel si expressim cõstet de patris intentione, scilicet quod animo credendi eos sumptus fecerit, tunc prædicti sumptus, qui fiunt ratione studij aut qui fiunt ad honorem filij computari debent. Et quanuis non extent, quæ pater dedit, extat tamen obligatio, qua filius patri tenetur, regula est enim in materia collationum, quod si res extat, collatio fiat re ipsa aut tanto minus accipiendo volentibus ijs, quibus confertur *ex Bar. per tex. ibi in l. 1. § jubet. § sed & si ff. de collation. bonorum.* Quod si res conferenda nõ posset diuidi tunc necessario debet æstimatio conferri tantò minus accipiendo, quod genus collationis, imputatio vocatur, & sic filius imputabit sumptus, quos pater fecit in studio animo credendi, & licet libri extent, vel ea, quæ pater dedit ob causam studij tunc si conferri debent propterea quod tempore collationis expressum est, vt conferantur, vel aliàs constet de voluntate patris, collatio non fiet, sed imputatio, *vt tenent plures quos refert Rebuf. de priu. schol priu. 57.* Et facit quia dotis fauor, & studij æquiparantur *ex Bar. in l. 1. in fin. ff. sol. matr.* Et quemadmodũ dos quanuis extet non est præcisé conferẽda, sed sufficit quod imputetur, idem dicendũ est de ijs, quæ studij causa, data sunt. Vnde si pater in libro rationũ scripsit expensas studij, præsumetur eas fecisse animo credẽdi, *vt per Ant. Gom. vbi sup. n. 16. vers. secũdo limita.* Bar. tamẽ *in l. si paterno C. de neg. gest.* id restringit procedere quãdo pater scripsit in libro debitorum, quasi velit probare, quod quãdo nõ scripsit in libro debitorum, sed in libro expensarum, videatur pater id fecisse alio animo, scilicet, vt sciret quantum expendit, & sequũtur Ale. *cons. 142. lib 2. Dec. cons. 21. n. 7. Rip. in l. in quartã n. 171. ff. ad leg. falcid.* cõtra quos tamen videtur tex. *in l. Necen. ff. de neg. gest.* cui tamen responderi potest, quod tex. ille nõ loquitur in patre, in quo est diuersa ratio vt patet, nec est admittenda alia limitatio Gomesij vbi supra, quod præd. voluntatis declaratio debet fieri tẽpore expensarum, quia id procedit, quando talis donatio valeret, sed cum non valeat, & possit vbique reuocari, ideo poterit omni tempore admitti prædicta declaratio *arg. tex. in l. juris gentium § adeò ff. de pact. ita Rebuf. de priuil. 55.* Tu adde quod quãdo expensæ studij conferantur, vel imputentur, quod fieri potest in casibus supra dictis, deduci debent expensæ alimentorum, quos filius inter alios fratres fecisset in domo patria, *pro vt tenent. Bal. cons. 363. lib. 3. Aymon. cons. 125. num. 9 Gom. vbi supra.*

Partitione facta executio non retardatur nec etiã prætextu rationũ reddendarum 9
de ijs, quæ in adjudicatione incerta postea apparuerunt, vti decidit Senatus *in lite Antonij Iorge cũ Didaco Lopes Galuão Scriba Vicẽtio de Pina, Año 1617.* Nec itẽ ex restitutione jure minoris suspendi potest, vt censuit quoque Senatus *in lite das Freyras de Seuilha, cõ a Misericordia desta Cidade Año 1610. Scriba Dominico da Mota. Valasc. de possessio. cap. 34. n. 5. & c. 7. à num. 1. & cap. 15. nu. 34.* Ex defectu vero citationis partitio annullari potest, *Valas. 2 tom. cons. 112 & de partitio cap. 39. n. 37. & 43. Phæb. Arest. 77. vti in causa Simonis Achiole cũ hæredibus Ferdinandi Fanela, Año 1608.* decisũ fuit Senatus, *Scriba Anton. Carualho.* Vel quia partitio sit facta per collusionẽ, *vt in l. cũ nõ justo ff. de collus. detegẽd. l. 1. § vtrũ. versic. quod si in lite ff. si quid in fraud. patron.* quæ tamẽ legiti-

legitimè probanda erat, aliàs minimè rescindetur, vt judicauit Senatus *in lite Leonel Cardoso, cum Beatrice Pereira, Anno 1567. Scriba Dominico Borges.*

§. 2. *De actione communi diuidundo.*

11 IN hac actione libellus planus est, & facilis responsio ab aduersario, si neget actorem possidere, vel socium esse, *vt per Ias. in §. quædam n.55. de action.* vel poterit reus actorem submouere dicens rationem sumptuum esse habendam, quos in causa communi defendenda impedit, & erogauit *juxta l. ex parte ff. famil. erciscũd facit tex. in l.1. §. vt autem C. de bon auct. Iud possid. l.4. §.1. ff. fin. reg.* Replicare ta-
12 men potest actor illum rem suo solo nomine defendisse, & nihil amplius erogasse, quam quod propria ejus causa postulabat; nec plus consumpsisse quàm pro se consumpturus esset, & ideo non teneri ad sumptus, vt docuit expresse Bart. *in d.*
13 *l. ex parte n.2.* monuit per cautelam quid faciendum, vt socium obliget ad refectionem sumptuum, nec huic sententiæ contradicit Bald. *in d. l. ex parte versic. cert.* & idem firmat Greg. *in l.41. tit.28 par.3. gl. verbo entregãdo versic. sed quid si possessor,* Garcia de expensis, *cap.7. num.22. & cap. 19. num.7.*

§. 3. *De actione finium regundorum.*

14 IN hoc libello quandò agitur ad constitutionem terminorum, vel reparationem antiquorum, quoniam confinia sunt mutata, & ad alios nouos dominos prædia vicina peruenerunt, aduocatus articulum faciat, quòd fundus olim positus, justa cõfines, & fũdus, qui hodie est positus juxta tales, est idem fundus nã hoc probato habebit intentum, *vt monuit Bart. in l. demonstratio falsa in fin. num.20. ff. de cond. & dem. Felin. in cap. cum causam num.12. versi.3. scias. extra de probat.* deinde articulũ faciet, scilicet confines probari per famam, & per testes, *vt docuit Heronymus de Monte in tractatu de finibus reg. cap.47. num.8.* Repullari autem potest 15
prædicta actio ex præscriptione, *juxta tx. in cap. ex literis de probat. cap. quia judicante de præscript.* & judicatum fuit à Senatu Castellæ *in causa Comitis de Casarubius cum ciuitate Segobiensi.*

CAP. IV. *De secundo genere actionum, quæ olim prætoriæ vocabantur.*

§. 1. *De actione reuocatoria.*

ALienatio alia est imaginaria, quæ simulatè fit, alia, quæ fit in fraudem, 1
nam prior est ipso jure nulla *l. nuda ff. de contrahẽd. empt. l. emptor. jun. glos.5. ff. de aqua pluu. arcẽda Ord. lt.4. tit.71.* nec jura- 2
mento talis alienatio confirmatur, *glos. in l.3. C. plus valen. quod agitur,* quã dicit cõmuniter receptam Alciat. *in cap. cum contingat de jure jurand.* Posterior vero alienatio, quæ in fraudem fit, valida est mero 3
jure, ideoque per actionem revocatoriam rescinditur, quæ actio triplex est Pauliana Clauisina, prima est ista, de qua hic agimus, aliæ vero duæ actiones competunt patronis ad revocandas res alienatas à libertis suis in fraudem eorum, *vt in titulo, ff. si quid in fraudẽ patroni.* Et præter supradicta alijs etiã modis alienatio fit frau- 4
dulenter, vt quando in fraudem filij arrogati *l.1. §. vlt. ff. si quid in fraud. patroni.* Et in fraudem fisci, *vt in l. post. cõtractum, & ibi Bartol. ff. de donat. Anto. Gomes.3 tom. cap.14. num.4.* Et in fraudem filiorum, *vt in l.1. C. de inofficios. dot. & in l.1. C. de inofficio. donat. tradit. Couarruu. in c. Raynuntius. §.10. num.7. de testam. Palat. in cap. per vestras not.3. §.22. n.14. Tiraquel. in l. si vnquam verbo donatione largitus num.9.*

Requiritur primò articulare debitum (quia de illo constare debet, *vt per glos. verbo creditores in §. item si quis in fraudẽ de act.* Item, & participationem fraudis 5

emptoris, *vt in l. ait præt. ff. quæ in fraud.* quæ etiam præsumitur ex multis, quæ tradit Bart. *in l. post contractum ff. de donat.*
6 *Menoch. præsumpt.* 124. *lib.* 3. Item, & factam fuisse prius excussionem in bonis debitoris, *vt in l.* 1. *& l. penult. C. de ijs, quæ in fraud. cred.* Item, & ejus fraudẽ, quæ facile præsumitur in alienante, eo ipso, quo scit se habere creditores, & ejus bona non sufficere ad solutionem *Bart. in l. si priusquã*
7 *ex nu.* 10. *C. de jur. fisci. lib.* 10. *Mascar. de probat. concl.* 815. *à n.* 21. Per contrarium potest huic libello reus excipere ex eo, quia post annum à tempore venditionis bonorum actor egisset, *vt in l.* 1. *& in l. qui autem §. annus ff. quæ in fraud. cred.* vel quia post factam venditionẽ actor debitori credidisset, *vt in l. ait præt. §.* 1. *versi.*
8 *cæterum ff. quæ in fraud.* vel excipiet dicendo se rẽ tenere à debitore jure pignoris, quæ olim fuerat ei hypothecata, *vt in l. illud, & in l. cum vetus ff. quæ in fraud. credit.* vel debitorem tempore venditionis, & donationis plura alia habuisse bona, & possedisse, ex quibus creditori satisfacere posset, *vti decisum extat à Senatu in lite Christophori de Iranço cum Ioanne Vaz de Naue, Scriba Francisco de Azeuedo, Anno* 1617. Nam, vt fraus præsumatur requiritur omnia bona esse alienata, & nihil apud debitorem remãsisse *l. omnes §. Lucius, ff, quæ in fraud. cred. Strach. de decoctoribus* 3. *part. n.* 29. *l.* 7. *tit.* 15. *part.* 5. *& ibi glos.* 2. *&* 3.

§. 2. *De actione Seruiana hypothecaria.*

Hypotheca propriè dicitur, quando solo consensu partium contrahitur
9 absque traditione, & ad res immobiles spectat, & ex ea oritur actio hypothecaria, quæ quasi seruiana dicitur; hypotheca vero tacita contrahitur legis fictione in rebus inuectis, & illatis in fundo, vel domo pro mercede, vel pensione, & idem in fructibus fundi locati *l. in prædijs ff. in quibus caus. pignor. vel hypo. tacit. contr. l.* quamuis *C. eodem Valasc. de jure emphyteu. quæst.* 20. *num.* 15. Nam potest dominus fundi fructus retinere pro pensione, & prohibere ne colonus exportet *Bald. in l. æde. C. locat. column.* 1. nec conductor facit fructus suos, nisi soluta pensione *Bald. in l.* 2. *C. de rerum permut. Capol. caut.* 124. *num.* 2. *Negusan. de pignor.* 4. *part. membr. vn. num.* 33. *Couarru. lib.* 1. *Var, cap.* 7. *n.* 3. qui ex eo inferunt ad id quod dixi *libr.* 3. *cap.* 21. *num.* 16.

Requiritur primò in hoc libello, vt a- 10
ctor doceat de jure suo, idest se esse verum creditorem, *Marant. in pract. pag.* 112. *nu.* 5. *vers. sed si loquimur*, Menoch. multis exemplis id planum facit *de adipiscend. rem.* 3. *quæst.* 29. *à num.* 160. nec sufficit in isto casu illud probari per confessionem debitoris principalis, quando agitur contra tertium, vt tenuit Joan. Fab. *in §. item Seruiana* 4. *col. de act.* quæ sententia fundari potest ex ijs quæ dixi *lib.* 3.
cap. 21. *num.* 63. Secundo requiritur, vt ar- 11
ticuletur, & probetur debitorem tempore obligationis aliquando possedisse bona, quæ prætenduntur obligata, *sic sensit Accur. in l. rem alienam verbo pignoratitia in fin. ff. de pignor. act. Bartol. in l. cum res n.* 5. *C. si res aliena pignor. data sit Afflict. decis.* 183. *n.* 6. *Neguzant. de pignor.* 3. *memb.* 8. *part. principal. n.* 6. *Gama decis.* 99. *nu.* 2 Contrarium verò, scilicet quòd sit necesse probare debitorem fuisse dominum tempore obligationis, tenuit idem Accur. sibimet contrarius *in d. § item Seruiana verb. quasi, & Bart. in l. rem alienam column.* 2. *n.* 6. *ff. pignor. actione* sequitur Roland. *cõsil.* 14. *num.* 6. *volum.* 1. Prima tamen sententia verior est, *& magis communiter* recepta secundũ Andr. Gayl. *lib.* 2. *pract. obseru.* 27. *& de stylo Curiæ Delphinat obseruari asserit Guid. Pap. q.* 432. *nu.* 5. *resolu. Masc. cõc.* 457. *& conc.* 708. *n.* 5.

Per contrarium potest reus huic libello 12
ex multis excipere. Primo de execussione non facta in bonis ipsius debitoris principalis. Sed, & huic objectioni replicari potest

potest, si sit notorium principalē non esse soluendo *gl. in l. fin. ff. si cert. pet. & gl. vlt. in d. l. decem*, per quæ ita decidit Senatus, *in lite Elisabeth Duarte cõtra Petrũ Coelho, Anno* 1616. *Scriba Francisco Pereira*, & tenuit etiã Andr. Gayl. *lib. 2. obseru. 27. n. 14. Greg. in l. 14. tit. 13. p. 5. verb. primera mente, lim.* 14. Dicitur autē notorium per librum æstimi, vel per cessionem debitoris, vel per confiscationem bonorũ, *vt dicit Neguza de pignor. 1. memb. 8. part. n. 15* vel etiam per sententiam, & executionem, *vt inquit Bald. in l. is apud quem C. de edēdo*, vel quãdo execusio fuit facta per vnũ ex creditoribus quæ prodest alijs, ita Jal. *in §. item si quis n. 82. Instit. de act.* & ad id ponit cautel. Cæpol. *cap.* 137.

Item potest replicari, quòd debitor sit absens in loco tam longinquo, vt conueniri non possit, *gl. in d. auth. hoc si debitor, verb actũ. Alex. consi.* 200. *n.* 10. *col.* 5. *Bal. in auth. hoc ita n. 2. C. de duobus reis*, vel quia debitor vendidit mota jam lite, nam tunc possessor conueniri potest sine vlla execusione, vt fuit opinio Joan. *in gl. 1. in d. auth. in fin.* quæ est cõmuniter approbata *in l. 14. tit. 13. p. 5. Soci. reg. 177. 2. fallēt.*

Secundo potest reus prædicto libello excipere, quòd res erat istiusmodi, quæ
13 non potuit obligari, qualis est res dotalis aut maioratus, & fideicommisso perpetuò subjecta, aut res minoris, nam in ijs hypotheca nõ tenet, *vt in l. 1 §. eam rem vbi gl. verb. nõ potest. ff. quæ res pign. obligar. poss.*

Tertiò excipere potest ex eo, quod debitor, qui se obligauit, erat minor. 25. ann.
14 *vt per Mascard. conc.* 870. *nu.* 13. vel quia res fuit vendita, vt satisfieret creditoribus & re vera pretium fuit solutum, quia tunc liberaretur pignus vt declarat Salicet *in d. authen. hoc si debitor*, quanuis glos. aliud explicet.

Quartò excipere potest ex eo, quod
15 jus hypothecæ sit præscriptum *juxta Ord. lib. 4. tit. 3. §. 1.* Sed huic exceptioni replicari potest, quod, cum priùs actor debuisset facere execusionem in bonis debitoris, ante illam non curret præscriptio, quia nõ valenti agere, illa non currit *l. 1 in fin. C. de annal. except.* præsertim cum sit impeditus impedimento juris, vel ab ipso jure, vnde non currit præscriptio, *vt in l. 1. §. si quis autem ff. de itiner. actuq; priuato Alex. cons. 58. vol. 1. Gam. decis.* 21. *nu.* 5. quicquid Bal. & Greg. *in l. 27. tit. 29. par. 3. verb. años, Pin. in auth. nisi tricenale n. 48 C. bonis mater. Flores ad Gam. decis. 21. vers. n. 5.* vel in replicatione petet restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionē *Bar. in l 1 § si quis autem ff. de itin. actuq; priuato* cõmuniter recept. *per multos quos refert Rol. à Val. cõs. 68. vol 3. & cõs. 72. n. 48. eodem vol.*

Quintò excipere potest, quòd illud jus 16
jam erat sublatum data re aliqua in solutum creditori, etiam si ipsa postea euincatur Cæpo. *cautel.* 123. cujus contra cautelã posuit Bar. *in l. si quis aliam ff. de solut.*

Sextò excipere potest actorem passum fuisse rem sibi hypothecatam alij obligari, videtur enim suæ hypothecæ renuntiare, *l. Paul. in princ. ff. quibus modis pign. Bar. in l. fin. C. de remiss. pignor. Neguza de pign. 3. memb. 6. part. n.* 14. Qua etiam ratione videtur admittendum, vt ille qui patitur rē sibi hypothecatam vendi per debitorem, tacitè hypothecæ videatur renũtiare *l. si debitor. § pignus ff. quibus mod. l. 2. C. de remissione pignor.*

CAP. V. *De personalibus actionibus prætereis.*

§. 1. *De constituta pecunia, & de actione de peculio.*

HAs actiones libenter prætermitto quia omnibus earum requisita in aperto sunt, & de illis, præcipuè de actione de peculio alibi, & infra dicam. 1

§. 2. *De institutoria, & de exercitoria actione.*

COmpetit actio ista institutoria contra præponentem institutorē alicui

tabernæ, vel negotiationi ex contractu cũ illo inito, *l. si institutor vbi Bart. ff. de instit. actione*, etiã si institutor sit minor, aut pupillus *l. 7. §. vlt. cũ l. sequ. ff. eod.* Sed differt ab actione de peculio, quia ista insolidum competit, illa vero quatenus est de peculio *glos. in l. 1. verbo de peculio ff. de pecul. §. ea ratione Instit. quod cum eo, Ord. li. 4. tit. 50. §. 3.* Item illa habet locum, quando quis præponitur certo generi negotiationis, hæc verò datur, quanuis filius negotietur sine mandato patris. Item quando, pater, vel dominus conueniuntur de peculio, deducunt in primis quod eis debetur, aut illis, qui sub ejus potestate, vel gubernatione, *vt per glos. & Ias. in §. actione autem. Inst. de act.* In actione verò institutoria non fit aliqua deductio, imò præponens in solidum tenetur *Ias. vbi supr. num. 47.*

4 Item mutatione status non reuocatur mandatum *l. pen. §. 1. ff. de instit. acti.* Et etiã est differentia inter institutorẽ, & procuratorem, nam ille præponitur certæ administrationi quæstuariæ, & vniuersali, hic vero certæ rei, *Bart. in d. l. institutor. Ias. vbi sup. num. 48.* & dominus institutoris tenetur, etiam si institutor in sua persona contrahat, & suo nomine, *vt in l. fin. ff. de instit. vbi Bart. & Angel. Dec. cõsi. 510. Parisius consil. 47. nu. 2. 1. part.* Per quæ ita ego consului, & obtinui in causa Hieronymi Pardo, quæ commissa fuit Doctori Cabedo, de qua ipse fecit postea Arestum 63. *2. part.* Item mandatum institutoris non finitur morte mandantis, etiam si sciens dominum decessisse, cum institutore contra-

5 xisset *l. 17. §. 1. de instit. act.* Requiritur in hoc libello articulare dominum consensisse, vel passum fuisse, *vt per Bart. in l. qui cunque ff. de Institut. l. sed & si pupillus §. 1. eodem titulo l. fin. ff. quod cum eo.* Sed reus per contrarium potest articulando dicere institutorem contraxisse ad id, ad quod non erat præpositus, ex quo dominum non teneri probat *l. penult. §. seruus,*

6 vbi Bart. *ff. de institutoria actione.* Et cum ista conuenit similiter alia actio exercitoria, quæ datur contra dominum nauis pro mutuo, quod magister accepit causa nauis reficiendæ cum jure hypothecæ, *l. hujus ff. qui potior. in pign. l. 26. tit. 13. p. 5.* Cui etiam objici potest naui non fuisse necessariam illam reparationem, & minus suffecisse, quantum in dicta reparatione erogari dicitur *l. fin. vbi Bald. ff. de exercitor. actione. Alexand. consil. 45. volu. 2. Dec. consi. 510.* Sed dubium est, an dominus qui præposuit institutorem, vel exercitorem nauis, agere possit contra tertium ex ista actione? In qua quæstione Bart. *in l. 1 ff. de institutor. action.* dicit, quòd iste non aliàs agere poterit, nisi cessa actione, vel in subsidium, vndè si non reperiatur ille, qui mihi teneatur cedere actionem, vt quia sit longe absens, vel latitet, vel sit mortuus sine hærede, lex dat mihi actionem vtilem sine cessione, *vt in l. 1. C. de action. & obligat. l. sancimus C. ad Trebellian.* quod est notandum in omni casu, quo quis cessione agere non potest.

CAP. VI. & VII. *De tertio genere actionum prætoriarum, quæ ad pænam cõpetunt: & de actionibus præjudicialibus.*

De ijs, & de alijs de quibus in §. pænales, & §. sequens Instituta de act. quia non satis ad nostram praxim conducunt, eas consultò omitto, & de præjudicialibus dixi *in lib. 3. cap. 3.*

CAP. VIII. *De actionibus bonæ fidei.*

§. 1. *De actione ex empto.*

In hac actione, quæ competit aduersus venditorem, vt rem venditam tradat, *juxta l. 1. ff. de contrahẽd. empt.* requiritur primò in articulis specificè ponere pretium certum rei vẽditæ ex parte emptoris in pecunia numerata consistens, vel taliter, vt referatur ad aliquid, quod certificari 1

tificari possit, *vt in l. hac vēditio* §. *hujusmodi. ff. de contrahend. empt. l. si quis fundū ff. eodem l. pater* §. *fin. ff. de pact. dot.* Item,
2 & rem venditam per sua confinia declarare oportet, *juxta l. forma ff. de censibus.* In conclusione peti debent fructus rei empta, *vt in l. Iulianus* §. *si fructus, cū l. sequēti, & ibi gl. & Bart. ff de action. empt.* Imo, si fuerit venditor in mora tradendi, & fructus percepti, & qui percipi debuerāt *Ord. lib. 4. tit. 67.* §. *3.* Et si venditor non habet facultatem rei præstandæ, nec dolo desijt possidere, condemnatur in interesse, *vt notat glos. in* §. *pretium Instit. de empt. & vend. Bart. in l. 1 ff. de act. empt. Gregor. in l. 5. glos. 3. tit. 27. part. 3.*

3 Per contrarium in libello responsorio reus objicere potest dicendo ab emptore integraliter non fuisse pretium solutum, nec oblatum, ante enim huic actioni locus non est *l. Iulianus* §. *offerri ff. de action. empt. Ias. in* §. *actionum n. 124. Instituta de action.* Imo tenetur emptor pecuniā dominum transferre in venditorem, aliàs si pecuniam alienam soluerit, & venditor eam non dum consumpserit, ad rem venditam tradendam non tenebitur *l. cū seruus ff. mandat. l. cum fundus* §. *seruum ff. si cert. petat.* vel etiam excipiet, quòd conuenit de facienda scriptura, quæ non fuit cōfecta, & sic ante ejus perfectionem ei pænitere licet, *vt in princ. Instit. de emptione, & vend. vbi glos. Ord. lib. 4. tit. 19.*
4

Item in hac actione veniunt fætus, & incrementum rei emptæ, veluti alluuionis, quia illud spectat ad emptorem *l. id quod ff. de pericul. & comod. rei vend.* & similiter vendita hæreditate, & illud quod per jus accrescendi accreuerit, ad emptorem pertinebit, nam, & jus accrescendi alluuionis incremento assimilatur *l. Titio ff. de vsufructu,* & hanc sententiam tenuit *Bart. in l. re conjunct. nu. 26. ff. de legat. 3.* dicit communem *Dec. in l. vnica C. quando non petent. part. 2. lectur. nu. 435.* & eam defendit Duaren. *lib. 2. de jur. accrescendi cap. 6.* Contrarium tamen tenuit Petrus de Bellapertica relatus à Bart. *vbi supra,* communiter receptum affirmat *Ias. in d. l. vnica num. 741. Gom. 1. tom. 10. nu. 44.* quorū opiniones nititur reducere ad concordiam Dec. *vbi supra. Poli. in d. l. re cōjunct. num. 49. Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 9.* Tu dic, quod cùm venditio solo consensu fiat, & bonæ fidei sit, sequitur quod ex mente contrahentium colligi debet, quid actum sit *l. ex empto. ff. de action. empt.* & in accessorijs ipsius vēditionis statur arbitrio, & voluntati venditoris *l. si in emptione ff. de contrah. empt.* impossibile est autē, quod venditor pro pretio vnius partis habuerit etiam animum transferendi aliam partem accrescentem, quā tempore venditionis non habebat *l. Iulianus.* §. *idem celsus ff. de action. empt.* Vnde non puto venditorem teneri. Quod etiam alia ratione confirmatur, nam pars accrescens alia, atque alia hæreditatis portio est: vt patet, & quemadmodum hæreditatem impuberis, quæ etiam accrescere dicitur, & portio hæreditatis paternæ nuncupatur *l. qui patri ff. de acqu. hær. d. l. quidam elogio. C. de jure deliber.* venditor præstare nō tenetur *l. 2* §. *illud ff. de hæreditat. vel action. vēd.* ita etiam præstare non debet istam, de qua agimus. Planè, cum & is, qui hæreditatem vendidit, pretium habens eam dicatur possidere *l. 4.* §. *fin. ff. si quis omiss.* Proculdubio ei per jus accrescendi acquiri debet, *juxta tex. in l. vnica, ibi ijs solis C. quando non petent. part.*

§ 2. *De euictione.*

IN hoc libello requiritur prius demonstrare denuntiationem fuisse factam legitimo, & congruo tempore, quo reus posset rem defendere, *vt in l. si rem.* §. *vlt. vbi Barb. ff. de euict.* idest ante testium publicationem prioris instantiæ, sicuti explicat *Ord. lib. 3. tit. 45.* §. *2.* Quamuis apud plures receptum sit sufficere istam denuntiationem fieri, etiam post sententiam in causa appellationis, modo eo tempore integra 5

tegra sint jura defensionis, possitque venditor se ipsum, & emptorem defendere,
6 quemadmodum tradit Couarr. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 8. Igitur necessaria est denuntiatio, nisi tempore venditionis ista necessitas denuntiandi remissa foret per venditorē, *vt in l. Herennius ff. de euict. l. quæritur vers. si venditio. ff. de ædilict. edict.* vel nisi esset notorium, quod siue emptor denūtiaret, siuè nō emptor causam amisisset, & nihil prodesset talis denuntiatio, *ita*
7 *Gom. 2. tom. var. cap 2. nu. 39. col.* 5. vel nisi emptor ipse probet jure ab eo rē euictam fuisse, onusque suscipiat probandi justitiā euincentis, vti probatur *in l. emptorem in princ. ff. de act. empt.* & probatur per plures, quos refert Couar. *lib.* 3. *c.* 17. *n.* 6.

8 Itē requiritur in articulis addere quod res fuerit euicta judicialiter per sententiam judicis *l. 1. & 2. l. habere licere ff. de euicto.* Imo quod esset appellatum à sententia contra eum lata, & fuerit appellationem prosecutus vsque ad finem *l. Herennius* 6. *§. Caia ff. de euiction. Ordin. vbi sup.* §. 3. declarat Gom *vbi sup. col.* 8. decisū fuit à Senatu *in lite Catherinæ Gomesij contra Claram Nunes, Scriba Ludouico Lopesio, Anno* 1608. & tenuit etiam Cald. *de empt. cap.* 31. *num.* 27.

Item in libello peti potest æstimatio
9 rei venditæ cum suo interesse, & sumptibus, vel, vt ad pretij restitutionē reus condemnetur, quod actor maluerit *Ord. lib.* 3. *tit.* 45. §. 3. quam notabiliter declarabis, vt ad pretij restitutionem præcisé teneatur venditor, etiamsi expresse conuentū fuisset, vt non teneretur de euictione, quemadmodum decisum extat à Senatu *in lite Emanuelis de Goes cum Hectore Mendes de Britto Añō* 606. *Scriba Marco do Quintal*, quam sententiam tenuit etiam Antonius Gom. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 4. & ex tex. notab. *in l. emptorem §. qui autem versic. ibidem ff. de action. empti.*

Per contrarium potest reus huic libello
10 objicere dicendo emptorem concensisse in judicem non suum, & ejus jurisdictionē prorogasse nulla vigente necessitate, *secundum Bart. in l. pacta §. compromisso ff. de euict.* vel quod non excepit melioramentis, & ideo quod non teneatur reus venditor, *vt est tex. not. ab. in l. ad in. que. & Julian.* §. 1. *ff. de act. empt.* vel quia fuit 11
emptor compulsus per Principem rem alteri vendere, & ideo non tenetur reus de euictione *l. Lucius, & ibi gl. ff. de euictio. l.* 37 *tit.* 5 *p.* 5. vel quod propter contumaciam actoris fuit sententia lata ex causa ipsius absentiæ, *l. non ideo in princ. ff. de euiction. l. emptor C. eodem*, quod ab ijsdem legibus, & decisionibus, attēta earū ratione, deducitur, & probatur in *l.* 36. *tit.* 7. *part.* 5. & tradidit Couar. *lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 9. Vnde vt semper euictio locum habeat nonnulla aduertit Cæpol. *de cautel. cap.* 97.

§. 3. *De actione redhibitoria.*

Regulariter hæc actio datur pro rebus se mouentibus, puta quando 12
venditur equus, vel aliud animal, *vt l. 1 ff. de ædilit. edict.* scribit latissimè Cabalin *in lib. de ædilit. action. c.* 2. *de redhibitoria*, itē pro rebus mobilibus, & immobilibus, *vt in l. si prædiū, & ibi Bald. & Salicet. C. de ædilit. action. Ord. lib.* 4. *tit.* 17. §. 10. Veluti si vendatur domus, quæ habet phantasmata, de quibus Couarr. *lib.* 4. *var. cap.* 6. 13
& *pract. cap.* 30. *num.* 3. *Gomes* 2. *tom. cap.* 3 *num.* 3. vel quæ habet malos vicinos: debet enim eos exprimere, aliàs tenetur emptori ad interesse *l. quod sæpe §. vlt. jung. gl. ff. de contr. empt. Gom. vbi sup. cap.* 20. *num.* 48.

Reus verò per cōtrariū in libello respōsorio articulare poterit vitium fuisse ma- 14
nifestum, & ideò non teneri, *vt in l. ea quæ cōmendādi causa §. 1. ff. de cōtrahen. empt. l. quæritur §. fin. ff. de ædilitijs actio*, vel illud emptorem sciuisse. *l. 1 §. si intelligitur & l. si tamen §. in ædilitio, ff. de ædilit. actio.* vel excipiet morbum postea eue- 15
nisse facta jam venditione, quo casu actor excluditur, *vt in l. actioni. ff. de ædilit. edict.*

edict. l. si apud priorem C. eodem Cabalin.
de ædilit. act. cap. 2. num. 25. vnde actor ar-
ticulare debet ante venditionem fuisse e-
quum morbo affectum, *vt in l. quære* §.
16 *vlt. ff. de probat.* Quod ex eo facilè præsu-
mi potest, si intra breue tempus à vendi-
tione moriatur, *vt tenet Ioan. Andr. in ad-*
dit. ad Specul. tit. de empt. nu. 44. *Alciat. de*
præsumpt. 26. *Bald. consilio* 499. vel ex alijs
articulari potest equum venditum fuisse
morbosum, de quibus Mascard. *concl.* 92.
& 633. *de prob.*

§. 4. *De actione quantò minoris.*

ILlud notum est, quòd licet venditor
17 dicat se vendere cum omnibus vitijs nõ
sufficiat, sed debet exprimere vitium la-
tens, & & intrinsecum quod residet in ani-
mo *Bald. & Salice. in l.* 1. *C. de ædilit. a-*
ction. Gomes. 2. *tom. cap.* 2. *num.* 49. quoniã,
licet propter vitium animi servus redhi-
beri non possit, potest tamen emptor hanc
actionem quantò minoris intentare intra
annum *l.* 1. *l. sciendum* §. *tempus ff. de ædi-*
lit. edict. Ordinat. lib. 4. *titul.* 17. §. 1. quod
tempus currit à tempore scientæ, & non
antea *l. cũ sex. ff. de ædilit. edict. & ibi gl.*

Huic libello similiter responderi po-
18 test à contrario, vitium illud fuisse mani-
festum tempore venditionis *l.* 1. §. *ti intel-*
ligitur ff. de ædilit. edict. l. quæritur § *fin.*
eodem titulo, vel prædictum vitium post
venditionem ei supervenisse *l.* 1. § *si quid*
autem ff. de ædilit. edict. Bald. in l. 1. *col.*
penul. C. eodem.

§. 5. *De actione ex vendito.*

HÆc actio competit venditori ad
19 consequenda, quæ emptor præsta-
re debeat, & sic in ea venit pretium quanti
res vẽdita est. § *pretium Institut. de empt.*
& vend. Ordinatio. lib. 4. *tit.* 5. §. *vlt. l.* 6
tit. 5. *part.* 5. quòd si aliquis tertius move-
rit litem emptori super re vendita, excu-
sabitur ille à pretij solutione, donet ven-
ditor det satisdationem *Ordinat. lib.* 4. *ti.*
5. *in princip.* quam cautelam posuit Bart. ✠
in l. 1. §. *stipulationum nu.* 2. *ff. de præt. sti-*
pul. Cæpol. caut. 27. cujus tamen contra cau-
tela erit, vt venditor objiciat de calumnia
si verisimiliter illa appareat *argum. tex.*
jun. glos. in l. fidejussor. ff. qui satisd. cogã. 20
Potest etiam venditor reivendicare rem
venditum si pretium non fuerit solutum
tempore constituto, & ob id alijs credito-
ribus præferetur in re vendita *dixi in lib.*
3. *cap.* 21. *n.* 67. vel aget ad fructuum valo-
rem, quos potuit ex re vendita percipere
post diem traditionis *l. Iulianus* §. *ex ven-*
dito ff. de act. empt.

Per contrarium reus actorem repellere
potest, dicendo venditorem non tradidis- 21
se rem cum fructibus stantibus, vel fæti-
bus tempore contractus celebrati. *l. Iulia-*
nus §. *si fructibus ff. de act. empt. l. fructus.*
C. eodem, sequuntur enim fructus rem ip-
sam, *vt per Couar. lib.* 2. *var. c.* 15. *à n.* 1.

§. 6. *De actionibus locati, & conducti.*

ACtio locati competit locatori, qui
prædium vrbanum, vel rusticum, rẽ 22
mobilem, operamuè suam locavit, aduer-
sus conductorem pro re locata deteriori
facta *l. si vulneraueris* 46. *ff. locati l. Põpo-*
nius à 1. *ff. in quibus causis pign.* vel pro
restituẽda sibi possessione rei locatæ fini-
to tempore locationis *l. videamus* § *qui*
vim ff. locati. Quãvis de novo supervenis-
set causa conductori ad acquirendum ejus
rei dominium. Nec enim audietur dicens 23
rem ad se pertinere *l. si quis conductionis,*
C. locati l. 18. *tit.* 8. *part.* 5 quicquid perpe-
ram violando mentem Ord. *lib.* 3. *titul.* 54.
existimaverit Valasc. *consil.* 42. *num.* 4. &
aliter declaret Menoch. 11. *recup. ex n.* 15.
cũ præcedent. Daturque prædicta actio ad
expellendum conductorem, vel emphy- 24
teutam ob non solutum canonem intra
triennium *juxta l.* 2. *C. de jure emphyt.* &
praxi vbiquè ita receptum esse constat ex
decisione Senatus *in lite Didaci Gomes*
Ribeiro

Ribeyro cũ Antonio Babo, Scriba Damiano da Veiga, Año 1609. Qui tamẽ excusari
25 poterit, si propter absentiam directi dominij canonem, vel laudemium deposuerit, vt judicatũ extat à Senatu *in lite Georgij de Almada cũ Simone Rodrigues Scriba Francisco de Azeuedo, Anno* 1611. vel si quilibet tertius soluat pro emphyteusi *arg. tex. in l. soluere ff. de solut. l. soluendo ff. neg. gest.* quicquid alij, quos refert Tiraq.
26 *de retr. act. linagier. §. 2. glos. 9. nu.* 25. Rursus actio conducti, vel exceptio conductori competit aduersus locatorem, ad hoc, vt res sibi conducta tradatur, & vt sibi liceat vti, vel frui re conducta, vel, vt locator præstet id, quod in contractu locationis conuenit. *l. ex conducto ff. locat.* nã si perempta res sit casu fortuito, vel absq; culpa locatoris, ea vti non potuit conductor propter impedimentum tertij, vel naturæ, tunc nec locator tenebitur ad interesse, nec conductor ad pensionem, *l. si fundus l. si vno §. item cũ quidam l. si merces §. vicino l. item quæritur §. exercitu. l. habitatores § vlt. ff. locati.* Quod si cõductor rem locatoris, vt quia ea locator non
27 præstitit, quæ ex conditione contractus ad vsum præstare tenebatur, tunc non solum ad remissionem mercedis, sed etiam ad damna locator tenebitur *l. si merces. l. si quis domum. § pen. ff. locati Bart. in l. si vno. § item cũ quidã vers.* 3. *casu ff. locati l.* 21. *tit.* 8. *part.* 5. *vbi Gregor. verb. vender. Roland. à Valle consi.* 65. *n.* 22. *lib.* 4. *Rom. consi.* 178. *n.* 1. *Bellon. consi.* 22. *nu* 1. *Natta consi.* 261. *lib.* 2. *Tyber. Decian. consi.* 108. *lib.* 2. *num.* 2. *&* 3 *Minsing. in §.* 2. *n.* 4. *Inst. locat. Bossius tit. de remiss. merced. n.* 103.
28 Qui omnes loquuntur in impedimento à tertio præstito, quod ipse locator diligentiam adhibendo remouere poterat, idem Caualc. *decis.* 44. *num.* 50. *lib.* 1. & ita fuisse decisum in Rota Romana testatur Paul. Æmil. *decis.* 183. *num.* 2. *&* 3 *part.* 1. *Pereira decis.* 106. *nu.* 1. *Ægidius ad l.* 41. *hoc*
29 *jure part.* 1. *cap.* 9. *à n.* 59 Et quod in hoc casu locator teneatur in conscientia, resoluit inter Theologos Conrad. *de cõtract. tract.* 5. *quæst.* 87 *conclus.* 4. *vers.* 2. *videndus est Syluester in Summa, verbo locatio. num.* 12. *Molina de Iust. & jur.* 2. *tom. disp.* 463. *num.* 5.

§. 7. *De actione pro socio.*

Ex contractu societatis oritur actio ista, quæ socijs inuicem competit, 30
quoties oportuerit alterum alteri aliquid ex bono, & æquo præstare, estque directa ex vtraque parte, *vt in §. ex quibusdã Instituta de pæn. temer. litig.* & datur ad diuersos effectus. Aliquando ad societatem contractam adimplendam, & conficiendam, veluti, vt fiat cessio jurium, & collatio rerum in communi, secundùm côuentionem societatis, quo casu intentari illico societate inita poterit, aliquando vero datur ad personales præstationes, puta ad fructus, & redditus perceptos in communi diuidendos, & ad lucra, impensas, & dã- 31
na communicanda. Quo etiam casu durante societate poterit intentari *l. pro socio. l. si Titium l. cũ duobus §. item respondit. ff. pro socio*, aliquando etiam datur pro habẽda vtili ratione lucri, & damni inter socios diuidendi finita societate *l. verũ §. fin. cũ l. sequẽti l. tandiu & ibi glos. verbo datam. ff. pro socio*, & tunc in libello exprimenda est causa, per quam fuit societas finita, & forma societatis, idest partiũ lucri, & damni, quæ vnicuique ex socijs euenire debebant. In libello responsorio potest dici societatem fuisse statim à principio solutam 32
per contrarium consensum partium, quod ex eo elici potest, quòd socij separatim negotia sua tractare cœperunt, *ita notatur in l. Titium, & Mæuiũ. § altero ff. admin. tut.* vel poterit reus excipere ex eo, quòd actor neglexit rem communem reficere, vulgo (*fornecer o contracto*) & ipse reus solus refecit, nam, si socius negligens non soluat partem impensarum ad eum pro sua rata portione pertinentium intra quatuor menses, perdit dominium suæ partis, &

tis, & illud acquiritur, & applicatur socio reficienti, de hoc sunt in terminis textus notabiles, & expressi, vnus in *l. 4. §. si vt proponis. C. de ædificijs priuat.* alius in *l. cū duobus 53. §. idem respōdit socius, qui cessātis ff. pro socio.* quod vt singulare, & mēti tenendum dixerunt Angel & Ios. *in §. sequens, n. 48. Inst. de actio.* Item potest reus in diuisione societatis excipere dicens, prius debita, quæ contraxit in causa societatis, & quæ soluit ex sua pecunia, è cumulo bonorum esse deducenda, *l. Mutius ff. pro socio.* sed non poterit deducere pecuniam, quam debet in diem creditoribus, quia sufficiet, vt ei præstetur cautio soluendi, cum dies cesserit. *l. omne. & l. si socij sumus ff. pro socio. l. cum socij. ff. communi diuid. l. 16. tit. 10. part. 5.*

§. 8. *De actione depositi.*

DAtur directa actio ista aduersus depositarium ad persequendam rem depositam cum fructibus, & omni causa. *l.*
13 *1. §. hanc actionem ff depositi, l. 5 & 8. tit. 3. part. 5.* etiā si res sit deposita à prædone vel seruo *l. 1. §. si prædo. & l. quod seruus ff. depositi.* Per contrarium vero exceptio, vel actio competit depositario, & ejus hæredi aduersus deponentem, & ejus hæredem, vt sibi restituatur id, quod necessariò, & vtiliter impensum fuerit in re deposita *l. ei apud ff. deposit.* & interim habet retentionem, *secundū glos. in l pen. C. eodē verbo exceptionem,* contra quam tamē est *l. 10. tit 3. part. 5.* vel illa contraria responsione se tueri poterit reus dicens res depositas perdidisse sine dolo, articulando casum fortuitum, vel alias præsumptiones, & conjecturas, quibus dolus præsūptus excludatur *Abb. in cap. bona fides n. 2. depositi,* & quanuis culpa præcedat, si tamen omni modo talis casus contingere debuerat etiam nulla culpa interueniente reus non tenebitur *l. fin. §. si ea ff. ad l. Rhod. de jactu. vers. si modo l. si alius §. est & alia ibi æq; perituris ff. quod vi aut clā. l. is qui ex stipulatu 44. ff. de act. & oblig. Palat. in cap per vestras §. 21. num. 11. de donat.*

Item depositarius rectè excipiet, si Princeps pecuniam consignatam, & de- 34
positam exegit à depositario, veluti in vsum Reipub. (vti sæpe contigit) *Bald in l. 2. C. quodmet. caus. Bart. in l. creditor. ff. solut. Ias. cons. 26. lib 3.* Sed quid in ijs casibus, an periculum sit debitoris, qui eam cōsignauit, an creditoris, qui eam tenuit accipere? Admittenda videtur distinctio Bart. *in l: qui decem, & in l. creditor oblatā ff. solut. & in l. 1. C. de suscept. & archar. lib 10.* & tenēt alij relati à Tiraq. *de retract conu §. 4. glos. 6. num. 34.* Sed non poterit depositarius excipere de interdictione, vulgò *embargo*, alicujus tertiæ personæ sibi facta *auth. sed jam. C. depositi,* nec de cōpensatione *l. 5. tit. 3 part. 5.*

Requiritur singulas res nominatim in libello exprimere, si specificè, & nomina- 35
tim fuerunt consignatæ tempore depositionis si minus, tunc est in arbitrio libellantis exprimere res existentes in fardelo, *vt est casus notab. in l. 1. §. si cista ff. deposit. & ibi Bart.* nam deficientibus probationibus prædictas res fuisse in fardelo, probari potest per juramentum partis, *vt per Bart. in l in actionibus n. 23. vbi Alexand. nu. 18 ff. de in litem jurand.* Contra quod tale juramentum, scilicet tot, & tales res non fuisse in tali fardelo, nec esse talis valoris, & pretij, admissa fuit probatio in contrariū *in lite Antonij de Bulhão cum Stephano Curado, Scriba Dominico de Chaues, Anno* 1613. quam decisionē probauit Plotus *in l. si quando n. 405. & 415. C. vnde vi,* consuluit Parisius *cons. 74. nu. 5. lib. 1.* tenuit latè Menoch. *de arbitrarijs lib. 2. cent. 3. casu 208 num. 26. cum seqq. Tiraq. de retract. linag. §. 4. gl. 1. n. 3.*

Requiritur etiam in libello dici quòd res deposita suscepta fuerit à depositario tacitè, vel expresse eo consentiente. *§. præterea Instituta quibus mod. re contr. oblig. Gomes 2. tom. var. cap. 7. n. 2.*

O §. 9. De

§. 9. *De actione mutui.*

36 PRincipaliter in hujus actionis libello articulari debet de numeratione *l. cū seruus ff. de cōdict. indeb. Specul. tit. de test. versic. sed pone. n. 66. l. testium. C. de testibus l. si ex cautione C. de non n. pecun. l. 1. C. de solut. Abb. in cap. si cautio. col. 3. de fid. instrum. vers. 2. glos. quærit.* Sed dubiū est,
37 si vnus testis deponat de numeratione, & alius de confessione, sufficiant? Et Bald. *in d. l. si ex cautione quæst.* 12. asserit illos esse singulares, & non sufficere, *Ant. in c. licet ex quadam de testibus.* Contrariū tamen tenuit Abb. sibi contrarius *in cap. cū dilectus de successión. ab intestat. nu.* 6. *& in cap. cum causam n. 2. de probat.* quorum opiniones nititur ad concordiam reducere Mascard. *concl.* 185. *ex num.* 7.

37 Item, si actor habeat schædulam cum confessione de recepto, & transacti sint 60. dies in terminis Ordinat. tunc sufficiet articulare tantùm de confessione, *vt per Bald. in d. l. si ex cautione* 10. *quæst. Bar. in l. certi condictio § nummos col. 2. ff. si cert. petat. Masc. vbi supra n.* 4. Per contrarium reus excipere potest ex ijs quæ dixi *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 23.

§. 10 *De actione commodati.*

38 REquiritur in libello dici ad rogatum commodatarij rem fuisse commodatam, quia aliàs ille non teneretur de culpa, sed tantùm de dolo, vt est notab. glos. *in l. si vt certo §. interdum verb. quis vltro*
39 *ff. commod.* vbi Bart. dicit, quod semper sis cautus de his facere positionem Ias. *in §. sequens Inst. de act.* Vnde è conuerso cōmodatarius debet facere articulos, quòd sponte res commodata fuit sibi oblata, quanuis in dubio ejus rogatu præsumitur *ita Paul. in d. §. interdum.*

§. 11. *De actione mandati.*

40 SImiliter actio ista est duplex, vna directa datur mandatori, & ejus hæredi ad uersus eum, qui mandatum suscepit, & non expleuit. *l. si mādauero, §. fin. l. inter causas §. qui suscepit. ff. mandat.* videtur enim in dolo esse nō adimplendo, quod sibi commissum est *l. dolum.* 44. *ff. mand.* vel illud expleuit dolose, vel negligenter cum damno mandantis *l. præterea l. si procuratorem §. 1. ff. mand. §. is qui Inst. eod.* vel vt mandatarius restituat quicquid ad eū ex mandato peruenit, si res tradita sibi fuit, aliàs cedat actionem *d. l. si procuratorem §. dolo.*
Vnde, si tibi mandaui, vt meo, & tuo nomine vectigal regium conduceres, tuque simpliciter conduxisti, quia præsumitur etiam meo nomine facta conductio, mihi competit actio mandati, vt partem mihi tradas, *l. si seruum* 21. *vers. idem est in eo ff. interrog act. Bar. in l. qui in aliena § si is qui ff. acq. hær.* fundat Menoc. *de præsump. lib.* 3. *cap.* 49. & est communis ex multis quos refert Tiraq. *de retract. conuent. circa fin. n.* 115. quam communem ampliat Bar. *in l.* 4. *§ si ab ignoto. vers. vnde quæris ff. de manumission.* per tex. ibi, quod sit bi mandatur, vt mea pecunia fundum emeres, tuque simpliciter emisti, præsumitur non solum quod ratione mandati, verum etiam quod mea pecunia emeris, & consequenter actione mandati compelleris mihi fundum tradere, oblata tamen tibi pecunia, & etiam cum fructibus rei emptæ *Bald. in rub. quæst.* 15. *C. contr. empt.* quem sequuntur plures, quos refert Couarru. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 7. *ad fin.* Reus vero in hoc casu excipiet se mandatum non suscepisse, imo recusasse, & ideo actus simpliciter gestus non videtur gestus ratione mandati, *ita Paul. Alexand. & Aret. in d. § si is qui col fin.* nisi negotium esset tale, quod domino pertineret ad ipsum mandantem *Mascar. de prob. concl.* 1239. *n.* 21. *Barbosa in l. post dotem ff. solut. matrim.* Item reus per cōtrarium excipere potest ad restitutionem expensarum, quas necessariò, & vtiliter fecit, licet negotium infeliciter successerit absque sua culpa *l. qui mutuam §. vlt. ff. mandat.*

§. 12. *De*

§. 11. *De actione neg. gest.*

43 ACtio ista directa competit aduersus eum, qui sponte negotia absentis gessit, ad hoc vt rationem reddat, & condemnetur in id, quod non oportuit esse gestum, & in id quod ex gestione retinet *l. 2 ff. neg. gest.* vel, vt soluat vsuras pecuniæ quæ demptis necessarijs sumptibus superest. *l. qui in aliena princ. ff. de neg. gest.*
44 Daturque prædicta actio non solum domino, cujus negotia gesta sunt, sed etiam cuilibet, cujus interest isto judicio experiri, *vt in l. actio. ff. de neg. gest.* Requiritur igitur articulare de absentia, vel ignoran-
45 tia ejus, cujus negotia gesta sunt, *vt in §. 1. Institu. de obligat. quæ ex quasi cõtract. l. 2. ff. de neg. gest.* alioquin si dominus præsens esset, & taceret, mandatum induceretur *l. qui patitur l. si remunerandi §. si passus ff. mandat.* & tunc cessat actio ista. *§. 1. de obligat. quæ ex quasi cõtractu.* Reus itẽ
46 per contrarium excipere potest pro eo, quod necessario, vel vtiliter in rebus gestis impendit *l. quæ vtiliter 47. ff. de neg. gest.* & etiam ad hoc, vt liberetur ab obligatione pro domino negotiorum suscepta, & vt indemnitas rerum gestarum sibi præstetur, *juxta l. si quis mandatũ 29. ff. eodem l. 2. C. de sentent. quæ sine certa quãtit.* sufficietque negotium à principio vtiliter cæptum esse, licet prospere euentus non fuerit secutus, *vt in l. sed an vltro §. 1 ff. de negot. gest.* Sed si quis gerit negotia pupilli non eum sibi obligabit in solidum hac actione, sed quatenus locupletior factus fuerit, *vt in l. si pupilli ff. negotijs gestis, l. cõtra impuberes, C. eodem.* Quibus tamẽ obstat textus *in l. nã & Seruius 22. §. qui negotia ff. de negotijs gestis*, vbi dicit, quòd si quis gerat negotia hæreditati jacenti, potest conuenire hæredem futurum in solidum, etiam si hæres sit pupillus, qui sanè textus nõ leuẽ habet difficultatem ex eo, quia pupillus adita hæreditate fingitur retro fuisse hæres à morte testatoris *l. hæres quandoq; ff. acquirenda hæreditate*, ac proinde videbantur gesta negotia ipsius pupilli, non hæreditatis jacentis, atque ita videtur, quòd non deberet in solidum cõueniri, sed quatenus est locupletior. Cui difficultati respondet ibi Bartolus quòd, ibi illa fictio retrotractiua non habet locũ in præjudicium creditoris, & sequuntur. Cum, & Paul. *in d. l. hæres quandoq; Dec. in l. omnia fere ff. de reg. juris.* Sed melius respondet ibi Angelus, quòd cum obligatio fuit semel constituta aduersus hæreditatem jacentem, non debuit immutari, neque variari ex priuilegio futuri hæredis. Quod tamen limita, quandò pupillo suo hæredi fuisset hæreditas continuata, *vt l. in suis ff. de lib. & posth.* quod cum in eo postea nõ dicatur hæreditas jacere, videntur negotia gesta ipsius pupilli, non hæreditatis jacentis, ac proinde pupillus ipse, non jure ordinario, sed quatenus est locupletior, conuenietur.

§. 13. *De actione tutelæ.*

ACtio ista directa competit pupillo contra tutorem, vt rationem suæ 47
administrationis reddat *l. 1. C. arbitrium tutel. & l. 1. §. officio ff. de tutel. & rat. distrah.* nec antea datur quàm sit finita tutela *l. tutor. 9. § si testamento l. nisi finita ff. de tutel. & ration. distrah. l. aduersus & l. rationes C. admin. tut.* Quam rationem tutor reddere debet per inuentarium, quod in principio administrationis facere tenetur, *l. fin. in fin. C. arbitr. tutel. optimè Castillo in l. 27. Taur. n. 28. versi. ad quartũ. Garcia de expens. cap. 20. 22.* vbi etiam agunt qualiter, & quomodo per inuentariũ ratio sit reddenda. Vnde si tutor inuentarium nõ
confecerit, juratur in litem contra eum, 48
in id, quod pupilli interest *l. tutor. qui repertorium ff. admin. tut* quod in suos hæredes transmittit, *vt per Paul. in l. si per aliũ §. fin. ff. ne quis eum qui in jus vocatus*, licet aduersus hæredes tutoris nõ detur hoc juramentum *l. vlt. C. de in litem jurand.* tenetur

neturque tutor de leui culpa. *l. 1. in princ. ff. de tutel. & ratio. distrah.* Tutor vero per
49 contrarium aduersus pupillum excipere potest, vt restituat sibi, quod impendit in administratione, & liberet eum ab obligatione, quam pro eo contraxit *l. 1. ff. de contraria actione tutelæ.* Et quinque modos contrariandi, vt tutor absolui possit de tutelæ administratione, ponit Cæpola *cautela* 221.

§. 14. *De actione petitionis hæreditatis.*

50 ACtio ista competit hæredi, qui hæreditatem adijt, & possessionem nõ fuit adeptus aduersus possidẽtem pro hærede, vel pro possessore ad hoc, vt actor hæreditatem totam, vel partem cum accessionibus consequatur, *ita Ias. in §. actionum à num.* 186. *vbi Minsing. nu.* 104. *de action.* ideoq; vniuersalis dicitur *l. 1. ff. de reiuend.* mixtaque, quia personalis, & realis, *vt in §. quadam Instit. de action. l. hæreditatis petitionẽ C. de petit. hæredit. l. sed et si § petitio. ff. eod.*

51 Requiritur, vt in libello ostendat actor se esse hæredem siuè ex testamento, siuè abintestato, siuè per se, siuè per interpositam personam, etiam extraneam *l. 1. 2. & 3. ff. de petit. hæred. Gratian tom. 1. cap. 35. nu. 40. & 41.* quod etiam procedit non facta mentione illorum, qui medij fuerunt in successione, quia qui est hæres hæredis,
52 primi testatoris est hæres *l. pater familias ff. de vulgar.* nec opus est exprimere, an sit hæres ex testamento, sed sufficit dicere se hæredem, *ita Bart. in l. 3. ff. de petit. hæred.* nec item est necesse dicere se adiuisse, quia eo ipso, quòd quis agit ista actione, tanquam hæres censetur adiuisse hæreditatẽ *Bar. in l. is potest ff. acq. hæred.* imò si filius agat in judicio, & petat aliqua bona patris, censetur se immiscuisse. *l. 1. C. de repud. hæred. l. si auia, C. de jure delib.* consuluit Aret. *consl.* 136. *& Alcia. cõs.* 574.

53 Requiritur etiam articulare defunctum possedisse, licèt dominium non probetur *ita Bart. in l. ita viaendum §. vlt. cũ sequẽti ff. de petit. hæred. Masc. concl. 53. à n. 16. Gom. in l. 45. Taur.* 137. nec est necesse specificè enarrare res hæreditarias in libello, *Bart. & glos. in l. 1. ff. de edendo, Abb.*
in cap. 2 de libelli oblatione. Item peti po- 54
test, vt reus cõdemnetur ad fructuum restitutionem, quia ipsi in hac actione veniũt, etiam si expressé non petantur *Bart. in l. 2. ff. de petit. hæred.* & à tempore occupationis, vsque ad realem traditionem *juxta decisionem Senatus in lite Antonij de Bulhão cũ Stephano Curado, Añ* 1610. *Scriba Dominico de Chaues.* Per contrarium
verò huic libello responderi potest reum 55
possedisse prædicta bona, titulo donationis, vel quouis alio titulo singulari, vnde prædicta actio excluditur *l. regulariter ff. de petit. hæred.* cujus interpretationem ita posuit Ias. *in l. 1. col. 4. C. de inoffic. testam. Couar. practic. cap. 12 num. 2. Soc. reg. 346. Parlador. quotid. quæst. cap. 5.*

§. 15. *De actione pro dote.*

DOs, licèt non sit promissa, adhuc
tamen à socero eam gener exigere 56
potest, *secundum glos. in l. obligamur verb. lege. ff. de act. & oblig.* quam dicit communem Alex *consi. 160. n. 2. lib. 7. Ias. in auth. præterea nu. 8. C. vnde vir. & vxor. Greg. in l. 8. tit. 11. part. 4. verb. el padre,* & veriorem dicit Couar. *in 4. 2. part. cap. 3 § 8. n. 7.* Per contrarium reus in repulsione articu-
lare poterit se inscio, & sine ejus consen- 57
su filiam matrimonium contraxisse, ac ideò ad dotem non teneri *Bald. recept. in l. vlt. nu. 11. C. de dot. promiss. probat Palat. rub. in cap. per vestras notab. 3. §. 3. nu. 1. & 7. & §. 4. n. 5. & 7. ad fin.* Nec enim bono
publico conuenire videtur, vt filia intra 58
25. annum impunè nubat absque consensu patris, quanuis aliud sit dicendum de jure Canonico, *vt per glos. in cap. fin. 32. quæst. 2 gl. verbo excusata in cap. de raptoribus 26. quæst. 1. resoluit Alexand. in l. 1 n. 32. & ibi Claud. col. 4. ff. solut. matr.* quorũ opinio-

opiniones cum distinctione nititur ad cócordiam reducere Barb. *in d. l. 1. 4. part.* & aliter Molina *lib. 2. de primog. cap. 16. num.*
59 8. *vers. cæterum.* Sed prior opinio adeò apud nos ita procedit, vt etiam si filia jam attingisset 25. annum, adhuc tamen remaneat exclusa, vt ex Ordina: *lib 4. tit.* 88. §. 1. decreuit Senatus *in lite Emanuel de Almeyda da Sylua cũ Emanuel Correa de Lacerda, Scriba Francisco de Azeuedo, Anno* 1611. Nam illud verbum (*antes de ter*) quod in prædicta Ordinatione habetur, intelligitur ante finitum tempus *glos. in l. cũ qui ita. § qui ita stipulatur in fin. ff. de verb. oblig Alex. & Aret. in l qui ante Calendas. ff. eodem tit. Quod vltra supra dicta quod gener condemnatur in perditione omniũ suor. bonor. qui ita matrimoniũ contraxit cum filia minor. 25. annor. quæ erat sub patris potestate d. Ord. lib. 5 tit. 22. ita judicatum fuit in causa Gasparis Aluares da Costa cũ Didaco Fernandes de Biuar, Scriba Antonio de Gouuea.*

60 Vel excipiet socer, quod non teneatur, vltra quam facere posset, attenta qualitate suæ personæ, *l. sicut cum l. sequenti ff. de re jud. l. ex diuerso. ff. solut. matrim. l. pen. ff de jur dot.*

His addam notabilem casum, nam cum quædam mulier per donationem fecisset maioratum in persona Francisci omnium suorum bonorum, retento vsufructu, cum clausula constituti, & vt, post ejus mortem restitueret cui vellet, & postea ipsa donatrix dedisset in dotem Ioannæ quasdam ædes, quæ erant positæ in ipso maioratu: dubitatũ fuit an posset? quia propter clausulam constituti jam non erat domina, sed cum adhuc non esset successori donatarij jus quæsitum, quia non erat facta restitutio, videtur dicendum quòd donatrix potuerit reuocare quoad illam partem ædium *per tex. in l. 3. ff. de seru. export. & tenuit Bald. omnium nostrorum doctorũ vir oculatissimus, & incõparabilis memoriæ vir in l. si cum fundum ff de pactis. Et in proprijs terminis idem Bald. decidit consil.* 377. *lib. 5. incipienti quædam.* vbi quædã mulier fecit donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, retento vsufructu, cum pacto quod post mortem donatoris daret dimidiam bonorum, vel æstimationem pauperibus, & respectu dimidiæ dandæ pauperibus consuluit *Baldus posse reuocari, & ibi allegat Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes 2. column. ff. de verbo. obligat. cujus sententiam sequuntur ibi plures Authores, & in l. quoties C. de donat. quæ sub modo* Qui Authores sunt locupletissimi, præsertim cũ Bald. conueniat cum Bart cui ex more, ex industria, ex omni occasione, ex professo, ex præscripto repugnare soleat. Et hoc magis sine dubio procedit in isto casu præsenti, cum constet prædictam dotem constitutam fuisse à donatrice, consentiente primo donatario *ex text. in l. in ædibus §. penultim. ff. de donat. l 2. C si aduersus donationem l. si seruus § 1. ff. de donat. inter virum.* Qui consensus satis præsumitur ex præsentia, scientia, & intelligentia ipsius donatarij. *l. si remunerandi §. si passus, & in l. qui patitur. ff. mandati.* Et quia ipse donatarius se subscripsit instrumento dotis, vt testis, quo casu inducitur ejus consensus, *vt per Bartol in l. quæ dotis. §. 1. ff. solut. matrim. numer.* 26

§. 16. *De actione ex l 2. C. de rescindenda.*

61 HÆc actio non solùm habet locum in emptione, & venditione, sed etiam in alijs, *prout explicat Caldas. verbo læsis. numer.* 153. *l. 56. titul. 5. part. 5. glos. 9.* & etiam si deceptio excedat dimidium justi pretij in vno nummo, *secundum Bald. in d. l. 2. quæst.* 12. quem sequitur Jas. *in authen. qui rem. numer. 16. C. de sacr. Eccles. Valasc. consil.* 44. *num.* 3. *tom.* 1. Sed cum hæc actio sit persona-

lis non datur contra tertium possessorem *Bald. vbi supr. num.* 16. *Couarruu. libr.* 2. *var. capitul.* 3. *num.* 10. *Pinel. hic* 2. *part. capitul.* 1. *numer.* 3 bene tamen transit ad fidejussores, *vt per Paul. in l.* 1. *C. de fidejussor. minorum.* Requiritur in hoc libello articulare de communi pretio in tempore contractus, quod justum esse dicitur *Valasc. consil.* 43. *libr.* 1. & ita articulus concipiendus est, *secundum Aret. in §. si quis agens. Inst. de action. Mascard. concl.* 657. *numer.* 5. *vbi numer.* 4. ponit etiam alium modum articulandi. Vnde cautus rei aduocatus per contrarium articulos faciet in libello responsorio de qualitatibus pretium rei emptæ attenuantibus, ac diminuentibus, veluti si res sit emphyteutica, vel affecta pacto de retro vendendo, aut aliud onus annexum habens, *vt per Angel. in d. §. si quis agens. columm.* 4. *versic. ex ijs.* sequuntur relati per Panth. *in l.* 2 *numer.* 275. *& numer.* 286. vel quia persona venditoris erat implicita pluribus debitis, nam ex hoc potest concludi, quod talis res existens hominis sic impliciti debitis non reperisset emptorem tantæ quantitatis, *vt cautè monuit. Bartol. in l.* 1 *§. si hæres. num.* 3. *ff. ad Trebell.* vel quia res vendita haberet malos vicinos, nam ex eo res minoris valet, minorisque emitur, & venditur. *l. quod sæpe. § vltim. ff. de cōtrah. empt. Tiraquel. de pænis caus.* 23. *num.* 6.

Requiritur in conclusione electiuè peti, *prout dixi in præfatione numer.* 5. & tradidit etiam Pinel. *hic* 3. *part. capitul.* 3. *numer.* 12.

CAP. IX. *De actionibus personalibus in rem scriptis, & arbitrarijs.*

§. 1. *De actione quod metus causa.*

1 QUanuis in libello non sit necesse exprimere certam personam in specie, per quam metus sit illatus. *l. si cum exceptione* 14. *§. in hac. & ibi glos. ff. quod met. causa*, tamen cautè faciet aduocatus, si in articulis deducat qualitatem metum inferentis, vt quia erat potentior, seuerus, & qui quod minatus erat, re ipsa præstare consueuerat. Item, & qualitatem ejus, cui metus infertur, vt quia erat fœmina, siue mas, sed timidus, & mitis, cui facilè terror incuti poterat *Bursat. consil.* 72. *numer.* 15 *lib.* 1. *Mascard. conclus.* 1055. *numer.* 7. vnde ad tollendum metum, quid faciendum cautè monuit Barto. *in l. transactione num.* 2. *C. de transact.*

Requiritur articulare de metu, qui cadat in constantem virum, puta mortis, vel cruciatus corporis, vel quid simile, *l. interpositas C. de transact.* Et quibus ex causis illum judex arbitrari possit, docuit optimè Menoch. *de arbitra. casu* 135. *&* 136 *lib.* 2. *cent* 2. Nec enim sufficit articulari metum in genere *secundum Bartol. in d. l. interpositas*, sed in specie; & vt simul articuletur, & probetur commodum ad inferentem metum peruenisse, *ita Dec. consil.* 42. *num.* 6. *Socin. consil.* 37. *numer.* 3. *libr.* 2. Reus tamen excipere potest de libera voluntate articulando aliquas circunstantias, ex quibus deprehendi possit actum fuisse liberæ voluntatis, & non per metum, *ita Butrius in capite super hoc de renuntiatione, quem sequitur Cæpo. consil.* 2. *ciuil. columm.* 3. Quanuis regulariter in hac specie plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quàm mille deponentibus de spontanea voluntate, *Innoc. in d. cap. super hoc numer.* 2. *Alciat. de præsumpt. regul* 3. *præs.* 7. *numer.* 5 & de communi testatur Dec. *in cap. fin. de appellat. Couarruu. de sponsal.* 2. *part. capitul.* 3. *§.* 5. *numer.* 10. *Phæbus* 2. *tom.* 1. *decis.* 26. Item potest reus excipere ex eo, quod actor sumpsit metum à se ipso, vel à casu, & non extrinsecus, vt quia non fuit illatus metus ab homine, & per injuriam *l. mulier* 21. *ff. quod met. causa. c. si quis.* 17. *de regular. Soto libr.* 7. *de just. & jur. quæst.* 2. *art.* 2. Sed actor adhuc replicare potest se clam prote-

protestatum fuisse per metum cõtrahere, nam licet illa protestatio non sufficiat ad probandum metum *l. metum C. de ijs, quæ vi, metusve causa*, tamen ex eo plurimum coadjuuatur probatio metus, ita vt præcedente protestatione, ad metus probationem sufficiant præsumptiones, & indicia, vt post alios tradit Peralta *in l. si quis in princ. testamenti n. 124. de leg. 3.* Nec obstat, quod vt protestatio valeat in actibus à duorum voluntate dependenti-
5 bus, necesse est, vt fiat, parte præsente, *prout dixi sup lib. 3. c. 21. n. 60.* Quia respódetur quòd quando quis justè timet coràm parte protestare, valeat protestatio clam facta, & habetur perinde, ac si, præsente parte, vel cósentiente facta fuisset, vt cótra Bart. tenuerunt Bald. Ang & Ias *n. 41 in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. acquir. hær. Peralta n. 124* & est vera sententia, pro qua facit tex. *in l. fin. C. de ijs qui per met. jud.*
6 *cap. fin. extra de appell.* Nec item obstat quod per contrariú actú videtur recessú à protestatione, quia illud procedit vbi actus, qui fit post protestationem, fit spóte, vt est tex. opti. *in cap. 1. jun. glos. de ijs quæ vi, metusue causa*, vbi Abb. 1. *notab. Couar. sup. num. 12.* Nam siquis per metum promiserit, & posteà soluerit, licet videatur causa metus recedere, *vt in l. 2. C. de ijs quæ vi, metusue causa*, tamen si durat eadem causa metus, videtur etiam per metú
7 soluisse, vti colligitur ex d. *l. 2 in fin.* docuit Bart. *in l. pen. num. 6 C. de condict. ob turp. Dec. in l. pacta nouissima. n. 12. C. de pact. Boer. decis. 100. num. 15.*

§. 2. *De actione de dolo.*

8 DOlus, cum in animo consistat, non possunt ita articula super ejus actione fieri, vt verè probatio fiat, *vti colligitur ex l. dolú C. de dolo ita Ias. consi. 131. col. 3. lib. 4.* Ideoq; sufficiet ita articulum fieri, vt præsúptiuè probatio fiat, *vt inquit Paul. in l. quod Nerua n. 3. ff. depesit. Masc. conc.*
9 532. Cujus rei exemplum posuit glos. *in d. l. dolum verbo conuenit.* Nam indicia, & conjecturæ, ex quibus velis dolum præsumere, debent esse ita perspicua, vt non possint accipi, nisi in malam partem, vt in prædicto exemplo. Quæ autem sint illa jus non declarat, idcirco judicis arbitrio 10
relinquitur, ad quod pertinent plura, quæ affert Menoch. *de arbitr. jud. cent. 2. casu. 116.* Ad respondendum verò huic li-ello articulare poteris ex præsumptionibus 11
excludentibus dolú, quales sunt illæ, quæ sumi possunt ex qualitate personarum, & alijs de quibus Meno. *lib. 5. præsump. 3.*

§. 3. *De actione ad exhibendum.*

HÆc actio arbitraria est, & non solum datur domino, vel quasi, sed e- 12
tiam olim possessori, vel qui prætendit aliquod interesse *l. 3. §. est autem versi sciẽdum cú l. sequenti ff. ad exhib.* & est súmaria, in qua non admittitur exceptio altiorem indaginem requirens *l. 3. §. ibidem ff. eod.* tantùm judex sú matim examinare debet, an actor habeat justam causam exhibitionis petendæ? *l. 3. §. si mecum. versi. eleganter ff. eodem.* Daturque prædicta actio etiam contra nudú detentatorem, vel custodem rei, & contra illú, qui quoquomodo habet facultatem rei exhibendæ. *l. Celsus. ff. ad exhibend.* aliàs, vel proceditur ad capturam, vel juratur in litem contra eum. *l. non ignorabit. & glos. etiam ibi. C. ad exhibend. Bart. in l. 3. §. fin. 1. col. ff. de tab. exhibend.* Iudicauit Senatus *in lite Antonij de Bulhão cú Stephano Curado, Scriba Michaele Rodrigues, Anno* 1611. Quod tamen juramentú impediri potest, quando facti, & personarú qualitas aliter suadet, *vt placuit Ploto in l. si quãdo n. 412 C. vnde vi, Tiraq. de pænis caus. 13. in fin. & caus. n. 99.* In libello autem responsorio reus se tueri potest ex eo, quod dicat se nó 13
habere rationes, vel eas perdidisse probata amissione, *vt in l. siquis ex argentarijs. jun. glos. verb. in longinquo. ff. de edẽd.* Vel quòd sit hæres, & statur ejus juramento

juxta gl. in Clem. 2. de vsuris, vel quod actoris non intersit exhiberi, *Bart. in l. vlt. num. 3. ff. de tab. exhibend.* adde glos. *in l. 3. §. sciendũ verb. summatim ff. ad exhibend.*

CAP. X. *De interdictis.*

§. 1. *De interdicto possessorio vnde vi.*

1 IN hoc interdicto duo sunt articulanda ab actore scilicet possessio sua, & noua possessio conuenti *Gabriel libr. 5. commun. tit. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 7. versi. 2. conc. Menoch. de recuperand remed. 15. quæst. 31. n. 385.* Nam probando antiquiorem possessionem, noua præsumitur clandestina, & vitiosa, *cap. licet causam extra de proba.* cum duo insolidum possidere non possint. *l. 3. §. ex contrario ff. acq. possessione. Bart in l. si duo nu. 4. ff. vti possidet.* Dixi quod actor debet articulare de
2 sua possessione, quæ etiam intelligitur, siuè ipse possideat per se, siuè per factorem, vel colonum, qui si fuerint dejecti, domino competit hoc interdictum *l. 1. §. quod seruus & §. nõ autem ff. de vi armat. Bart. in l. 1. §. siue autem ff. eodem.* Requiritur autem tempus dejectionis apponi in libello vt cautè aduertit Bart *vbi sup.* ex ratione de qua ipse *in l. denuntiasse § quid tamen ff. de adulterijs.*

3 Requiritur etiam, vt in conclusione dicatur; *vt petit restitui & reintegrari*, secundum Afflict. *decis 7 Speculat. de restit. spoliat §. 1. n. 7* nam verbum, *restituti* solum ad dominij, non possessionis restitutionem pertinere potest *l. qui restituere ff. de reiuendicat. §. sed, & si rem. Inst. de officio Iud.*

4 Cæterùm, quanuis in hoc interdicto exceptio de dominio non admittatur, adhuc tamen reus per contrarium objicere poterit articulando spoliatum passum fuisse probationem fieri super dominio, nam tunc restituendus non est spoliatus ex communi interpretãtium sententia *in c. 1. per tex. ibi de restit. spol. Bart. in l. si quis ad se fundum. sub n. 2. de vi pub.* cum alijs adductis à Mascard. *conc. 1331.* Vel ex cõfessione spoliati, per quam constet de dominio ipsius spoliatoris, *vt tenuerunt plures relati à Menoch. de recup. remed. 1 q. 16. n. 215.* nam illa confessio est probatio probata, quæ notanda sunt pro intellectu *Ord. lib. 4. tit. 58. in fin. vers & posto que.* 5

Vel etiam excipere potest quod actor non habebat possessionem, sed rem depositam à vero domino, *vt in l. licet §. fin. ff. deposi.* Nec enim sequester possidet. *l. interesse. ff. acq. poss. Menoch. de reiuend. remed 3. a n. 86.* Reus vero habuerit possessionem à vero domino, & ideo non dicitur committere spolium sequestro, vel depositario. Vnde si quis faciat executionem in ædibus Titij, quæ erant depositæ penes alium creditorem, qui tempore licitationis executionem impedire voluit pro suo debito, si nihilominus creditor qui fecerat executionem, possessionem fuerit adeptus, quòd non dicatur vim, & spolium committere depositario censuit Senatus *in lite Anrique Telles de Lacerda cũ Anto. Soares, Scriba Dominico de Chaues, Anno 1612.* *Illud hic notabile addam quod in causa Dõ Thomas de Noronha cõtra a Cõdeça de linhares decisũ fuit nõ esse necessariã citationẽ mariti, quia vxor ejus vim fecit, & nõ maritus qui eo tẽpore erat absens, Scriba Ioann. Baptista de Chaues. Año 639.* 8

§ 2. *De interdicto vti possidetis.*

REquiritur in hoc, vt actor articulum faciat de sua possessione per actus positiuos, quales sunt, qui fiunt in cultura agrorum, *juxta glos. in l. 3. verbo finiatur. C. fin. reg. vbi Bald. nu. 4. Aret. in §. si itaque numer. 7. de act.* Vel, qui fiunt in perceptione fructuum, *vti colligitur ex l. Titia ff. de solut. & in l. 2. vbi Bart. C. de acq. possessione Menoch. retinendæ remed. 3. quæst. 72. n. 564 Masc. conc. 1188.* Nec enim hæc actio competit, nisi possidenti, *secundum Fab. in §. retinendæ numer. 16. Instit.* 9

Instit. de interd. quem sequitur Menoch. d. remed. 3. q. 1. n. 18. vbi alios citat. Requiritur etiam articulare à reo conuento fuisse turbatum eo tempore, quo actor possidebat, *vt tradit Menoch. vbi sup. quæst. 71. n. 559. Masc. conc. 1196. ex n. 25.*

Item modum, & qualitatem ipsius turbationis, veluti quia non sinebat eum arare, *sic docuit Bar. in l. 1. §. interdictum. 8. ff. vti possidet. Menoch. sup. quæst. 61. nu. 462. Angel. in §. quadrupli. col. pen. n. 49. vers. item dixi in libello quod nõ permittit me arare de act. Masc. conc. 1396. ex nu. 5.* Reus verò ad obtinendum articulare debet de anteriori, & antiquiori possessione, *vt in cap. licet causam, vbi Felin. ex n. 8. de probat. Bart. in l. si duo n. 4. ff. vti possid. & alios ad id citat Menoch. sup. quæst. 87. n. 225. vers. septimus est casus Mascard. cõc. 1199.* Vel plures testes pro se adducat, nã licet arbitrio judicis relinquatur; quæ sint probationes meliores, *l. ob carnem §. vlt. ff. de testibus*, tamen ille melius possessionem probare dicitur, qui per plures testes intentionem probat *Beroius in cap. licet causam num. 56. vers. quarta conclu & Butrio. nu. 35. de probat.* Vel etiam articulum faciat de dominio, *vt est. tex. & glos. in cap. licet causam de probat.* Et ratio est, quia si probemus æqualiter de possessione, tunc apparebit, justior possessio illius, qui est dominus, vnde si tu suspicaris aduersarium probare de proprietate, hac cautela, vti debes, vt scilicet facias articulos, quod ipse possidet clam à te respectu possessionis, vt per cautelam monuit Bart. *in l. si de eo §. fin. ff. acq. possessione*, quã refert Hieronym. de Monte *in tractatu de finibus regund. cap. 47. num. 8.*

1

2

13

14

15

§. 3. *De interdicto adipiscendæ.*

16 HOc interdictum competit tam hæredi venienti ab intestato, quam ex testamento *l. 1. vbi Salicet C. quorum bonorũ Bartol. in l. fin. C. de edict. diu. Had. toll.* Nec est necesse probare se addiuisse, *secundum Doctores quos refert Menoch. de adipiscend. remed. 4. quæst. 78. nu. 676.* ex eo, quod satis sit ostendere testamentum, in quo scriptus est hæres, & petat hãc missionem, quoniam ex ipsa petitione declarat se hæredem, *juxta l. gerit ff. de acq. hæred. consuluit Aret. cõsi. 136. & Alciat. cõsi. 574.* Nec quæstio dominij in hoc interdicto refricari potest, *vt notat glos. in l. 1. verb. restituas ff. quod si bonorum*, & hoc patet cum sit interdictum summarium, in quo non potest opponi vlla exceptio requirens altiorem indaginem, *vt in l. ille à quo § si de testamento ff. ad Trebell.* Vnde in hoc interdicto sufficit summaria, & præsumpta probatio, *vt per Bartol. glos. & DD. in l. 2 C. quorum bonorum*, nam satis est, quòd summatim doceat se hæredẽ, vel ex testamento, vel quòd sit de liberis, vel de agnatis. Et quanuis si res sit vacans, & à nemine possessa, possit actor mitti in possessionem virtute testamenti per tabellionem de consuetudine Regni. Tamen si res ab aliquo detineatur, talis missio in possessionem, etiam cum mandato judicis spolium potius dicetur, vt censuit Senatus *in causa Emanuelis de Sousa Mexia cum Ines de Faria Borges Anno 1608. Scriba Aluaro Pereira.* Nam ad adipiscendam hujusmodi possessionem causæ cognitio præmittenda est, *vt est tex. singul. in l. 1. §. necessario ff. si venerit nom.* Etiam si lege, pacto, aut statuto, possessio transiret in hæredem ipso jure, mortuo vltimo possessore, *vt per Cyn. in l. 3. C. de condict. ob causam*, vbi stante consuetudine (qualis est apud Gallos) quod in hæredem transeat non solum dominium, sed etiam possessio, hæres non poterit propria auctoritate occupare dictam possessionem, si penes alium reperiatur. Ad idem Abb. *in c. verum in fin. de foro compet.* vbi dicit quod licet ex pacto possit donator intrare possessionem propria auctoritate rei donatæ, non seruata conditione, tamen debet præcedere declaratio, & causæ cognitio.

17

18

19

20

21

Ad

Ad idem Oldrad. *consi.* 223. vbi dicit, quod
22 mortuo vltimo possessore alicujus Comitatus, nõ poterit propria auctoritate detẽtatorem expellere sequens ad quem verè Comitatus pertinebat. Ad idem Palat. rub. *in l.* 45. *taur. n.* 13. vbi dicit, quod stan-
23 te illa lege Castellæ, per quam possessio Maioratus sine aliam apprehensione transit in sequentem, quamuis alius eam occupauerit, tamen si aliquis ex contendentibus præcurrat, & possessionem ap-
24 prehenderit, ille tuebitur in possessione, donec causa finem debitum suscipiat, *Valasc. 2. tom. consi.* 191. *à nu.* 1. nec dissentit Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 12. *&* 13. *n.* 3. *Auendan. in d. l.* 45 *Taur. gl.* 9. *n.* 2. *Matiẽ-*
25 *so in l.* 8. *tit.* 7. *gl.* 5. *n.* 4. *& gl.* 2. *n.* 3. *lib.* 5. *recopil.* Vnde si ita etiam cũ mandato judicis de facto quis spolietur, de facto quoq; à Senatu restitui solet per petitionem grauaminis, vt *in lite Barbora Godinha, cũ suis priuignis, Scriba Belchior Correa, Anno*
26 1609. Quod confirmari potest ex ijs, quæ tradit Gabriel *de restitutione spoliat. conc.* 1. *num.* 109. & est textus intimis memoriæ thesauris recondendus *in l.* 1. §. *& hoc edictum vers. debet. ff. si mulier vener nom.* & gl etiam notabilis, & omnibus nota *in l. minor.* 39. *in princ. ff de euictionibus. verbo Seius.*

Sed quia lis à detentatore plerunque longius protrahitur, optimè facies, si pe-
27 tas diploma Regium, vt sequestrum fiat, vti contigit in causa *Petri de Barros cum Petro de Gouuea*, in qua prædictũ diploma, non obstantibus quibuscunque impedimentis à Senatu fuit seruatum, *Anno* 1608. *Scriba Hieronymo de Mẽdoça*, & rectè, quia regulariter stante dubio res, super qua litigatur, sequestrari debet, *vt per Masuerũ in praxi. tit. de possessione.* §. *itẽ in omni possessorio. Rebuf.* 3. *tom. ad Cõstitutiones Regias tit. de mat. possess. art.* 7. *gl.* 1. *n.* 8. Præcipuè, quia sequestratio neminẽ
28 spoliat *l. sequester. ff. de verb. signif. l. propriè. & l licet. ff. depositi*, & est optima cautela in proposito ad effugiendum litium anfractus, & dilationes, prout cõsiderauit Pelaes *de maiorat.* 3. *p. quæst.* 7. *n.* 3. *in fin.*

Ad responsionem hujus libelli reus ar- 29
ticulare poterit, se viuente testatore cum titulo possidere cæpisse, quo casu cessat prædicta actio, *vt tradunt scribentes in l. vlt. vbi Bald. nu.* 28. *C. de edict. diu. Had. tollend* vel non esse eadem bona, quæ defunctus posedit, quia identitas non præ-
sumitur, nisi illa probetur per confinia, *se-* 30
cundum Bart. in l. demonstratio falsa ff. de condit. & demonst. vel etiam objicere po-
test exceptiones causam proprietatis at- 31
tinentes, quæ sunt admittendæ, si incontinenti probentur, idest intra terminum ad probandum confessum, *vt resoluit Molina. lib.* 3. *de primog. c.* 13. *n.* 12. *&* 13. *tenuit Bal. in l. naturaliter* §. *nihil cõmune ff de acq. possess. Gregor. in l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. *verb. possessiõ.* Vel etiam objicere poterit
de nullitate testamenti, virtute cujus præ- 32
tendit actor hæreditatem, & possessionem, vt quia approbatio testamenti in scriptis facta fuerit extra folium, & paginam vltimam ipsius testamenti, prout de jure Regni *in lib.* 4. *tit.* 80 § 2. requiritur, nam tale testamentum nullum judicauit Senatus *in lite Francisci Nunes Freyre ex oppido de Mõte Mòr, Scriba Emanuel Ma-*
nhos. Año 1611. Quanuis eodem tempo- 33
re contrarium censuerit idem Senatus *in causa Ludouici de Mattos Fragoso cũ Dominico Fernandes, Scriba Ludouico Lopes*, eo potissimum fundamento, quia prædicta Ordinatio non ideo annullat testamentum, sed duntaxat imponit pœnam tabellioni, qui aliter approbationem confe-
cerit. Vel etiam cautè opponat proximior 34
testatorem fuisse ab actore circumuentum, *vt in specie cap. constituit.* 20. *quæst.* 3. *Cæpo. caut.* 201. & quando dicatur circũuentus, colligitur ex *l.* 1. *ff si quis omiss. causa testam. & l.* 1 *C. si ex fals. alleg. & l.* 1. *dolum ff. de dolo cap. pen. extra quod met. causa cap. cum olim extra de re jud.*

CAP.

CAP. XI. *De actionibus, quæ ex maleficijs descendunt.*

§. 1. *De actione injuriarum.*

1 IN hoc libello poni debet tempus, & locus commissæ injuriæ, *secundum Bald. in l. edita C. de edend.* Item, & species injuriæ, & qualitas personæ injuriatæ. *l. prætor edixit. vbi gloss. ff. de injur. l. atrocem C. eodem, & animus injuriantis, l. illud. §. sane autem ff. de injur.* qui deprehendi potest ex multis, quæ affert Marc. *consil.* 913. *num. 7.* Item peti debet certa æstimatio injuriæ, *secundum Ang. in prin. Inst. de act.*
2 quæ taxationi judicis subjicitur consideratis circunstantijs, quæ possunt eam augere, vel minuere. Reus verò excipere poterit non animo injuriam inferendi, sed per jocum fecisse. *gloss. in l. si non conuitij C. de injur.* nam ex qualitate personæ, veluti si sit consanguineus, non præsumitur injuria *Farinac. in pract. quæst.* 105. *ex nu.* 127. aut quia statim reus ipse se retractauit, & emmendauit in eodem loco, reuo-
3 cando dicta verba, *secundum Angel. in d. l. si non conuitij Ferrara caut.* 39. Vel objiciet injuriá jam fuisse remissam, quod præsumitur ex gratis seruitijs sibi inuicem factis *Bald. in l. in ipsius C. fam. ercisc.* & ex alijs multis modis, quos refert Farin. *vbi supra ex num.* 339. Vel etiam excipiet de simili injuria, qua fuit antea ab actore la-
4 cessitus, nam tunc erit ignoscendum *l. qui cum natu §. si libertus ff. bon. lib. Parlad. quotid. cap.* 17 *nu.* 12. *Tiraq. de pæn. caus.* 1 *n.* 12. Aut si non apparet quis prior mouerit, neuter tenetur de injuria *Bart. in l.* 1. *§ cũ arietes ff. si quadrupes pauper.* sed caute faciet, qui in accusatione præuenerit. Vel etiam objiciet vera esse crimina, quæ
5 actori palàm induxit, nam si Reipub. conueniat ea pandere, excusabitur à pæna pro vt est recepta Bartoli distinctio *in l. eum qui nocentem ff. de injur.* communem testatur Alex. & Jas. *in l. 3 ff. de lib. & posth.* *Gomes* 3. *tom. cap.* 6. *n.* 2. Vel etiam excipi- 6
et se ignoranter ex aliquo errore ductum illa verba protulisse, qui error, & ignorantia ex justa causa processit tex. est singul. *in l. igitur vers. & generaliter ff. de lib. causa.*

§. 2. *De actione leg. Aquil.*

PRimum caput legis Aquiliæ habet locum, quando mors subsecuta est, vt reus teneatur quantum res valuit infra annum, & retrò. Secundum verò quando 7
quis non occidit, sed vulnerauit, vel aliter læserit, vt teneatur quanti plurimi valuit intra triginta dies proximè præteritos *in princip. Instit. hoc titulo* Reus per contrarium potest objicere articulando, non sua culpa, sed casu, qui euitari non potuit, læ- 8
sionem, vel vulnus accidisse in re, vel animali actoris, quo casu non tenetur *l. si putator, ff. ad l. Aquil.* § 2. *Inst. eod.*

§. 3. *De actione noxali.*

IN libello isto peti solet damni emẽdatio, aut seruus pro noxa *l. miles. §. decẽ & ibi DD. ff. de re jud.* contra dominum, vel quemlibet serui possessorem *l. non solum l. quoties l noxalis ff. de noxal.* Quamuis 9
si ille fuerit sciens, & valuerit prohibere, & non prohibuit teneatur in solidum, nec liberatur dando seruum *l.* 1. *&* 2. *ff. de noxal. Bart. in l. in illa stipulatione per te. ff. de verb. obli.* Excipere potest reus articulando seruum suum aliud damnum fecisse Titio, qui prius habuit sententiam, cui deditus sit pro noxa, *juxta l. si quis à multis* 10
14. *ff. de noxal. act.* Vel potest se opponere ipse seruus proclamando ad libertatem, quo casu remanet inutile noxale judicium *l. pen. ff. eodem.*

(:)

PRAXIS

PRAXIS DE MODO ET FORMA PROCEDENDI IN CAUSIS CRIMINALIBUS.

LIBER QUINTUS.

SUMMA EORUM, QUÆ IN HOC LIB. V. CONTINENTUR.

CAP. I. De modo, quo procedi debet per viam accusationis.

§. I. De captura reorum, & quibus modis in hoc Regno se defendunt rei soluti à carcere.

Appendix I. De homagio.

Appendix 2. De chartis assecurationis.

Appendix 3 De reo, qui se defendit sub fidejussoribus per rescriptũ Principis

§.2. De reo ad Ecclesiam confugiente.

§.3. De interrogationibus reo faciendis

§.4. De libello accusationis.

§.5. De exceptionibus, & de libello responsorio.

§. 6. Acta quomodo fieri debeant judiciaria.

§. 7. De probatione.

§. 8. De tortura reorum.

§. 9 De sententia, appellatione, & executione.

Cap. 2. De modo, quo proceditur per viam denuntiationis.

Cap. 3. De modo procedendi per viam inquisitionis.

Cap. 4. De modo procedendi contra reum absentem.

Cap. 5. De forma procedendi à judicibus in syndicatu.

CAP. I. *De modo quo procedi debet per viam accusationis in causis criminalibus.*

1 PER viam accusationis procedit judex ad instantiam alicujus accusatoris jure ordinario. Accusare autem, *secundum Azon in Summa tit. C. qui accusare non possunt*, est reum criminis deferre ad vindictam probat *l. 1. tit. 1. part. 7.* Et inde accusatio dicitur delatio criminis ad vindictam publicam in judicio, legitima interueniente subscriptione, quanuis propriè deferre reum criminis non est accusare, sed præparare accusationem Antequam enim quis accusat, nomen rei defert, & crimen probaturum profitetur, inscribitque, & subscribit propter pœnam calumniæ, si delictum non probauerit, *vt in l. libellorum, & in l si cui. ff. de accusat. l. 1. ff. ad Turpilianum, & in cap. tuæ de procurat. & in cap. licet de Symon.* Et tunc dicitur nomen rei receptũ inter reos, quod fit antequam proponatur accusatio, quidquid aliter doceat Bartol. & alij, quos refert Alexand. *in l. cum mulier. nu. 6. solut. matrim. Alciat. lib. 2. parerg.* 2

par.tg.cap.9. Quoniam ante quam reus cōpareat coram judice allegaturus suas defensiones dicitur receptus inter reos, *vt in l. adulteram vbi gl. id non percepit C. de adulterijs.* Quod enim dicitur *in l. si marito §. præscriptiones. ff. de adulterijs,* non posse admitti exceptiones, post quam quis fuit receptus inter reos, referendum est ad exceptiones, quæ accusatori opponuntur, de quibus loquitur tex. *in §. præced.* non verò ad exceptiones, quæ judici, aut ipsi accusationi possunt opponi, de quibus textus non loquitur. Antequam enim reus recipiatur inter reos accusator ipse debet solemnia quædam adimplere *l. Titia. ff. de accusat. l. miles § cum quidam. ff. de adulterijs,* de quibus igitur in l. *libellorum l. si cui ff. de accus. & alibi sæpe,* quæ preparatoria sunt accusationis, differunq; ab ipsa accusatione, quemadmodum, & alia præparatoria differunt ab actione principali, *vt in l. ordinarij C. de rei vēdicat.* Vnde tenendum est, quod postquam quis receptus est inter reos, incipit propriè, & verè accusatio, quamquam per interpretationem quandam possit appellari accusatoris, qui nomen rei defert, etiam antequam accuset, *vt in l. cum patronum. §. 1. ff. de jure patronat.* Resolutivè igitur dicendum est, quod in rigore juris alia est
3 accusatio civilis, alia criminalis, *vt notatur in rubrica extra de accusat.* aliud est judicium civile, & aliud criminale notat Bart, *in l. 3. ff. de sepulchr. violat* tradunt omnes *in rubrica extra de judi.* Alex. & Jas. *in rubr. ff. eodem.* Licet enim vtrunque jus descendat ex delicto, si tamen principaliter agitur de delicto, criminale est judicium, si vero de damno aut pæna pecuniaria dicitur civile judicium *l. prætor ait. §. si dicatur, & §. posse & in l. item apud Labeonem §. si servo, & in l. constitutionibus 2. part. & l. fin. ff. de injurijs. & in § in summa Instit. ut eodē & in l. fin. ff. de privat. delit. l. fin. ff. de furtis c. per tuas de symo cap. tuæ de procur. cap. super ijs. in fin. de accusat. explicat Bart. in l. 1. nu. 6 & in l. pen. §. ad crimen n. 3 ff. de publicis judic.* In quibus locis satis constat, quod ex eodem crimine potest agi ad diversos effectus, siue si agatur ad commodum, pecuniarium, vel simile, civile sit judicium, si verò ad punitionem, tunc sit criminale, & vtrobique convenit verbum (*accusatio*) & verbum *actio,* quicquid aliter doceat Bart. *in l. agraria ff. de termino moto* receptus communiter *secundum Felin. & alios in rubr. extrà de judic. & secundum Alex. in l. si quid id quod num. 17 ff. de jurisdict. omn jud.* nam cōtra Bart. est tex. *in l. 1. C. quādo civilis actio. & in d. l. agraria. & in l. 3. ff. de sepulch. violat.* vbi, & actio, & accusatio promiscuè appellatur: propriè igitur, & in potiori significatu stat verbum accusatio, quando est criminalis, & agitur principaliter de crimine puniendo, cum tunc accusatio nihil aliud sit, quam persecutio criminalis, ad differentiam actionis, in qua petitur pecuniarum interesse, quæ est persecutio civilis, prout ex prædictis satis colligitur.

Dixi autem, legitima interveniente 4 subscriptione, quia in accusatione est necessaria inscriptio, & subscriptio propter pænam talionis, vel calumniæ, aut etiam Cons. Turpiliani, adeo vt etiam fidejussores deberent intervenire, *vt in l. 3. C. qui accusar. nō possunt l. 1. ff. ad Turpillian. Ord. lib. 5. tit. 117. §. 6.* In quo tamen dubitari potest an idem jus sit, quando crimen objicitur per viam exceptionis? Et cum sit receptum, quod eo casu pæna extraordinaria imponatur, *secundum Bald. in l. 1. n. 5. ad fin. de Senatoribus. Alex. alibi referens in l. 1. §. actiones n. 11 vbi Jas. nu. de edendo* videtur dicendum, quod inscriptio locum habeat quando exceptio habet effectum punitivum, & requirit inscriptionem, & subscriptionem, veluti vera, & formalis accusatio, *secundum Bart. in d. l. fin. ni nu. 3. de accusat. & facit argumentum Ord. in d. lib. 5. tit. 60. § 5.* Quod si exceptio solū proponatur ad repellendum adversarium, vel testem, non habet effectum punitivum, *vt in l.*

in l. Lutius ff. de ijs, qui notantur infam. cap. 2. de ord. cognit. Et licet in hoc secũdo casu de jure communi non fiat inscriptio, aut subscriptio ad pœnam talionis, quia non est formalis accusatio, tamen is qui objicit crimen, benè obligatur ad penam arbitrariã, *vt in d. cap super ijs de accusat.* quia talis objectio habetur pro accusatione, *vt in l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs*, Quæ omnia sine dubio recipienda sunt
6 generaliter, prætérquam in exceptione calumniæ, quæ quanvis habeat effectum punitivum, *vt in l. 1. C. de columniat.* principaliter tamen opponitur ad repellendam criminis exceptionem, & infirmandam accusatoris intentionem, adeò vt in eodem judicio tractari debeat, an judicis officio calumniator sit puniendus? *vt in eadem l. 1. & l. & in priuatis, & in l. siquis repetere §. 1 ff. ad Turpilian. l. 28. tit. 1 part. 7.* Prætérquam, si calumnia detegatur in accusatione criminis publici, tunc enim finito primo judicio, de calumnia tractari potest *vt in l. 1. §. 1. ff ad Turpilia. & l qui calũniatores. C. de calumniatoribus*, & ratio est quoniam accusatio criminis publici non impeditur alio judicio, *vt in l. neganda C. qui accusare non poss.* Quæ resolutio vera est, & tollit difficultatem, quicquid aliter alij doceant. Quòd si crimen opponatur
7 per viam reconventionis, tam in publicis criminalibus, quam in privatis delictis inscriptio necessaria est, quia vera, & formalis accusatio est, *vt in cap. 2. de ord. cognit.*

8 Dixi etiam supra, *legitima interueniente*, quia accusator debet esse legitimus *cap. 1. de accusat.* Idest, qui lege aliqua non sit prohibitus accusare. Nec enim Reipub. salutare est ab omnibus accusationem proponi, ne privato odio, & calumnia innocentes iniqua accusatione fatigari contingat, & aliquando nocentes pœnam evadere prævaricatione, & tergiversatione accusatoris. Personæ tamen prohibitæ legibus accusare benè admittuntur ad accusandum persequendo suam, vel suorum injuriam, *l. Ni tamẽ omnes ff. de accusat. l. nõ prohibentur. C. qui accusar non possunt.* Et suorum injuriam persequi dicitur consanguineus vsque ad quartum gradum *Ordin. lib. 5. tit. 124. §. 9. in fin. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 14. num. 2.* Quanvis de hoc in jure communi variæ essent opiniones, *vt per Petrum à Plaña in epitom. de delictis lib. 1. cap. 39. num. 13. Farinacium de accusat. quæst. 12. nu. 58.* & praxis est, vt prius admittantur conjuges ad accusandum, & postea descendentes, & post hos, ascendentes, & deinceps, cognati vsq; ad quartum gradum, proximior namque semper admittendus est *l. si plures ff. de accus. l. 2. §. si sin ul. ff. ad l. Iul de adult e. Feb. decis. 9.* Si vero sint in eodem gradu, & simul concurrerint, omnes simul erũt admittẽdi *l 3. §. si plures ff. de sepulch. viol. vbi gl. Bart. & alij.* & idem jus erit observandum circa remissionem delicti faciendum *ex Ord. lib. 5. tit. 131 §. 3. explicat Farinacius vbi sup quæst. 14.* Sed si proximus fecerit pa- 10
cem cum accusato, non præcludit viam sequentibus consanguineis ad accusandum, *vt in præd. Ordinat. §. 1.* quanvis de jure communi contrarium sit dicendum, *secundum Boer. decis. 120. nu. 7. Couar. lib. 2 var. cap. 10. nu. 1. Padilha in l. transigere num. 52. C. de transact.* vnde ad accusationem citari debent omnes, qui jus habent accusandi *l. si maritus de adulter. l. si accusatoribus C. de accusat. glos. in l. 17. tit. 1. p. 1.* dũmodo morẽtur in Regno, *juxta Ord. lib. 5. tit. 124. §. 9.* Vnde qui absens sit in Insulis Regno adjacentibus, perinde est ac si extra Regnum sit, & citari non debet, vti decisum extat *Arest. 23. Cabed. 1. part.* Sed dubium est si pacefacta cũ vxore interfecti, & ejus consanguineis, nascatur posthumus filius, qui nec citari, nec per tutorem transigere poterat, *secundum Bald. in l. si nemo ff. de testamẽt. tutel.* possit iste de novo accusare? tu cogita. Quod si nullus sit, qui velit accusari, vel accu- 11
sans pacem faciat, aut transactionem cum accusato, tunc Promotor justitiæ jus habet accusandi, vel prosequendi accusationem

nem propositam ex ratione tex. *in l. congruit, & ibi Bart. ff de officio præsid. Anto. Gom. 3. tom cap. 1. n. 10.*

§. 1. *de captura reorum, & quibus modis rei soluti à carcere se defendat.*

12 Recepta super delicto summaria inquisitione, praxis est, vt si ex ea apparuerit aliquem esse culpabilem, vel contra eum resultauerit aliquod indicium, vel præsumptio, illum judex in carcerem detrudi jubet, nec enim judex ad capturam potest deuenire, nisi prius examinatis testibus super indicijs, communiter ita seruari testatur Hippol. *in pract. crimin. §. constanti nu.* 11. vbi optimè ponit practicam examinandi dictos testes, & recipiendi talia indicia, tradit etiam Farin. *in pract. quæst. 27. num.* 113. *&* 130. aliàs judex indebitè aliquem incarcerari mandans tenetur in syndicatu, *vt per Parim. de Puteo in tractatu syndicat. verb. captura cap.* 1. *num.* 14 *& cap. 2. n. 3. & 4 clarius in pract. quæst.* 28 Et actione injuriarum contra eũ agi poterit, *vt in l. nec magistratibus ff. de injurijs*, & tenent plures, quos refert *Farinac. vbi supra n.* 136. Imo ad damna, & interesse, *secundum glos. in l. 3. §. simili modo verbo retentus ff. si quis caut. Assinius in praxi §. 32. n. 39. ampliat Ord. lib. 5 tit. 119. in princ.* Nam injuriarum actione veniunt etiam damna, & interesse, *vt in l. item apud Labeonem §. siquis seruo liberato ff. de injurijs.* Ex quo non ritè, & de facto captus debet statim, & sine dilatione etiã parua, ac etiã sine aliqua impensa pariter de facto relaxari, *vt post Bald. in l. pacto quo pænã C. de pact. tenet Pari. de Puteo vbi supr. verb. captura cap. 3. Gabriel alios referẽs in tit. de restit. spoliat. conc. 1. n. 19. in 4. ampliat. princip. Cabed. 1 part. dec. 50. Candosũ verbo carcere. n. 10. vbi explicat. Hippolit. in praxi §. attingant nu.* 13. Nec reus capi potest absq; mãdato judicis
13 in scriptis ex Regia Constitutione *lib. 5. tit. 119. §. 1.* Rationem posuit J. C. *in l. nõ est singulis* 176 *ff. de reg. jur.* Nisi in fragãti delicto quis capiatur, quia tunc absque mandato judicis capi poterit *argumento tex. in auth. de defensoribus ciuit. §. audiẽs column. 3. & firmat Puteus vbi supra fol. 118. nu. 15. Iul. Clar. in pract. crim. §. vlt. quæst. 28. n. 7. Ord. lib. 1. tit. 65. § 37. ibi, & mostrãdo.* Vnde quæri potest, si delinquẽs 14
aufugerit à conflictu dictumque sit ministro justitiæ arripuisse iter per talẽ viam, si eum insecutus fuerit non ad alia se diuertendo, cumque aprehenderit, ad in conflictu eum aprehendisse videatur, sitque locus huic Ordinationi? Et videtur quod sic *ex l. 3. § cum igitur ff. de vi & vi arm. vbi glos. verbo continenti facit tex. in ratione l. naturaliter §. 1. ff. acquir. rerum dom. & quæ notantur per tex. ibi, in l. 1. præses, jun. l. continuus ff. de verb. oblig. l. qui duo de duob. reis, facit tex. notab. in l. patri jun. l. quod ait lex. ff. de adulter.* vbi Bart. hoc ad notauit, & est tex expressus. *in l. quod ait lex. §. 1 ad fin. ad l. Iul. de adulter. Cou. 2. p. de spõs. cap. 7. n. 3.* Item in alieno territorio judex delinquentem capere non poterit, 15
vt probat tex. in authen. vt nulli judicum §. si vero quis coll. 9. Bart. in l. si cui §. cum sacrilegium n. 4 de accusat & in l. 1. §. præsides n. 3. ff. de requir. reis Puteus vbi sup. verb. captura cap. 4. num. 1. Quapropter literæ requisitoriæ mitti debent, *vt in l. solent de custod. reorum,* in quibus summatim relatio probationis fieri debet, ex qua oritur summaria cognitio apud judicem requisitum de delicto, & de potestate judicis requirentis, *vt est communis practica secundum Cou. pract. cap. 11. num. 5. quem refert Clarus in pract. crimin. quæst. 38. Pegueira decis. crim. 2. n. 5. subscribit Farin. de inquisitione quæstio 7. n.* 35.

APPENDIX I. De homagio.

Potest autem reus aliquando se defẽdere solutus à carcere præsertim si sit nobilis dato ei homagio, quia talis in leuibus non est incarcerandus in custodia 16

publica, *vt per Tiraq. de nob. cap. 20. ex nu. 30. Azeued. in l. 4. & 5. tit. 3. lib. 7. recopil. Menoch. lib. 1. de arbitr. casu 305.* Nam de jure Regni habet domum pro carcere præstito homagio, *juxta Ordin. lib. 5. tit. 120.* Quod nihil aliud est quam quædam promissio *l. 4. tit. 25. part. 4.* & est veluti juramentum, *vt sentit gl. verb. solutis in cap. ex diligenti, & ibi quod. Abb. nu. 4. de symon. Prateius in lexico juris, verbo homagiũ vbi ponit formam faciendi homagiũ, & in cap. 1. de nõ fidelit. form. in vsibus feu-*
17 *darũ.* Vnde si homagium negetur, poterit appellari, aut supplicari argu. eorum, quæ docet Bart. *in l. 2. C. de Episc. aud. quæst. 2. & in l. 1. in fid. C. sententiam rescind. non poss. Paul. in l. cũ qui §. in popularibus col. vlt. ff. de jur. jurand. & alij quos refert Gomes 3. tom. cap. 9. n. 10.* Idem homagiũ da-
8 tur etiam nobili pro causa civili, quod fallit nisi ipse fuerit conductor tributorũ Regis, quia tunc incarcerari debet, *vt per Auend. in dictionario verb. Caualtero versic. tertium privilegiũ,* vel si ipsi obligetur pro debito contracto pro redemptione sua, parentis, aut fratris à captivitate, *secundum Pelaes de maiorat. 4. part. quæst. 1. lim. 4. nu. 1. cum seqq.* vel si tempore contractus neget se esse nobilem, *vt per Ant. Gomes in l. 74. Taur. num. 4. & 2. tom. cap. 11. n. 54. Gutierr. de juramen. confirmat. 1. part. cap. 16. nu. 25. Barça de inop. deb. cap. 16. num. 93.* vel si ipse non alleget de sua nobilitate ex dictis ab Hipolit. *in pract. §. sequitur num. 11. vbi à nu. 8.* plura similia adducit, vel si pacto se obliget pro debito civili incarcerari posse, vt tenuit Couvar, *in cap. quanuis pactum 2. part. n. 5.* qui dicit ita fuisse judicatum in Granatensi Senatu *Greg. in l. 34. tit. fin. verb. de sangre p.*
✠ 7. quicquid alij, quos refert Barça *de inope debitore cap. 15. num. 38.* & hæc sententia probatur in cap. *rescripto de jur. jurando, quod etiam depositario judicij nõ datur homagium.* Si autem nobilis homagium non servaverit, punietur pœna perjurij, secundum Isern. *in cap. 1. de non fidelit. form. in vsibus feud. num. 6.* idemque testatur Bald. *consi. 291. lib. 2. col. fin.* Contrarium tamen existimat Avendan. *in cap. prætorum cap. 27. nu. 7. 2. part.* Sed ex praxi in carcerem detruditur fracto homagio.

APPENDIX II. De chartis assecurationis.

Per chartam assecurationis, quæ vel est confessativa ad sui defensionem, 19
vel negativa, reus liber, & solutus, securus sine eo, quod capiatur, causam prosequitur, de qua fuerit accusatus, & idem est in casu, quo inquisitio fiat ex particulari Regis diplomate, *vt per Cabed. decis. 52. nu. 3. lib. 1.* adeo vt etiam si in prædicta inquisitione pronuntiatio capturæ fiat per Se- 20
natores Regios, charta servanda erit, vti decisum extat *in causa Martini Alfonsi de Aues, Anno 1609. Scriba Francisco de Almeida,* & ratio est, quia jam ista inquisitio est extraordinaria, ad quam lex pœnalis extendi non debet, & idem etiam censuit postea Senatus in officialibus, idest thesaurarijs, & quæstoribus patrimonij Regij *in lite Ludovici Aluares de Acosta Anno 1612. Scriba Dominico de Pina.* Similiter etiam charta assecurationis confessativa servanda erit de vulnere illato, si- 21
ne eo, quod præcedat examen, si aliqualiter appareat illud non esse lectale, ita visum fuit Senatui *in lite Dominici Gonçalues cũ Sebastiano Gõçalues, Scriba Bernardo Bulhão, Anno 1611.* Verũ an istud asse- 22
curationis diploma sit de jure communi, an tantum inductum ex lege hujus Regni? Tu dic non alibi esse in vsu præterquam in hoc Regno, quanvis huic consuetudini Lusitaniæ aliquantulum allucinare videatur Bart. *in l. is qui reus col. pen. num. 12. ff. de pub. judic. & in l. relegati. n. 4. ff. de pœn. Ganzinus de cautione de nõ offed.* sentit Greg. *in l. 1. verbo tiene protit. 11. part. 7.* & inclinat se Bossius *in tit. de captura n. 33. & in tit. de citat. circa fin. vers. sed an judex, & in tit. de remed. ex sola clementina*

mentia Principis. Farinaceus lib. 1. *tit.* 4. *de carceribus quæst.* 29. vbi materiam salui
23 côducti latè explicat. *Menoch. de arbitrar. quæst.* 81. Et fortè ex eo prædictæ chartæ à principio introductæ esse videntur in hoc Regno, ne rei criminis præ carceris timore transfugarent ad exercitum Regis Castellæ, cum quo Lusitani tunc bello gerebant, Reipublicæque hostes, & prædones, seu stratores viarum, aut pyratæ maris fierent, & ideo incarcerato jam pro alio crimine, ei non proderat prædicta charta, *secundũ Cabed. decis.* 65. 1 *part.* Vnde etiam hodie an bono publico conueniat eas ita facilè concedi? Alij videant. Quamuis si meum judicium valeret, melius putarem eas fore omnino abrogandas, si alia fierent, quæ infra annotabo.
24 Itẽ dubitari potest, an si in petitione fateatur quis delictum, (de quo quæstio fit) ad impetrandam chartam confessatiuam assecurationis, ei præjudicet talis confessio si de eo non inueniatur culpa sufficiens ad capturam? & videtur quod non, quia confessio emanata de crimine ad alium finem non sufficit ad condemnandum, *vt docet Bart. in l.* 2. *§ si publico num.* 20. *ff. de adulterijs, & in l. si confessus n.* 3. *ff. de custod. reorum*, imo sponte, & liberè confes-
25 sus delictum præsumitur sine dolo deliquisse vt bene cõprobat Franc. Becchius *consi.* 96. *num.* 15. quem refert Bertazol. *consi.* 193. *num.* 14. Quæ tamen sententia dubia videtur ex adductis *num.* 45. & ideo cum moderamine à viris doctis accipienda est.

APPENDIX. III. De reo soluto sub fidejussoribus.

26 POtest etiam reus, & alio modo, solutus à carcere se defendere, scilicet per diploma Regium data fidejussione, *Ordin. lib.* 5. *tit.* 136. Quod non nisi in Senatu Palatij impetrari solet, *vt Ordin. libr.* 1 *fol.* 226. *à §.* 24. quando aliud remedium ordinarium non competit. Nec sine causa expediri solet, ne sic defraudetur justitia. Vnde quoties ex delicto venit imponenda tantum pœna pecuniaria, & non corporalis, reus solet relaxari à carcere sub fidejussoribus, quia ita etiam est de ju- 27
re communi, *vt in l.* 1. *vbi gl. & in l. diuus ff. de custod. reorum.* & ibi comuniter DD. *& in l. ex qua* 1. *§. super quib. ff. ae appellat.* & est communis, vt testatur Gomes qui plura adducit 3 *tom. cap.* 9. *num.* 8 *Bossius in tit. de carcerato fidejussori cõmittend. n.* 1. *&* 2. Et ratio est, quia pœna non minùs satisfieri potest fisco per fidejussorem, quã per principalem *argumento tex. in l. deniq; & sequenti ff. de jur. fisci.* At verò, si pœna corporalis imponenda sit, tunc sub fide- 28
jussoribus relaxari non potest, *vt in l.* 3. *ff. de custod. reorum resolutis Soar. allegat. tone de fidejussor. in causa criminali nu.* 13. *Hipol. in pract. crim. §. attingam. Menoch. de arbitrarijs lib.* 2. *casu.* 303. *n.* 15 *Greg. in l.* 16 *tit.* 1. *part.* 7. *verb. sobre fiador* Fallit tamen quotiescunq; constiterit de innocentia rei, poterit namque sub fidejussoribus 29
relaxari per diploma Regiũ, & de ea constare poterit, visa prius summaria testium informatione, pro quo est tex. *in l. nullus in fin. ibi donec repererit C. de exhib. reis* 30
quẽ ad id notauit Bald *in l. sed et si is in fin. ff. de in jus vocand. Paul. Chirl. in tract. de relaxatio. carcer. tit. de fidejussoribus reorũ quæst.* 1 *sub n.* 4. *&* 8. *Bertazol. cons. crim.* 367. *n.* 1. *lib.* 2. Et quamuis jure communi judex poterat facere hanc relaxationem 31
vt per Soar. in præd. allegat. nu. 26. *Hippol. & Gomes vbi sup.* ita vt judex eam denegans, cum subsit justa causa, videatur injuriam reo irrogare, & teneatur in syndicatu actione injuriarum, *juxta tex. in l. si vero pro condemnato §* 1. *ff. qui satisdar. cogant. secundum Angel. in tract. de maleficijs verb.* pro quibus Antonius fidejussit. *vers. & nota quod si aliquis*, quẽ sequitur Hippol. *in d. §. attingam num.* 17. Tamen de jure hujus Regni nullus judex hoc facere potest *ex Ord. lib.* 5. *tit.* 135. Quam ita generaliter practicari an Reipublicæ conueniens

nemiens sit? Alij videant, cum de jure communi, aliud sit inductum, *vt dixi*, & lites in hoc Regno per malitiam valdè protrahantur. Imo propter hæc visitationem carceratorum magis frequenter, fieri, idest singulis sabbatis, & modo Castellæ Regni præscripto conuenientiùs, & bono publico salutariùs putarem, oportet enim vt reorum causa celerius expediatur *l. fin. C. de custod. reorum.*

§. 1. *De reo ad Ecclesiam confugiente.*

32 IN primis delinquens ad Ecclesiam cõfugiens, nec in ea capi, nec ab ea extrahi potest, *cap. inter alia. cap. pen. capit. fin. de immunitate Eccles. cap. minor. cap. reus. cap. constituit cap. definiuit.* 14. *quæst.* 7. *l.* 2. *&* 3. *C. de ijs qui ad Eccles. l.* 4. *tit.* 11. *p.* 1. *Ord. lib.* 2 *tit.* 5. Intellige tamẽ, si reus sua
33 voluntate confugiat ad Ecclesiam, secus si apprehẽsus à judice, vel ejus ministro per eam, vel ejus cæmeterium transeat, *vt argumento tex. in l. si quis post hanc C. de ædificijs priuat jun. glos. ibi notat Bart. in l cætera §. sed & si quis ff. de leg.* 1. *& alij quos refert Gomes* 3. *tom. cap* 9. Cæterum ille
34 qui committit homicidium, mutilationem membrorum, vel aliud quodcumque crimen, intra ipsam Ecclesiam, ejus immunitate non gaudet ex prædicta Regia constitutione *in* §. 2. cui consonat tex. *in cap. fin. de immun. Eccles.* & idem dicendum
35 est in eo, qui existens in Ecclesia mandauit extra Ecclesiam delictum committi *Remig. de immunit. Eccles fallent.* 5. *Nauar. in Manual. cap* 25. *n.* 21. Et ita fuit judicatum in Senatu *no feito de Luis Aluares de Pedrosa pela cutilada de Rui Pereira de Setuual, Scriba Ludouico Aluarenga*
36 Nã mandans etsi verè, & propriè nõ occidat, verè tamen cõmisit delictum homicidij *ex Bar. in l sed si vnius* §. 1. *ff. de injurijs.* Et facit, quia mandans committi delictum, obligatur ex delicto propter mandatum, *secundum Bart. recept. in l. non solum* §. *mandato ff. de injurijs.*

§. 3. *De interrogationibus reo faciendis*

SOlet aliquando & non semper in hoc Regno judex interrogationem facere 37
reo accusato super aliquibus circunstantijs, quæ pertinent ad magis eruendam veritatem de crimine: & ejus responsionem, seu confessionem redigit tabellio in scriptis, *l.* 1. *in principio ff. de custod. reorum Ord. lib.* 3. *tit.* 32. §. 2. Sed eam facit reus 38
ex praxi hujus Regni absque aliquo juramento, *vt per Cabed. p.* 1. *Aresto* 36. ne detur occasio perjurij, quod olim statuerat Plato *in dialog.* 12. *de legibus*, licet de jure communi juramentum reo deferebatur, secundum Bart. *in l. inter omnes.* §. *rectè in fin. ff. de furtis*, cujus opinionem magis communem esse dixit Iul. Clar. *lib.* 7. *sententiarum* §. *fin. quæst.* 45. *nu.* 9. & cã in Regno Castellæ seruari plerunque vidi. Si autem reus ex aspectu apparuerit esse minoré, *juxta tex. in l. minor.* 25. *annis.*
33. *ff. de minor.* tunc judex antè omnia curatorem ei dabit, quia minor nõ habet personam legitimam standi in judicio criminali, *vt probat l. clarum C. de auct. præstãd.* alias judicium, processus, & sententia contra minorem indefensum sine curatore ei dato est ipso jure nulla *l.* 4. *C si aduersus rem jud. Ordin. lib.* 3 *tit.* 41. §. 8. resoluit in praxi Ant. Gom. 3. *tom. var. cap.* 1. *nu.* 64. *Iul. Clar. vbi sup. quæst.* 50 *nu.* 2. Nisi illa sit lata in ejus fauorem *l. non eo minus* 14. *C. de procurat.* Et similiter confessio absque curatore facta à minore, etiam si spõte eam fecerit, erit nulla, & ei non nocebit, *notat Bart. in l. fin* §. *pupillus col.* 2. *ff. de verb. oblig. Hippol. in pract. crim.* §. *nũc videndum n.* 31. *Iul. Clar. vbi sup. quæst.* 55 *num.* 12. quod non est ita in causa ciuili, *prout dixi sup. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 11. Item si minor, cui datus fuit curator, paratus sit 40
probare errorem, vel rem aliter se habere, restituendus erit, *ex l. ait Prætor* §. *non solum* 10. *ff. de minor.* vel si in processu nulla alia sit probatio præter ejus confessio-

nem,

nem, tunc eo ipso, quod confessus est, videtur læsus, concedi debet restitutio, *argumento l. certum §. in pupillo vers. minor & de confess. Dec. in l. nihil. consensui de reg. jur. Alex. cõs. 116. vol. 3 Sfortia Odd de restitutione in integr. 2. part. quæst. 65. art. 7. ex n. 15. & n. 37. art. 4. Cald. in l. si curatorem verb. vel aduersarij dolo. n. 9. & 39. C. de in integr. restit. minorum.* resoluunt cõmunem Anto. Gomes *sup. n. 66. & Iulius Clar. in d. §. fin. quæst. 60. n. 4.* Quanuis ipsi à communi discedant, & contrariũ defendat Sarmiento *lib. 3. selectarum cap. 13. num. 3.* vbi tamen *in fin. & in num. 6.* eorum opiniones cum distinctione nititur conciliare.

42 Illud autem scire debes judices non posse ad hanc interrogationem procedere nisi reus de crimine infamatus sit, vel saltem per vnum testem in summaria de eo constet, aliàs non tenetur veritatem fateri, nec se ipsum prodere, *vt resoluit Iul. Clar. in d. quæst. 51. num. 7.* Imo confessio facta, non præcedentibus legitimis indicijs, nihil probat *Mascard. de probat. concl. 351.* nec etiam confessio facta coràm judice incompetenti, *vt in cap. at si clerici vbi DD. præsertim Bald. de judic. Bar. in l. magistratibus n. 3. vbi etiam Alber. ff. de jurisdict. omn. jud. Farinac. in praxi crimin. quæst. 81. ex nu. 188. cum seqq. Masc. concl. 352.*

43 Item licet reus in judicio confessus in ciuilibus pro judicato habeatur, *vt in l. vnica C. de confess. gloss. verb. confessus in l. 1. & ibi Bart. ff. de confess.* in criminalibus tamen non statim pro judicato haberi debet, sed dilationes ei concedendæ sunt ad allegandas, & probandas suas exceptiones. Possunt enim multa interuenire, quæ vel minuant delicti pœnas, vel eas omnino tollant, vt quia per errorem fuerit facta confessio, quæ non præjudicat, docto postea errore, & reuocari potest, *vt tradit Frãcus in cap. 1. 3. notab. de accusat. in 6. Farinaceus in pract. crimin. quæst. 81. n. 315. dixi sup. lib. 3. cap. 12. numer. 13.* aut quia fuerit emanata calore iracundiæ, quæ pariter ad condemnandum non sufficit *Alber. in l. 1. num. 3. C. de confess. Mantua in cap. at si clerici. num. 27. de jud. Abb. in cap. fin. num. 11. in fin. de confess.* vel quia præscripta sit accusatio lapsu temporis, *vt infra numer. 60.* aut delictum commissum ad sui defensionem, prout considerat Gomesius *3. tom. cap. 1. numer. 3. & infra dixi numer. 65.* vel quia confessio fuerit de eo, quod est contra naturam, vt si quis impubes, vel virilibus carens accusatus de adulterio fuerit, idque se perpetrasse fateatur, nullius momenti erit confessio *cap. qui sedem extra de frigid. cap. 1. de delict. puerorum l. & si minor. 25. annorum. ff. de adulter.*

Item, licet in ciuilibus confessio non possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, *vt dixi lib. 3. cap. 12. num. 15.* tamen in criminalibus indistinctè verum est pro parte acceptari posse, ita vt si quis confiteatur se hominem occidisse ad sui defensionem, damnari possit ex illa confessione, nisi probet qualitatem illam, *vt docet Bart. in l. Aurelius § idem quæsij ff. de liberat. leg.* & est communis secundum *Ial. in § item si quis postulante num. 16. de action. Dec. in l. nemo ex ijs ff. de reg. juris Paul. in l. 2. ff. ne quis eum qui in jus vocatus.* Et est ratio quia in delictis est præsumptio contra delinquentem, quod fuerit animo nocendi, & vindicandi se. *l. 1. C. de siccarijs. cap. 1. de præsumpt. resoluit Ant. Gomes 3. tom var. cap. 3. n. 26. Alciat tract. de præsumptio reg 3. præsumptio 39. n. 7. Bossius in prax. crimin. tit. de confessione n. 19. Iul. Clar. in d. §. fin. quæstio. 55, nu. 15. Menoch. libr. 2. de arbitr. casu 93. numer. 37. Farinacius in praxi criminal. quæst. 81. numer. 110. cum sequentibus,* 44

Quanuis per talem confessionem non sit quis capitaliter damnandus, *vt per allegatos à Ferrara cautel. 5. numer. 2.* Imò 45 mitius agitur cum sponte confesso; *vt per Tiraquel. de pœnis caus. 27. numer. 7. & causa 3.* quicquid Socin contra quem, & alios aliter resoluit Sarmiento. *lib. 1. sele-*

selectarum cap. 1. *num.* 11. *&* 12. Unde
46 qui excusationem delicti allegat in sua confessione, illam probare debet *Masc. de probat. concl.* 706. vbi plures auctores ad id refert.

§. 2. *De libello accusationis.*

47 Libellus accusationis proponendus est in scriptis continens personam accusatoris, & accusati, diem, mensem, & locum commissi delicti, & ipsum delictū, de quo accusatio fit, *prout statim dicam*. Deinde in accusatione est necessaria inscriptio, & subscriptio, *vt habes sub num.* 4
48 Vnde accusatio, ijs non seruatis, tanquam inepte proposita erit nulla *argum. tex. in l. non putauit. § nō quæuis ff. de contra tabul.* nec judex poterit procedere super eo, *Bart. in extrauag. ad reprimendum nu.* 27. *C. quomod. in crim. læs. majest.* Quamuis si judex deceptus, & imperitus processerit, ac testes receperit super crimine, dicendum est, quod poterit ex eodem processu delinquentes punire, quomodocumq; enim detegatur crimen, satis est ad pœnā imponendam, quoniam licet accusatio non valuerit in vim accusationis, nec debeat, aut possit judex procedere tanquam contra reum accusatum, negari non potest quin valuerit in vim denuntiationis, vt receptio testium valuerit rectè, & inquisitio facta processerit de jure, præsertim, cum lex non sit imposita verbis, sed rebus, ideoque magis veritatem rei inspicimus, quam juris solemnitatem, qua ratione idipsum manifestum est ex Ordin. *lib.* 1. *tit.* 5. *§.* 12.

Diz f. A. morador nesta Cidade contra f. R. preso. E se cumprir.

P. *Que tendo antes o R. certas palauras com elle A. sobre jogo em casa de f. em tantos de*
49 *tal mes estando despois disto elle f. descuidado, & seguro do q̄ lhe auia de suceder em o segundo dia de Pascoa deste anno, na rua noua desta Cidade, às dez horas do dia, saltou com o dito f. o R. accusado armado com armas offensiuas & defensiuas, & acompanhado cō outros de proposito, & rexa velha, cō espada nua na māo, lhe deu hūa estocada penetrante pello peyto esquerdo, de q̄ logo o dito f. caio morto.*

P. *Que o R. he vseiro, & veseiro acostumado a fazer semelhantes delictos, &c.*

Dicitur f. A. quia in accusatione nomen
50 accusatoris contineri debet *l. libellorum ff. de accusat. cap. fin. versic. libellorum.* 2. *quæst.* 8. & quia absque accusatore nemo damnatur *l. rescripto § si quis accusatorem ff. de n. bon. & notat Bossius in pract. crim. tit. de accusat. nu.* 1. Item & illud positum est ad denotandum, quod in propria persona, & non per procuratorem accusator comparere debet in judicio, *juxta tex. in l. pen. § ad crimin. ff. de publ. judit. & l. tunc conuenit. C. de accusat.* alias
51 processus gestus cum procuratore erit nullus, etiam si à parte non opponatur exceptio nullitatis *secundum Bart. in d. l. pen. § ad crimen ff. de publ. judic.* quem dicit communiter receptum Ant. Gomes 3. *tom. var. cap.* 1. *n.* 16. *Julius Clar. lib.* 5. *recept. § fin. quæst.* 32. *nu.* 24. Nisi habita licentia à Senatu maximo, quæ etiam proderit reo, *secundum Valasc. consil.* 25 *num.* 7.

Item dicitur *no segundo dia de Pascoa na rua noua*, ad denotandum quod accusa- 52
tio cōtinere debet annum, mensem, diem, & locum cōmissi delicti, *vt sup. dixi num.* 47. Alioquin libellus non erit admittendus, *secundum Alexand. in l.* 1. *nu.* 31 *ff. de edend. Roman. consi.* 191. *Jul. Clar. in pract. § fin quæst.* 12. *num.* 9. Idque ex eo, quia si accusator dicat in libello delictum fuisse commissum tali mense, anno, & loco, & posteà non probet tempore illo, & loco, sed alijs fuisse perpetratum, reus erit absoluēdus, *secundum Bald. & alios, quos refert*

fert Anto. Gomes in 3. tom. cap. 13. *num.* & ob id vsu receptum est ponere in libello,
53 in libello, scilicet *como, & dia q̃ na verdade se achar*. Nam tunc libellus procedit *ex his quæ tradit Clarus vbi sup. n.*14. Quanvis dies, & hora non sit de substantia, vt apponatur in libello, *ex l. libellorum de accusat. & in d. cap fin. vers. libellorum*, Tamen ad requisitionem partis, vt melius possit coarctare negativam, exprimi debet dies, & hora, *secundum Bossium in pract. crimin. tit. de inquisitione n.* 92. Notabis etiã hic locum, & tempus poni aliquando, vt gravius delictum existimetur, vt quia fit delictum commissum in loco insueto, & deserto, vel in nocte, nam tunc animus occidendi magis deliberatus præsumitur, *secundum Menoc. lib. 2. de arbitr. cent. 4. casu 361. num. 38. & 39.*

Item dicitur *descuydado*, ad denotandum reum accusatum fuisse aggressorem
54 *ex l.* 1. *§. diuus. ff. ad l. Cornel. de siccarijs, Bellouis. in pract. crim. tit. de inualore, vers. & ipsum interfecit. n.* 4. Et quia aggressor gravius puniri debet, quam ille qui in ipsa rixa deliquit *juxta l. quoniam C. ad l. Iul. de vi publ. & Arg. l.* 1. *§. cum Arietis ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat.*

Item dicitur, *armado, & acompanhado*, vt constet delinquentem paratum accessisse, & prius delictum excogitasse, *juxta glos. in l. licet. verb. pergentes, vbi Bald. C. de pact.* Et ex genere armorum præsumptio augetur, *vt per Bald. in cap.* 1. *de præsump. Felin. in cap. significasti* 2. *de homicid. n.* 81. Et ex modo percutiendi elicitur animus delinquendi, *vt per Novell. in pract. foli.* 13. *num.* 16. *Carrer. in pract. §. homicidium. n.* 1. *num.* 30.

Item dicitur, *tendo antes palauras sobre*
59 *jogo*, ad concludendum illud homicidium fuisse perpetratam ex proposito, & cum deliberatione, *vt tradit Blanc. in l. fin. nu.* 189. *ff. de quæstion. Menoc. lib. 2. de arbitr. cent.* 4. *casu* 361. *Masc. de probat. conc.* 67. *& 98. vbi alios modos adjungit.* Nã istud gravius punitur, quam illud quod repentè, & suborta rixa, calore iracundiæ, atque impetu repentino fuit commissum, *vt per Gomez lib.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 7. Nam mens & animus distingunt maleficia *l. qui injuriæ vers. nam maleficia ff. de furt.*

Item dicitur *acompanhado*, quia hoc casu socij possunt etiam accusari, & vt repellantur à testimonio *l. generali C. de testibus, Mascard. conclus.* 1216. *nam & is, qui* 56
opem præstat, tenetur de homicidio *l.* 1. *C. de rapt. virginum, & is cujus ope ff. de adulterijs Mascard. conclus.* 159. Sed limita nisi ipse ignoranter opem præstitisset, *Bartol. in l. omnes n.* 2. *vers. item est vtilis, C. de agricolis & cẽsitis lib.* 11. *tradit Mascard. conclus.* 1144. *nu.* 11. sed præsumitur quis delicto opem dedisse, si post delictum delinquentem illico fuisset sociatus *Bartol. in l. in furti § ope nu.* 4. *ff. de furtis, Blancus in tractatu de indicijs tit. de indicio post homicidium, num.* 201. *verb. associatio.*

Item dicitur, *pelo peito esquerdo*, quia 57
ex vulnere illato in illa corporis parte, vnde certa mors facilè speranda sit, præsumi solet maior animus occidendi, *vt per Bart. in l.* 1. *§. divus vbi Hippol. num.* 13. *ff. de siccariis. Afflict. in constit. tit. de pæna ejus qui contra aliquem arma extraxit lib* 1. *nu.* 7. *Iul. Clar. pract crimin §. homicidium. vers. ex proposito* In quo etiam notabis, quod quanvis dictum sit *hũa estocada* non per hoc excluditur, quin si plura 58
vulnera illata sint, ea omnia debeas articulare, quia ex multiplici vulnere maior animus delicti consideratur, *vt per Boss. in pract. crimin. titul. de homicid. numer.* 64. *Menoch. lib* 2 *cent.* 4 *casu* 361. *numer.* 33. *cum sequentibus.*

Item dicitur in secundo articulo, *que he vsseiro, & veseiro*, quia scilicet delinquẽ- 59
di consuetudo facit, vt reus gravius puniatur, *l.* 3. *C. de Episcop. aud. l. capitalium, §. solent. & in §. grassatores ff. de pæn. l.* 3. *§. si plures, ff. de re militar. l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. l. quicunque vers.* 1. *C. de seru. fugit. Bart. in l. sicut. fin. de accusat.* explicat

cat Farinaceus *in pract. crimin. quæst.* 23. *per tot.* Quod adeo procedit, vt etiamsi de primis delictis fuerit jam punitus, adhuc augentur pænæ *Menoch. de arbitr. libr.* 2. *centur.* 3. *casu* 295. *nu.* 19. *Couar. lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 7. *Carrer. in pract. tit. de homicid.* § *circa igitur tertium quibus ex caus. pæna augeatur.* Et binus actus faciet consuetudinem ad augmentum pænæ, *vt per Bald. & Paul. in l.* 3. *C. de Episcop. aud. Lucas de Pena in l.* 1. *C. de super exactoribus lib.* 10. Et ideo in hoc Regno ab omnibus scribis illius oppidi, & ciuitatis causarum criminalium ratio sumitur cum nomine accusati de ejus culpis, & reatu, quod non est ita in vsu apud alia regna, idque ex eo apud nos fit, vt sciri possit de delictorum accusati frequentia, quæ incorrigibilitatem denotat, *secundum Brunum consi.* 115 Nam lex multum præsumit contra eum, qui consuetus est delinquere, *vt in l. si cui* §. 1. *ff. de accusat. l. non omnes.* § *à Barbaris. ff. de re milit.*

§. 5. *De exceptionibus rei, & de libello responsorio negatiuo, aut confessatiuo.*

Antequam reus accusatus veniat cũ suo libello responsorio in contrarium, potest proponere omnes exceptiones dilatorias, vel præjudiciales, veluti exceptioné de ordinibus, vel de immunitate Ecclesiæ, vel etiam peremptorias, veluti præscriptionis ex *l. querela C. de fal. cujus rationem ponit Tiraquel. de pæn. caus.* 29. *Anton. Gom.* 3. *tom. cap.* 1. *n.* 5. *Bart. in l. naturaliter in fine. de vsucapion. vbi id declarat Boer. decis.* 26. 60

LIBELLUS RESPONSORIUS.

Contrariando diz f. R que se cumprir.

61 P. *Que elle R. em o segũdo dia de Pascoa deste presente anno q̃ se cõtarão tãtos de tal mes às dez horas do dia, estaua em Alẽquer, tratãdo, & cõuersando cõ muitas pessoas, pello q̃ era impossiuel, q̃ ao tẽpo q̃ diz o accusador em seu libello, estiuera elle R. em Lisboa*

P. *Que o R. he bom Christão, fidalgo, temoroso de Deos, & de saã consciencia, por onde delle não se pode presumir tal cousa, &c.*

62 Ponitur primo articulo exceptio negatiua loco, & tempore coarctata, *juxta tex. in cap. tertio loco, de probat.* de qua Bolsius *in tit. de defensoribus reorum, nu.* 8. Ita tamen, vt si secundum facti naturam vnum, & aliud stare posit, illa non admittatur *in lite Simon. Ferreyra cũ Dominico Fernandes,* decreuit Senatus, *Anno* 1617. *Scriba Didaco de Carualho,* docuit gl. *in cap. bonæ verb. facti extra de electione.* Igitur licet negatiua sit improbabilis, modo tamen de quo hic probari potest, *Ordinat. lib.* 5. *titul.* 124. §. 1. vel quando negatiua continet in se affirmatiuam, vt quia dico Titium non esse mortuũ, resoluitur enim illa negatiua in affirmatiuã, scilicet, quod sit viuus, *Ord. lib* 3. *tit.* 53 § 10. *versic. posto que.* De cujus negatiuæ probatione post Marcum de Fano composuit copiosum tractatum Herculan. Perusin. vbi quatuor, & quinquaginta modos probandæ negatiuæ tradidit, & octo antea recitauit Ripa *in c. cum Ecclesia n.* 97. *vers. plures possunt de causa possess. & prop.* nouissimè Fuluius Pacianus separatim duodecim modos statuit, ex quibus negatiua probari possit *in lib.* 1. *de probat. & cui incumbat onus probandi cap.* 38. *cum sequentibus,* & latè explicauit Mascard. *de probat. concl.* 1092. *Gabr. lib.* 1. *comu. tit. de probat. concl* 6. 63

In secundo articulo dictum est de bonitate rei, quia si contra eum insurgant aliqua indicia, & præsumptiones minus idoneæ ad torturã, per eam purgentur. *l. non omnes* 64

omnes §. à Barbaris ff. de re militar. Quia semel bonus semper præsumitur bonus, *cap. fin. de præsumpt.* quam conclusionem explicat, & duodecim modis ampliat Card. Albanus *in addit ad Bart. in l. meritò, ff. pro socio, Tiraq. de pæn caus. 51. n. 23* Et sanè quilibet præsumitur bonus, nisi dilucidè aliud cóstet. *cap. dudum extra de præsumpt. l. cum pater §. rogo vbi DD. ff. de leg. 2. Alciat in tract. de præsúpt reg. 3. præsumpt 2. n. 1. & reg. 2. præsump. 8. nu. 1. Menoch. item de præsumpt. lib. 5. præsump. 1. n. 33.* & multis modis ampliat, ac declarat Masc. *de probat. conc. 222.* Et similiter
5 nobilis honoratus non præsumitur aliquid mali facere *argumento tex. in l non omnes, §. à Barbaris ff. de re milit Greg. in l. 2. tit. 9 part. 2. not quit DD. in cap. de multa, de præben. & in l. nobiliores. C. de comerc. & mercat. Menoc. lib. 5. præsumpt 4. n. 6.* & alios refert Masc. *concl. 1006. nu. 68. de probat.* Item, & quia nobilis mitius puniri debet, *vt per Tiraq. de pæn. caus. 31.* & pænâ infamiæ non incurrit Bartol. *in l capitalium. §. serui. cæsi. ff. de pænis. Farinaceus in pract. crimin quæst 98. num. 63. & n 98 Couar. lib. 2. var. cap. 9. post. nu 4.* In tantum, vt etiam filius naturalis, qui aliàs de jure communi non gaudet privilegio paterno, *secundum Tiraquel. de nobilitat. cap. 15. ex num. 10.* eximatur à pæna villi, quia attenta consuetudine Hispaniæ ille patris nobilitate fruitur, *secundum Greg. in l. 1. tit. 12. verb. amiga, col. vltim. vers. dicendum est ergo, pag 7.* Placuit ita Senatui *in lite Iosephi Pereira, Scriba Ioanne Leal.*

LIBELLUS RESPONSORIUS REI PER CONFESSIONEM delicti, ad sui tamen defensionem.

P. *Que sendo f. seu imigo, por palauras, & differenças que tiuerão em casa de f. em tãtos de tal mes, sobre jogo, o dito f. de proposito armado com hũa espada na mão fora da cin-*
6 *ta foy aguardar ao R. na rua noua, & em passando arremeteo contra elle com a espada nua, tirandolhe grandes & mortaes cutiladas.*

P. *Que vendose o R. assi perseguido delle f lh. foi forçoso deitar mão de sua espada, & se amparou com ella das cutiladas, & reueses q lhe daua o dito f. porque o não matasse, & em assi se defendendo acertou a darlhe hũa estocada pellos peitos, sendo em sua necessaria defensaõ o dito f. o agressor.*

P. *Que a ferida nao foi mortal, & despois disso esteue muito tempo doente, mas por elle se desregar, & não obedecer aos medicos, & fazer muitos exceßos, veio a morrer.*

P. *Que elle R. tem perdão da parte, como consta da escritura que offerece.*

In hac responsione duo sunt notabilia
67 in praxi prænotanda pro explicatione Ordinat. *lib. 5. tit. 143. §. 8.* Primum, vt quocunque tempore, etiam post publicationem testium admittatur talis defensio, de qua per Bart. *in l. cum de indebito ff. de probat.* recept. ex Soc. *in l. nemo n. 7. ff. de exception. & Dec. in l. nemo ex ijs n. 1. de reg. jur. Boer. decis. 164. n. 15. Boss. in tit de defension. reorum. num. 4.* Secundum quod licet reus à principio negasset delictum, tamen postea poterit admitti ad hujusmodi defensionem, imo Doctores consulunt, vt reus accusatus semper neget delictum, & dicat, casu non concesso, quod ipse tale delictum fecisset, fuisse tamen commissum ad sui defensionem ita consuluit Dec. *in cap. cum venerabilis. nu. 20. de exception.* & est communis opinio recepta per Bossium *in pract. crim. titul. de confeß. num. 36.* Jul. Clar. *lib 5. sentent §. fin quæst. 55. n. 17.* & refert Menoch *lib. 2. de arbit. casu 279. n. 7.* Et è conuerso etiam 68
si à principio confiteatur delictum per petitio-

pertinentem ad impetrandam chartam assecurationis, adhuc tamen potuisse contrariari per negativam tenuit Cabed. *Arest. 59. 1. part.* ex quo idem postea judicatum fuit in causa propria ejus hæredum, *scilicet Michaelis Cabedo cum Michaele Leytem de Andrade, Anno* 1608. *Scriba Hieronymo Freire.* Quæ tamen sententia, licet sustinere posse videatur *ex traditis numer.* 24. dubia tamen semper mihi visa fuit, *ex ijs, quæ notaui sup. numer.* 44. Et idcirco, posteaquam hæc scripsimus, innouata fuit ex nouella Philippica lata anno 1613. In secundo articulo agitur de de-
69 fensione necessaria: Nec enim est satis probare homicidium fecisse ad sui defensionem, nisi & illud adjiciat ad necessariam *Bald. in l. 1. column. 11 vers. item C. de confess. Bart. in l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* hoc idem censuit Jas. *in § siquis. num.* 19. *de action.* Contrarium tamen tenuit idem Bald. *in l. solam. column. vlt. vers.* 2. *quæro. C. de testibus,* vbi monuit testes deponentes simpliciter homicidium fuisse commissum ad defensionem probare, quam opinionem communiter esse receptam asserit Dec. *in d. l. vt vim post numer.* 17. quorum opiniones in concordiam reducere conatur per distinctionem Mascard. *de probation. conclus.* 876. *numer.* 18. Defensio autem rectè pro-
70 batur eo ipso, quod appareat quam fuisse vim passum: nam quicquid fecerit, præsumitur gestum, vt à violentia tueretur, *constat ex multis relatis à Grammat. consil.* 18. *& sequentibus, & consil.* 56. *nu.* 15. *Bertrand. consil.* 290. *volum.* 3. *Alexand. consil.* 76. *lib.* 1. *Dec. in d. l. vt vim. numer.* 10. *Hippolit. singular.* 100. Quam conclusionem multis modis ampliat, & confirmat Mascard. *conclus.* 490. Nam si articuletur, & probetur quod reus videns venientem contra se stricto gladio illum percusserit, antequam ipse esset percussus, præsumitur ad sui defensionem fecisse, *Bart. in l. sed & si quenquam 2. not. ff. ad l. Aquil. Bal. in l. in multis, in fin. de lib. caus.*

In eodem articul. *sendo o dito F. aggressor.* quod articulari potest multis modis, quot tradit Carrer. *in pract. crim. §. circa.* 3. *num.* 146. vt quia erat sui natura litigiosus, vel aliqua injuria affectus, vel esset minatus, *secundum Blancam in praxi crimin.* 3. *part. defensor. numer.* 14. *Mascard. de probat. concl.* 72. *ex num.* 3.

Item addo quod defensio honoris, (qui sæpe pluris æstimatur quàm ipsa propria vita) rectè quotidie admittitur in tantum vt quanvis aliàs homicidium pro defensione vitæ in continenti factum solum admittatur, tamen illud homicidiũ pro defẽsione honoris post decem menses, & retro cum telo perpetratum tanquam si fuisset in continenti cõmissum, non pæna ordinaria, sed exilij perpetui ad Regiones do Brasil judicaverit Senatus in causa de Manoel Velho de Sà, occisus vocaverat cornutum, & alijs convitijs affecerat, & alapa in facie percusserat hoc anno 1640. Scriba Dominico Rodrigues, pro quo allegatum fuit à patrono doctissimo cons. Giurbæ 86. qui in terminis loquitur.

De 3. artic. quod non præsumatur quis ex illato vulnere mortuus.

ISte 3. artic. positus fuit ad denotandũ quod occidens poterit pænam mortis 27
evadere, quando in ipsum vulneratum, vel ejus custodes, medicosve aliqua culpa, negligentiavè conferri potest: quia tunc non præsumitur mors ex illato vulnere subsecuta, vt multis exemplis declarat Boer. *decis.* 323. *nu.* 20. *Bald. cons.* 318. *vol.* 2. *col.* 1. & consuluit Cæphal. *consil.* 28. *col. pen.* Plaça de delictis *cap.* 13. *num.* 27. Menoch. *de arbitr. jud. casu* 275. *nu.* 10. & alios refert Mascard. *conc.* 1078. *n.* 14. vbi alia ad propositum adjungit, judicavit Senatus *in causa Pauli de Carualhal, Scriba Thome de Andrade.* Nec enim omnis qui mortiferè vulneratus est, moritur. *l.* 1. *§. vlt. ff. ad Syllan. l. qua actione § sed & si quis ff. ad l. Aquil.*

De quar-

De quarto articulo. Quando venia delicti reo concessa est.

73 ISte etiam quartus articulus positus fuit ad excusandum reum à pœna delicti, vel ad eam mitigandam, quia injuria privata per pactum remittitur, *juxta tex. in l. si tibi decem. §. 1. ff. de pactis l. si unus §. pactus ne peteret. ff. eodem. l. nō solum. §. 1. ff. de injurijs.* Sed dubium est, an si offensus faciat pacem, & dederit veniam, an videatur etiam remisisse damna, & expensas? Bald. tenuit quod non *in d. l. si tibi decem §. 1. & ibi Alex. nu. 2. Ias. in l. 1. n. 16. ff. de pact. Clarus quæst. 58. nu. 38. Gomes 3. tom. cap. 6. num. 13.* Et quia ex transactione facta delictum probari asseruit J. C. *l. quoniam 5 ff. de ijs qui not. infam. & l. non damnatos C. ex quibus caus. infam. irroget & l. in fisci causis ff. de jure fisci. Masc. d. conclus. 501.* Sicut & similiter illud præsumitur ex petitione veniæ, *ut tenuit glos. in cap. exhibita verb. postulauit. de homicidio. Felin. in cap. literis col. 4. num. 19. de præsumpt. Menoch. de arbitr. in d. lib. 1. quæst. 8. n 37. Bossius in tractatu de remedio ex sola clementia Principis n. 29. Mascard. ubi sup. conc. 502.* Cautè faciet reus, si protestetur transactionem facere causa redimendi se à vexatione, ut consuluit Paul. de Castro. *consil. 348. in fin. n. 16. volum. 1.* & cavit Cæpola, *caut. 157. vers. secunda est.* Nam adhuc pace facta Promotor habet jus accusandi, *ut dixi sup. numer. 11.* Quia ex quolibet delicto, etiam privato duplex offensa oritur, una parti, & alia Reipublicæ, & quanvis illa per pacem censeatur sopita, remanet tamen offensa, quæ fit bono publico, cujus interest cives esse pacatos, *l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aquil. l. licitatio. §. sed quod illicite. ff. de public. & vect.*

APPENDIX.

Quando reus dicit se velle stare pro actis.

LIcet reus in causis criminalibus non possit renuntiare suis defensionibus & termino probatorio, *secundum gl. sing. in l. pactum inter hæredem 45. verb. cum liceat ad fin. ff. de pact. Ricciū in praxi variarum resolut. 6. num. 4:* quia renuntiatio est in præjudicium suæ personæ, vel status, quoniam nemo est dominus membrorum suorum, *l. liber homo 13. ff. ad l. Aquil. & in l. lege Cornelia §. fin. ff. de sicarijs. Auendan. responso 11. num. 5. Hippol. in pract. criminal. §. examinando.* Tamen praxi receptum est posse hoc facere reum in delicto, ex quo pœna capitis vel infamiæ non veniret imponenda, *secundum Imol. in l. custodias ff. de publ. judic.* quem sequitur Anton. Gomes. *3. tom. cap. 13. numer. 33. vers. quod intelligo.* Sed alij abusivè, & ineptè hanc praxim ad capitale judicium, & ad causam status etiam extendunt. Quod non convenit, nam in ijs etiam invitus reus defendi debet, *ut est tex. notab. in l. 3. ad med. ibi,* ut causa cognita, etiam invito succurratur. *ff. de lib. causa. & in l. non tantum, ibi,* & si ipse acquiescit sententiæ. *ff. de appellat.* 74

§. 6. *Acta quomodo fieri debeant judiciaria.*

QUanvis regulariter testes in summaria inquisitione recepti sine citatione partis fidem non faciant, *ut in cap. 2. de testibus,* & debeant denuò examinari parte citata, & ratificari in judicio plenario intra tempora ad probandum concessa, ut fidem faciant, *prout notat Bart. in l. ultim. in fin. ff. de quæst. & fundat. Dueñas regul. 23. lim. 1. refert plures Natta consil. 394. numer. 20. volum. 2. Bertazol. consil. crimin. 15. numer. 15. volum. 1.* Tamen sufficiet si consensu, & approbatione partis delinquentis testes in summario judicio recepti habeantur pro productis in plenario ex praxi hujus Regni, quam intelligo in terminis de quibus 75

ſupra. *num.* 74. Quibus addes iſtum con-
ſenſum conſtare debere in actis per ſubſ-
criptionem propriam rei, aut cum teſti-
bus munitam, & non erit ſatis fides ſolum
76 tabellionis *vt in Ordin. lib.*1. *tit.*24. §.20.
Ex qua ſententiam capitis annullari feci
in quodam famulo domini Belchior de
Teve. In Regno vero Caſtellæ præcisé
requiritur teſtes in ſummaria receptos
poſtea ratificari debere, ſi minus nihil pro-
77 bant *ex l.*15.*tit.*7. *lib.*2.*recopilat.* Et ita cô-
veniret in cauſa capitis, & ſtatus. Cæterū
teſtis examinatus in ſummario, ſi poſtea
in plenario variet, aut vacillet, poterit pu-
niri, vt falſarius, *l. eos qui ff. ad l. Cornel. de*
falſis, propter quod ibi Bar. *n.*6. ponit cau-
telam, quem ſequitur Menoc. *lib.* 2. *de ar-*
bitr. cent. 2. *caſu.*109.*num.*13.

§. 7. *De probatione.*

78 Illud ſpecialiter in cauſis criminalibus
obſervandum eſt, ſcilicet teſtes produ-
ci, & examinari poſſe diebus feriatis, *vt*
*declarat Roman. ſing.*144.*& facit l.*3.*C. de*
Epiſc. aud. quanvis aliàs teſtis die feriato
receptus non probet. *ſecundum Paul. in l.*
*ſi quando. num.*4.*C. de teſtibus.* Deinde in
criminalibus tantū creditur duabus negā-
tibus, quātum alijs affirmantibus, *ſecundū*
*Maſc. de prob. conc.*70.*n.*10.*&* 11. quanvis
regulariter aliud ſit, *ſecundum gl. ord. in l.*
diem proferre §. *ſi plures ff. de arbit.* Præ-
terea probationes contra reum apertiſsi-
mas eſſe debere, *l. fin. C. de probat. l. ſinguli.*
79 *C. de accuſat. l. qui ſententiam C. de pœnis.*
Vlterius adde, quòd licet in civilibus duæ
ſimiplenæ probationes conjungantur, &
plene probent, veluti ſi vnus teſtis excep-
tione maior deponat de ſcientia, duo, vel
plures de fama publica, *vt per gl. verb. le-*
*gitimis in l.*2. § *ita ff. de excuſat. tut. Ga-*
*briel. lib.*1. *cōmun. conc.*1. *de probat. Molin.*
*lib.*2. *de primog. cap.*6. *nu.*34. *& dixi ſupra*
*cap.*15. *nu.*7. *verſ. ſed magis.* In criminali-
bus tamen, quia exiguntur liquidiſsimæ
probationes, duæ ſemiplenæ non probant
plene. *obſervat gl.*2. *in cap. veniens de teſ-*
*tibus ſequitur Archar. in c.*1. *de confeſſ. I-*
mol. in l. intereſſe puto col. fin. de acq. poſſeſ.
Argel. tract. de maleficijs. verb. fama pu-
*blica col.*5. *verſ. & an fama.* Nec item teſ-
tes ſingulares probant, *vti explicatum ha-*
*bes. lib.*3.*cap.*15. *num.*7. nam tantum pro-
bant mille ſingulares, quantum vnus, Bal.
*in l. juris jurandi. nu.*4. C. *de teſtibus. Ro-*
*land. conſil.*50.*numer.*5.*vol.*4. *Symanch. de*
*cathol. inſtit. tit.*64.*nu.*61. *Rojas de hære-*
ticis 2. *part. aſſertion.*6. *num.*12. Dicitur
autem teſtis ſingularis, qui non habet con-
teſtem. *Ferrara in pract. in forma opponen-*
di contra teſtes. verſ. ſunt etiam ſingulares
*Abb. omnino videndus conſil.*42. 42.*n.*2 *ad*
fin. 1.*part. Afflict. deciſ.*364.*nu.*3 *D. Tho-*
mas 2. 2. *quæſt.*70. *articul.* 2. *ad* 2. Et di-
cuntur conteſtes, qui re, loco, & tempore
conteſtantur. *cap. licet cauſam de probat.*
cap. cum dilecti cap. bonæ de electione. l. ju- 80
ris jurandi C. de teſtibus. Rurſus ſciendum
eſt, quòd, licet teſtes contra reum debe-
ant eſſe omni exceptione maiores, & non
debeant pati aliquem defectum, *ex ijs,*
quæ congerit Gomes 3. *tom. cap.*12. *nu.*13.
*Maſcard. concl.*1363. *& ſequenti.* Ad pro-
bandas tamen innocentias rei, teſtes mi-
nus idonei admittuntur, & plenè probant,
vt cum communi obſervat Gomes, *ſup.*
*numer.*23. cui addo Alexand. *conſil.* 5.
*numer.*6. *&* 7. *volum.*1. *Roland. conſil.*7.
numer. 24. dicentem patrem admitti ad
probandam innocentiam filij, & Hippol.
*ſingul.*29. aſſerentem teſtes de credulita-
te facere plenam probationem ad abſol-
vendum reum, & alios plures in eandem
ſententiam refert Maſcard. *de probat.*
*concluſ.*1369. *numer.*13. Tandem inno-
centiam probari per teſtes inhabiles, af-
firmant plures, quos citat idem Maſcard.
*concluſ.*1365. *numer.*16. & per teſtes do-
meſticos, & conjunctos, & alijs modis, vt
per eundem Maſcard. *concluſ.*1495. Sed,
etſi teſtes plures ſint numero, ſupplent
defectum qualitatis, *ſecūdum Alex. conſil.*
5.*numer.*6.*vol.*2.

Denique sciendum est, quod licet in ci-
81 vilibus post lapsum terminum probatori-
um, & publicatas attestationes, & multo
minùs post conclusionem in causa, testes
recipiendi non sint, *vt declarat Soc. reg.*
498. *Matiens. in dialog. relatorũ.* 3. *p. c.* 46.
In criminalibus tamen judex ad eruendam
veritatem, & probationem delicti potest
vsq; ad sententiam testes recipere, & quas-
cunque alias probationes, *Bar. in l.* 1. §. *si*
82 *quis vltro. ff. de quæst.* Imo & post defini-
tivam sententiam, *Bar. in l. vnius.* §. *cogni-
turus de quæst.* dummodò per evidentiam
facti probare paratus sit reus suam inno-
centiam, veluti quód tempore commissi
delicti, longe abfuerit ab eo loco, in quo
commissum dicitur, vel quòd vivat, aut sa-
nus sitis, qui mortuus, aut vulneratus dice-
batur, *juxta tex. in d. l.* 1. §. *si quis vltro,
quem sic interpretatur Gomes* 3. *tom. capit.*
13. *num.* 35.

Item observa, quòd non inducitur pro-
batio ex violentis præsumptionibus, & in-
83 dubitatis indicijs ad pænam capitalem in-
fligendam, vt per DD. quos refert Jul.
Clar. *lib.* 5. *sententiarum* §. *fin. quæst.* 20. *n.*
6. *Farinacius in pract. crim. quæst.* 86. *nu.*
110. *Mascard. de probat. concl.* 865. *num.* 5.
Quæ sententia placuit semper vbique vi-
ris sapientissimis in multis casibus, quos
refert Tiraquel *de pænis casu* 27. & multis
allegationibus eam probat Gomes. 3. *tom.
variar. cap.* 12. *num.* 25. qui tantùm limi-
tat quando præsumptio est à lege deter-
minata, & probata, *vt in l. si qui C. de adul-
terijs*, & facit Ordinat. Regia, *lib.* 5. *titul.*
134. §. 1. vbi propter vehemens indicium
non datur condemnatio capitalis, sed re-
petitio tormenti. Vnde aliter distinguit
84 Menoch. *lib.* 1. *præsumpt. quæst.* 97. aliter
etiam Sarmientus *selectarum. lib.* 1. *cap.* 1.
Barbosa in l. 2. 2 *part. num.* 97. *ff. solut. ma-
trim.* Et ita est confusa opinio Doctorum
vt mirari non liceat, si Senatus gravissi-
mus capite damnaret Franciscum de Syl-
85 va ex indubitatis indicijs de homicidio
vxoris, Anno 1615. ad cujus etiam rei in-
vestigationem corpus prædictæ vxoris
fuit post multos dies exhumatum à sepul-
chro, vt fieret examen per oculorum inspe-
ctionem.

Item repulsa falsitatis testium semper, 86
& vbique admittitur, *prout habes in lib.* 3.
cap. 13. *num.* 3. *vbi cap.* 20. *num.* 2. diximus
eam ex multis causis probari posse, præ-
sumitur etiam plerunq; ex eorum contra-
rietate, vel diversitate *l. eos. ff. ad l. Cornel.
de fals. l. qui falso, vel varie. ff. de testibus,
disserit Menoch. lib.* 5. *præsump.* 22. & 23.
Pro cujus rei veritate eruenda, ac rectè
examinanda optima est praxis Castellæ 87
ex officio justitiæ, vt testes contrarij am-
bo stent in conspectu judicis, & vnus con-
tra alium arguat, vel testis contra par-
tem, facie ad faciem, quod ideo forte vul-
gò ibi dicitur, *Carear. l.* 57. *tit.* 5. *lib.* 2 *reco-
pila.* quæ rarissimè admittitur in hoc Re-
gno, debuerat quidem frequentiùs. Nam
in investigando crimen præsentia perso-
næ multum facit, qua trepidatione, quo
vultu loquatur. *l. de minore. tormenta. ff. de
quæstion.* & probatur in Ordinat. *lib.* 1. *tit.*
85. §. 1. Et, vt inquit Eccles. *cap.* 13. Cor
hominis immutat faciem illius. Et Pro-
verb. 10. Patior ijs, qui operantur malum.
Et Sapient. 17. Cum sit timida nequitia,
testimonium dat condemnationis. Et
Juuenal Satyr. 13. Quos diri conscia fa-
cti mens habet attonitos. Vnde Cicero, si
ipsius est, *lib.* 2. *Rethoricæ ad Herennium*
in causa conjecturali instruit accusatorem,
vt dicat adversarium, cum ad eum ventũ
fuit, erubuisse, expalluisse, titubasse, incõ-
stanter locutum esse, concidisse, pollicitũ
esse aliquid, quæ signa (inquit) conscien-
tiæ sunt. Et si reus horum nil fecerit,
accusator dicet, eum vsque adeò præme-
ditatum fuisse, quid sibi esset vsu eventu-
rum, vt confidentissime consisteret, & res-
ponderet, quæ signa sunt confidentiæ,
non innocentiæ, hactenus ille, quanvis
prædicta signa interdum côtingunt prop-
ter pusillanimitatem, & periculi magni-
tudinem, quod non latuit Ciceronem,

Q 2 qui

qui loco proximè relato defensorem instruit inquiens, defensor, si pertimuerit reus, magnitudine periculi, non conscientia peccati commotum esset dicet, si non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse comotum. Quanta autem sit Ciceronis authoritas, vel ex eo satis constat quod nostri J. C. illum non semel nuncupatim citaverunt illius omnino auctoritate innitentes *in l. Fulcinius §. quod autem ff. quibus ex causis in possessionem eatur. & in l. Cicero. ff. de pœnis.* Vel solet judex in

88 hoc casu quando viderit testes contrariari, aut variari, eos separatim interrogare de aliquibus qualitatibus, vt illi in verbis capi possint, prout instruit Gomesius *per exemplum Danielis* 3 *tom. var. cap.* 12. *nu.* 11. Sed si testis dicat non esse sic, vt notarius scripsit, cui magis credendum sit? Tradit Foller. *in pract. crimin.* 2. *par. nu. vlt. Couarr. lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 10. Et quomodo per hoc euadat testis pænam falsi? Tradit per cautelam Ferrara *cap.* 2. cui assentit Avendañus. *cap.* 27. *prætorum.* 2. *part. num* 27. cujus tamen contra cautelam videbis per Boerium. *decis.* 1. *n.* 51.

§. 8. *De tortura reorum.*

QUam fragile, incertum, fallaxque sit torturæ indicium satis ostendunt e-

89 legantia verba Vlpiani J.C. *in l.* 1. §. *quæstioni. ff. de quæstion.* & ejus rei plura extãt exempla apud Valer. Maximum *lib.* 8. *cap.* 4. vbi refert quæstiones, quibus aut creditum non est, aut temere fuit eis habita fides, & illud quidem memorabile est, quod in civitate Beja contigit, vbi mulier ex vehementibus indicijs de homicidio conjugis quæstioni subjecta potius mentiri, quã pati tormentum voluit, & ob id capite dãnata, subito maritus sospes, & viuus apparuit, vt non immeritò, sed piè, & eleganter contra tormentorum vsum multa scripserit D. Augustinus. *lib.* 19. *de Ciuitate Dei cap.* 6. & Ludovicus Vives id ipsum latè prosequitur, nec minus Franciscus Gilimdus *in Apologia, & inuectiva* plura notãda collegit, nam nihil aliud auctores nostri, qui hac de re scripserunt, magis judices monendos esse existimarunt, quàm, ne leviter, sed ex justis in judicijs, & quæ jure probentur, ad torquendum moveantur quod, si secus factum fuerit (inquiunt) & judex in syndicatu tenebitur, & confessio illicite exorta, quanvis ratificata nihil reo nocebit, gl. & communiter ibi DD. *in l. pen. de quæstion. Canonistæ in cap. cũ incõtemplatione de regul. jur.* Quod ampliatur, vt procedat etiam in gravioribus criminibus, *glos. & interpretes in l. si quis alicujus C. ad l. Iul. majest.* notat. Simanc. *Cathol. instit. cap.* 63. *num.* 34. Ampliatur quoque alijs modis per Garrer, *in pract. num.* 181. *Mascard. de probat. concl.* 353. Et vnumquodque judicium plenè probari debere, saltim per duos testes docet glos. *in l. fin. C. fam. ercíscundæ.* Symanch *vbi sup. n.* 11 Farinacius *in praxi crim. quæst* 47. & 40. vbi alios refert. Sed quia, inter alia indicia ad torturam, illud plerunque ab omnibus recipitur, quod insurgit ex confessione 90 extrajudiciali, notabilis cautela est ad evitandam torturam, vt ille ductus, & constitutus in judicio revocet ipsam confessionem extrajudicialem, etiam si non doceat de errore, sed sufficiat, quod dicat errasse in eo dum confessus est delictum extrajudicialiter, ita Bald. monuit *in l.* 1. *C. de confessis.* cui adhæsit Jas. *in l. magistratibus* 2. *col. ff. de jurisdict. omni. jud. Ferrara caut.* 27. *Arnald. caut.* 16. & *Bianc. in Pract. crim. caut.* 5. eandem cautelam ponit Felin. *in cap. de hoc extra de simonia. Bern. Dias reg.* 125. *fallent.* 1. *Mascard. de probat. concl* 350. *num.* 61.

§. 9. *De sententia, appellatione, & executione.*

IUdex sententiam proferet condemnatoriam, probato plenè delicto. Inter- 91 est enim Reipublicæ, non nisi ex legitimis & integris probationibus à judicibus sen-

tentias

tentias ferri *Bart. in l. 4. §. hoc autem judicium n. 8. ad fin. ff. de damn. infect.* & cõsonat id juri Divino, vti refertur in cap. *licet vniuersis extra de testibus:* Quod in criminalibus, quo ad pœnam capitalem nũquam fallit. *cap. indicas 7. quæst. 9. vers. non possumus l. qui sententiam C. de pœnis.*
92 Et in prædicta sententia exprimet judex pœnam quam reus pati debet, sive sit arbitraria, sive à jure imposita. Quam tamẽ poterit temperare ex causis congestis à
93 Parid. de Puteo *de syndic. c. quæ sunt causa fol. 101. Auend. in cap. prætorum 1. part. cap. 7. n. 7. & 2. part. cap. 16. à n. 11. Tiraq. in tract. de pœnis temper. à n. 16.* Quibus
✠ noviter addo, quod si in conflictu opinionum fuerint doctores contrarij, qui in prædicta causa scriptum relinquerunt, sequenda est sententia illorum quæ magis reo fauit, vt hodie fecit Senatus noster in causa cujusdam stupri, & virginem non dum viripotentem corrumpentis in qua licet fuerint auctores, qui capite plectendum existimassent, tamen illorum opinio, qua non pæna ordinaria, sed mitiori reum puniri putarũt, vt fuit eminentissimus Doctor Frãciscus Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo dolo aduersarij à nu. 16.* à senatu amplexa fuit hoc anno 1640. & reus condemnatus fuit ad triremes ex text. *in l. si quis aliquid 38 §. qui non dum ff. de pœnis l. si stuprum 25. ff. de injurijs, & ita judicatum refert Guido Pap. quæst 555:*

Et attẽdet ad illa omnia, quæ cõtinẽtur in
94 *c. 1. de sentẽtia & re jud. li. 6.* & quæ notat Hipol. *in pract. crim. §. occurrunt.* Debetque esse magis pronus ad lenitatem, quam ad severitatem, *juxta l. Arrianus ff. de action. & obligat. l. respiciẽdum. ff. de pœnis cap. fin. de transact.* Nam melius est peccare in misericordia, quàm in seueritate. *cap. allegãt. 26. quæst. 7* & facit tex. *in cap. vera justitia 45. distinct.* vbi dicitur quod vera justitia est misereri delinquentibus. Vnde quia sæpè attingit vt medium in ju-
95 stitia non teneamus, & dum cupimus esse justi, efficiamur truces, severi, & crudeles, (sunt enim quædam vitia virtutibus similia, & valdè illis vicina, vt religioni vicina est superstitio, & liberalitati prodigalitas, & justitiæ acerbitas, & crudelitas;) id circo admonet Salamon *Ecclesi. cap. 7. dicens noli esse justus multum,* quo loco D. Hieron. *Olympiod.* atque Augustinus *in quæstion. noui, & veteris testamenti quæst. 15.* & glos. interlinealis, atque Lyra accipiunt justitiam, pro justitia vindicatrice, & dicunt nimium justum ibi appellari eum qui vindicando, & pænas de nocentibus sumendo nimius est, id est, qui verba legum anxiè, & scrupulose nimis sectatur, de quo genere est illud Poetæ, jus summum, summa injuria est, quo etiam sensu Salamonis accipitur sententia *in cap. plerumque 2. quæst. 8. & in cap. non potest. 23. quæst. 4.* Quo fit, vt etiam ad absolvendum reum propius accedet judex, si delictum probatum non fuerit, vulgaris enim regula est, actore non probante, reum etiam si nihil probet, fore absolvendum *l. qui accusare. C. de edendo. l. actor quod asseuerat. C. de probat.* Quæ obtinet etiam in criminalibus, ut cum communi resolvit Jas. *in l. non* 96
est novum n 5. C. de edend. Mascard. de probat. concl 36. Ita tamen vt repertis novis probationibus, non de novo de eodem crimine accusari, & puniri, vt resolvit *Iul. Clar. lib. 5 receptarum quæst. 62. nu. 2.* Quæ practica originem traxit tum ex generali ratione, qua interest rei publicæ ne delicta maneant impunita, ne aliàs daretur occasio accusatoribus colludendi cum reis deficiendo in probatione, tum etiam specialius ex Epistola divi Gregorij relata à Couarr. *lib. 1. var. cap 1. nu. 8.* tradit Barb. *in l. 2 in princ. num. 109. cum seqq. ff. solut. matrimonio.* Et quanvis ex vsu forensi apud Hispanos receptum sit, vt quoties corporalis pæna est infligenda, appellatio minimè admittatur ad executionem impediendam, sive quis damnetur ex propria confessione, sive testibus, quam praxim improbat Covarruu. & eam jure non probari existimat, Pract. *cap. 23. nura. 5. ad*

fin. tamen melior est praxis Lusitaniæ, vt à sententia diffinitiva in causa criminali, appellatio vbique admittatur semper ex parte damnati, imo omni tempore, & ab vnoquoque etiam extraneo, & non conjuncto, sine mandato ad appellandum, etiam invito condemnato. *l. non tantum vbi omnes ff. de appellat.* quod non est ita in causa civili, & quod magis est judex tenetur appellare pro officio justitiæ ex praxi, & consuetudine hujus Regni, quæ optima est in causa capitali, quod non est ita in vsu apud alias nationes. Imo nec promotor potest appellare Neapoli in judicio criminali, si credimus Gramantico *decis.* 14. *num.* 2. Nec etiam de jure communi ita reperitur, secundum Innocent. *in cap. cum clamor de testibus, Rotta decis.* 306. *in antiquis*, sequitur Gabriel licet cum distinctione, *lib.* 7. *de decriminalib. concl.* 14.
98 *n.* 6. Vnde illa praxis, quæ apud nos est, minime conveniens videtur, vt scilicet in causis levioribus veluti exilij, sententia, à qua à neutra parte sit appellatum, ex propria judicis tantum appellatione suspendatur, interimque reus in carcere detineatur. Executio autem pœnæ capitalis impediri, vel suspendi potest in multis casibus, quorum duodecim enumerat Anton. Gomes 3. *tom. var. cap.* 13. *ex num.* 36. *Iul. Clar. libr.* 5. *recept. quæst* 97. *&* 98. & congerit 50. Rebuf. *in repet. l. prægnantis. ff. de pœnis.*

99

CAP. II. *De modo, quo proceditur per viam denunciationis.*

1 PEr viam denunciationis proceditur quoties delatio alicujus criminis fit apud judicem competentem ad pœnam vel correctionem inferendam delinquenti, secundum Præposit. *in sum.* 2. *quæst.* 8. *Bernard. Dias in pract. crimin. cap.* 6. explicat Navar. qui aliter definit *in cap. novit. notab.* 5. *n.* 2. *de judic.* tradit de ea aliqua Symanc. *de cathol. instit. tit* 10. multa Bossius *in pract. crimin. tit. de denuncia.*

Quæ denunciatio dupliciter fit. Aut ratione publici delicti, quo casu quilibet de populo denuntiare poterit, sicut, & accusare, si prohibitus non inveniatur, aut ratione alicujus muneris, & officij peculiaris, vt puta, quando custos agrorum denuntiat de damnis in agro commissis, vel quando ædilis denunciat de his, qui transgrediuntur Ordinationes civitatis, tradit Bart. *in extrauag. ad reprimendam. verb. denunciat. per tex. in l. diuus ff. de custod. reorum. l. ea quidem. C. de accusat.* de jure Canonico quocunque fiat, etiam privato, *vt in cap. qualiter de inquisitionis de accusat. & c. licet Heli de symonia.* Est, & alia denunciatio, quæ fit per modum querelæ, de qua agit tex. *in l.* 2. *ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. jur. & in l.* 3
1. *§ quod autem ff. de officio præfecti vrb.* vbi cognitio est quædam extraordinaria facta sine accusatione, & sine denuntiatione, convenit enim, vt judex animaduertat aliquando contra insolentes dominos, & parentes, cum intersit Reipublicæ, ne humiliores à potentioribus opprimantur vt in *l. illicitas §. ne potentiores ff. de officio præsid.* quod, & ad obsequium libertorum, & filiorum traditur recte in *l. nec quicquam § de plano ff. de officio proconsulis, & in l.* 3 *C. de patria potestate.* Hæc autem cognitio fit sine ordine judiciario de plano, *vt in l. leuia ff. de accusat. & in d. § de plano.* Illud autē summè
notandum est denuntiatorem eo solo, 4
quòd denuntiavit, à testimonio non repelli, vt docent Abb. & Felin. *in cap. in omni negotio de testibus. Albertinus in lib. de secreto. nu.* 177. quod praxis observat, *secundum Symanch. vbi sup. nu. fin.* Etiamsi ipse testificetur de facto proprio, vt voluit Soc. *reg.* 515. *in fin.* quem sequitur Mascard. *de prob. concl.* 1363. *num.* 62. Vlterius notandum est, quòd si, facta denuntiatione procedat judex ad inquisitionem spe- 5
cialem, & deinde supervenit accusator, supersedendum esse inquisitioni, superveniente remedio ordinario, secundum Bart. *in extrauag. ad reprimendam. nu.* 3. *& in l. si mari-*

si maritus, §. *si apte. ff. de adulterijs*, vbi sequitur opinionem Dyn. quem refert, & tenuit etiam Innoc. *in cap. super literis, de rescript.* tradit Felin. *in cap. qualiter, & quando num* 14. *de accusat.* quod tamen verum intelligo, quandò supervenit accusator privati criminis agens ad interesse proprium, aut vindictam, tunc enim admittitur accusator, cui jus suum auferri non potuit *per tex. in l. si cui §. ejusdem criminibus. ff. de accusat.* Quod si accusator publici criminis accedat, tanquam vnus de populo, non video cur sit supersedendum inquisitione, in qua agitur de publica vindicta, tunc enim vtrunque remedium accusationis, & inquisitionis tendit ad vnum finem, tàm origine quàm effectu, & executione, quicquid Bartol. dicat *in d. §. si aute.*

6 Præterea notandum est denuntiationem redigi debere in scriptis à tabellione per viam actus, nec est necessarius libellus, vt tenent plures quos refert Soc. *in d. cap. qualiter, & quando o 2. num.* 731. *de accusat.* quanvis Seculati velit contrarium *in tit. de inquisitione. §. viso igitur. n.* 6. Nec item denuntians tenetur se inscribere, *vt per Salicet. in d. l. ea quidem n.* 17. *C. de accusat. & Socin. in cap. super his n.* 1. *de accusat.* quanvis si calumniam in denũtiatione commiserit, puniendus erit, *vt per DD. in cap.* 1. *de calũniatoribus. Bern. Dias in pract. crimin. cap.* 6. E oblata de-

7 nuntiatione coràm judice, jubet judex, vt sibi detur informatio, & recipiuntur testes, ex quibus si reus reperiatur culpatus, vel aliqua indicia emerserint contra eum, præcipit illum citari, vel personaliter capi, secundum qualitatem negotij, delicti, personæ, & probationis, nam citatio etiam in denuntiatione necessaria est, *vt in d. c. qualiter, & quãdo o* 2. *& in auth. vt nulli judicum. §. si vero quis collat.* 9. & cætera omnia deinceps servantur, quæ dicta sunt *in cap. præcedenti.*

CAP. III. *De modo procedendi per viam inquisitionis.*

1 PEr viam inquisitionis proceditur, quando ex officio judicis, præcedente aliqua infamia, præsumptione, aut indicio, agitur, vt declarat Bart. *in l.* 2. *§. si publico ad l. Jul. majest. Bossius pract. crimin. tit. de inquisit. nu.* 2. *Forner. in eadem pract.* 1 *part.* 3. *partis n.* 9. Nam licet jure Civili, & Canonico recepta sit regula generalis neminem sine accusatore damnari. *l.* 3. *§. si quis accusatorem ff. de mun. & honor. l.* 2. *§. si publico. ff. de adulterijs ubi notat. cap. vnico in princ. vt Ecclesiastica beneficia cap. de manifesta.* 2. *quæst.* 1. Tamẽ infamia loco accusatoris habetur, *vt*

2 *per Alciat. in cap.* 1. *de officio ord. & DD. de quibus supra.* In quo etiam adnotabis, quod altera est inquisitio generalis, & altera specialis, & per inquisitionẽ specialem proceditur, præcedente infamia, quæ succedit loco accusatoris, *vt dixi*, & probat tex. *in d. cap. qualiter, & quando o* 2. *de accusat. cap. licet Hely de symon.* explicat Navar. *in cap. inter verba.* 11. *quæst.* 3. *conc.* 6. *cordilar* 62. quod verum est vtroque jure, *secundũ Salicet. in l. ea quidem. C. de accusat. Aret. in d. cap. qualiter, & quãdo n.* 67. Cæterũ ad inquisitionem generalem recepta est sententia, quod potest procedi sine infamia *per tex. in l. cõgruit. ff. de officio præsid. & cap.* 1. *de officio Ord. & in cap.* 1. *§. sanè de censibus. lib.* 6. Scies tamen, quòd, non

3 præcedente infamia, solus Princeps generaliter inquirit, vel ejus delegatus, *vt cõstat ex Greg. in l.* 2. *tit.* 17 *part.* 3. & Præses provinciæ *d. l. congruit*, cum habeat in ea plenissimam potestatem, & merum imperium *l. illicitas. §. qui vniversas ff. de officio præs.* & probat Ordin. *lib.* 1. *tit.* 58. *§.* 31. aut etiam Episcopus, *vt in d. cap.* 1. *de officio Ord.* alij verò judices inferiores non possunt per inquisitionem generalem procedere sine infamia, præterquam si inquisitio sit generalis, quo ad personas,

specialis vero, quo ad delictum, veluti si fama sit, delictum esse commissum, tūc enim ad investigationem delinquentis procedit judex per inquisitionem generalem, nec requiritur infamia in persona, & ita debet intelligi prædicta Doctorum traditio, pro vt docet Bart. *in l. fin. ff. de quæst. Abb. in cap. bonæ o 1. nn. 5. de electiou. Salicet. vbi sup. nu. 49. Alciat. in d. cap. 1. nu.*
4 40 *de officio ordinar.* Vnde post formatam inquisitionem generalem, poterit judex procedere ad inquisitionem specialem, nam inquisitio generalis non fit, nisi ad inveniendos delinquentis, contra quos postea potest formari specialis inquisitio vt tenet Bart. *in l. fin. in fin. de quæstion. & in l. 2. §. si publico. num. 9. ff ad l. Iul. de adulterijs*, & est communis opinio, secundū Præposit. *in cap. de accusatione 2. quæst. 8. num 4.* Quò fit, vt quando inquiritur de crimine specialiter, debeat præcedere judicium super infamia, & testes sunt recipiendi, *vt in cap. cum oporteat de accusat.* tradit Fulgos. *cōcl. 136. Dec. consi. 170. Alciat. in d. cap. 1. nu. 61. de officio ordin.* vbi agit de modo probandi talem infamiam.

5 Ad impediendam vero inquisitionem, quandò fit de aliquo crimine, vt in ea supersedeatur, cautela erit oppenendo judici, vt moneat personā offēsam, vel aliam cujus interest ad deliberandum, statuendo sibi terminum si velit accusationem prosequi *ita Rom. sing incip. de doctrina, Cæpola caut. 25. probat Auiles in cap. prætor. cap. 1 glos. verbo fiel. n. 34. Iul. Clar. li 5*
6 *sententiarum §. fin. quæst. 3 num. 4.* Sed ad annullandum inquisitionem jam factam, & ejus processum, & omnia inde secuta sequentia impedimenta adnotari debent, de quibus opponi poterit. Primò quòd illa facta fuerit sine eo quod prius constaret de corpore delicti, saltem in genere, *vt in l. 1. §. item illud, & ibi DD. communiter ff. ad Syllan l. 2. §. siquis vltro ff. de q. Iodocus in pract crim. cap. 8. nu. 11. vers 5. necessū est. Cōrradus tit. de inquisitione n. 23* explicat Farinaceus *in pract. crim. tit. 1 quæst. 1. ex n. 6. & quæst. 2. per totam.* Secūdo, quòd facta fuerit sine eo, quod præcederet infamia, præsumptio, aut indicia, *vt per DD. quos citat Farinaceus. quæst. 1. de inquisitione n. 40. & 50. & quæst. 9. per tota Iul. Clar. in pract. quæst. 6. in prin. Bonacossa in communibus opinion. 1. part. vers. inquisitio est nulla. Menochi consi. 100. n. 58. lib. 1.* Tertio quod illa inqui- 7
sitione non fuerit expressus locus, & tempus commissi delicti, *secundum Bart. in l. 2. §. si publico n. 12. ff. de adulter. Bossius in tit. de inquisitione nu. 90. Clarus in pract. quæst. 12.* declarat Farinaceus de inquisitione, *ex n. 12. quæst. 1.* Quartò quòd ille, contra quem fuit facta inquisitio, fuit jam absolutus de eodem delicto *Gannus in tit. vtrum ille contra quem fuit per inquisitionem processum, possit iterum accusari Farinac. de inquisit. quæst. 4. dixi li. 2 cap. 4. n. 17.* Quinto quòd fuerit facta à judice incompetenti. *Cōtrad. tit. de inquisitione. n. 6. & 7. Osascus consil. 64. n. 7. Farinaceus vbi sup. quæst 7.* Sexto, quod fuerit facta, jam translactis 20. annis à die commissi delicti *Iodoc. in pract. crim. tit. de inquisitione n. 27. Farinac. vbi sup. præst. 10 Clarus in pract, quæst. 51.* Septimò, quod post inquisitionem factam supervenerit aliqua qualitas aggravans delictum principale *Anton. Gom. 3. tom. var. tit. de homicidio n. 31. Farinaceu. de inquisitione. quæst. 1. nu. 70.* Et prædicta impedimenta nullitatis quandocunque, etiam post sententiam opponi possunt *Tyber. Decian. consil. 25. n. 11. lib. 2. & consil. 18. n. 41. vol. 1. Iul. Clar. in pract. quæst. 20. Soc. jun. cōsi. 37. vol. 2. Hippol. in pract §. 1. quæst. 2. n. 87. Gomes in 3 tom. var qualiter formetur accusatio n. 1. Adde octauo si inquisitio fuerit formata per judicem inimicum, aut suspectum, de quo Phæbus tom. 1. decis. 77*

CAP. IV. *De modo procedendi contra reum absentem.*

QUanvis de jure communi contra absentem, nec accusatio proponi, nec

nec contra eum procedi possit, *vt in l. absentē ff. de pœnis. l. absentem. C. de accusat. cap. 1. & in cap. præscripta 2. quæst.* 8. Tamē de jure hujus Regni, & de generali cōsuetudine indistinctè procedi solet, nec pro illo admittitur procurator, aut defensor, nisi tantùm excusatur de absentia, juxta Ord. *lib. 3. tit. 7. §. 7.* quam optimè declarant Farinacius *in pract. crim. 2. part. quæst. 99. n. 276. Bossius in tit.* an liceat in judicio criminali pro absente procurare.
3 Ex causas excusationis refert Bart. *in d. l. absentem ff. de pœn. Anton. Canar. in tra-*
4 *ctatu de excusatione n. 9.* In quo summe notandum est quod poterit iste ostendere innocentiam rei absentis producendo testes, & alias probationes, *vt in l. seruum §. publice, & ibi Bart. ff. de Procurat.* quod communiter receptum asserit Jas. *in l. is qui nu. 7. C. qui testam. facer. poss. & tenet Marant. in pract. pag. 93. nu 42. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 80. n. 58. quicquid aliter. Auend. in respons. 15. Adde Sertiai. Ord. per argumentum ab special. lib. 5. tit.*
5 *126. §. 4. ibi, o que dito he somente.* Et eodē modo poterit admitti aliquis pro suo interesse, veluti pater pro filio, dominus pro servo, maritus pro vxore, prout tradit Gabriel. *lib. 7. concl. 9. n. 47. Mar. Soc. in cap. veniens n.* [illegible] *de accusa.* Lata sententia
6 contra absentes de vltimo supplicio, si fuerint damnati pæna capitali, judicantur, vt banniti, *adde Ordin. lib. 5. tit. 126. §. 7.* quos Cicero pluribus in locis vocat interdictos aqua, & igni.

Cæterum contra prædictam senten-
7 tiam, & executionem ex sequentibus opponi poterit, vt illa impediatur. Primò, si bannitus impetret provisionem à Senatu maximo sub fundamento justitiæ ex clementia Principis, vt iterum de causa cognoscatur juxta tex. *in l. diui fratres ff. de pœnis. l. 1. §. si quis vltrò. ff. de quæst. Bossius in tit. banniti qui admittantur. n. 20. & tit. de remedio contra bannum.* Et certè Princeps hanc provisionem denegare non debet, nec solet, vt per eundem Bossium *in tit. literis Princ.* Nam tunc virtute prædictæ provisionis Regiæ contra prædictā sententiam per novas exceptiones, & defensiones audiri, & admitti debet.

Secundò contra prædictam sententiam 8
opponi, & admitti potest ex probatione in contrarium, *vt per Hippol in d. §. si quis vltro n. 93. Contrad. tract. do cōtumacia & bannis in fin. Menoch. de arbitr. casu 416. n. 39. Roland. consil. 60. lib. 2. Gayl tract. de pace public. lib. 2. cap. 8.* Nam exceptio innocentiæ adeo est privilegiata, vt nunquā statuto alias exceptiones tollente sublata censeatur. *quoniam C. de adulter. Felin. in cap. ex parte, fallent. 13. & ibi Dec. de officio delegat. Bal. in l. edita col. pen. C. de edend.* imo lex, vel ordinatio tollens defensiones non intelligitur de justis, & quæ respiciunt illius innocentiam. Hippolit. *consi. 64. num. 5.* plures refert in proposito Flaminius Cartarius *in tract. de executione sententiæ aup. fin. n. 46. & cap. 3. n. 17.*

Tertiò opponi poterit ex restitutione 9
in integrum, si sit minor. Nam prædicta sententia contra minorem exequi non potest, secundum Alber. *in l. cum & minores n. 7. C. si aduersus rem jud. Bertazol. consil. criminal. 380. num 3 lib. 2.* Quanvis contrarium tenuerit Menoch. *consi. 100. num. 120 lib. 1.* vbi *n. 149.* plures alios adducit concordantes, & idem consuluit Cæphalus *consi. 304. n. 126. lib. 3.* & Tyber. Decian. *consi. 18. num. 176. lib. 1.*

Quartò opponi potest ex nullitate in- 10
quisitionis, nam si inquisitio est nulla, & invalida, prout contingere potest ex ijs, quæ dixi *sup. cap. 3. in fin.* sententia etiam in vim contumaciæ, & fictæ confessionis lata, ex ea resultantis, pariter quoque vti nulla, & invalida exequi non poterit. *l. si filius a 2. & ibi Bart. ff. de interrogat. act. Bald. in l. 2. §. quod si actor, ad fin. ff. de jurament. column. Carrer. in pract. crim. tit. de appellat. § septimus casus n. 11. Roland. consil. 92. num. 31. & consi. 57. nu. 30. lib. 4. & consi. 31. num. 17. vol. 1.*

Quintò prædicta annullari possunt, si 11
in eis

in eis non sint servati illi termini, qui de stylo, ordinatione, vel consuetudine soliti sunt servari *Bald. in addit. ad Specul. tit. de execu sententiæ col. pen. verb. bannum. Nollus de bannitis 2. part. 2. temp. quæst. 35. Surdus consil. 99. n. 21. cū alijs, quos refert Farinaceus pract. criminal. tit. de inquisition. quæst. 11. num. 36. cum seqq.*

12 Sextò prædicta annullari possunt, si reus citatus non potuisset ex aliqua justa causa impeditus comparere, nam generaliter processus factus contra impeditum comparere, est ipso jure nullus ex Jas. *in l. 2. ff. si quis caution.* dixit communem Vātius *de nullitat. ex defectu jurisdictionis. n. 161.* Flaminius Carrarius *de executione sententiæ capto bannito cap. fin. num. 262. Farinaceus in pract. crimin. tit. de inquisitione quæst. 11. nu. 59. vbi ex n. 52.* recenset plures causas impedimēti, quibus bannitus excusari potest, vltra alias, quas antea retulit menoch. *de arbitrarijs casu 153 num. 4. & 5. lib. 2.*

13 Septimò prædicta acta, & sententia annullari possunt ex suspitione, & recusatione judicis probata, *juxta optimum text. in Ordinat. lib. 3. tit. 21. §. 5. vers. porem.* Nam quanvis hæc lex deficeret, ratio ipsa facillime ostendit eorum judicia esse fugienda, omnibusq; modis auertenda, qui propter odium, inimicitiam, aliam ve causam suspecti habentur, sed adhuc in isto casu annullata inquisitione, ijdem testes postea ex suis nominibus iterum de novo examinari possunt, ac debent, ne per hanc evadat, & crimen maneat impunitum.

CAP. V. *De forma procedendi à judicibus in syndicatu.*

1 Syndicatus idem est, quod sermo de querelis singulorum, secundum antiquos relatos à glos. *in l. 1. §. 1. verb. syndicum ff. quod cujusq; vniuers. nomin.* & syndicatores sunt judices, coràm quibus magistratus rationem suæ administrationis reddunt, & ideo sic nuncupantur, quasi syndici vniuersitatis ad defendendas omnium, & singulorum causas, nàm cum durante tempore administrationis judices conveniri non possint super rebus à se malè gestis. *l. Senatus cōsulto ff. de officio præsidis l. hos accusare ff. de accusat. Ord. lib. 3. tit. 9.* & secundum illud Evangelij *de quo in cap. qualiter, & quando o 2. versic. legitur. de accusat,* teneatur vnusquisque reddere rationem suæ villicationis, meritò cautum est magistratus omnes, & judices teneri rationem reddere suæ administrationis, post depositum officium, *vt in l. vnica. C. vt omnes judices, & in auth. vt judices, siue quoquo suffragio. §. necessitate, & in §. interdicimus vers. oportebit collat. 2. l. 6. tit. 4. part. 3.* Ex quo obserua primò teneri judices syndicatui assistere per integrū spatiū 30. dierū *Ord. lib. 1. tit. 60. §. 1.* quod tempus continuum est, cum de 2
interesse Reipubl. agatur *argum. tex. in c. fin. de ferijs,* & ita causas officialium die feriato agitari posse tenuerunt Paris de Puteo *de syndicat. verb. feria num. 123. & Amodeus in eodē tractatu in parte inchoata, & formata nu. 182.* ac proinde propter brevitatem instantiæ omnes termini videlicet ad excipiendum, probandum, & ad alia similia cumulantur, *secundū Bald. in l. properandum vbi Ias. nu. 14. C. de judicijs. tradit Catheldin. in tract. syndic. quæst. 76. num. 4. & 6.*

Quod si judex syndicatus aufugerit, omnia crimina ei objecta perinde habentur, ac si probata fuissent. *Ord. lib. 1. tit. 60. § 3.* tradidit antea Bart. *in l. consiliarios per tex. ibi. C. de assessor.* cui subscribit Felin. *in cap. nullus num. 2. de præsumptio.* & alij quos refert Mascard. *de probat. concl. 499. num. 8.* cujus dicta transcripsit Farinaceus *in pract. criminal. quest. 48. à n. 81.* Quod tamen declara primò, vt ista probatio sit facta, *secundum Bart. in l. si confessus. nu. 2. C de custod. reorum. Puteus de syndic. fol. 128. Guilherm. in cap. Raynuntius. verb. mortuo itaquè testatore, o 1. num. 175. adde l. 1. §. ipse autem C. vt omnes judices tā ciuilis.* 3

tilis, &c. Secundo declara præd. Ordin. non procedere, si magistratus à syndicatu fugeret timore alicujus inimici, qui ei minatus fuerat, tunc enim fuga non faceret aliquam præsumptionem, *argumeento tex. in l. quod si fugitiuus* §. *apud Labeonem ff. de ædilict. edict. Amod. de synd. in parte, item in eo quod dict. potest. ve. sic. 3. Auiles in c. prætorum. cap. 1 gl. verbo dadiuas n. 24.* Nec solum magistratus tenetur

4 respondere de se querelantibus, sed etiam de suis officialibus vxore, & familia, *vt in l. agentes C. de agent. in rebus lib. 12. l. neminem C. de decur. lib. 10. l. obseruare. §. profisci, & ibi glos. ff. de officio proconsul.* Nam officialis substitutus gerit periculo substituentis, *l. nullus qui nexu. C. de decur. lib. 10.* & probari videtur in Ordinatio. *lib. 1. tit. 96. vers. & quando.* Quod nonnulli intelligunt, quando civiliter ad interesse agitur, vt resoluit Aviles *in cap. prætorum cap. 4 glos. verbo, sea obligado. n. 13. Auend. de mand. 1. part. cap. 3. nu. 5. in fin.* vel, vt prius substitutus conveniatur, nam eo excusso tenebitur magistratus, *gl. in l. si quis ex corpore C. de murileg. lib. 11. & ibi notat Platea* aut satisfaciet, si eum exhibeat, *vt in l. post depositam, & ibi Bart C. de assessoribus l. 1. §. familiæ, & ibi. Paul. ff. de publ. & vectig. Auiles in d. c. 4 verb. entregare, Auend. de exeq. manda. 1. part. c. 3. num. 6.*

Nec item tenetur solum de delictis in

5 faciendo, sed de ijs, quæ in negligendo cōsistunt, nam judicum negligentia dolus est *l. dolus ff. mandat. l. magna ff. de verbor. signific. Bart. in l. Titium aut Meuium ff. administrator. Ordin. lib. 1. tit. 60. §. 20.* & propter negligentiam judex ab officio repellitur. *l. 1. §. quis ff. de officio præfect. vrb.* & talis culpa puniri debet, ac si in faciendo consisteret *l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. mancipia. C. de seru. fug. Paris de Puteo de synd. in parte, negligentia.*

Oserva etiam, quòd si in syndicatu

6 apparverit judicem aut officialem accepisse munera, amittet officium, & alijs pænis plectetur *Ordinat. lib. 5. titul. 71. §. 1.* Quæ tamen Ordinat. limitatur in multis, quæ circa simile statutum tradit Farinaceus *in pract. crimin. quæst. 111. à, n. 239.*

Ad cujus rei probationem an sufficiant 7
tres testes singulares vti in Regno Castellæ *ex l. 6. tit. 9. libr. 3. recop.* dubium? Quia jure nostro probatio sufficiens requiritur, *Ordinat. libr. 5. titul. 71. §. 7.* Et de jure communi, quando agitur criminaliter ad pænam tripli, vel exilij, probatio idonea esse debet *Amodeus de syndic. numer. 168. Bossius in tit. de officio corrupt. n. 14. Farinaceus vbi supra ex n. 261.* Nec enim testes debent esse suspecti, *vt in cap. licet Hely, & in cap. per tuas de symon. glos. in cap. tertio loco de probat.* Admittitur tamen seprobandum tale delictum ille, qui fuit sequester, sicut dicitur de simone *cap. 1. de testibus in 6. Paris de Puteo de syndicatu verb. testis.*

Sed dubium est si judex defunctus sit 8
tempore syndicatus an hæres ejus teneatur, & resolutivè dico quod hæres non tenetur, nisi in quantum ad eum pervenit, *secundum Angel. & Paul. in l. si filius familias n. 12. ff. jud. & tenet idem Angel. in l. 1. ff. priuatis delictis, & in auth. Scevicas column. 5. in fin. vbi dicit,* quòd pæna judicis facientis litem suam non transit contra suum hæredem, nisi prius contra judicē fuerit lis contestata *Bart. in l. datur. ff. ad leg. Iul. repetundarum Paris de Puteo in tract. de syndicatu in verb. hæres fol. 126.*

Item addo quod si officialis stetit à syn- 9
dicatu, & fuit absolutum per syndicatorem non potest amplius conveniri tradit *Catal. in tract. syndicatus nu. 184.*

Item addo quod causæ officialium pos- 10
sunt agitari die feriato, quia agitatur de publico interesse, *vt in cap. fin. de ferijs, & tenet Bald. in l. obseruare § profisci quæst. 10 ff. officio pro consulis, & legati, tenet Amodeus Iust. in tract. de syndicatu in part. inchoata, & formata num. 182. & 183. Catal. vbi sup. numer. 22.*

Item licet causa deducta in libello non 11
finiatur

finietur intra tempus 30. dierum syndicatus tamen adhuc postea durat licet syndicator non teneatur stare in civitate *Bart. in l. vnic. C. vt omnes judices tam ciuiles quā militares n.2. Catal. vbi sup. quaest. 71.*

12 Item dubium est an judex possit in syndicatu procurare per procuratorem, *& Amodeus vbi sup. in part qui dominus Ioannes n. 218. dicit*, quod sic, si sit pecuniaria causa potenit judex se defendere per procuratorem, secus si esset capitalis, quia in tali casu non admittitur procurator. *l. penult. § ad crimen. ff. publicis jud. l. seruū quoque §. publice. ff. procuratoribus*; elapso tamen tempore syndicatus, si causa non est expedita potest judex recedere procuratore relicto de causa instructo vt est casus notabilis *in l. 2. §. quod si intra C. vt omnes jud. tam ciuiles quā militares* Cōtrarium tamen habetur *in l. partitarum 12. titulo 5. part. 3.* vbi in distincte dicit quod officialis in syndicatu debet se defendere per se, & non per procuratorem, & ita practicatur.

13 Item addo quod si ex informatione secreta resultent aliquae culpae contra judicem qui stat in syndicatu, vel cogitat resultare, cautela est vt facias prorrigi petitionem per aliquem amicum secretè, qui accuset te de tali delicto, qui accusator erit audiendus, & ratione praeventionis alij malevoli excludentur; quam cautelam posuit *Amodeus vbi sup. in fine sui tractatus vers. erit etiam* quae practica procedit ex dictis *Bart. in l. si maritus §. si autem extraneus ff. ad leg. Iul. de adulter. & tenet Hippol. Marsilius in sua pract. criminali § constante n. 92.*

Item addo quod judex pro defensione 14
sua potest testes de familia sua dare si
quaestio non tangit testificantes, *Bald. in l.
obseruare §. proficisci ff. officio proconsulis.*

Item addo quod judex, qui recipit malum fidejussorem, tenetur in syndicatu ad
interesse *Bald. in auth. hac generaliter C. E-* 15
piscop. & Clericis Hippolitus in repetitione rubricae de fidejussoribus n. 345. per tex. in l. fin. & ibi D. D. C. magistrat. cōueniendis. Sed cautela est quod judex facit quod approbetur fidejussor pro idoneo, & sufficienti, antea quam ipse acceptet ad quod dicit *d. Hippolitus esse tex. in l. cum ostendimus in fin. ff. de fidejussor tuto. & facit tex. in l. 1. §. sciendum ff. de magistris conueniēdis, & tenet Ioan de Plat. in l. 1. C. de discurssorib. lib. 10. n. 4. & Bart. in l. 1. C. de periculo nomina lib. 11. & tenet Francisc. Luc. in tract. de fisco n. 63. tom. 6. tract. fol. 8.* & hanc partem firmat. *Alex. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui satisdare cogantur. 2. col. & Ang. in tract. malefi. in part. pro quibus Antonius fidejussit penul. colum. in proprio vers.*

FINIS

SVMMA DECISIONVM.

DVCENTÆ ET QVADRAGINTA Decisiones amplissimi Senatus, quæ in hoc volumine continentur.

1 SEntentiam, in qua quidam incola Castellæ, quasi vnus ex Senatoribus votũ dederat, nullam postea judicavit Senatus, *lib.*1 *cap.*2.*num* 23.

2 Auditor Militiæ Castellanæ, si monitus, & requisitus, adhuc tamen processerit in causa, quæ ad eum non pertinet, capi poterit, *lib.*1 *cap.*2.*num.*4.*vers. cognoscunt etiam*.

3 Creditor non revocat alienata in ejus fraudem, si alia bona penes debitorem remanserunt tempore alienationis, ex quibus creditori satisfieri posset, *lib.*4. *cap.* 4. *num.*8.

4 Executio facta pro modico ære alieno in re magna, an ideo rescindatur, & annulletur, *lib.*3 *cap.*21.*num.*16.

5 Habita sententia cum procuratore legitimo, vt postea ejus executio fieri possit, non sufficit ex illa procuratori citationem fieri absente parte ab hoc Regno, & est alia decisio in contrarium, *ibid. num.*2.

6 Quanvis Auditor emporij publici possit cognoscere de scriptura, in qua pars foro suo renuntiaverat, quia tamen in prædicta renuntiatione se foro præsidis Curiæ submiserat, & via ordinaria ex scriptura agebatur, causam ad illum esse remittendam declaravit Senatus, *lib.*1.*cap.*2.*num.*16.

7 Partitione facta ex judicio familiæ erciscundæ, ejus executio à condemnato retardari minimè potest prætextu rationum reddendarum de ijs, quæ in ejus adjudicatione incerta postea apparverunt, *lib.*4.*cap.*3.*num.*9.

8 Exceptio fidejussoris, quod scilicet fidejussio fuerit facta inter absentes sine stipulatione admissa fuit, pa.137.vers. ité.

In causa criminali contrarietas non fuit admissa de negativa coarctata, quia secundum facti naturam, vnum, & aliud stare poterat, *lib.*5 *cap.*1 *num.*62. 9

Officium publicum filio à patre ex Regis beneplacito renuntiatum, quod pater in vita emerat, post ejus mortem per æstimationem esse conferendam censuit Senatus, & est alia decisio in contrarium, *lib* 4. *cap.*3.*num.*8. 10

Propter æs alienum mariti in fructibus, & redditibus dotis vxoris executio fieri non potuit, *lib.*3 *cap.*21.*num* 25. 11

Quando testor vocavit expresse masculos agnatos, & voluit quod non succederet fæmina, nisi quando non reperiretur masculus, vir cognatus contra fœminam agnatam fuit admissus, *libr.* 3. *cap.*9.*num* 11. 12

Quanvis aliàs filia fœmina patrem repræsentet cum prærogativa viri, tamen si conditor maioratus masculos agnatos expresse vocaverit, neptis ex filio primogenito prædefuncto patruum non excludet, *libr.* 3. *capitul.* 11. *numer.* 15. 13

Quod Actor possit in suo libello duas, actiones cumulare, nec compellatur vnam ex illis eligere, & aliam dimittere, *lib.*3.*cap.*2.*num.*6. 14

Testator post vocationem filiorum masculorum, eis deficientibus vocavit filias fœminas, substituendo vni aliam sub conditione si sine liberis, & alij aliam sub conditione si sine liberis masculis, dubitatum fuit an ex hoc masculi in præcedenti substitutione vocati esse censerentur, *lib.*3 *cap.*15.*num.*13. 15

16 Mulier durante matrimonio non potest pro dote præferri creditori facienti executionem in re communi cum marito, eo non vergente ad inopiam, si alia bona supersint, ex quibus sibi satisfieri possit, *libr.3.cap.21.numer.66.vers.nec item.*

17 Executio non fit in hoc Regno ex requisitoria Castellæ; quanvis in illa veniat jam inserta sententia, ex qua executio procedat, *lib.3.cap.21.nu.13.vers.imo.*

18 Jus executivum sententiæ transit in cessionarium exequentis, non minus quam in ejus hæredem, *ibi. num.4.*

19 Ortus in Regno extero à parte hujus Regni originario, qui propter homicidiũ illuc se contulit, tanquam incola, & naturalis ad officium admittetur, *libr. 1. cap.2.num.24.*

20 Relaxatio juramenti sola non sufficit ad rescindendum contractum, sed adhuc necessaria est enormissimæ læsionis probatio, *lib.2.capitul 4.numer.9. vers. praxis.*

21 Officium quod pater emit, & postea ex Principis beneficio in filium renuntiavit, ejus æstimationem non esse conferendam post ejus mortem censuit Senatus, & est alia decisio in contrarium, *lib 4.cap.3.num* 8.

22 Scripturam fidejussionis in favorem absentis factam absque vlla stipullatione Senatus validam esse in fine declaravit, *lib.3.cap.22.num.26.in fin.*

23 Quanvis in confessione cum juramento indistincte fides etiam adhibeatur qualitati licet expostfacto intervenisse, tamen si qualitas sit omnino separata à principali, ita vt non habeat aliquam connexitatem, & dependentiam ab illa, ei fides non adhibetur, *lib. 3. cap. 12. num. 15.*

24 In contractu innominato, facio vt facias, ante implementum facti, etiam si actor præparetur ad faciendum, potest reus pænitere, & resilire ab ipso contractu, *lib.3.cap.22. num.49.*

Creditor qui festinanter pignorationem prius fecerit ex sententia, à qua sit appellatum, alijs creditoribus posteriori-bus in pignoratione non præfertur, *lib 3.cap.21.num.67 versic.limita.12.* 25

Quod condemnatus ad abscisonem manus, ejus pænam evaserit filius naturalis ex nobili, *lib.5.cap.1.num.65.* 26

Si debitor delegasset creditori nomen sui debitoris, qui debitor non erat, vel aliqua exceptione tutus, delegans non liberatur, pag.107.in fin. 27

Quod Prætor curialis cognoscat de renovatione emphyteusis Ecclesiæ alicujus Ordinis, seu personæ exemptæ, *libr. 2. cap.1. num.12.* 28

Quod exceptio subreptionis faciat statim supersedere executionem, *libr.2. cap.3. num.12.* 29

Quod in ijs bonis defuncti, quæ ad vnum tantum hæredem sunt transmissibilia, ille solus citandus sit, & in eum solùm transeat instantia cum defuncto cæpta quia hæres est ejus quod interest in judicium deduci, *libr. 1. capitul. 3. num. 16.* 30

Quod res fiscalis vendita in publica subhastatione voluntaria absque vlla instantia creditoris rescindi possit ex remedio, *l.2. C.de rescindend.* contra fiscũ *lib.3.cap.21 num.6.* 31

Quod gravamen à sententia liquidationis, ejus executionem non suspendat, *lib.3.cap.21.num.6.* 32

Quod panes civiles, quos vulgo dicimus *tenças*, bona immobilia censeantur, vt super eis maritus sine vxoris consensu litigare non possit, *libr. 1. capitul. 3. numer. 9.* 33

Quod Officia parentum, etiam extantibus eorum filijs, possint extraneis ad libitum Principis dari, *libr.1. capitul.2. num.10.* 34

Quod causa agitata cum procuratore sufficienti, habita sententia possit exequi parte originaria absẽte sine ejus citatione, citato tamen prædicto procuratore legitimo, 35

legitimo, & est alia decisio in contrarium, *lib.3.cap.21.num.2.*

36 Quod reus incarceratus pro debito audiri possit sine deposito, non obstante clausula depositaria posita in instrumento debiti, *lib.3.cap.21.num.2.*

37 Quod clausula depositaria habet effectũ, licet reus objiciat exceptionem litis pendentiæ, vt quia ipse prius egerat per libellum contra actorem, & est alia decisio in contrarium, *lib.3.cap.22.num.33.*

38 Quod executio fiat in bonis condemnati, non obstante requisitoria quæstoris maximi, per quam requirit ne executio fiat, donec ejus finiantur calculationes, quæ pendent in suo tribunali, *lib.3.cap.21 num.42.*

39 Quod si per libellum agatur de nullitate scripturæ, supersederi debeat in alio judicio in executione, *lib.3. cap.21.n.44.*

40 Quod in eo chyrographo, quo illa conditio continebatur, *não pagando João, pagarei ao tempo como fiador, & principal pagador*, per libellum via ordinaria agẽdum sit, & est alia decisio Senatus in cõtrarium, *lib.3.cap.22.num.15.*

41 In illo chyrographo, quo continebatur, dabo tibi, aut cui istud mihi dederit, quocunque illud ostendente, decem dies assignari debere, *lib.3.capitul.22. num.20.*

42 Quod exceptio litis pendentiæ impediat actionem decem dierum, *lib.3.cap.22. num.28.*

43 Quod contra scripturam non liquidam pars audiatur, non obstante clausula depositaria, in ijs quæ non sunt contra substantialia contractus, *libr.3.cap.22. num.36.*

44 In ijs quæ extra obligationem principalem petuntur, audiendum esse reum, nõ obstante clausula depositaria judicavit Senatus, *libr.3. capitul.22. numer.37.*

45 Quod nec in causa supplicationis reus admittatur ad allegandum de jure, sine deposito, propter clausulam depositariam. *lib 3 cap.22.num.32.*

Filius licet jure Cæsareo sit suus hæres, tamen vt à paternis creditoribus conveniatur, opus est probare patris hæreditati se immiscuisse, *lib.1.cap.4.nu.4.* 46

Quod Commendatarius Ordinis Sancti Joannis Jerosolymitani trahi possit ad seculare judicium super vi nova, *lib.2. cap.1.num.19.* 47

Quod possit articulari de scriptura sine eo quod offeratur, si fuerat facta inter alias personas, *lib.3.cap.9.num.2.* 48

Quod scholaris Colimbriæ non potuerit declinare forum judicis Indiæ, & Minæ si conveniatur super rebus Indicis, *lib.1 cap.2.num.14.* 49

Quod sententia Iudicis Indiæ, & Minæ non possit in alio judicio executioni mandari, *ibi.num.14.* 50

Quod Iudex Indiæ, & Minæ possit trahere reum incolam in provincia Brasiliẽsi, qui merces creditas asportauit, & promisit in hoc Regno restituere, *ibid. numer.13.* 51

Si reus laicus coràm Ecclesiastico conventus super reivendicatione aut spolio neget rem esse Ecclesiasticam, ad seculare judicium sit remittendus, *lib.2.cap. 4.num.2.* 52

Quod qui tenetur deponere mercedem vecturæ navis à deposito excusatur, dãdo pignora, quæ tamen statim vendi possunt, non expectata sententia, si pars instet, *lib.1 cap.2.num.13.* 53

Si actor interpellat reum super re, & causa, de qua jam alius cohæres eum convenerat in alio judicio, exceptio litis pendentiæ admittenda est, *lib.3. cap.3. num.13.* 54

Quod si pars cõfiteatur in judicio conditionem chyrographi adimpletam, summariè sit agendum, non per viam libelli, *lib.3.cap.22 num.16.* 55

Concessio quinquennij à maiori parte creditorũ debitori facta non nocet creditori, qui fecit pignorationem, & exe- 56

cutionem, *lib*.3.*cap*.22.*num*.65. & est alia decisio in contrarium.

57 Testamentum viri, & vxoris manu mariti factum, & ab vtroque conjuge subscriptum, quanvis inter liberos cum prælegato tertiæ vnius ex illis, quia tamen matris defunctæ subscriptio non fuit justificata, nullum declaravit Senatus, *lib*.4.*cap*.3 *num*. 6.

58 Quod Senator non posset declinare forum judicis Indiæ super rebus Indicis, *lib*. 1. *cap* 2.*num*.14

59 Quod mandans in Ecclesia delictum committi non gaudeat ejus immunitate, *lib*. 5.*cap*.1.*n* 35.*vers*. *& idem dicendum est*.

60 Quod patruus excludat nepotem ex filio primogenito semota repræsentatione quia proximior vocatus fuit à testatore re ad successionem maioratus, *libr*. 3. *cap*.11.*num*.14.

61 Quod Consiliarij Portugalliæ Senatus in Curia Madrid lateri Regio assistunt recusari possint, *lib*.3 *cap*.19.*n*.22.

62 Quod qui declinat forum non teneatur deponere mercedem vecturæ navis interim dum pendet quæstio incompetentiæ, *lib*. 1.*cap*.2.*num*.15.

63 Quod qui est substitutus in aliquo officio, non sit ei necesse ducere vxorem, *lib*. 1. *cap*.2.*num*.25.

64 Quod Capellanus Capellæ Regiæ in minoribus constitutus non possit jurisdictionẽ Regiã effugere, *lib*.2.*c*.1.*n*.9.

65 Quod nõ audiatur pars etiam via ordinaria per libellum in causa, quæ excedit summam Ord. agens virtute scripturæ privatæ, *lib*.3.*cap*.12 *num*.7.

66 Quod minor in petitione revisionis restituatur adversus lapsum temporis duorum mensium, *lib*.3.*cap*.20.*nu*.5.

67 Quod judex Ecclesiasticus si contumax fuerit in cessatione violentiæ postquam per litteras Regias tertio rogatus, & monitus fuerit, ejus bona temporalia capiantur, & servitores ei ministerium præstare sub pæna carceris prohibeantur, *lib*.1.*cap*.2.*num*.8.

Quod cessionarius via summaria agere possit, vti poterat cedens, à quo cessionarius jus habuit, & est alia contraria decisio, *lib*.3.*cap*.22.*num*.18. 68

Quod natus in alio Regno extero à judicandi munere arceri non debet, si ex originario ibi sit procreatus qui Regis servitio fuerat astrictus, *lib*. 1.*capitul*.2. *num*.24. 69

Quod in illa exceptione, quam reus objecit adversus actorem, de tituli vel cognominis vsurpatione, sit eodem modo procedendum, vti in exceptione peremptoria, *lib*.3 *cap*.4.*n*.4.*vers* *& aliud esse potest ex ord*, *remissiuè*. 70

Quod vt locus esset evictione, necesse sit possessorem etiam appellare à sententia contra eum lata, & appellationem fuisse prosecutum, *lib* 4.*cap*.8.*num* 8. 71

Quod decendium Ord. in lite summaria currat, interim dum acta sunt in Senatu cum petitione gravaminis, & est cõtraria decisio Cabed.*lib*.3 *cap*.22.*n*.55. 72

Quod cum certitudine proxenetæ publici de venditione facta inter duos mercatores sit procedendum sũmatim per decem dies, *lib*.3. *cap*.22.*num*.9. 73

Quod beneficium restitutionis competit etiam hæredibus minoris, atque ideo executio ex eorum persona supersederi debeat, *lib*.3.*cap*.21.*num*.35. 74

Quod ex chyrographo salarij advocati summariè procedatur absque alia liquidatione de modo adimpleto, *lib*.3. *cap*. 22.*num*.16.*vers*.*similiter*. 75

Quod vidua non potuerit declinare ad curiam, quando ipsa consensit in judicio suo ordinario, *lib*.1. *cap*.3.*n*.6. *vers*. *non tamen puto*. 76

Quod ex requisitoria, & executoria Castellæ, in qua non sit inserta sententia non possit executione procedi, *libr*. 3. *cap*.21.*num*.12. 77

Quod in recusatione licet facto adversarij, & non sua culpa terminus 45. dierũ sit elapsus, non possit prorogari nisi in Senatu maximo, *lib*.2. *cap* 3.*n*.2. 78

Quod

79 Quod Judex Indiæ non sit competens in causa alicujus personæ ex Indiæ Occidentali, quæ est in ditione Regni Castellæ, quanvis ille promisisset se coram quouis judicè responsurum, *lib.1.cap.2. num.14. in fin.*

80 Quod laicus sit relaxandus à carcere Episcopali, quia non apparuerat contra eum judicialiter fuisse processum, & sententiam fuisse latam, *liq.2.cap.4.n.21.*

81 Quod sententia Senatus, contra quam impedimenta nullitatis, & incompetentiæ fuere objecta, & non recepta, ideoque glossata à Cancellario, iterumque visa per alios Senatores fuit revocata, *lib.3. cap.19.num.40.*

82 Quod lata sententia in causa principali per appellationem, non potuerit jam tractari separatim de gravamine per petitionem, aut per instrumentum ab aliquo incidenti prolato ante sententiam, *libr.3 capit.19.num.19. vers. contigit.*

83 Quod licet contrahens renuntiet suo foro, ejus hæres minor poterit declinare & erit remittendus, *lib.3. cap.22.num. 45.* & est alia decisio in contrarium.

84 Quod sequestrum ex diplomate Regiò factum, vt quia detentator litem distulerat, servari debeat, non obstantibus impedimentis, *lib.4.cap.10.num.17.*

85 Quod si impedimenta intra decendium objecta fuerint recepta à Judice absque condemnatione, licet postea in eis condemnatio subsequatur, appellatio admittatur, & executio subsistat, *lib.3.cap 22.num.53.*

86 Quod decima Chancellariæ non debeatur de sententia à Judice commissario lata in eo processu, de quo agi debuerat coram Judice, de cujus sententia decima non exigitur, *libr.3.cap.18.num.7. in fin.*

87 Quod intrans in possessionem virtute testamenti, etiam cum auctoritate Iudicis si penes alium detentatorè illa reperiatur, dicitur spolium committere, *lib.4. cap.10.num.19.*

Quod cessionarius, vel procurator in causam propriam potest compensare cum debito, quod ipse debet ex sententia, *lib.3.cap.21.num.45.* 88

Quod reus qui habuit chartam assecurationis confessativam, poterit adhuc non obstante prædicta confessione contrariare per negativam vltra Cabed. Arestum sed hoc postea fuit innovatum, *libr.5.cap.1. numer. 67. vers. & è conuerso.* 89

Quod vidua pro sua dimidietate obligationis factæ in favorem mariti agere potest per actionem 10. dierum, *lib.3. cap.22.num.16.* 90

Quod cessionarius non possit agere ex scriptura publica per actionem decem dierum, sed per viam libelli, & est alia contraria decisio, *lib.3.cap.22.num.18. vers.sed illud magis.* 91

Quod creditor qui prius habuit sententiam de præcepto, & prius fecit executionem non habeat prælationem, *lib.3. cap.21.num.63.* 92

Quod minor licet posterior fecerit executionem, præferatur anteriori creditori, qui prius fecit pigneratìonem, *ibi. num.& 70.* 93

Quod pro censu, quem vulgo dicimus foro, executive procedatur statim captis pignoribus, *lib 3.cap 21.num.56.* 94

Quod incarcerari non debeat debitor qui dedit pignora etiam si illa emptorem non inveniant, *libr.3. capitul.21. numer.80.* 95

Quod impedimenta adversus procedimentum suspitionis post terminum 30. dierum objecta, & jam lata sententia super suspitione nihil præstent, *lib. 3. cap.3.num.4.* 96

Quod impedimenta aduersus executionem, quæ fit in hoc Regno ex requisitoria Castellæ, in qua non sit inserta sententia, recipiantur in ijsdem actis, *lib.3.cap.21.num 12.* 97

Quod audiatur reus cum exceptione enor- 98

enormissimæ læsionis, quæ ex ipso instrumento appareat, non obstante clausula depositaria, *lib*.3. *cap*.22. *n*.44.

99 Quod partitio rerum hæreditariarum facta in judicio familiæ erciscundæ rescindantur ex defectu citationis, *libr*.4. *cap*.3 *num*.10.

100 Quod executio fieri possit contra quemlibet tertium possessorem pro redditibus census jam decursis, *libr*. 3. *cap*.21. *num*.59.

101 Quod avocatoria emanata à Conservatore Colimbriæ non sit adimplenda, vt quia notoriè erat injusta, nec impedimenta adversus illam objecta remitti debeant, sed quod Judex deprecatus de illis cognoscat, *libr*. 3. *capit*. 3. *numer*. 10.

102 Quod omnia acta quæ nulla in Senatu judicata fuerunt ex defectu citationis vxoris super re immobili, postea per novam ejus citationem fuerunt reconvalidata, & ad priorem judicati modum res devenit, *lib*.3.*cap*.19.*num*.36.

103 Quod Philippus Rex noster noluerit se subscribere in diplomate Regio super dispensatione clausulæ depositariæ dubitans de ejus concessione, vt quia erat in præjudicium partis, *lib*.3. *cap*.22. *nu*. 30. *vers*. licet.

104 Quod noluerit Senatus maximus licentiam concedere ad promulgandam inhibitoriam Ecclesiasticam pro sistenda executione in seculari judicio, *d. capit*. 22. *num*.40.

105 Quod fratri inopi litiganti sumptus litis administrentur lite pendente, *libr*. 1. *cap*.4.

106 Quod sententia ab alio Judice quam à judice Indiæ super rebus Indicis quanvis ex consenu partium lata, sit nulla, *lib*. 1.*cap*.2.*n*.14.*vers*. *vnde in eis*.

107 Quod in citatione per edicta non deferatur juramentum in animam actori, *lib*.3 *cap*. 1.*n*.8.*vers*. *item limita*.

108 Quod exceptio incompetentiæ, vel declinatoria fori Judicis exequentis non impediat executionem, *lib*.3.*c*.21.*n*.47.

Quod admissis impedimentis à tertio possessore super re pignorata statim illi res tradatur absque alia sententia, *lib*.1.*cap*. 21.*num*.39. 109

Quod si ex mandato judicis quis spolietur de facto sine aliqua causæ cognitione, aut citatione, de facto quoque à Senatu restitui solet per petitionem gravaminis *lib*.5.*cap*.10.*num*.25. 110

Quod donec in conventione reciproca nô datur ad implementum ex alterutra parte, actio non oritur nec clausula depositaria suum sortiatur effectum, *lib*. 2. *cap*.22 *num*.46. 111

Quod arbiter in judicio famil. erciscundæ alteri ex cohæredibus, qui maiorem partem habet, possit totam rem adjudicare, quæ sit individua, *lib*. 4. *capitul*. 3. *numer*. 2. 112

Quod petens terminum vltramarinum jurare teneatur sine eo quod notificetur vt juret, ita vt eo non jurante à prædicta dilatione rejiciatur, *libr*. 3. *cap*. 12. *num*.4. 113

Quod in causis summarijs veluti possessorij judicij detur replicatio, & triplicatio, *lib*.3. *cap*.11. 114

Quod quanvis conventum sit in emptione, quod venditor non teneatur de evictione, adhuc tamen si res sit evicta côpellatur venditor pretium restituere, *lib*.4. *cap*.8.*num*.9. 115

Quod clausula depositaria non habeat effectum pro tertio, cum quo directè instrumentum non loquitur, quanvis ex eo prætendat interesse, & rem ad se pertinere dicat, *lib*.3.*cap*.22.*num* 47. 116

Quod si inter partes sit plus dictum, & minus reperiatur scriptum à tabellione; illa omissio probari possit per testes, quanvis aliàs scriptura publica requireretur, *lib* 3.*cap*.12.*num*.8. 117

Quod Judex pupillorum possit trahere ad suum forû pupilli debitorê qui in Castellæ Regno moratur, *lib*.1.*cap*.2.*n*.22. 118

Quod non obstante clausula depositaria 119

fuerit

fuerit quis admissus ad rescindendum contractum, quia nihil constabat de recepto deposito, *lib.3.cap.22 num.35.*

120 Quod avocatoria Conservatoris Religionis Jerosolymitanæ non fuerit adimpleta in causa profana, & inter laicos *lib.1.cap.1. num.20.*

121 Quod subreptitia dicatur dispensatio clausulæ depositariæ, vt quia in ea non fuisset facta mentio alterius clausulæ, qua contrahens promisit se prædictam dispensationem non impetraturum, nec ea vsurum, etiam si motu proprio fuisset concessa, *lib.3.cap 22 num.34.*

122 Quod privilegium revocandi forum competat etiam colonis, & emphiteutis Religionis Jerosolymitanæ, *lib.2.c.1. n.20.*

123 Quod citatio à nuncio facta intra domum non ideo irritari debeat si reus cōpareat, *lib.2.cap.5 num.2.*

124 Quod sericæ vestis vsus, qui etiam equiti nobili permittitur, advocato curiæ non interdicatur, *lib.1.cap.3. num.17.*

125 Quod filius conceptus, vel natus ante hæresim patris non excludatur à successione avita maioratus, *lib. 1. cap 2. nu.11. vers. si autem iste sequens.*

126 Quod incarcerato, qui vult facere cessionem bonorum interim à creditore alimenta præstari debeant, *l.3.c.22. n.68.*

127 Quod in condemnatione, quæ fit à litis contestatione intelligatur de vera, & propria illa, quæ de jure communi inducitur per responsionem contrariam ad libellum actoris, *lib.3. cap.6* & est alia decisio in contrarium.

128 Quod dilatio quinquennij concessa debitori noceat etiam creditori habenti sententiam, & facienti executionem, *lib.3. cap.22.num.65.vers.nec,ei similiter.* Et est alia decisio in contrarium.

129 Contra sententiam finalem judicum Civitatis impedimenta admittuntur in ijsdem actis, sine eo quod ponantur in Chancellaria, *lib.1.cap 2. num.21.*

130 Quod omnia acta, & sententia super re immobili, in qua vxoris consensus non intervenit, sint irritanda, *l.3.c.19.n 30.*

131 Quod instrumentum conditionale fieri possit, verum, & liquidum ex cōjunctione alterius instrumenti, vt via summaria in eo procedatur, vltra aliam Cabed. decisionem, *lib 3.cap.22.num.17.*

132 Quod debitor agens de nullitate contractus admissus fuit sine deposito ante tempus illud fiendi, non obstante clausula depositaria, *lib.3.22.num.50.*

133 Quod subhastatio rei immobilis non vitietur ob non solutam gabellam, *lib.3.capit.21.num.83.*

134 Quod ex restitutione jure minoris non suspendatur executio ejus sententiæ, quæ fuit lata in judicio famil. erciscudæ, *lib.4.cap 3.num.9.*

135 Quod si actor petat centum, quorum nonaginta reus statim fuerat confessus, & in reliquis decem judicio fiat, quæ subsunt jurisdictioni judicis, adhuc tamen possit ab eo supplicari, *libr. 3. capit. 19. num.3.*

136 Quod dilatio decem dierum, qui in actione summaria assignari solent, die feriato finiatur, *lib.3. cap.22.num 56.*

137 Quod appellatio à judice inferiori in executione liquidationis ejus sententiæ, quæ fuit lata à prætore curiali, ad ipsum prætorem vadet, *lib.3. cap.21.n.36.*

139 Quod Provisor residuorum possit cognoscere incidenter de dubio super legato, vel fideicommisso alicui relicto, *lib. 1. cap 2.num.12.*

139 Quoties conditur maioratus vocaverit ad successionem filium maiorem, vnum post alium, filius ex filio maiori primogenito prædefuncto patruum non excluderet, *lib.3.cap.11 num.1.*

140 Debitor qui vltra debitum principale obligatus erat singulis annis aliquod interesse soluere, donec retardaretur solutio, si id legaverit, delegato facto non solvendo, non liberatur, pag 2.col.1.

141 Quanvis creditor teneatur, sibi emere in licitatione, quando bona pignorata emptorem non inveniunt, tamen si debitor

bitor fidejussorem habuerit, poterit creditorijs delictis exequi bona fidejussoris, *lib.*3.*cap.*21 *num.*80.

142 Instantia cæpta cum defuncto transit in fiscum bonorum successorem, quanvis processus in ijsdem terminis ad judicem fisci remittēdus sit, *lib.*1.*c.*3.*n.*17.*in fin.*

143 Legatum, & fideicommissum in arbitrio hæredis positum, illud deberi judicavit Senatus, *lib.*3.*cap.*15.*num.*11.

144 Mulier si agat reivendicatione pro fundo vendito à marito sine ejus consensu exceptione repelletur, si marito hæres extiterit, aut ex pacto per ejus mortem totum fundū fuerit lucrata, *l.*4.*c.*2.*n* 6.

145 Creditor qui prius fecit pignorationem in bonis debitoris præferetur doti ab eodem debitore promissæ, *lib.*3.*cap.* 21. *num.*66. *vers. atque ita.*

146 Si filia renuntiasset paternæ hæreditati certa quadam portione contenta nomine dotis, adhuc tamen in lite cum patre defuncto cæpta pro rata portionis quæ ei remansit cōveniri potest, *l.*1.*c.*3.*n.*19

147 Pars quæ aliquid vitiaverit, vel falsum commiserit in actis, cadit à tota causa, *lib.*3.*cap.*19.*num.*37.

148 Si emphyteusis infructuosior, & sterilior reddatur, non ob id pensio diminuenda est, sed integram pensionem emphyteuta solvere compelletur, pagin. 224. column.1. vers.nec.

149 Licet causa remittatur ad judicem competentem, acta tamen coram incompetenti non annullantur, *lib.*3.*cap.* 3.*n* 8.

150 Si pensio domus locatæ addicatur in foro victori pro suo debito per licitationem, & capta possessione domus diruatur, victus alia pignora victori dare tenetur, *lib.*3.*cap.*21.*num.*16.

151 Quod Precatoria Judicis delegati non fuit adimpleta ad avocandam executionem ejus sententiæ, quæ lata fuit à Senatu, *lib.*3.*cap.*21.*num.*47.

152 Quod nemo privilegiatus, quantunvis sit clericus, possit declinare jurisdictionem provisoris residuorū super ratiocinijs testamenti, *lib.*1.*cap.*2.*num.*12.

Quod quanvis Iudex executionis asserat se esse suspectum, talis recusatio non admittatur, *l.*3.*c.*21.*n.*51.*vers.nec item.* 153

Quod laicus propter crimen ex visitatione captus ab Ecclesiastico sine eo quod prius per sententiam convinceretur judicialiter, statim sit à carcere relaxandus, *lib.*2.*cap.*4.*num.*23. 156

Quod in petitione hæreditatis teneatur etiam reus ad restitutionem fructuum, quos ipse percepit, vel percipere potuit à tempore occupationis bonorum usq; ad realem traditionem, *lib.*4. *cap.*8. *numer.*54. 157

Quod ad hoc ut petens id, quod in se habet condemnetur in pæna dupli, necessaria est vera litis contestatio per contrariam partis responsionem, & nō sufficit illa, quæ à lege inducitur causa brevitatis, *lib.*3.*cap.*6. 158

Quod quanvis prior pignoratio non sit rite facta, nec in forma juris, posterior vero sic cū rei possessione, adhuc prior præferenda sit, quia secunda dicitur litigiosa, *lib.*3. *c.*21.*n.*67.*limitatione.*12. 159

Quod testamentum in scriptis, cujus approbatio à tabellione fuit facta extra ultimam ejus paginam, nullum judicetur, & alia decisio in contrarium, *libr.*4. *cap.*10. *num.*32. 160

Quod ordinaria præscriptio sufficiat in ijs bonis, ad quorum titulum clericus sacris ordinibus fuit insignitus, *libr.* 2. *cap.*4. *num.*121. 161

Quod non ideo nullum, & irritum existimetur testamentum illud, cujus approbatio fuit facta, & cæpta à tabellione in alia nova pagina, & est alia decisio contraria, *lib* 4.*cap.*10.*num.*33. 162

Partum legitimum judicavit Senatus illum, qui natus est post decem menses à morte parentis, & tanquam filium legitimum admisit ad patris hæreditatem, *lib.*4.*cap.*3.*num.*5. 163

Quod cognoverit Senatus de gravamine, vi, & violentia Lusitano illata ab Auditore 165

ditore militiæ Castellanæ, *lib.* 1. *cap.* 2. *num.*4. *verſ. cognoſcunt etiam.*

166 Quod in carrucis, & quadrigis nobilium pro debito civili executio fieri poſsit pleriſque Senatus deciſionibus receptum eſſe conſtat, *lib.*3. *cap.*21. *num.*17.

167 Quod Procurator cum libera potuerit dominum obligare per clauſulam depoſitariam, quanvis in mandato illo prædicta clauſula non fuiſſet expreſſa declaravit Senatus, *lib.*3. *cap.*22. *nu.*30. *verſ. unde primo.*

168 Quod quanvis hæres habeat ſententiam legitimationis in vna cauſa, in alia tamẽ & cum alijs iterum per articulos ſe legitimare debeat, *lib.*3. *cap* 21. *num.*3.

169 Quod abſque vlla reſtitutione in integrũ jure minoris ex diplomate Regio fuerit pars admiſſa ad petendam reviſionem etiam poſt lapſos duos menſes, & quatuor annos, *lib.*3. *cap.*20. *num.*6.

170 Quod impedimenta adverſus executionem, ſi ſint hujuſmodi vt coràm executore expediri poſsint, non ſint remittẽda ad judicem deprecantem cenſuit Senatus, & eſt contraria deciſio Cabed. *lib.*3. *cap.*21. *num.*55.

171 Quod mutato Scriba propter ſuſpitionem, ſi iterum fiat diſtributio in alio Scriba alterius virgæ, non ideo mutatur judex originarius, *lib.*1. *cap.*2. *n.*35.

172 Quod ob non ſolutum canonem intra triennium emphyteuta cadens in commiſſum ſit expellẽdus, *lib.*4. *cap.*8. *n.*24.

173 Quod actor poſt libellum oblatum, antequam reus per contrarium reſpondeat licet alijs exceptionibus dilatorijs vtatur, poſſit ab inſtantia deſiſtere, ſine eo quod teneatur deſiſtere ab omni cauſa cenſuit Senatus, *lib.*3. *cap.*6. *in fin.*

174 Quod alterum occidens pœnam capitalem evadet, ſi ex ipſius vulnerati, medici vè culpa aut negligentia mortem fuiſſe ſubſecutã probetur, *lib*5. *c.*1. *n.*72.

175 Quod ſi propter abſentiam directi dominij emphyteuta canonis, vel laudemij fecerit depoſitum, non ideo cadat in commiſſum ob non ſolutam penſionem, vel ex defectu ſolutionis laudemij *lib.*4. *cap.*8. *num.*25.

Quod charta aſſecurationis confeſſiva de vulnere illato ſervanda ſit ſine eo quod prius fiat examen, ſi aliqualiter apparеat vulnus non fuiſſe lethale, *lib.* 5. *cap.*1. *num.*21. 176

Quod poſt oblatum libellum triplicationis non potuerit actor mutare, vel addere libello replicationis quaſi res non dicatur integra poſt terminum elapſũ, *lib.*3. *cap.*11. *num.*1. 177

Quod minor non reſtituatur poſt didicita, & publicata ad probandum idem ſuper quo jam teſtes produxerat, *lib.* 3. *cap.*14. *num.*12. 178

Quod decreta Pro regis (vulgò portarias) ſoleat Senatus irritare ſi ſibi non juſta nec ſecundum ll. prolata aut in præjudicium partis videantur, *lib.*1. *cap.*2. *nu.* 4. *verſic. ſolent item.* 179

Quod generalitas mandati non extendatur ad exorbitantem, & incogitatum caſum, ſi ex eo notabile damnum mandanti poſſet evenire, *lib.*1. *cap.*3. *nu.*40. 180

Quod cauſa dependens ab inventario, & judicio vniverſali famil. erciſcundæ quanvis ſit noviter intentata à privilegiato, remittenda ſit ad priorem judicem, *lib.*3. *cap.*3. *num.*12. *ad fin.* 181

Quod charta aſſecurationis ſervari debeat quæſtoribus, & theſaurarijs Regijs pro crimine in officio commiſſo, quanvis inquiſitio fiat ex diplomate Regio, *lib.*5. *cap.*1. *num.*20. 182

Quod faciens executionem contra Titiũ in ejus ædibus, quæ erant depoſitæ penes alium creditorem, qui tempore licitationis illum impedire tentavit, non dicatur ſpolium nec vim committere præd. depoſitario, decrevit Senatus, *lib.*4. *cap.*10. *num.*7. & 8. *verſ. unde.* 183

Quod quanvis à menſa magiſtrali Ordinum militarium poſsit eques inſignitus ſupplicare ad Regem, non tamen id Promotori juſtitiæ permittitur contra 184

equitem

equitem, *lib.2.cap.1.num.10.in fin.*

185 Quod à sententia lata super actione, vel exceptione nullitatis nõ admittatur secunda supplicatio, quæ ex gratia concedi solet, *lib.3.cap.20.num.13.*

186 Quod quanvis privatus fecerit prius pignorationem in rebus debitoris sui, qui etiam debitor erat Regis, causam Regis esse præferendam, Senatus censuit, & est alia decisio in contrarium, *lib. 3. cap.21.num.71.*

187 Quod interesse illud mercatori promissum (*a rezão de juro*) propter lucrũ cessans, non sit contractus vsurarius, sed licitus approbavit Senatus, *lib. 3. cap.22. num.29 versi.sed non erit.*

188 Quod si supplicatio ab executione reuertatur ad quinque judices, qui fuerunt in expeditione sententiæ, si tres Senatores fuerint concordes in instrumento gravaminis, quanvis posteriores plures numero votum dederint in contrarium, priorum sententia servanda erit, *lib.3. cap.21. n.29. vers.cæterum.*

189 Si vnus creditor rem habuit in pignore conventionali, & alius in eadem re executionem fecerit, illum esse præferendum, & non istum Senatui magis placuit, *lib.3.cap.21.nu.58. vers.limita. 1.*

190 Quod ex transumpta, vel exẽplata scriptura si reus non negaverit obligationem, sit procedendum per assignationem decem dierum judicavit Senatus, *lib.3.cap.22.num.4.*

191 Licet adversus depositarium judicij executivè agi soleat, non tamen eo mortuo adversus ejus hæredem, & vxorem, cẽsuit Senatus, *lib.3.cap.21.num.57.*

192 Si reus non exhibeat ad mandatum judicis juratur in litem contra eum, *libr.4. cap.9. num.13.*

193 Quod executio à privato facta, cujus prior fuerat obligatio, & antiquior, præcedere debeat fisco censuit Senatus, *lib. 3. cap.21.num.71.*

194 Inter cognatos collaterales præferri cognatum ad successionem maioratus, qui ex matre agnata tantum descendit, nõ vero illum qui ex matre, & avia ortus sit, quanvis in proximiori linea existat, decrevit Senatus, *lib.3.cap.11.n.7.*

Quod sententia habita ex actione ad exhibendum, exequi non possit adversus ejus hæredem, si dicat se non habere, sed statur ejus juramento, *lib.2.cap.21. num.10.vers.4.* 195

Quod minor ad petendam possessionem maioratus ex remedio, *l.45 Taur.* in cõsilio Regio Castellæ admittatur per restitutionem post lapsum semestre, *lib.3. cap.21.num.70.* 196

Quod executio in bonis debitoris principalis fieri debeat cum citatione fide jussoris vt postea ad eum deueniri possit, *lib.5.cap.4.num.12.* 197

Quod in causa finium regundorum pro illo sententia lata fuit, qui se legitima præscriptione tuebatur, *lib.4.c.3.n.15.* 198

Quod quanvis inter partes convenerat vt citatio fieret in persona do distribuydor, adhuc tamen reo morante, & præsenti in eodem loco, talis citatio nõ admittitur, *lib.3.cap.1.num.6.* 199

Executio ita demum impeditur, & suspenditur per contradictionem tertij possessoris in re pignorata, si executio fiat in illa re pro pecunia debita exactione personali, non vero si executio fiat in re petita per actionem realem, *lib. 3. cap.21. num.38.* 200

Quod concessa fuit provisio vt iterum revideretur processus, & sententia ab ijsdem judicibus, eo quod apparverat per confessionem vnius ex Senatoribus ejus votum fuisse ex falsa causa, & fundamento erroneo datum, voluisseque se tractare, *lib.3.cap.19.num.35.* 201

Executionem fieri posse in Cappella Ecclesiæ cõstructa, propter debita fundatoris, idest, in eo jure sepeliendi in Capella quia temporale est pro constanti habuit Senatus, *lib.3.cap.21.n.20.* 202

Quod clausula depositaria non habeat locum in cessionario, quanvis cedens 203

ea vti

ea vti potuisset, decisum extat à Senatu *lib.3 cap.22.num.51.*

204 Ex indubitatis inditijs, & præsumptionibus de homicidio vxoris fuit pœna capitalis marito imposita à senatu, *lib. 5. cap.1.num.84.*

205 Corpus occidé fuit à sepulcro post multos dies exhumatum, vt de ejus occisione examen fieret à medicis per oculorum inspectionem, *ibid.*

206 Matrimonium per metum reuerentialem contractum adjunctis alijs minis, nullum judicavit Senatus, *lib.3 cap.22.numer.25.*

207 Quod judex Ecclesiasticus non potuerit propria auctoritate capere personam secularem, & illum in carcerem mittere pro executione suæ sententiæ, decrevit Senatus, *lib.2.cap 4.num. 19.*

208 In fructibus fundi locati licet alius prius faciat pignorationem pro suo debito, præferetur tamen dominus fundi pro mercede rei locatæ, *lib.3. cap.21 nu.61.*

209 Vt in ea schædula, qua fidejussor Titij vt principalis se obligauit Titio non solvẽte, procedẽdum sit sumatim, & per decem dies judicavit Senatus, *libr. 3.c.22. n.15.* & est alia decisio in contrarium.

210 Si in scriptura census renunciatum sit fori privilegio, quilibet rei possessor in qua census fuit impositus, declinatoria fori se tueri non poterit, quanvis ostendat, rem emisse sine vllo census onere, & videtur alia decisio in contrarium, *lib. 3.cap.21.num.56.*

211 Clausula depositaria viget, & habet effectum contra quencunque tertium rei possessorem, qui neque contraxit, nec se obligavit, contra quem executivè agitur pro solutione census, *lib.3. cap.22. n.33.vers.5.præd.clausula.*

Secus vero si iste tertius non habuit rem à censuario, sed per viam maioratus, vt declaravit Senatus in lite Ludovici da Sylva Telles, Scriba Alvaro Pinto.

212 Moratoria rei cunctatio habetur pro litis contestatione ad effectum, vt fructus restituantur à tempore oblati libelli, *lib.3. cap.6.* & est alia decisio in contrarium.

Filia nubens ante 25. annum completum 213
sine consensu parentum, quanvis attigisset jam 25. annum, ipso jure remanet exhæredata, & exclusa ab eorum hæreditate, *lib 4.cap.8.num.59.*

Secularem hæredem ejus, qui fidejussit a- 214
pud acta cum juramento, non potuisse trahi ad Ecclesiasticũ ratione juramenti decidit Senatus, *lib.2.cap.4.numer.9. vers.sed hoc.*

Liquidatio per arbitros facta, cum per ar- 215
ticulos formatos fieri deberet, revocata fuit, *lib.3.cap.21.num 7.*

Si reus prius intentavit actionem contra 216
actorem, qui postea eum citavit super eadem re, & causa in alio judicio, exceptio litis pendentiæ admittenda sit, & est alia contraria decisio, *lib.3.cap.3.nu. 13.vers.imo.*

Contra juramentum in litem jam præsti- 217
tum super re, & valore rei, in contrarium scilicet non esse tot & tales res nec talis valoris, & pretij, admissa fuit probatio, *lib.4 cap.8.num.45.*

Si detestatio (vulgo embargo) fiat alicui 218
debitori jussu judicis ne creditori solvat vsque quo tertius audiatur cum illo de jure suo, ita demũ procedit, si detestatio ab eo subscripta sit, *l.3.c.21.n.42.*

Partitio hæreditatis non ex eo rescindi- 219
tur, quod dicatur illam fuisse factam per conclusionem, si legitimè collusio non probetur, per testes idoneos, & sine suspitione, *lib.4.cap.3.num. 10.*

Si actio judicati intentata sit ex sententia 220
lata in Senatu, & in ea actione pars succumbat, & appellet, an appellatio vadat jure communi ad superiores per distributionem, an vero ad judices certos 221
qui fuerunt in sententia, cujus virtute fuit actio intentata, *lib.3.cap.21.nu.30 vers.sed.*

Reo citato, & parato ad jurandum in a- 222
nimam, si procurator actoris dicat se pœni-

pænitere, & velle revocare prædictam
223 actionem, non audietur si speciale mandatum ad revocationem delationis juramenti non ostenderit, *lib.3. cap.1. nu. 9. vers. at.*

224 Si error calculi processerit ex ignorantia, aut malitia calculatoris, ipse in expensis condemnandus erit, *lib.3. cap.21. num. 42. vers. item.*

225 Quanvis à receptione impedimentorũ nõ admittatur suplicatio per petitionem gravaminis, tamen si pars ab aliqua re-
226 quisitione grauamen interposuerit, & petitione cumulativè de vtroque agat, Senatus vtrique providendum censuit, *lib.3. cap.3. num.18.*

227 Sententiam latam in revisorio judicio, mortuo tunc actore sine hæredum habilitatione Senatus nullam pronuntiavit contra Arestũm Cabed. *lib. 3. capit. 20. num.14.*

228 Licet de jure non admittatur vlla allegatio, probatio, & scriptura in revisorio juditio, tamen contigit vt ex diplomate Regio illa reciperetur, *lib.3. cap.20. numer.7.*

229 Finita dilatione *da terra* absque vlla procuratione, vti moris erat, dilationem fore concedendam *para fora*, censuit Senatus, *lib.3. cap.12. num.4.*

230 Ex scriptura privata, quæ excedit summam Ordin procedendum esse summatim per decem dies inter mercatores, censuit Senatus, *lib.3. cap.22. num.8.*

231 Dotis promissio si à fratre fiat marito sororis suæ, jam constante matrimonio etiamsi illa excedat summam ordinationis, ejus probationem admitti per testes decrevit Senatus, *lib.3. cap.12. nu.9.*

232 In re individua hæreditaria, quæ venit ad collationem dividenda per æstimationem inter tres cohæredes, quorum alter alterius votum habuerit, ei totam rem fore adjudicandam probavit Senatus, *lib.4 cap.3. num.2.*

233 Fructus rei in dotem datæ, quæ non sit jam in potestate donatarij, vt quia eam vendiderat, venire in collationem, & non obstante Ordinatione Regia inter
hæredes esse dividendos judicavit Senatus, quia fuerat donata cum pacto de non alienando, quanvis postea fieret alienabilis ex gratia Principis, *lib.4. cap. 3. num.7.* 234

In causa summaria do juyzo dos residuos tertius oppositor fuit admissus in eodem processu, quo vtrunque tam reum & actorem excludere conabatur, *lib. 3. cap.5. num.3. in fin.* 235

A sententia habilitationis hæredum supplicari debere per petitionem, non per viam gravaminis ordinarij pluribus Senatus placitis, decisum esse constat, *lib 3. cap.21. num 3.* 236

In lite habilitationis hæredem triplicationem admitti à Senatu obtentum fuit per petitionem gravaminis, *lib.3. c.11.* 237

In casu violentiæ novæ vnicam tantum dilationem etiam *para fora*, concedi tã ex decisione Senatus, quam praxi, & vsu quotidiano receptum esse omnibus planum est, *lib.3. cap.12.* 238

Creditor qui prius fecit executionem, & pignorationem in bonis debitoris non præfertur antiquiori creditori hypothecario, si alia bona debitoris non supersint ex quibus illi antiquiori creditori satis fieri possit, *lib.3 cap.21. n.72.* 239

In actione hypothecaria non est necessaria executio debitoris principalis, si notorium sit illum non esse solvendo, *lib. 4. cap.4. num.12.* 240

Finis Summæ Decisionum.

ARESTA IN CAUSIS CIVILIBUS, quæ non sunt in lectura.

Aresto. I.

DVuidouse, se querendose tirar protesto de hũa letra, se havia de ir inserta nelle a reposta, qúe se desse ao tempo da notificação, ou se havia de ir o protesto lá só. Iulgouse que havia de ir inserta a reposta, *na causa de Pero da Maya com Francisco Brandam Romano, Escrivão Balthesar Couceiro, em Mayo de 637.*

Aresto. II.

DUvidouse, se embargos oppostos à Provisam de sua Magestade, q̃ não toca à causa principal, havião de correr nos mesmos autos, ou em auto apartado. Julgouse que corressem em auto apartado *na causa de Sebastião Lopez da Costa com Fernam de Andrade, Escrivão Francisco Rodriguez Preto, em Agosto de* 1638.

Aresto. III.

DVuidouse, se despois da arrematação feita a hum dos acredores, se tinhão lugar artigos de preferencia sobre o preço da cousa. Iulgouse que si: *na causa de execução de Antonio da Costa Peixoto com Diogo Iorge Coronel, Escrivão Fernam Lopes Pereira, em Iulho de* 1638. *ex-ijs, quæ dicta sunt lib.* 3. *cap.* 21. §. *de præferentia creditorum.*

Aresto. IV.

DVuidouse, se se podia vir na execução com exceição declinatoria, tratando o A. de habilitar o R. pera correr a execução. Iulgouse que não, *na causa de Luis de Ruithi cõ Ioão Gomes Leitão, Escrivão Vicente Ribeiro em* 8. *de Fevereiro de* 1639. quia continentia causæ dividi nõ debet. l. nulli. C. de judicijs.

Aresto. V.

DVuidouse, se tinha obrigação a pagar os fretes a pessoa, que despachava as fazendas na Alfandega, & as recolhia, ainda que não fossem suas: Iulgouse que si: *na causa de Manoel Fernãdes Freire cõ Rodrigaires Brandão, Escrivão Martim de Seixas em* 3. *de Ianeiro de* 1638. E o mesmo se julgou *na causa do dito Manoel Fernandes Freire cõ Hieronymo Gomes Pessoa, Escrivão Martim Affonso de Avis, em* 12. *de Iunho de* 1638.

Aresto. VI.

DVuidouse, se pello delicto do filho sendo de læsa Magestade divina, perdia o pay o vsufructo. Iulgouse q̃ nam: *na causa de Pedro Mendes de Lisboa, com o Procurador Fiscal, Escrivão Marcos do Quintal.*

Aresto. VII.

DVuidouse, se o terceiro podia oporse na Chancellaria com embargos. Iulgouse que não, *na causa de Iorge Rodrigues da Costa cõ Sebastião de Araujo, oppoente Francisco Diaz Mendes de Britto, Escrivão Ioão Baptista de Chaves.*

Aresto. VIII.

DVuidouse, se o perdimento da aução pello crime da vsura passava contra o herdeiro do vsurario antes da lide contestada. Iulgouse que si: *na causa de Dom Ioão da Sylua, Escrivão Pero Correa*

Aresto. IX.

DVuidouse, se valia o escrito de mercador de mòr contia, não sendo sobre mercancia. Iulgouse que não: *na causa de Duarte Nunes de Andrade cõ Antonio Mõteiro, Escriuão Iorge de Mendanha*

Aresto. X.

DVuidouse, se o escrito de mòr contia do homẽ do negocio sobre mercancia, se prouava. Iulgouse que não em muitas causas do Iuizo do fisco, *Escriuão Ioão Coelho de Aroche. licet contrariũ teneat Pereira, decis. 97 per totam.*

Aresto. XI.

DVuidouse, se se podia vir com exceição peremptoria vindo de novo, estando a causa em termos de se rezoar em final. Iulgouse q̃ si: *na causa de alimentos de Belchior Correa com Pero Correa ex Ord. lib.3. tit.50. em 22. de Dezembro de 1639. Escriuão Antonio Carualho.*

Aresto. XII.

Item praxis vtilitas magna est, quia per eam juris studiosus fit in jure perfectior, & ejus scientia perficitur. Nam *Bal. in l. Æmilius. num. 11. in fin. ff. de minoribus* dicit, quod leges in scholis deglutiuntur, & in Palatio digeruntur, quia practica est scientia digestiua, & vbi thecricus desinit, practicus incipit, est enim practica intellectrix legum, vt inquit idem *Bal. in tit. de feud.* sine culpa enim amittendorum in vsibus fæudorum, & hinc singulariter dicit *Ioan. And. in c. post translationem de renuntiat. per illum text. quod thecrica* sine practica idest sine experientia parùm valet; nam experientia est efficax rerum magistra *l. 1. §. prius*, & *in §. 1. ff. de aqua pluu. arcend. l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publico*, & *inter litteratos præferuntur habentes experiẽtiam in negotijs, vti notatur in l. certi juris C. de judic.* & *vulgo dicitur?* quid magis valet procurator inscius litterarum cum experientia in litibus exercendis, quam litteratus nouus sine practica *per glos. in l. 1. §. postulare vers. exponere, ff. de postuland.* Quid autem illustrius, & magis honorificum? quid etiam jucundius cognitu, atque auditu, quàm juris allegationem ex praxi, & gravissimorum advocatorum vsu; & experientia ornare, & perpolire? aut tam potens, atque magnificuũ? quàm judicum animos ex praxi, & vsu convertere, qui autem magis perniciosum, quàm praxim, & vsum, qui in sua civitate versatur, ignorare? ac ne plura quæ sunt innumerabilia dicam brevi statuendum est neminem perfectum esse aduocatum, nec judicem sine praxi, in cujus moderatione, & sapientia non solum ipsius dignitatem, sed & rei publicæ salutem maximè continere certum est.

AVTORES NOVISSIMI IN HAC SECUNDA PARTE, QVI DE NOVO post quam primam partem scripsimus, in lucem prodierunt.

A

ACACIVS de condit. & demonstrat.
Achiles decisiones, seu cons.
Additionator Molinæ de primogen.
Additionator glos. Partitæ 5.
Additionator ad Afflict.
Aldouini consult.
Albeni. consult.
Alois Ricc. Practica Eccles. & Collectan.
Alfaro de officio Fiscal.
Alex. Ludovicius aliàs Papa Gregor. decis.
Alexand. Trentasinq.
Alex. Bandens de Analogijs, cons. & decis.
Alex. Ambros decision. peruisimæ.
Æmelius Berral decision.
Æneas Falcon, de reseruatis.
Amator Rodericus in praxi.
Amadeus de Laudemijs.
Amendula additionator ad Franchos.
Anellus Amar cons.
Anton. Monachus decision. Lucens.
Anton. Faber. in Codice.
Anton. de Amato resolutiones
Anton. Fab. de errore pragmaticorum.
Anton. Diana Moralium.
Anton. Massa Galesius de medietate.
Anton. Gabriel in commentarijs.
Anton. Corduba de casibus conscient.
Anton. Gravat. ad praxim Roman. Curiæ.
Anton. Mart. del Rio de arte magicâ.
Anton. Blanca Lassus in medula politica.
Anton. de Sosa de censuris.
Anguian. de legibus.
Anastasius Germon de sacrorũ immuitat.
Aponte de officio proregis.
D. Archiepisc. Primas Brach. super Decret.
P. Azor Institution. Moral.
Arumæ decision.
Arisminius Tepari in compend. decis.
Auiel de Perinis de subito religioso.

B

Balthesar Ayala de jure, & officio belli.
Bajar ad Clarum.
Bambaca in repit.
Baptista Costa de facti scientia, & ignorantia, & de remedio subsidiario,
Bardelius cons.
Barbosa de praxi exigendi pension.
Barbos. de judicijs, & præscript.
Barbos. in votis decisiuis, & de appellatiua vrb. signifi.
Bargalius de dolo.
Basilius de matrimon.
Belensinus del charitiuo subsidio.
Belluga de præsidibus.
Bened. Ægid. in specul aduocat.
Bened. Pinel. selectar.
Bender. de Revisione.
Bellacomba communium.
Berlamin. de laicis.
Berart. variarum, & in specul. visitat.
Bermod: de publicis concubinis.
Boccacius de sensibus.
Bellete de exquisit. clericali.
Bolanus de comertio terrestri, & nauali.
Bona Cossa de matrimonio.
Bonacina de legibus, & de clausulis.
Borgnin. in Repertor. decision.
Brunol, à sole in locis communibus, & de homicidio.
Bruarius de hæret.
Brunus de Augmento.

C

CAbalinus resolut. crim.
Caballus de omni genere homicidij.
Cabreros de Metu.
Carbon. in practicis.
Caluolus in praxi juditiali.
Cayrascus de casibus curiæ.
Charanta in summa bullarum.

Chæri-

Chærianus in communibus, opinionibus.
Chucouius communium.
Christophor. de Paz in scholijs legis, styli.
Camillus borrel. in summa decis.
Capi Blanca de baronibus.
Campanil in diversorio jur. canon.
Cancerius variarum.
Carolus tapia ad jura regalia.
Cardosus in praxi judicum.
Carpanus decision.
Cartarius decision.
Carrosius de exception. contra executiones, & de sequestration.
Castillo de Tertijs debitis regibus Hispaniæ.
Cæuallos de violentijs.
Cenedus in pract. canonica.
Centilinus in addit ad Farinaceum.
Ceraphinus de priuileg. juram. & decis.
Cherubinus in bullario nouo.
Cyrillianus in summa criminal.
Cylcti consilia.
Cæsar brazi decis. bononiæ.
Cæsar conradus in legem diffamari.
Coleri de procesu executiuo.
Censius de sensibus.
Collantes in cõmentarijs rei frumentariæ.
Cornazon decision.
Cornel. Bredeat. de appellat.
Costa de rata quotatiua.
Crassus de execution. vltim. volunt.
Curia Philippica.

D

Dalner. de jure patron.
Didacus de Brito de locato.
Donat. a fin. communium.
Donelus Coment. jur. civil.
Dulcetus de syndicatu.

E

Emmanuel Gom. Card. de jur. accresc. cend.
Enriques à rosat. titul. fæudali.
Enriques de indulgentijs.
Erasmus à cochier de jurisdiction. ordinat. in exemptos.

F

Fabius de Arena singular.
Fabian. de Pepo in auth. prætereà C. vnde vir. & vxor.
Fachineus controversiarum.
Farinaceus consilia, & decis. recent. & in fragment. criminal.
Fichardus communium.
Flores de Mena variarum.
Fontanela de pact. nuptial.
Franchis discursus.
Franciscus Paulin. Bersi in praxi crim.
Franciscus Lucas de Parma de fisco.
Franciscus Marcus Delphinatus, decis.
Franciscus Leo in Thesauro fori Eccles.
Franciscus de Leon. Vden. decis.
Franciscus Vinius Neapolit. decis.
Franciscus Molinus de ritu nupt.
Franciscus Salgado de regia protection.
Franciscus Curtius in repetitione legis admonendi de Iur. Iurand.
Franciscus Milanentis decision.
Fredericus Hyltropius de processu judiciali.

G

Gabriel Velasques de Laudemijs, & axiomata, & de privilegijs pauper.
Gabriel Pereira de manu Regia.
Galganetus de Iure publico, & de cond. & demonstr.
Gabriel Vellasco de privilegijs miserabilium personarum.
Galeat Maluas cons.
Gigas in Consilijs.
Gaspar passarelis in scholijs ad capit. Avenionense.
Gratian. discept.
Graphis in aureis decision.
Grilandus de pænis omni fatij coitus.
Griuelus decis.
Guilhelm. Choue de discursus.
Gusman. de euictionibus.
Gutierres de tutellis.

H

Hiltropius de processu Iudiciario.
Hojeda de incompatibilitate.
Humada in leg. partiarum.

I

Iacobanus in tractatu de consilio.
Iacob Strozius de officio Vicarij.

Iafredus, decision.
Ignatius del Villar responsa.
Intrigliol. de censibus.
Ioannes Picus contra Astrologos.
Ioan. Corrof. Tholof. decisiones.
Ioan. Baupt. Costa de remedio subsidiario.
Ioan. Vicent. singularia.
Ioan. Gutierres cons.
Ioan. Copin. quæstion. juris.
Ioan. Martins de à Costa de domo supplic.
P. Ioan de Salas de contractibus.
Ioan. Vfel.
Ioan. Euia, Curia.
Ioan. Bauptist. de spolio.
Ioan. de Sancto Blasio, de actionibus.
Ioan. Zanger ad titulũ de quæstion.
Ioan. Gubell. decision.
Ioan. Caruallo de quarta.
Ioan. Sanches abulensis selectarum.
Ioan. Franciscus de potestate capituli Sede Vacante.
Ioseph. Sesse de inhibitione, & decision. Aragon.
Ioseph. Ramonio cons.
Ioseph. de Rusticis in lege cum Auus.
Ioseph. de Cummia de fæudis.
Ioseph. Ludouicus decisiones.
Iurba decisiones, & cons.

L

Laborius variar. resolution.
Landerch cons.
Lancelot Gualiat cons.
Lara de Capelanijs, & de tribus gratijs.
Lara de Vita hominis.
Laurent. de Perenis de subjecto religioso.
Lessius de justitia, & jur.
Lotherius de re beneficiali.
Lodouicus Rodolphin. de brachio secular. & quæstion. variar.
Ludouicus de Miranda in Manuali prælatorũ.
Ludouicus Miran. de ordine Iudit. & de Laudemijs.
Ludouicus Bei responsorum.
Ludovicus à Cruce Lusitanus, super tribus bullis.
Ludouicus Chrader de fæudis.
Ludouiceus de censibus.
Lupus Geminian. de vsuris.

M

Magonius Florentinus decisiones.
Magon. Rot lucana decisiones.
Marchesanus de commissis.
Mayner. decision.
Mayre de priuilegijs creditorum.
Mangilius quæstion.
Mandosius de inhibitionibus.
Marta in votis decis. & de clausulis, & de jurisdictione.
Marta de successione legali.
Martinus Binax moralium.
Martin Carrillo, in explication. bullæ.
Marilianus in l. quoties, C. de rei vendicat.
Marius Cautellus de donation.
Mariscotus variarum.
Mastrillo de Magistrat.
Masobrius de synodo.
Mathias colerius de processu executivo.
Matheus Soares de visitatione.
Marcus Anton. peregrin. cons.
Marcus Anton. Genuensis in practica libell.
Marcel Cala de modo articulandi.
Mazolus, cons.
Medices de regul. juris.
Michael Salon. de justitia.
Michael Gonçalues selectarum.
Michael Agiue Apologia, & de exhibendis auxilijs.
Milanensis decision. Ceciliæ.
Mohedanus decisiones.
Monter. à Cueua decision.
Monticellus regul. crim.
Moneta commutand. vol.
Monaldus cons.
Motta de confirmation. ordinis divi Iacobi.
Moroscus in consilijs.
Mozzius de contractibus.
Muscatellus in praxi.
Musculus de successión. conuent.

N

Narbona super noua Recopillat.
Nicellus in concordia glosarum.
Niculaus Luscœus de jure vniuersitatum.
Niculaus Garcia de beneficijs.
Niculaus Genoa in conciliatione legum, & de verbis enunciativis.
Niculaus Reyner decisiones.

Nicu-

Autores nouissimi.

Niculaus de passeribus de scriptura priuata.
Nouerius ad decision. Franchis.

O

Oldendorp. in compendio locorum communium.
Olibanus de jurisdict.

P

Palioti cons.
Paul. Iayman.
Paul. Barsilensis in praxi crim. regularium.
Panzirol. cons.
Patin. de fideicommisis.
Pauinus de visitatione, & de officio capituli Sede Vacante.
Paz de tenuta.
Pepon. Aresta.
Pechius de testament. conjugal.
Pedroc. cons.
Perez de Lara de Anniuersarijs.
Pena de hæresi.
Petrus de Ledesma de matrimonio.
Petrus Magdalensis de numoro testium.
Piacesius in praxi Episcopali.
Petrus Pella de quæstion. & inditijs.
Petrus Cabal de omni genere homicidij.
Philippus Pascalis de juribus patriæ potest.
Phœbus decision. 2. part.
Philippus Portius.
Pontanus de alimentis.
Prosperus Rendelius de Pascuis.
Prosperus de Augustino in additionibus ad Charantam.

Q

Quaranta in summa bullarum.
Quesada diversarum quæstionum.

R

Rabello de obligat. justitiæ.
Raynosi observationes.
Ramires de lege regia.
Regnarus Systinus.
Renatus Copinus de sacra politia.
Riccinlus de Iure Personarum.
Regutius de voce Canonicorum.
Reus Regnerius decisiones.
D. Rodericus de Acuña in explicat. jubil.
Rodoanus de Symonia mental.
Rofredus.
Rodericus Zamora in speculo humanæ vitæ.
Rodolph. de potestat. principũ, & de vsuris.
Rotta per Ludoui.
Rotta Romana per Farinaceum.
Robles de representatione.
Roginellus de appellatione.
Rutg Rolandus de commissarijs.
Ruiz Lituain. decisiones.

S

Sayr in clavi regia.
Salgado de protectione regia.
Scacia de re judicata.
Scapa de Iure non scripto.
Sebastianus de à Costa super bulla Cruciatæ.
Sebastian. Blanæ in expositione titulorum.
Sebastian. Navi in remissionibus.
Sebastian. Cesar de hyerarchia Ecclesiast.
Sfortia Perusinus de cõpendiosa substitut.
Sesse de inhibition.
Seraphinus de Freytas in additionibus
Simon Celus de Decretis.
Simoneta de reseruatis.
Sychardus cons. fæudalis.
Sosa in repitition. §. actionum.
Suares receptarum.
Surdus decisiones, & de alimentis.
Surgen. de Neapol. illustr.

T

Tapia decisiones.
Taborinus de jure Abbatum.
Tepasius in summa decisionum.
Thomas Sanches Moralium, & in consilijs, & in Deucallegon.
Thomas Boninsig. tractatu ad justas negotiationes.
Thesaur. quæstionum Forensium.
Torniolus cons.
Treuisanus decisiones.
Torre Blanca de Magia.
Tursanus communium.

V

Velasques Valençuela, cons. & decis.
Viualdo in candelabro Ecclesiast.
Villalobos in summa de indulgentijs.
Vezin. commun.
Vulpellus cons.
Vicen. Fusar. de substitutione.

Z

Zachinus de hæreticis.
Zacharias de obligatione Cameræ.

Tercentum, & quatuor Autores nouissimi.

SVMMA-

SVMMA LIBRORVM

Praxis Lusita. lib. 1. De personis in judicio necessarijs
Praxis Canonicæ, lib. 2. De foro Ecclesiastico.
Praxis Secularis, lib. 3. De processu ciuili.
Praxis Secularis, li. 4. De actionũ requisitis, & de earum responsionibus, vulgo contrariedades.
Praxis Secularis, lib. 5. De processu criminali.
Aresta, & novissimæ decisiones amplissimi Senatus circa judicia, cõtractus, & vltimas volũtates, ac circa causas criminales.

SVMMA CAPITVM EX LIB. I.

Cap. I. Ex quibus personis totius causæ disceptatio cõstet.
Cap. 2. De Iudicibus hujus Regni.
§. 1. De Senatu palatij, & de quibus cognoscat.
De mutãda voluntate defunctorũ
Ex quibus causis hæc mutatio fiat.
De facultate Regia ad alienandũ.
De dispensatione Ordinationis.
De venia delicti.
De officio, & potestate Proregis.
§. 2. De Senatu Supplicationis.
De Iudice Coronæ, & patrimonij Regij.
Appẽdix. De mediate Annatarũ, & quibus ex causis vnusquisq; ab ejus solutione liberetur.
De Iudice domus Misericordiæ.
§. 3. De Prouisore Residuorum, & de Capellanijs.
§. 4. De Iudice Indiæ.
§. 5. De Auditore Basilicæ publicæ
§. 6. De Præsidibus vrbis, & Prouinciarum.
§. 7. De Iudicibus Ciuitatis.
§. 8. De Iudicibus pupillorum, & proprietatum.
§. 9. Iudex quibus esse debeat.
Appendix 1. De scriba judiciario.
Appendix 2. De distribuitore.
Appẽdix 3. de testiũ Examinat[illegible]
Cap. 3. De Actore.
Appendix 1. De Aduocato.
Appendix 2. De Procuratore.
C. 4. De Reo.

PRACTICÆ LUSITANÆ TOMVS II.

LIBER PRIMUS.

SUMMARIUM.

1 *Iudicium sumitur pro lite, causa, & controuersia, vel etiam pro foro.*
Ibid. Iudicium sumitur pro processu judiciali.
2 *In judicio tres personæ tantũmodo intervenire debent.*

CAP. I. *De personis in judicio necessarijs.*

QUONIAM in Prima parte diximus de personis, quibus judicium constat, idest de ijs, quæ in litibus requiruntur, nunc prænotari licet pro declaratione hujus tituli; quid sit judicium, nam quantuis in jure hoc verbum habeat plures significationes, vt videre est per Accurs. *In §. 1. verb. judicium Inst. quibus, non est permiss. facere testament. Fredericus Hiltropius de processu judiciali part. 1. tit. 4. Nicolaus Calvolus in praxi judiciali in præludijs, Sccacia de judicijs libr. 1. cap. 1 & 2. cum sequentibus.* Tamen in hoc nostro titulo judicium sumitur pro lite, causa, & controversia, vt quando diximus judicium pendet super hæreditate id est lis, & controuersia, pendet. *l. 1 2. Respons. ff. ad trebell.* vel etiam pro foro, idest tribunali, vt causa juris patronatus diffiniri debet Ecclesiastico judicio, id est foro, & tribunali Ecclesiastico. *cap. quanto extra de judicijs,* sicut etiam sumitur *in libr. Eccl. cap. 3. vidi* (inquit Salomon) *in loco judicij impietatem,* in loco judicij, *idest tribunali,* vbi jus dicitur, & inde etiam accipitur judicium pro processu judiciali, vt *in cap. 1. de judicijs lib. 6. facit tex. in cap. in judicijs de reg. jur. lib. 6.* & sic in hoc titulo idem est, quod lis, causa, & controuersia, nam ista omnia idem significant, & promiscuè Jurisconsulti, & consulentes in suis consilijs ijs vocabulis indifferenter vtuntur. Diximus autem in judicio tres personas tantummodo interue- 2
nire debere, vt in *Ordin. lib. 3. titul. 20. in princ. & agnouit Gratian. discept. Forens. cap. 18. n. 29 P. Ludouic. Miranda de Ord. in judic. quæst. 1. art. 1. concl. 3. & art.*

2. *Camellius Borrel. de compromiss.* §. 2. *gloss.* 1. *nu.* 53. & *nouissimè in summa decis. tit.* 42. *de juditijs num.* 10. *Cardosus in praxi judicum verbo. juditium, num.* 3. *Sygismund. Sccacia de sententia, & re judicata, cap.* 1. *glos.* 10. & *cap.* 4. *quæst.* 7. *Franchis decis.* 245. *n.* 6. Itaque in juditio istæ tres personæ, scilicet, Actor, Reus, & Judex, sunt necessariæ, vt optimè tradit *Soar. à Pace in praxi in principio annotatione* 3. *Stephan. Gratian. vbi supra.* De ijs igitur personis quia mordicus & brevius, quam, vt par erat in 1. parte diximus, nunc magis latè, & exuberanter in hac 2. part. quod attinet ad praxim (fauente Deo) ad beneplacitum illorum, qui benè, & non maleuole sentiunt, tractabimus.

SUMMARIUM.

1 *DE Senatu Palatij, & quæ ad illum spectent.*

Ibid. Filij legitimi citari debent ad legitimationem filij naturalis.

2 *Si pater faciat in vita legitimare, non est necessaria citatio agnatorum, ad quorum bona post mortem Patris erant peruentura.*

3 *In bonis restitutioni subjectis, non valet legitimatio in præjudicium substituti.*

4 *Princeps non creditur legitimationem concessisse in præjudicium substituti, eo non citato.*

5 *Filius naturalis potest petere legitimationem post mortem patris, & post agnitam ab agnatis hæreditatem, & aprehensam possessionem.*

Ibid. Legitimatio non retrotrahitur in præjudicium tertij.

6 *Filius legitimatus, non præfertur in primogenio filio legitimo post ipsum nato.*

Ibid. Filius legitimatus per rescriptum non admittitur ad primogenium.

7 *Testatoris voluntatem sine causa publica, vel legitima mutare Principi non licet.*

Ibid. Princeps mutare potest leges, & conditiones, quas institutores, primogeniorum donationibus, aut contractibus de suis bonis inserunt.

8 *Voluntas defuncti si eo modo, qui præscriptus est, locum habere nequit, in alium modum similem commutatur.*

9 *Princeps concedit facultatem ad permutanda bona maioratus.*

10 *Fæmina, quæ aliàs à maioratus successione fuerat exclusa, ex causa publica, & legitima habilis reddi potest, quæ causa probari debet citatis successoribus.*

11 *Quando ex transmutatione nihil nouum inducitur, sed declaratur transmutatio voluntatis admittitur.*

12 *Vltimus de familia, in quo possunt bona maioratus libera manere, potest nouas conditiones maioratui apponere.*

13 *Omnes de familia possunt nouis conditionibus, & vocationibus consensum præstare.*

Ibid. Iuri querendo etiam sine causa Princeps præjudicare potest.

14 *Facultas concessa à Principe ad alienandum aliqua bona maioratus, intelligitur non extantibus alijs bonis liberis.*

15 *Clausula illa si possessor maioratus non redimat, bona alienata redimat sequens, quomodo intelligatur.*

16 *Facultas alienandi bona maioratus, ita conceditur, vt illorum pretium subrogetur in alijs bonis ejusdem valoris.*

Ibid. Causa ad concedendam præd. facultatem, quæ sit?

17 *Res empta ex pecunia inducta ex re maioratus, efficitur ipsius maioratus cum omnibus suis qualitatibus.*

Ibid. Oppidum emptum ex pecunia bonorum coronæ, eorum naturam sortietur, & eodem jure censebitur.

Ibid.

Ibid. Clausula illa (sem perjuizo da nossa Coroa) *quomodo intelligatur?*

18 *Si aliqua solemnitas in lite commissa fuerit, suppleri potest à Senatu, vbi ponuntur exempla.*

Ibid. Senatus Palatij dispensat super Ordinatione

19 *Ius nihil aliud est quam naturalis ratio, & dictamen rationis in bonum commune.*

20 *Senatus Palatij non potest remittere pœnam delinquenti, applicandam parti læsæ.*

Ibid. Ius partis læsæ Princeps non ita facilè remittere potest.

Ibid Commutatio pœnæ, seu exilij remissio sine partis venia quando fiet.

Ibid. Exulatus ad locum incertum idest, para fora de villa, & termo, *non tenetur certitudinem ostendere adimpleti exilij.*

21 *Princeps an possit facere gratiam de homicidio deliberato.*

22 *Prorex propriam regiæ majestatis personam repræsentat, & ejus vicarius, & locum tenens dicitur.*

Ibid. Vnius regimen reipublicæ salutarius, & est imitatrix naturæ.

23 *Prorex curare debet de quietudine populi.*

24 *Prorex recusari potest, & ejus consilium collaterale.*

25 *Proregis banna, & pragmaticæ expirant finito ejus officio.*

26 *Prorex se intromitit super subductione puellarum insignium.*

27 *Diuites compelli possunt admutuandas pecunias ad defensionem portuum.*

28 *Prorex curare debet ne alter alteri injuriam inferat.*

29 *Prorex quando multitudo deliquit, quid facere debeat?*

Ibid. Prorex potest cogere magnates, ad compromitendum, quando ex eorum controuersia scandalum publicum possit oriri.

Ibid. Prorex potest mandare quem capi, antequam de crimine constet.

30 *Prorex potest dispensare vt officialis alium suo loco substituat, ejus tamen periculo.*

31 *Prorex nobilem incarcerari jubet, quando contrahit omnium cum indigna.*

32 *Prorex facilem se præbere debet in audiendis clamoribus viduarum.*

33 *Prorex curare debet, vt non sit partialitas in regno.*

34 *Prorex à carcere solui jussit thesaurarium, qui jussu Senatorum erat incarceratus propter eorum stipendia non soluta, & qui erat præfectus in Senatu extra vrbem ire jussus fuit.*

35 *Prorex prouocantes de duelo incarcerari jussit.*

Ibid. Duela sunt prohibita omni jure.

36 *Si duo contendant de possessione alicujus loci, & ortim est, vt veniant ad arma, & rixam, potest Iudex præcipere vtrique eorum sub pæna, ne vadant ad illum locum.*

Ibid. Quando est inimicitia inter aliquos, potest Iudex providere futuris, scandalis.

37 *Litteræ Regis, quomodo in consilio recitari debeant?*

Ibid. Prorex mulierem inhonestè viuentem in aliam Prouinciam transferi jussit, sine vllo processu judiciali.

Ibid. Mulieres inhonestæ expelli possunt a vicina, & commitatu.

Ibid. Famulus Inquisitoris, qui homicidium commiserat à Palatio inquisitionis, ad quod confugerat extrahi jussus fuit carceri sæculari detruderetur.

38 *Senatores non possunt recedere ab Ordinatione, aliàs remanent suspecti, & eorum sententiæ sunt nullæ.*

39 *Senator non potest interpretari Ord. recedens à proprietate verborum stylus non præualet contra legem, nisi fuerit approbatus.*

40 *Iudices Coronæ,* & da fazenda *olim com-*

commites rerum priuatarum, & sacri patrimonij, præfecti ærario citebantur.

41 *Domini terrarum, qui jura regalia, vel jurisdictionem habent sine titulo, an præscriptione immemoriali se tueri possint?*

Ibid. *Quæ publica inpræscriptibilia sunt tempore immemoriali non acquiruntur.*

42 *Regalia jura, quæ Principi reseruantur insignum dignitatis, & prærogatiua præscribi posse tenent plures.*

Ibid. *Præd. bona reseruata non includũtur in generali Principis concessione, possunt tamen concedi, & sunt in comertio, vt præscribantur.*

43 *Omnia, quæ non sunt de prohibitis, possunt tempore immemoriali præscribi.*

Ibid. *Præscriptio immemorialis habet vim priuilegij.*

Ibid. *Sublata præscriptione per verba generalia non tollitur immemorialis.*

Ibid. *Intellectus ad libr. 2. tit. 45. §. 10. cum seqq.*

44 *Iurisdictio, merum, & mixtum Imperium præscribi potest.*

45 *Quæ deferuntur per præscriptionem dicuntur deferri per legem, à qua præscriptio suam vim habet.*

46 *Ordinat. lib. 2. titul. 45. § 10. loquitur in ijs, quæ habent donationes, per quas donarius conuincitur de mala fide.*

Ibid. *Vbi possessor non potest conuinci de mala fide, præscriptio immemorialis est admittenda.*

Ibid. *Cautela est, vt possessor non ostendat titulum donationis, sed alleget priuilegium præscriptum per tempus immemoriale.*

Ibid. *Tempus immemoriale inducet perfecti tituli allegati probatione, etiam si titulus non ostendatur.*

47 *In omni casu, vbi præscriptio est prohibita, non est alleganda præscriptio, nec in tempore faciendum est fundamentum.*

Ibid. *Vbi lex non admittit præscriptionẽ, nihilominus possessor defendi potest allegando priuilegium.*

48 *Lex prohibens præscriptionem immemorialem est exorbitans, & ideo strictè intelligenda est.*

Ibid. *Priuilegium præsumptum ex tempore, multum differt à præscriptione.*

49 *Lex tollens præscriptionem non excludit tituli allegationem.*

50 *Ordinat. libr. 2. titul. 13. declaratur.*

Ibid. *Verbum. (Impetrar) cum effectu intelligi debet, ante expeditionem gratia informis est.*

Ibid. *Ante expeditionem supplicationis possessio beneficij capi non potest.*

Ibid. *Ignorantia probabilis excusat à pæna.*

51 *Qui impetrauit beneficium viuentis, si adeptus sit possessionem pacificam, an tuendus sit in tali possessione?*

52 *Ordinatio. libr. 2. titul 13. limitatur.*

53 *Regi conuenit populum sibi subjectum defendere, & oppressos injustè à violentia liberare.*

54 *Donatarius Regis, an possideat illud quod acreuerat?*

55 *Donationes factæ Duci de Lerma reuocatæ fuerunt.*

56 *Rex potest remouere officia de ijs, quibus ea concesserat.*

57 *Officia non debent dari extraneis, sed filijs officialium.*

58 *In officio duobus donato quis præferatur?*

59 *Bona quibus Rex suum statum conseruat, an præscribi possint legitimi temporis spatio.*

Ibid. *Prædicta bona possunt ex justa causa à Rege donari, & ad alios transferri.*

Ibid. *Alienatio bonorum coronæ prohibita est Regi.*

60 *Cap. Intellecto de jure jurando declaratur.*

61 *Bo-*

61 *Bona fisci præscribi possunt, & jura, quæ dicunt talia bona non posse præscribi, intelliguntur tempore ordinario longi temporis.*

62 *Largissimi temporis præscriptio non excluditur.*

63 *Velleanum non competit mulieri in conductione vectigalis publici conducti à marito.*

Ibid. Si vxor reclamauerit expresse quãdo maritus recipit redditus regales non tenebitur pro sua dimidietate

Ibid. Iure communi competit mulieri velleanum pro debitis publicis.

64 *Annata est dimidia pars anni valoris fructuum officij, dicitur annata, quia per annum ex emolumento officij percipitur.*

65 *Annata ad similitudinem vicesimæ, quæ olim solebat ex hæreditatis possessione solui.*

66 *Annata solui debet ex quacumque prouisione gratiosa, quæ expeditur in Senatu Palatij nomine regio, vbi ponuntur exempla.*

67 *Pro Annata exigenda actio non transit aduersus successorem.*

68 *Annata non debetur de officio donato ab alijs dominis terrarum*

Ibid. Casus in quibus Annata non debetur.

Ibid. Annatam non soluit, qui eam semel soluit.

69 *De pensionibus, alijsque bonis Ecclesiasticis, Annata non soluitur.*

Ibid. Prouisus in Comenda soluit annatam pensionis, quam compensat cum fructibus per eum pensionario solvendis.

70 *Differtur solutio Annatæ vbicumque probatur esse aliquem alium in officio intrusum, vel esse impedimenta posita in Chancellaria.*

71 *Annata non soluitur pro officio promisso per Aluarà de lembrança.*

72 *Annata non debetur ex officio, qoud vni adjudicatur in judicio familiæ erciscundæ.*

Ibid. Annata non debetur ex officio dato in dotem.

73 *Annata non soluitur ex beneficijs Ecclesiasticis, quæ Rex vt patronus concedit.*

74 *Comenda, quæ vacat bis in vno anno, nisi semel annata debetur.*

75 *Officialis, qui fuit priuatus officio, si restitutus sit, non soluet annatam ex restitutione, & quomodo hoc intelligatur?*

76 *Princeps si adhibita causæ cognitione aliquem restituat, tamquam non culpabilem, iterum annata non erit solvenda.*

Ibid. Restituto non reintegratur tempus, quo fuit suspensus.

77 *Si in officio alicui concesso pro tribus annis prorogatio fiat, ratione prorogationis solui debet.*

Ibid. Captiuus à Turcis reuersus, nec filius aduocati annatam debent.

78 *Privilegia fisci non extenduntur vltra ea, quæ sunt à jure expressa.*

Ibid. Fiscus cẽsetur jure priuato prætérquam in casibus, in quibus specialiter inuenitur priuilegiatus.

Ibid. Auctores, qui priuilegia fisci varijs in locis dispersa in vnum congesserunt, referuntur.

79 *Intellectus, l. non puto, ff. de jure fisci.*

Ibid. Qui contra juris regul. contra fiscum in dubio judicat tenebitur ex quasi delicto.

80 *Iudex fisci cognoscit inter priuatos ex causa, quæ à fisco pendeat.*

Ibid. Emptor rei fiscalis potest debitores suos, & possessores conuenire coram judice fisci, pro vt ipse fiscus poterat.

Ibid. Fidejussor, qui soluit pro reo potest eundem Reum conuenire coram eodem judice pro sui indemnitate.

81 *Cessionarius fisci assequitur jura fisci circa potioritatem in meritis causæ respectu priuilegij fisci.*

 Ibid.

Ibid. Fiscus pro suo interesse causam trahit ad suum judicem, & non trahit debitorem sui debitoris.

Ibid. Fiscus succedens in jus priuati non tenetur stare instantiæ captæ à suo antecessore.

Ibid. Præuentio jurisdictionis non præjudicat fisci successori.

Ibid. Promotor fisci, si succumbat, non soluit litis expensas.

82 *Emphiteusis an veniat in confiscatione bonorum.*

Ibid. Omnia quæ possunt transire ad extraneos hæredes veniunt in confiscatione.

Ibid. Emphyteusis pro filijs, & descendentibus non venit in confiscatione, & delictum possessoris non præjudicat filijs.

Ibid. Ordin. lib. 5. tit. 1. §. 1. Intelligitur.

83 *Vidua non potest declinare forum hospitalis Regis, etiam in causa cæpta inter partes in judicio ordinario.*

Ibid. Domus misericordiæ hæres actoris declinauit ad suum judicem.

84 *Iudex dicitur priuativus, qui est datus rebus, & non personis*

Ibid. In dubio jurisdictio intelligitur concessa priuatiuè.

Ibid. Priuilegium causæ præfertur priuilegio personæ.

85. *Domus misericordiæ, & hospitalis Regÿ procedit executiuè contra suos debitores, sicut pro debito Regali.*

86. *Prouissor capellarum compellit executores testamentorum.*

87. *Legata pia alimentorum intra annũ peti possunt.*

Ibid. Pia causa per impedimenta non retardatur,

Ibid. Obseruatio voluntatum defuntorũ pertinet ad publicam vtilitatem.

88 *Si testator mandat bona distribui in virgines maritandas, illa non possunt erogari in virgines ingredientes monasterium.*

89 *Si relictum sit certæ personæ vt matrimonium ineat, & illa ingrediatur monasterium, relictum debetur.*

90 *Si testator relinquat filiæ si nupserit mille, & si monasterium ingrediatur cẽtum, an illa mille etiam debeantur?*

91 *An executor possit inter se distribuere bona, quæ testator jussit distribui inter pauperes?*

Ibid. Elæmosina primò debet dari ijs, qui sunt de sanguine.

Ibid. Si testator dicat, vt distribuatur, non potest totum vni dari.

Ibid. Quando stari debeat libro testamentarÿ, vel defuncti.

Ibid. Creditor potest á legatarijs auocare, quod eis fuerit solutum, & si non habuerint vnde soluant, nec dederint fidejussores, testamentarium vel ejus hæres tenebitur.

92 *Actio contra testamentarium transit contra ejus hæredes.*

Ibid. Si aliquis testamẽtarius nominetur sub nomine dignitatis, ejus successor in dignitate tenebitur.

93 *Promotor residuorum non potest condemnari in expensis: imo ei soluuntur expensæ, quanuis sit victus, si non detegatur dolus, vel calumnia ex parte promotoris.*

94 *Quando sunt duo denuntiatores, quis præferatur?*

95 *Cappellania in persona Ecclesiastica ex bonis profanis immobilibus, fisco applicata fuit.*

Ibid. Et illa cujus redditus, qui ad rem sacram destinati erant, erogauerat possessor in proprios vsus.

96 *Consanguineus vocatus ad Cappellaniam, quomodo suam consanguinitatem probare debeat?*

Ibid. Transitus de vna linea in aliam, quando fiat?

97 *Prædia, quæ relinquuntur in Cappellaniã dari solent in emphyteusim licitãti in maiori pretio.*

Ibid. Descendens vltimi possessoris, qui fecit melioramenta in re emphyteutica, præ-

præfertur alijs, si offerat pretium ab alio oblatum.

Ibid. *Qui fecit melioramenta offerens justum pretium, præfertur licet alius plus licitetur.*

Ibid. *Res non potest dari in emphyteusim personis prohibitis.*

98 *Prouisor de illis bonis quæ sunt deputata ad redemptionem captiuorum cognoscit.*

99 *Iurisdictio priuatiuè concessa non potest ex consensu partium prorogari in alio, quanuis partes renunciauerint prædicto foro.*

100 *Iudex Indiæ non potest citare extra territorium.*

101 *Iudex Indiæ cognoscit de crimine cõmisso in mari.*

Ibid. *Magister nauis debet delinquentem in navi capere, & aprehensum tradere Iudici idest scilicet delinquens si sit clericus, remittetur ad suum judicem.*

Ibid *Punitio delicti commissi in mari fieri potest per judicem illius territorij, cui illud mare adjacet.*

Ibid. *Delinquens in mari puniri debet à judice illius loci, vbi nauis deponit onus, quanvis delictum non sit commisum in suo territorio, nec qui commisit subditus sit tali judici ratione domicilij, vel originis.*

102 *Iudex Indiæ cognoscit de furtis commissis in domo Indica, & das encomendas.*

103 *Vectura non debetur pro illis mancipijs, quæ decesserint, antequam ad portum sint deportata, nec pro infantibus, qui in navi nati sunt.*

104 *Littera cambij, ex india præsentari possunt coram quolibet judice.*

105. *Damnum datum in mercibus culpa natarum peti potest à domino mercium.*

106 *Clerici super jure, aut vectigali solvendo conueniri possunt coram judice seculari.*

107 *Causæ Angelorum præferuntur viduis, & militibus de S. Diego.*

108 *Secundum quantitatem, quam quis habet in navi, tenetur contribuere ijs, quarum res fuerunt jactatæ in mari causa nauis leuandæ.*

Ibid. *Si ob metum tempestatis arbor, seu Anthena scindatur aut velum projiciatur, ab omnibus contribui debet, secus si casu fortuito.*

Ibid. *Nauis si vi ventorum, aut tempestatis impulsu, seu saxorum obuia frangatur, nauigantes non tenentur.*

109 *Si aliquis ex ijs mercibus quas amiserat propter jacturã, postea recuperauerit, tenetur alijs pro rata restituere, quod ex contributione suscepit.*

110 *Quæ leuandæ nauis causa, vt facile transitus per siccum, vel augustiam loci, vel portus, fieret, in schapham translata perierunt, etiam ab omnibus nauigantibus contribui debent.*

Ibid. *Si schapha, & nauis simul perierint, an ex mercibus, quæ recuperatæ fuerũt ex naui resartio damni fiat? dubium est.*

111 *Illud quod datur pyratis pro Redẽptione nauigij, & personarum compartiri debet inter omnes.*

112 *Si Magister nauis appullit ad portum vbi præses prouinciæ vult omnes merces habere pro commisso, & cujusdam tantum merces occultasset, an ille qui merces perdidit petat damnum ab omnibus sibi resarciri*

113 *Omne illud quod ex pugna cum pyratis perdidit Magister navis, veluti fracturum arboris, vel claui, aut pretium* da poluora que gastou, *an resarciri debeat?*

114 *Capitaneus qui succendit nauim propter inimicos non tenetur.*

115 *Merces si deperditæ fuerint propter insipientiam gubernatoris non fit contributio.*

Ibid. *Casus in quibus Magister nauis tenetur de damno, & naufragio.*

116 *Iudex de contrauando de quibus cognos-*

gnoscat, & grauamen, vel appellatio ad quem vadat?

117. *Præses prouinciæ, si neglexerit instaurare ruinas ciuitatis tenetur ad instar tutoris, si ex reparatione maior esset vtilitas, quam expensa.*

Ibid. *Negligẽtia non nocet, vbi diligentia non sufficeret.*

Ibid. *Reparatio arcium, & Castelorum pertinet ad Dominos proprios, & aos Alcaides.*

118 *Præses Prouinciæ procedit aduersus receptatores malefactorum.*

Ibid. *Vxor, quæ receptat maritum malefactorem, excusatur.*

Ibid. *Probabilis ignorantia, quod receptus sit delinquens excusat à pœna receptationis.*

Ibid. *Ignorantia in dubio præsumitur.*

119 *Præses prouinciæ non potest emere, nec fabricare nauem, vbi jurisdictionem habet.*

Ibid. *Ord. lib. 4. tit. 15. multis modis limitatur remissiuè.*

120 *Præses etiam à volentibus suis prouincialibus, non potest aliquid recipere vltra sibi debitum.*

121 *Ecclesia tenetur contribuere ad reparationem operum publicorum, scilicet itinerum, viarum, pontium & fontium, & murorum.*

Ibid. *Clerici si noluerint contribuere ad munera publica, compulsio fiet per judicem Ecclesiasticum.*

122 *Domini terrarum non habent facultatem imponendi tributa, nisi eis à rege fuerint specialiter donata, & cum causa.*

123 *Præses si reperiat culpa decurionum redditus patrimonij diminui, procedit contra illos.*

Ibid. *Decuriones habentur loco tutoris, & ciuitas instar minoris habetur.*

Ibid. *Administrator cogitur resarcire de suo, si res publica patiatur aliquod damnum propter sui negligentiam.*

124 *Præses quando poterit advocare causas coram judicibus ordinarijs agitatas.*

125 *Præses prouinciæ non potest inquirere de officialibus Prælatorum, nec de causis,* que pertencem à fazenda, *nec* dos Mamposteiros dos captivos, *potest tamen inquirere contra exportãtes res vetitas extra Regnum, quãuis sint personæ Ecclesiasticæ.*

126 *Iudices civitatis à Camera creati quam praxim servent in suo juditio.*

Ibid. *Iurisdictio Iudicis dati ad vniuersitatem causarum, etiam inter certas personas, de cõsensu partium prorogari potest.*

127 *Iurisdictio judicis orphanorum quãdo sit prorogabilis, & alij judices etiam ex prorogatione partium non possunt cognoscere de causis orphanorum.*

128 *Quando judex non tenetur facere inuentarium de bonis orphanorum.*

Ibid. *Inuentarium non potest à testatore remitti in præjuditium creditorum, sed in præjudicium legatariorum sic.*

Ibid. *Testator potest remittere illa, quæ introducta sunt, vt ejus voluntas magis observetur.*

129 *Iudex debet facere inventarium de bonis Præsbyteri defuncti, à quo laicus est hæres institutus.*

Ibib. *Minor, qui inuentarium non fecit in tempore, potest restitui, & statim pendente causa restitutionis, non potest in illo fieri executio.*

130 *Tutor dandus est pupillo à Iudicibus, in quorum provincijs habet bona sita.*

Ibid. *Si pupillus vni tamen judici subditus sit, ei judex potest dare tutorem etiam ad bona, quæ in aliena Provincia posita sunt.*

131 *Quomodo judex debet dare decretum ad alienanda bona pupilli?*

132 *Quando dicatur seruitus, vel pactum personale, quod non ligat particularem successorem.*

Ibid. *Licet verba sonent in factum, tamen si in eis adsit causa perpetua, censetur*

tur realis seruitus constituta.

Ibid. Concessio cædendi lapides, & extrahendi ex fundo, non transit ad hæredes, quia videtur electa industria personæ.

133 Gradar a janella, que cae sobre telhado alheo, *quando reus compellatur?*

134 *Quando timetur damnum inferri ædibus vicini, ex ruina alicujus domus, tenetur dare cautionem.*

Ibid. Ædificia non debent destrui

135 *Qui habet domum propè monasterium, non potest altius tollere, vt noceat monasterio, nec quando ad æmulationem vicini ædificare velit.*

136 *Quando constat de injustitia, & malitia nunciantis, opus nouum judex non debet pati, vt opus demoliatur.*

137 *Pro seruitutibus rusticis, non competit nuntiatio noui operis.*

Ibid Clausula illa in Ordinatione. Não seja mais ouuido, *quomodo intelligatur?*

138 *Quomodo impediri potest operis nuntiatio?*

139 *Prospectus ad mare impediri non potest.*

140 *Natus in alio Regno extero, à patre, vel auo originario hujus Regni, est naturalis.*

Ibid. Clausula illa quo ad durauerit minor ætas quomodo intelligatur?

141 *Iudex facilem se præbere debet.*

Ibid. Iudex debet esse veridicus, & honestus, vbi hujus rei exempla referuntur.

142 *Iudex non debet discedere à lege, saluis verbis, & licet Lex dura sit, seruãda est, in dubio præsumitur dictum, quod scriptum.*

Ibid. Si mens legis est aperta, verba ommitti possunt, & mens sequenda est.

Ibid. Interpretatio fieri debet in meliorem partem.

143 *Iudex vltra petita potest deducere, & condemnare in ijs quæ tacite, & virtualiter insunt.*

Ibid. Sententia lata super eo, de quo lis non est contestata, est nulla.

144 *Iudex quando potest judicare in causa sua?*

145 *Iudex debet Iudicare secũdũ probata*

146 *Pacta, & conuentiones in actis processus scripta sine licentia judicis non valent.*

Ibid. Confessio absque mandato judicis facta coram scriba, nõ nocet confitenti.

Ibid Confessio partis ad interrogatoria, quæ mandato judicis facta fuerit, debet esse subscripta à parte.

147 *Scriba, si omiserit aliquam solemnitatem, cujus defectus parti præjudicet, potest pars agere ad interesse.*

Ibid. Iudex Cancellariæ potest auocare acta in alio judicio super culpas scribæ agitata, vt cognoscat in prima instãtia.

148 *Actus judiciarius eo ipso quod est factus censetur communis.*

Ibid. Scriba, qui judice mãdante non vult acta edere præsumitur in dolo.

149 *Scriba si dicat perdidisse processum, debet probare casum fortuitum absque sua culpa citata parte.*

Ibid. Si post reformatum processus acta prima reperiantur ex illis, & non de nouis causa judicanda est.

Ibid. Aliæ quæstiones de scriba.

150 *De quibus actis, & processibus distributio non fit.*

151 *Testis examinatus parte non citata nullum facit judicium etiam si procedatur manu regia.*

152 *Depositio testis extra capitula pro non dicta habetur.*

153 *Testis qui jurauit super mero articulo possessoris, non potest interrogari de proprietate, nisi testis tractet de declarando dictum suum.*

154 *Testis interrogari debet de officio, & conditione.*

155 *Testis non potest interrogari, nisi sit productus à parte.*

Ibid. Testis exterus debet interrogari per interpretem.

156 *Per exteriora deprehẽditur interitus*

CAP.

CAP. II. *De Iudicibus hujus Regni.*

PLures Judices à ciuitatis consistorio, & à Rege creatos esse constat, qui omnes jurisdictionem Regiam exercent, nam sunt judices quibusdam personis, vel rebus, aut causis distinati, de quibus suo loco dicam, & prius incipiam à Senatu Palatij tanquam ab omni juris capite, & fonte justitiæ, à quo omnes fere jurisdictiones, & omnia alia tribunalia deducuntur, & derivantur. Qui Regis consiliarij sunt, de quorum officio tradit eleganter Dominus Archiepiscopus super Decreto. decisi. 37. cap. 13. num. 3.

§. 1. *De Senatu Palatij, & de quibus cognoscat nomine Regio.*

1 IN primis cum ad Regem solum pertineat, & ad ejus Consilium legitimare. Quia est supremæ superioritatis Regalis secundum Cabed. 2. part. decis. 67. In Senatu Palatij expediuntur carthæ, & provisiones legitimationis, ad quod tamen filij legitimi, & naturales citari debent, vel saltem requiritur, quod Principi de eis mentio fiat. Nam filius legitimatus per Principis rescriptum non succedit patri nobili cum legitimis, & naturalibus, nec pater potest ei relinquere vltra
2 tertium bonorum. Sed si pater faciat in vita legitimare filium, non est necessaria citatio agnatorum, ad quos bona post mortem patris abintestato erant perventura, quæ opinio probatur, *in l. cum adoptio ff. de adopti.* nam sicut pater poterat agnatis præjudicat, extraneum instituendo, ita potest eisdem præjudicare filium legitimando, Phæbus decis. 97. numer. 10.
3 tom. 1. Limita vt præd. conclusio procedat in ijs bonis, de quibus Pater poterat liberè disponere, nam si bona erant restitutioni subjecta, non valebit legitimatio in præjudicium substituti, *Castillo. libr.* 5. *controversiarum cap.* 106. *num* 4. 13. & 40. *Garcia de nobilit. gloss.* 21. *num.* 24. *n.* 33. & 34. *Gutier. de matrim cap.* 84. *num.* 26. & 28. Nisi substitutus fuerit ad hoc citatus, & ex magna causa fiat à Principe, vt tenet Paul in §. & quid si tantum num. 16. & est opinio communis, *secundum Dec. cons.* 85. *Ias. in l.* 2. *num.* 204. *C. de jure emphyteut. Molinam allegantem plures lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10 *de primogen.* Nec 4
enim creditur Principem legitimationem concessisse in præjudicium substituti, nisi ipso substituto citato; *arg. cap. quantis de rescript. in* 6. *c. super eo de officio delegat. l. nam ita diuus ff. de adopt* vnde hæc sententia verissima est, licet ex multis eam conetur improbare Sarmiento *selectarum cap.* 28 *num.* 3. Quod si pater in tes- 5
tamento disponat filium effici legitimum, poterit filius post patris mortem impetrare à Senatu Palatij legitimationem, etiam non citatis agnatis, ad quos Patris bona erant perventura, vt probatur *in authentica Item sine C. de natural. lib. l.* 6. *tit.* 15. *part.* 4 *tradit elegantes Bald. in l. rescripta C. de precibus imp. offerend. nu.* 10. vbi inquit hoc procedere etiam post agnitam ab agnatis hæreditatem, & possessionem aprehensam. Et idem erit si pater dixerit instituere filium, cum capere poterit, vel cum legitimabitur, ex *Bald. cons.* 146. *lib.* 1. *Iass. in d.* §. *& quid sit tantum num.* 134. Cæterum si pater in testamento nihil disposuerit, & filius post mortem patris petierit à Principe legitimationem, debent citari agnati, ad quos bona Patris erant ab intestato peruentura, *Iass. vbi supra num.* 139. Quæ legitimatio ita à Senatu concessa retrotrahitur in ijs, quæ respiciũt favorẽ ipsius legitimati, & in nullius tendunt præjudiciũ. In præjudicium vero tertij non retrotrahitur, *l. vlt. C. de natat. restit.* exemplificat *Bart. in l* 2. *n.* 10. *ff. de vulgar. authentic. quibus modis naturales efficiant legit.* §. *liceat igitur collat.* 6. *& in authent. quibus modis naturales efficiantur sui,* §. *illud. collat.* 7. *l.* 2. *tit.* 6
15.

6 15. *part*. 4. Ex quo sequitur quod filius legitimatus non præfertur in primogenio, seu maioratu filio legitimo, & naturali post ipsum nato, sed nato ante ipsius legitimationem, *vt per Couar. 2. part. de sponsal cap.* 8. *num.* 28. §. 2. *Gomes in l.* 40. *Tauri num.* 65. *Ord. lib.* 2. *titul.* 35. §. 12. Quibus adde quod legitimatus, per rescriptum Principis non admittitur ad primogenium, vti ex multis resoluit *Molina lib* 3. *de primog. cap.* 3. *Castillo controuersarum lib.* 5. *cap.* 82. *num.* 47. *vel ex num.* 44. Præsidet in hoc consilio Dominus Martinus Mascarenhas Comes Sanctæ Crucis vir omni virtutum genere ornatissimus, de cujus laudibus si aliqua vellem dicere, justo volumine opus esse.

De mutanda voluntate defunctorum.

7 ITem Senatus Maximus examinat causas, quæ legitimæ sint, admutandam voluntatem testatoris, nam sine causa publica, vel legitima eam principi mutare non licet, vti notatur *inclement. quia contigit. de religios. dom. vbi Cardin. & dec. capellæ Tholosam quæst.* 26 *Felin. in cap. cum accessissent. num.* 17. & 19. *de constit. notāt etiam DD. in l. legatum, ff. de vsuf. leg. l. legatum, ff. de administr. rerum ad ciuit. pertin.* de quo facit longissimum tractatum Moneta de mutatione voluntatum defunctorum, cujus dicta ego hic non ascribam, sed ea duntaxat, quæ spectant ad praxim hujus regni ab eo prætermissa. *Igitur cum causa publica*, & legitima potest Princeps, & solet tollere, & mutare leges, & conditiones, quas institutores primogeniorum donationibus aut contractibus de suis proprijs patrimonijs, filijs, & descendentibus inserunt, quando scilicet adest causa vtilis reipublicæ, vt tradunt *Couar. lib.* 3. *cap.* 6. *Pinel in* 6. *par. rubricæ cap.* 2. *nu.* 18. & 19. *de rescindend.*

8 Nam quando voluntas defuncti eo modo, quo præscriptus est à testatore, locum habere nequit, in alium modum similem commutari potest, *vt l. legatum ff. de vsufruct. legat. vbi Barb. num.* 3 & 4. ponit exemplum in legato ad construendum monasterium, quod tamen construi non licuit, tunc debet converti in alium vsum pium, optime *Martin. Carrilho, in explicatione Bullæ defunct.* 2. *part. cap.* 14 *nu-* 9
mer. 32. Nam & Princeps concedit facultatem ad permutanda bona maioratus, capellæ, & hospitalis, cum alijs bonis vt habetur in regimin. Senatorum auliorum § 39 *tradit Cabedus*, 1. *part. decis.* 176. *num* 1. & sic regia facultate interueniente ex Senatus consulto possunt prædicti Domini substitutiones, & vocationes irritare, & ordinem successionis alterare ex causa legitima, *sentit Molina, lib.* 1. *de primogen. cap.* 8. *num.* 31. *Menchac. de success. creat. lib.* 1. §. 1. *num.* 29. *Burgos de Paz in proœmio. leg. Taur. num.* 327. *cum sequentib. & idem Menchac. lib.* 1. *illustrium cap.* 12. *Febus, qui alios refert. decis.* 10
47. *num* 31. *part.* Et sic fæmina, quæ aliàs à maioratus successione fuerat exclusa ex causa publica, ac legitima, habilis reddi potest, vt notavit, *Dec. cons.* 468. *num.* 27. & 498. *num.* 18. *refert. Molin. vbi sup. vers. ex quibus consequitur.* Cæterum prædictæ causæ probari debent in Senatu, alàs à Principe in successorum præjudicium disponente illa non præsumitur, vti in proposito referendo complures tenet *idem Molina, vbi supra num.* 32. & citandi sunt substituti, *vt dixit Bar. in l. Nam ita diuus, ff. de adopt.* igitur Princeps secularis potest facere hanc mutationem vltimarum voluntatum vt in præd DD. & *tradit Moneta de commutat. vltim. volun. cap.* 5. *cum sequentib.* sicut etiam Princeps Ecclesiasticus, vt per *Barbos. de officio, & potestate ep. allegat.* 33.

Ex quibus causis hæc mutatio fiat?

CAusæ autem legitimæ, ex quibus transmutatio fiat, deduci possunt ex sequentibus. Primo, si ex illa transmuta- 11

mutatione nihil nonum inducatur, sed solum tacita antiqui maioratus dispositio expresse declaretur, veluti si in maioratu fœmina propter Masculos excludatur, declaretur, quod Masculis difficientibus fœmina admittenda sit, vel quod aliud simile disponatur, ex quo sequentibus successoribus præjudicium aliquod non fiat, quod dixit *Bald. consilio* 215. *libr.* 2. *sequitur Peralta in lege* 3. § *qui fideicommissum, num.* 55. *de legatis tertio.*

12 Secundò quando maioratus successio in vltimum de familia devenit, nec alius ex ea superest, qui possit ejus successionem prætendere, tunc enim cum ea bona apud vltimum de familia libera remaneant, *ex l qui solidum*, § *prædium*, *ff. de legatis* 2. Nihil mirum si possit antiquo maioratui novas conditiones, ac vocationes apponere, *vt tenuit Peralta vbi supra, quod verum existimat. Molina in libr.* 1. *cap.* 8. *num.* 25. dummodo facultas regia interveniat.

13 Tertiò; quando omnes de familia novis conditionibus, ac vocationibus consensum præstiterunt, *l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiss.* Nam cum adsit facultas regia, vocationes, ac substitutiones mutari possunt, etiam in præjudicium successorem, qui non dum nati fuerunt. Quia juri succedendi in spe non dum quæsito, sed quærendo etiam sine causa Princeps præjudicare potest, vt colligitur *ex doctrina Bartoli sequuta ab scribentibus in lege Gallas* §. *ecquid si tantum. num.* 14. *ff. de liber. & posth.* & alios complures refert Molina, *vbi supra num.* 28. Nam absque facultate Regia illa mutatio per omnes de familia facta his qui nati non sunt, nec consenserunt, præjudicare non potuit, *secundum Fulgos. in d. l. quoties ab omnibus num.* 1. *Cornœus, & Iass. ibi num* 2. *Tiraquel. de retract. linag.* § 1. *glos.* 9 *nu.* 86. *vbi alios in id complures refert. alias causas refert Barb. vbi supra ex numer.* 7.

De facultate Regia ad alienandum.

14 SImiliter solet Senatus ex causa concedere facultatem ad alienanda aliqua bona maioratus citato sequenti successore, sed prius debet fieri supplicatio Regiæ Majestati, quæ ad Senatum remittitur. Quæ tamen facultas intelligitur. Non extantibus alijs bonis liberis, *vt in l. pater filium, in fin. ff. de legat.* 3. *Molina libr.* 4. *cap.* 7 *num.* 2. *Menoch de præsumpt. libr.* 1 *cap.* 189. *nu.* 8. *facit text. in authent. res quæ C. communia de legat. ibi, sed si liberis portio legitima non sufficit. vt ibid. consideravit Curt. Ianuor. num.* 15. *quasi velit. text. ibi* à contrario sensu, vt si portio legitima liberis sufficiat, non possit res, quæ subjacet restitutioni alienari, vel obligari. Et in præd. facultate solet 15 apponi clausula illa, vt si possessor non redemerit, redimat sequens successor, intelligitur enim clausula ista, vt si possessor non redemerit, vel relinquerit bona, ex quibus redimi possit, *argument. text. in l. decem, ff. de verb. obligat. ibi. à Mævio* non ante titium excussum non rectè petatur, *l. si ita stipulatus fuero te sisto*, §. *possum ff. eodem l. si quis stipulatus* 112. §. *fin. l. illa stipulatio*, 67. §. 1. *ff. eod. l. si quis ab alio*, § *fin. ff. de re jud.*

Item solet præd. facultas concedi, vt alia bona ejusdem valoris ex pretio, quod 16 ex illis redactum fuerit, in ipso maioratu subrogetur, quam tamen ita concedit Senatus, si id in evidentem maioratus vtilitatem convertatur, *argument. text. in l. ita constrante, ff. de jure dotium, ib si hoc mulieri vtile sit, tex in cap. in super*, §. *possessionis, de rebus Eccles. non alienand. vbi glos. & DD. glos. etiam in l. cum hi*, §. *eam transactionem, ff. de transaction. Anton. Gabriel. lib.* 3. *commun. titul. de rerum alienation. conclusion.* 1. *Molina libr.* 4 *cap.* 4. *vbi alias rationes adducit de primogenijs.* Erit autem justa causa ad concedendam præd. facultatem si dicas quod res

res maioratus sitæ sunt in loco longinquo à domicilio ipsius maioratus possessoris, *Gregor. in l.6. titul.11. part. 6. verb.* Que no la pudiesse vender, *colum. pen. tradit. Molina, vbi supra num.*19.

17 In qua quidem facultate specifice disponi solet vt pretium apud sequestrum deponatur, vt ex illo bona immobilia comparentur, atque in locum venditorum subrogentur, in quo notabis rem emptam ex pecunia inducta ex re maioratus, effici ipsius maioratus cum omnibus qualitatibus, quæ erant in ipso maioratu, *argument: text. in cap.* 1. *de Vassalo decrepitæ ætatis. Gregor. vbi supra Vers. aduerte etiam.* Vnde fit, vt si aliquis habuerit, bona Coronæ, & Rex ei concedat licentiam vendendi aliquod oppidum, vt aliud ex pretio ejusdem ematur, quod res sic empta sortietur naturam bonorum coronæ, & cencebitur eodem jure, quo bona alia, de quibus loquitur lex Mentalis, ita vt vltimo possessore absque filijs masculis moriente, bona nouiter acquisita ad regiam Coronam reuertantur, & res vendita apud emptorem libera remaneat, nisi in ipsa facultate dicatur (*sem prejuizo da nossa Coroa Real*) vt tenet *Molina vbi supra ex num.*40. *cum sequentibus.*

De dispensatione ordinationis.

18 DIxi in prima parte, quod occurrenti æquitate solet Senatus dispensare super ordinatione, veluti si pars intra decem dies non appellauit, vt admittatur ad appellandum, vel si aliqua solemnitas in lite ommissa fuerit, vel si non deposuit intra duos menses in Chancellaria, vel si revisionem non petijt intra tempus duorum mensium, vel ad probandum vltra summam Ord. per testes in forma juris communis, *secundum Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 7. *num.* 13. *&* 22. Quam Senatus concedit, vsque ad summam 200. millium numorum regalium, & in ampliori summa non nisi per Regem conceditur in Senatu Madrid in regimine, §. 76. & concessa hac licentia, potest pars altera per testes etiam probare contrarium, *Rip. in l. admonendi ff. de jur. jurand. Caid in l. si curatorem verb. vel aduersarij dolo nu.* 22. Et similiter solet dispẽsare super clausula depositaria, si adsit causa, nam tunc dictat æquitas dispensare super rigore legis, *argument. text. in l.* 1. *vltim. leges à* 3. *C. de ll. & ita accidit in edicto, quod metus causa, & in edicto de minoribus, & in l.* 1. *ff. de doli, exceptione*, in quibus casibus patet sub lege vniuersali eum casum comprehendi, quinimo erat consentaneum rationi, vt comprehenderetur, vt ita qui fidem dedit, eam adimpleret, *juxta regul. text. in l.* 1. *ff. de pactis*, & ideo tale jus generaliter non est iniquum, & per consequens quandiu superioris auctoritate non subducitur de lege vniuersali, rectè in ea comprehenditur, nec licet nobis recedere ab ea generalitate, *dicta l.* 1. *& dicta l. leges, & hoc ipsum docuit I.C. in l. prospexit, ff. qui, & à quibus.* Accedente tamen superioris auctoritate, qui rigorem juris emendet, possumus quidem dicere eam æquitatem esse scriptam, *vt in dictis juribus, & in l. Plantonius ff. acque hæred & in l.* 1. *ff. si quis testamento liber esse jussus sit.* Nam cum ipsum jus nihil aliud sit, 19
quam ipsa naturalis ratio, *l. jus pluribus, ff. de justitia, & jure, c. jus naturale, & erit autem lex.* 4. *distinct.* & ipsa lex sit dictamen rationis, *c. consuetudo vers. porro distinct.* 1. & ordinario rationis in bonum commune, *ex D. Thomæ* 2.2. *quæst* 90. *art* 4. dictat æquitas casum subduci de lege, *l.* 1. *& l. leges a* 3. *C. de legibus.*

De Venia delicti.

ADdo, quod quanvis Senatus remittat pænam fisco applicandam non tamen potest remittere pænam applicandam parti, secundum DD. quos refert, *glosator in Ordinat. libr.* 1. *tit.* 3. §. 9. *num.* 2. Vbi etiam asserit pænam capitis se vidisse remitti sine partium venia, sed

ad hoc debet dari magna causa, quia jus partis læsæ Princeps facile remittere non potest secundum *Cald. de emption. cap.* 26. *num.* 32. Nam ob delinquentis merita, & beneficia in rem public. collata pœnam vel minuere, vel omnino Senatus remittere potest, *ex l. non omnes §. vltim. ff. de re milit. ex quo decidit pulchrum casum Roma. singular.* 338. *Tullius in oratione.* Pro Flacco, refert plures, qui ob id ipsum fuerunt absoluti. Fit tamen commutatio pœnæ, seu remissio exillij sine partis venia si tertia, vel maior pars temporis transacta sit, vt tenet *Cabed.* 1. *part. decision.* 75. *numer. vltim.* & exulatus ad locum incertum, veluti (*fora da Villa & termo*) non tenetur Reus certitudinem ostendere adimpleti exilij transacto tempore, vt cum pluribus resolvit, *idem glosator, vbi supra* §. 12.

21 Cæterum an Princeps possit facere gratiam de homicidio deliberatè cōmisso, Joann. Baptista Plotus *in consilijs crimin. diuersorum cons.* 73. *numer.* 6. *cum sequentibus volun.* 2. latissime disputata materia partem amplectitur negativam, concluditquè indistinctè Principem, etiam superiorem non recognoscentem, minimè posse de homicidio de liberato gratiam facere, vt videre est ibi, *numer.* 65. *Vers. concludo ergo, quod Imperator, & declarat Farinacius, in praxi crimin.* 1. *part. quæstion.* 6. *numer.* 15. *cum sequentibus.*

De officio, & potestate Proregis, & quando ab ejus decretis supplicari liceat?

22 QUoniam superiùs diximus de Senatu Palatij, in quo plura expediuntur, quæ ei delegantur, & commissa sunt à Prorege, loco, & nomine regiæ majestatis, ideo de ejus officio nonnulla, quæ in praxi vtilia fuerint ascribam, solet autem Prorex esse persona eminentissima, quia propriam regiæ majestatis personam repræsentat, & ejus Vicarius, ac locum tenens dicitur. Nam Philippus primus Rex noster maximus, ac optimus promiserat sub juramento in commitijs de Thomar se facturum Proregem ex stirpe Regia, & eo deficiente electurum nobilissimam personam naturalem hujus Regni, & ita convenit, vt omnes magnates ei obdire non vereantur, ac recusent. Et quanvis aliquando fuerunt electi tres Gubernatores: experientia docuit vnius regimen salutarius esse Reipublic. *Vt per Barbos. in tractat. de regimin. ciuitat. numer.* 8. *tradiait. Celius Rhodiginus, lib. lectionum* 13. *cap.* 27. *Lucas de Pena. in l. vlt. C. de delatoribus lib.* 10. *Anton. Corsetus in tract. tit. de potest. & excellent. reg. in* 75. *quæstion.* Nam si sunt plures, & discordent, impeditur eorum actio per concursum, *l. consilio §. fin. ff. de curat. furtos. l. itinere. ff. de seruit. rusti. præd.* Unius autem regimen imitatur naturam, quæ ita alijs animalibus indixit, vt per vnum regerentur, *argument. text. in cap. in apibus* 7. *quæst.* 1. Proregis autem illud præcipuum jus est, vt rem publicam quietam, & pacificam esse studeat. 23

In primis cum Prorex subjectus sit legi, & imperio superioris, plenitudine suæ potestatis vti non debet, sed ordinaria, *Alex. cons.* 203. *ex num.* 4. *volum.* 6. *Tuscus litera P. concl.* 671. *num.* 1. *Ponte de officio & potestate Proregis num.* 1 *Cappi. Blanc. de baronibus pag.* 1. *n.* 24. *Surgen. de Neopol. illustribus lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 18. *Iubar. cons.* 1 *n.* 35. Et vbi legibus agi potest, conuenit imperij potestate non vti *Anton. Brancalassus in Medulla politica, lib.* 1. *de justitia, §.* 87. *num.* 5. Quoniam sæpius ex priuata injustitia publica producitur pernities, *Sauallos commun. quæst.* 906. *nu.* 391. *part.* 4. Nam quod est contra legem, id violentum dicitur, *Valenzuela cons.* 70. *nu.* 24. *Tiraq. de l. l. connub. glos.* 9. *in princip. lex enim* ob bonum commune dirigitur, *Borrelus, de Regis præstantia, cap.* 31. *n.* 34 *Ramirez de lege Regia, §.* 3. *n.* 16. Prorex neces-

necessaria leges Regni servare debet, *Mastrillo de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 37.* Nec à voto Regiorum Consiliorum recedere debet, maximè in materia justitiam concernente, *Mastrillo, vbi supra nu. 38.* Vnde non potuisse, proregem solum relaxare incarceratū sub fidejussoribus declarauit Senatus *teste Phœbo arest. 133. 2. part.* Nec item potest suspendere executionem, aliàs ab ejus decreto supplicatur *argum. Ord. lib. 1. fol. 284. §. 11.*

Item Prorex recusari potest, nam olim
24 Cardinalis Dom. Anrique, cum esset gubernator hujus Regni, & vice Rex recusatus fuit, prout accepi à viris probatissimis. Quod quidem mihi planum sit ex dictis à *Ramonio, consl. 3. ex num. 17.* vbi plures decisiones, & sententias ad id refert, & eo recusato totum ejus Gubernationis Consilium recusatum manebit, vt resolvit, *Iurba. decis. 27. Cabed. decis. 64. n. 3. lib. 1. Iacobatiue tractat. de Consilio, 5. quæst. 10. Idem Ramon. vbi supra n. 40.*

25 Item Bosia, & pragmaticæ proregis, nisi fuerint ex sententia Senatus Palatij promulgata, finito ejus officio expirabunt. *Castillo decis. 113. num. 7. Fab. otinelus, in l. imperium, ff. de jurisdict. omnium jud. Carauit. pag. 1. num. 9 ad Macedon. Mastrillo de Magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 44.*

26 Item Prorex pro pace tenenda aliquando se intromittit super subductione voluntatis puellarum insignium, & de timore conjunctorum Magistratuum, vt ex Ponte, & alijs, quos refert, *tradit Mastrillo de Magistratibus lib. 5. cap. 6. num. 120.* & facit quod tradit *Cancerius Variarum resolut. 2. part. cap. 7. num. 19.* Vbi tenet, quod agnati, vel tutores possunt impunè pupillam à matre vi auferre, si sentiant matrem velle eam cum indigno viro copulare. Quo casu Prorex se intromittit non per viam jurisdictionis, cum potius id de jure communi spectet ad Ecclesiam, vt infra dicam, sed vt dissentio evitetur, prout docet Mastrillo, vbi supra.

27 Item vbi necessitas instat ad defensionem portuum, compelli possunt d vites à prorege ex mandato principis ad mutuandas pecunias, *Bald. in l. 1. C. de oper. liber. loazes in cons. pro Marchione delos Veles fol. 171. vbi dicit,* quod hoc casu ciuis, qui mutuavit, poterit à Rege petere interesse pecuniæ mutuatæ Idē tenet Crotus *in l. Nemo potest, n. 3. ff. de l. 1. Iason. in l. si ex toto, n. 16. ff. l. 1. Castaldus de optimo imperator. quæst. 17. Mēchaca de succes. creat §. 6. n. 12. & l. 1. Illustriū, cap. 6. n. 7. & 8* Ita tamē vt postea Princeps idoneos redditus ex Regno habens, restituat cum suo interesse moderato integram pecuniam mutuatam, *tradit Bobadilha in politica lib. 5. c. 5. Molina de justitia, & jure tract. 2. dispu tat. 315. Berart. in speculo visitat. cap. 3. n. 108.* Sicut propter necessitatem publicam potest inducere tributum extraordinarium, quæ superindictio dicitur, ita vt regis judicio sit confirmata, *vt in l. 1. C. de superindicto libr. 10.* Nam quando vertitur publica necessitas, tenentur vassall. præstare regi charitatiuum subsidium *Gregor. in l. 8. verbo venga. titul. 1. part. 2.* & quo modo Prorex se habere debeat in exigendo donativo, quod vassali regi præstare tenentur, sunt enim donativa hæc loco servitij, *tradit Iubar decis. 118. numer. 3. & 6. Afflictis capit. 1. num. 2. titul. de pace juram. firm.*

Igitur Prorex, totis viribus curare de- 28
bet civitatem, & regnum in statu pacifico, & quieto manutenere, & ne alteri alter injuriam inferat juxta elegantia verba Vlpiani, *in l. 1 §. quies ff. de offic. præfect. vrb. concordat, text. in l. moris, ff. de pænis, & in l. fin. de interdict. & relegat.* Ibi, *potest præses quendam damnare, ne domo sua procedat,* & idem habetur, *in l. congruit. ff. de officio præsidis,* quibus juribus constat, quod vrbis præfecto, & præsidi mandatur, & imponitur quies, pax, & pacificus status reipublicæ, punitio, & extirpatio delinquentium, destinatio militum, vt sunt Capitanei atque Commissarij ad populi quietem con-

conseruandam, & tuendam, interdictio, patriæ, vrbis, seu Provintiæ ad tempus, vel in perpetuum, seu, vt à domo ne quis exeat secundum factorum contingentiam.

29 Item quando multitudo delinquit licet de rigore omnes puniri debeant, tamen, vt pax non turbetur, principales solum punire solet parcendo multitudini, *ad text. in c. fin. de transact.* Et potest cogere nobiles, & Magnates ad compromittendum, quando ex eorum controversia scandalum publicum possit oriri, decisio est notabilis *Bald. in casu fortiori, in l. æquissimum, ff. de vsufruct. & est glos. notab. in canone placuit* 90. *distint.* Item potest mandare quem capi, & incarcerari, antequam constet de crimine, ne aufugiat, quando adest justa, & legitima causa suspitionis, & vt in plurimum sufficit habere informationem ab extra, non in figura judicij, *Salicet, in l.* 1. *C. de custodia reorum late per Bellugam in rubric.* 38. *de præsidibus* §. *conqueruntur num.* 8.

30 Item Prorex potest dispensare, vt officialis, qualis est scriba actuarius, & alij similes, quando sunt impediti ex causa infirmitatis, vel senectutis possint alium substituere ad tempus, idoneum, & habilem, ejus tamen periculo, quod fundatur ex text. *in l.* 1. *C. de præposit. agentium in rebus libro.* 12. *Andreas Iserma, in* §. *firmiter numer.* 39. *de prohibit. fæud. alien. per Fædericum Capicius deciss.* 31. *num.* 3. Si autem fuerit officium concessum à Rege cum potestate nominandi post mortem, non poterit nominare fæminam, quia fæmina prohibita est ab omnibus officijs, *l. fæmina, ff. de reg. jur.*

31 Item, quando aliquis nobilis vulgo *fidalgo* matrimonium contrahat cum indigna, eum secundum qualitatem personæ incarcerari jubet, & quia pupillum nobilem fraudulenter non nulli fecerunt, vt matrimonium contraheret cum fæmina multum inferiori, eos, qui præ carceris timore aufugerant, propter contumatiam eorum bona sequestrari jussit, & alguazellum cum suis ministris ad domum illorum cum salario apponi jussit, sed illi ad Regiam magestatem clam se contulerunt, vbi provisionem consecuti fuere, vt omnia sibi restituerentur, hoc anno 1634.

Item facilem se præbere debet in audiendis clamoribus, præsertim viduarum, pupillorum, & exterorum, quæ sunt personæ à jure commendatissimæ vt *in l. vnica, C. quando imperator,* quibus auditis, eis benignè respondeat vt quotidie facit Rex noster Catholicus in Curia Madrid, & vt aliàs *fecit Imperator in l. precibus, C. de impub. & alijs subst. & in l. vt Responsum, C. de transact. & in in l.* 1. *in fin. cap. de precibus Imperat. offer.* in quibus omnibus ita mirabiliter se gessit D. Antonius de Atayde dum Regis Vicarius fuit in hoc Regno, vt nemo in ejus aditu facilior, in congressu nemo suauior, nemo denique ad benè de omnibus promerendum paratior, aut propentior vnquam fuerit. 32

Item debet curare vt non sit partialitas in Regno, veluti si plures sint vnius affectionis, vel si quis adhæreat vni affectioni propter propriam vtilitatem, vel vt alius opprimatur, istud est simpliciter illicitum, & si in hoc plures invicem conveniant, eos punire debet, quasi contrahentes societatem in pænam innocentium, *l. Senatus consulto, ff. ad l. jul. de vi publ. l.* 1. *ff. de concution.* 33

Item Prorex à carcere solvi jussit thesaurarium, qui ex mandato Senatorum aliquorum fuerat incarceratus propter eorum stipendia non soluta, & qui erat præfectus eorum vti catholici Regis mandatum contemnens extra vrbem ire missus fuit, consulto tamen prius principe, nam inscio non potest Prorex illustres personas condemnare, *argument. text. in l. si gravius, C. de dignit. libr.* 12. *Mastrillo de magistratibus lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 49. vbi ad id alios refert. Nec etiam suspendere ab officio aliquem officialem, seu magistratum, qui titulum à Rege 34

habeat

habeat, sine ejus expresso mandato, *ad text. in l. 2. C. de Officio præfecti prætorio August. & text. in l. 1. §. administrationem C. vt omnes judices tam civiles, quam criminal. Mastrillo vbi supra numer. 134.*

39 Item Prorex nobiles provocantem, & provocatum de duelo incarcerari jussit. Ista enim duella omni jure sunt prohibita sub gravissimis pœnis, *in Concil Trid. Sess. 25. c. 19. & l. 8 tit. 14. par. 3.* & est justa causa eos incarcerandi propter pericula evitanda, argum. eorum, quæ tradit. *Bar. in l. quod jussit. ff. de re jud. & ibi Alex. num. 3. & Iass. late nam. 25.*

36 Et si duo contendant de possessione alicujus loci, & est timor, vt veniant ad arma, & rixam, potest ille præcipere vtrique eorum sub pœna, ne vadant ad illum locũ, *Ioan. Andr. in addit. ad speculat. in tit. de pignoribus, §. sequitur vers. quid si timeo,* tenet, quod quando est inimicitia inter aliquos judex potest providere futuris scandalis præcipiendo sub certa pœna, neper certos fines incedant, *argument. text. in l. 1. § fin. ff. de officio præfecti vrb.* refert, & sequitur *Alex. in l. qui bona, §. si quis justo, ff. de damn. infect.* Nam officium Proregis est pro pace ciuium tenenda partes concordare, si sint discordes, vt dicit *Bar. in l. debet, ff. qui satisdar. cogant, & in l. obseruandum, ff. de judic.* Et potest cogere ad pacem, quando res publica inquietatur, & inimicitia illorum esset scandalosa in re pub. *l. si quis ingenuam, §. in ciuilibus, ff. de captiu. latè Auiles in c. prætorum cap. 2. num. 20.* cum sequentibus Et antiquitùs ad hoc Irenarcha deputabatur, *l. vnica, vbi glos. in rub. C. de irenarch. lib. 10.* & facit compellere partem ad cautionem præstandam de non offendendo, *Bar. in l. qui bona, §. si quis juxta, vbi Alex. ff. de damn. infect. Gerard. Mazolus cons. 122.* Qua ratione Monachos Diui Dominici, & Diui Augustini, qui erant discordes in electione sui Prouincialis per Episcopum Leryensem Prorex ad concordiam reducere curauit hoc anno 1634. In quibus quidem ille non processit per modum suæ jurisdictionis, quasi ad eum pertineat ea dubia decidere, sed quatenus tenetur ex ipsis diuinis Canonis, atque etiam ciuilibus legibus partes suas interponere, ne qua molestia, vis, aut perturbatio, rebus sacris, & diuinis officijs, alijsque rebus diuinum cultum concernentibus, & personis Ecclesiasticis inferatur, propter innatum illum ordinem, quem temporalis potestas ad spiritualia habere noscitur, *juxt. regul. text. in c. si in adjutorium, & in c. quoniam 10. distinct. text. optim. in extrauagant. vnam sanctam vers. oportet autem de maiorit. & obedient.*

Item quidam Prorex fecit, vt in suo tribunali collateralium litteræ à Rege nostro sibi missæ, reuerenter recitarentur birreto deposito, & capite inclinato, eas prius osculando, vt advertit *speculator in titul. de rescriptorum præsent. in princip. Auiles in c. Prætorum, in procemio, verb. Salud. numer. 3.* 37

Idemmet Prorex pro scandalo publico vitando, mulierem inhonestè viuentem in aliam Provinciam transferri jussit sine vllo processu judiciali, nam mulieres inhonestæ expelli possunt, ne habitent in commitatu, vel vicinia, *vt in l. non aliter, ff. de vsu, & habita,* & plura alia jura allegat *Lucas de Penna, in l. si qua, C. de spectacul. lib. 11.*

Item famulum cujusdam Inquisitoris, qui homicidium commiserat, ab inquisitionis Palatio ad quod confugerat, extrahi jussit, vt in carcere sæculari detruderetur.

§. 2. De Senatu supplicationis.

QVanvis Senatus iste sit súpremum Justitiæ Tribunal in hoc Regno, de quo fecit librum Doctor Joan. Martins de à Costa, ejus tamen Senatores non possunt recedere à legibus regijs, & statutis nostræ Ord. aliàs eo ipso remanent par- 38

 tibus

tibus suspecti, & eorum sententiæ nullæ redduntur, *Ord. lib.* 1. *titul.* 5. §. 4. *& l. non dubium C. de legib. Princ. Inst. de officio Iudic. Vallasc.* 1. *tom. consult.* 42. *in fin. Cald. de nominat. quæstio.* 8. *num.* 34. *Cabed.* 1. *part. Aresto.* 61.

39 Nec aliam interpretationem debet Senator dare ad Ord. quàm verborum proprietas patitur, *l. non à liter. ff. legat. tert. Ord. lib.* 1. *titul.* 5. §. 5. *vbi glosator. l.* 2. §. *nostram, C. de uet. jur. enucl.* Nisi super dubio intellectu illius, & illud dubium coram Rectore justitiæ fuerit decisum, & resolutum, *Vallasc. de partit. cap.* 10. *nu.* 11 *&* 13. *Cabed.* 1. *part. decis.* 212. *n.* 6. Nec Senator poterit dicere quia styllus sic se habet, quia ille non prævalet contra legem scriptam in contrarium, nisi sententia, aut Senatus consulto approbatus fuerit, & ita declaratum est generaliter per Senatus Consultum, *in lib.* 5. *Relationis fol.* 119. *& est text. in l.* 2. *C. quæst. longa consuetudo. Ord. lib.* 1. *tit.* 5. § 5. *Valasc. & Cabed. vbi supra.* Et ideo ante quàm possessionem Senator obtineat in domo suplicationis jurare tenetur de obseruandis legibus regijs, *Ordin. lib.* 1. *tit.* 5 § 3. Quod juramentum personaliter præstare debet, non per interpositam personam procuratoris, *argument. cap. licet ex quadam in verbo proprio extra de testibus*, & ante adeptam possessionem non gaudet priuilegijs Senatoriæ dignitati concessis, *Mastrillo, de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 108 Et antea debet in Senatu Palatij examinari de jure aperto, nisi fuerit inquisitor, vel deputatus in Tribunali Inquisitionis per quinquennium, ita ex consuetudine obtentum fuit à Doctore Francisco Roderico Valadares Canonico doctorali, & sunt alia plura exempla, quæ non refero, *in reliquis dicam lib.* 3. *cap.* 19. In hoc Senatu præsidet, qui Rector justitiæ dicitur excellentissimus Dominus D. Alphonsus Dalencastre, qui per vtilem sexum descendit á serenissimo Joanne 2. Rege Portugaliæ, vir quidem liberalium doctrinarum splendore non minus, quam talem Principem decet, institutus.

De Iudice Coronæ.

Dixi in hoc Senatu duos esse judices, qui promiscuè cognoscũt de negotijs patrimonij Regalis, & de ijs, quæ pertinent ad regiam Coronã, qui olim vocabantur comes rerum priuatarum, & comes sacri patrimonij, *vt in titul. C. de officio rerum*, priuatarum, & sacri patrimonij, qui de jure communi dicebantur præfecti ærario, l. Senatus consulto, ff. de jure fisci, de quo fit mentio in rubrica C. de quæstoribus lib. 12. 40

In primis cognoscit judex Coronæ de juribus regalibus, & de jurisdictione, quã Domini terrarum habent sine titulo, in quo quæstio vertitur: an illi præscriptione immemoriali se tueri possit? Pro parte negativa facit, quod publica sunt impræscriptibilia, *l. fin. ff. de vsu, & habit. l. viam publicam, ff. de via publ. l. præscriptio, ff. de oper. publ.* Impræscriptibilia autem, nec tempore immemoriali acquiruntur, *cap. cum ex officijs de præscriptio. vb. Abb. num.* 4. *cap. cum instantia* 17. *de censibus, & ibi. Abb.* 3. *notab. & est doctrina Bal. in l. omnes ad fin. de præscript.* 30. *annor.* Deinde quia vbi lex afficit rem constituendo illam esse impræscriptibilem, nec præscriptio immemorialis admittitur, quia esset manifesta repugnantia, quid esse impræscriptibile & tamen præscriptione quæri posse, quod asserit receptum *Bald. de præscript.* 5. *part.* 5. *princip. quæst.* 9. *ad fin. & in terminis nostræ Ord. tenet Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 8. *nu.* 22. *&* 36. *& cons.* 141. *num.* 10. In hoc Regno jura regalia, & jurisdictionem præscribi non posse, quia possessio prædictar. rerum damnata est, *per Ordin. lib.* 2. *titul.* 45. §. 10. *assentitur Cabed.* 2. *part. decis.* 9. *num.* 6. *& decis.* 41. *numer.* 8. *& decis.* 65. 41

Pro parte vero affirmativa, & sic quod rega- 42

regalia jura, quæ Principi reseruantur in signum dignitatis, & prærogatiuæ, ita vt absque speciali concessione inferioribus non competant, *de quib. in cap.* 1. *quæ sint regalia* præscribi posse per tempus immemoriale, tenuit *Bar. in l. si publicanus. §. in omnibus, ff. de publican. Aymon post alios de antiquit. temp.* 4. *part. cap. absolutis, à num.* 12. *Couarru. cap. possessor* 2. *part. §.* 2. *num.* 8. *vers.* 3. *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 8. *num.* 36. *Gabriel comun. titul. de præscript. à num.* 1. *Otalora de nobilit.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 10. *Barbosa in l. comperit ex num.* 14. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum, cum alijs pluribus. Castilho de tertijs debitis Regibus Hispaniæ cap* 26. *num.* 66. *tom.* 7 Et Ratio est quia licet ista reseruata non includantur in generali concessive, possunt nihilominus à Principe concedi, *cap. super quibusdam, §. præterea de verborum, ac subinde sunt in comertio, vt præscribantur.*

45 Nam generale est omnia, quæ non sunt de prohibitis posse tempore immemoriali præscribi, & quia præd. præscriptio immemorialis habet vim privilegij, *l.* 3. *§. ductus, ff. aqua quot, ibi jure constituti,* & sublata præscriptione per verba generalia non tollitur immemorialis, *text. jun. glos. verb. præscriptionem, in auth. vt de cætero non fiant coll.* 5. communis ex multis, *vt per Padilha, in l.* 2. *num.* 29. *C. de. seruit, Neque obstat. Ord. lib.* 2. *titul.* 45. *§.* 10. Per quam *Valasc. vbi. supr.* resoluit hujusmodi reservata, non præscribi in hoc Regno etiam per tempus immemoriale, nam probabilius est dictum §. 10. non agere de omnibus reseruatis, sed de illis tantum, quæ exprimuntur in parraphis præcedentibus, ad quos §. ille refertur; sicut etiam dictus §. 1. procedit tantùm in ijs, quæ ibi referuntur, vnde in reliquis nihil imutatum reperitur, & standum est communi resolutioni, *argum. l. Sancimus, C. de testament. jun. reg. quæ à jure* 28. *de reg. jur. lib.* 6. *resoluit Pereira de Manu Regia.* 2. *part. cap.* 37. *cum sequentibus.*

Et hinc etiam est quod jurisdictio, merum, & mixtum imperium præscribi poterit, etiam à privatis contra principem: quippe cum ab eo possit subditis concedi, *iuxta gl. verb. jurisdictionem in fin. in auth. de defensoribus, §. nullam, Bar. in l.* 1. *§. vlt. nu.* 5. *ff. aqua pluu. Iass. qui dicit commun. in l. imperium num.* 20. *vers. concludendo, ff. de jurisdict. omn. judic. Couarr. dicto §.* 3. *in princ. Auendan. de exequend. mandat. cap.* 1. *d. num.* 20. *Bernard. Dias regul.* 397. *Didac. Peres, in l.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordinam. col.* 1. & vltra multa, quæ pro hac sententia adducit, *Bal. in l.* 1. *à numer.* 8. *C. de emancipat. liberorum Palat. in repet. cap. notab.* 2 *§.* 1. *num.* 27. pro hac parte facit. 44

Quia ea, quæ deferuntur per præscriptionem dicuntur deferri per legem, à qua præscriptio suam vim habet, *§. vltim. ibi jure ciuili Inst. de vsu, & habitatione jun. princip. titul. sequen.* Cæterum ab hac sententia recesserunt nonnulli, quos refert *Iass. vbi supr à qui fundantur ex ijs, quæ tradit Bald.* vbi suprà; quibus responderi potest ex traditis ab eodem *Bald. & Iass. supra citatis locis.* Quæ tamen prior sententia procedit etiam in hoc regno, in quo correcta non reperitur, ita eleganter *Barbosa, in l. comperit, nu* 141 *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* Licet contrarium existimet, *Valasc. vb. sup. num.* 22. *&* 36. *per legem regiam, §.* 10. Qui text. non agit generaliter de jurisdictione meri, vel mixti imperij, sed de quibusdam arduis, & reseruatis, de quibus tractatur in §. §. præcedentibus, in reliquis ergo standum est juri communi. 45

Item hæc Ord. apertè loquitur in ijs qui habent donationes, nam cum per illas, conuincatur de mala fide, merito nulla procedit præscriptio, *vt in lib.* 2. *tit.* 27. *§.* 13. *vbi glos. num.* 2. *&* 3. Sed si de mala fide possessor conuinci non possit, etiam in ijs casibus videtur admittenda præs- 46

criptio immemorialis, quod colligitur ex *Ordin. lib.2. titul.45.* in principio, & ideo cautus sis, vt non ostendas titulum donationis, vt admonet *Auendan. lib.1. de exequend. mandat. cap.12. num.32.* Sed allegandum esse privilegium præscriptum, & ad probationem illius privilegij allegare debes tempus immemoriale, quod perfecti tituli allegati probationem inducit, etiam si titulus non ostendatur vti colligitur *ex l.3. §. ductus aquæ, ff. aqua quotid. & æstiua & ex l.1. §. fin. & l. fin. ff. aqua pluu. arcend.*

47 Nam in omni casu, vbi præscriptio est prohibita non est alleganda præscriptio, nec in tempore faciendum est fundamentum; quia sic agens succumbet, *ita Rippa, quem sequitur Greg. in l. 7. titul. 29. part. 3. verb. Placa. Auendanh. vbi sup. ex num. 6.* Nam generale est, quod vbi lex non admittit præscriptionem, vel propter rei naturam, vel propter incapacitatem possessoris, nihilominis possessor defendi potest allegando privilegium, & ad illius probationem tempus inducendo, *Alex. cons.74. ex num.10. lib.4. Felin. in c. accedentes, col. 6. & in dict. cap. cum ex officij num.13. de præscrip. Curt. Iun. cons. 158. num. 18.* Et quanvis hanc receptam, illam impugnet, *Ruyn. in leg. nemo potest, col. 36. de leg. 1. Aymon. de antiquitate temp. 4. part. §. absolutis, ex num. 52.* Quia admissa communi reddantur elusoria jura prohibentia præscriptionem, & quod vna via prohibetur, alia non admittitur contra regulam, *l. cum quid vna via de reg. jur. in. 6.*

48 Sed defendendo communem respondendum est jura prohibentia præscriptionem immemorialem esse exorbitantia, cum præd. tempore præscribantur, *dicto cap. super quibusdam, §. præterea cap. 1. in fin. de præscript. in 6.* Unde tamque exorbitantia strictè intelligenda sunt, *reg. quæ à jure de reg. jur. in 6.* Et consequenter intelliguntur de præscriptione, non autem de privilegio præsumpto probato ex tempore.

49 Quod multum differt à præscriptione, *Olbrad. cons.296. num.3. ita vt merito dixerit Aret. cons.15. num. 11.* Legem tollentem præscriptionem non excludere præd. tituli allegationem, *l. seruitutes 14. ad junct. glos. verb. certum ad fin. ff. de seruit.* Quomodo autem præscriptio immemorialis articulanda sit *tradit Castillo de tertijs debitis Regibus Hispan. cap.27.*

50 Item cognoscit judex Coronæ de ijs qui impetrant Romæ viuentium beneficium, & procedit contra illos, vsque ad privationem naturalitatis, & alias pænas, *Ord. lib. 1. tit. 13.* Quam legem vt injustam, & juri canonico consonam dixit *Gabriel Pereira, eamque multis rationibus tuetur in lib. de man. regia cap.59.* Sed præd. lex limitari, ac declarari debet, vt non procedat in eo, qui petitionem, & supplicationem fecerit, & tamen non impetraverit cum effectu, nam verbum (*impetrar*) quo Ord. vtitur, non supplicationi simplici, & signata à referendario vel à S. Pontifice convenit, sed impetrationi expeditæ cum effectu, *argument. l.2. in fin. ff. de precario,* ante enim expeditionem gratia informis est, nec ante expeditionem vigore supplicationis possessio beneficij capi potest *Flaminius de resignat, lib 10. cap.1. num.22. & 23.*

Secundò præd Ordin. declaranda est, vt non procedat, si ipse impetrans sua impetratione vti nolit, potest enim pænitere, *argument. l. quod fauore, ff. de legib. facit Ordin. lib.3. titul. 38. in princip. quicquid Cabed. de jur. patron cap.36. num.5. in fin.* Tertio declaranda est præd. Ordin. vt non procedat, si impetrans ignoranter, & justo errore ductus fuerit, nam ignorantia probabilis excusat á pæna, *cap. proposuisti ad fin. 82. distinct. l. fin. ff. de decretis ab Ordin. faciend. l.3. §. si quis ignorans ff. ad Syllan. & in l. si ignorans 50. ff. locati tradit glos. in l. 1. ff. de recept. Bar. in l. labeo num.2. ff. si quis testament. liber. esse jussus fuerit. Mandosius in reg. Chancellariæ annali, quæst. 53. numer. 4.*

Tiraquel. in tractatu de pænis, cap. 13 *facit text. in l. si quis mihi § plane, ff. acquir. hæred.* Vbi valet mandatum de adeunda hæreditate viventis, *gloss.* 2. *in cap.* 1. *de concess. præb. Gom. in titul. de impetrantibus beneficium viventis quæst.* 3.

51 Sed si iste qui impetravit beneficium viventis adeptus sit possessionem pacificam, vt quia medio tempore mortuus sit ille, qui viuens beneficium habebat, an tuendus sit in tali possessione, etiam si eam habuisset cum titulo inhabili? videtur quod sic, si dispensationem habuerit, & tituli confirmationem à S. Pontifice, *quicquid Pereira aliud velit vbi suprà cap.* 61. *num.* 24.

52 Quarto declaranda est præd. Ord. vt non procedat, quando beneficium sit collatum à S. Pontifice ex certa scientia, & motu proprio, nulla præcedente impetratione provisi, *argument. cap.* 2. *de præbend. in* 6. *vbi gloss. Æneas de Falcon. in tractatu de reservatis præludio* 2. *num.* 2. *Simoneta de reseruat. quæst.* 2. *num* 6. *Moedanus decis.* 4. *num.* 2 *de rest. spol.*

53 Quinto non procedit præd. Ord. in subrogatione ad beneficium super quo lis pendebat, vti continetur in libro Spheræ supplicationis, de quo Pereira de Manu Regia *lib.* 1. *cap.* 61. *num* 34.

53 Item cognoscit Judex Coronæ de violentia facta ab Ecclesiasticis, nam regi convenit populum sibi subjectum defendere, & oppressos injustè à violentia liberare, *cap. regum* 13. *quæst.* 1. *Et vltra DD. à me in prima parte citatos id eleganter tractant Micha. Agia, de exhibend. auxiliis, fundamento* 27. *Avendan. de exeq. mand. lib.* 1. *cap.* 1 *num.* 32. *& part.* 2. *cap.* 6. *num.* 12. *Symanch de cathol. instit. titul.* 45. *num.* 35. *Salgado de Regia Protectione,* 1. *part. cap.* 1. *vbi respondet ad argumenta contraria Morla in emporio juris.* 1. *part. tit.* 2. *quæst.* 14. *Ioseph. Sesse de inhibit. cap* 8. §. 3. *num.* 25. *Cenedus in practicis quæstionibus quæst.* 45. *vbi etiam Stante Bulla cœnæ Domini istum vsum seruanandum esse defendit Ceuallos in tractatu de cognitione per viam violentiæ in rebus Ecclesiasticis, Pereira de Manu Regia* 1. *part. cap.* 4. *& cap.* 7. *à quo discedunt theologi, quos refert Antonius Diana resolut. moralium titul.* 2. *de immunit. Eccles.* Cæterum non desunt theologi scholastici, nam, & hos, vt omnibus satisfaciam Haud grauatè appello, qui hanc nostram praxim luculenter defendunt, *vt fuit Pater Dominicus Ibañes primarius Salmantinus, secunda secundæ S. Thomæ quæstion.* 52. *nu* 1 *conclus.* 6. *pag.* 169. *Michael Salon super* 2. *secundæ Diui Thomæ quæst.* 67. *art.* 1. *controuersia* 1. *in fin. vers. ad tertium de Paulo, & controuersia.* 2. *vers. ad alia argumenta hæreticorum, ibi ad confirmationem dico. Enriques in summa lib.* 1. *cap* 3. *num.* 4. *Anton. Corduba tract. de casibus conscientiæ, quæst.* 35. *vers. alo secundo, Torreblanca in tract. de Magia lib.* 8. *cap.* 26. *& alios plures refert. Barbos. de jur. Eccles. lib.* 1. *cap* 39. §. 2. *num.* 180. quicquid aliud velit ex multis *Farinacius in decisionibus selectis,* 2. *part. decis.* 10. *vbi* respondere nititur ad fundamentum nostrarum, & copiosius cæteris hanc materiam attigit.

Item judex iste cognoscit de donationibus à Rege factis, in quo quæstio vertitur, an si Princeps concedat villam in suo territorio, an donatarius possideat illud, quod accreuerit? & videtur quod sic, *vt tenet Immol. in l. damni infecti stipulat.* §. *si is qui, ff. de damni infect. num.* 16. *vers. & præd. Riccius, decis.* 167. *numer.* 6. *part.* 3. *Menoch. cons.* 201. *num* 407. *lib.* 7. *Anellus Amar. cons.* 39. Nam privilegium percipiendi vectigal, includit etiam vectigal de nouo impositum, *Bal. in l. vtrum, ff. de petit. hæred. Brunus de augmento, conclus.* 16. *numer.* 5. *&* 6. *Cabed. decis.* 113. *part.* 2. *Menoch. sup. n.* 150. *& melius cons.* 1105. *ex num.* 5. *lib.* 2. *quod exornat. Riccius, sup. num.* 9. *Medices cons.* 51. *num.* 42. *Fab. de Aunæ. cons.* 61. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 2. Ita censuit Senatus Castellæ, in lite das estafetas, 54

fetas, in fauorem Commitis de Villa mediana.

55 His etiam addo, quod in hoc tribunali revocatæ fuerunt donationes factæ Domino Francisco de Rojas, & Sandoual Duci de Lerma ex bonis Coronæ sitis in villis de Serpa, & Moura anno 1624. quia non erat naturalis hujus Regni, nam Philipus primus Rex Portugaliæ jurauerat in comitijs de Thomar non nisi naturalibus bona Coronæ esse concedenda, vt constat ex Senatus sententia, quam ad literam refert *Phœbus decis.* 184. *2. part.*

56 Illud etiam non prætermittam, scilicet quod officium Christophori Soarez, quod ei fuerat concessum, quia impeditus ex longa infirmitate fuerat, totum cum proprietate, & cum integro salario, nulla ei pensione relicta, quia diues erat rectè fuisse donatum clarissimo viro, & admodum illustri Domino Michaeli de Vasconcelos, quia in negotijs expediendis, & rerum memoria, & varia historiorum cognitione, omnibus qui ante eum fuerunt, longè excelluit. Potest nam Rex remouere officia ab ijs, quibus ea concessa fuerunt, sine vlla satisfactione, *Ordin. lib. 1. titul. 98. Cabed. decision. 20. lib. 2.* In eo enim semper causa præsumitur, *vt per Menoch. lib. 2. præsumption. 10. Rodolphin. de potestate Principis, cap. 6. num.* 230. Et ei creditur de proprio facto asserenti Clement. 1. de probation. optime *Castillo de tertijs debitis Regibus Hyspaniæ cap. 6. tom. 7.*

57 Item licèt olim filij officialium in concessione officiorum præferebantur extraneis, vt dixi in prima parte, hodie extat provisio à Rege lata anno 1637. vt nemo posit impedire in Chancellaria officium à rege donatum, ex eo quod prædictum officium fuisset patris sui.

58 Item si in officio à Rege duobus donato, vel aliqua alia re gratiosè concessa illi duo concurrant, licet secunda concessio alteri facta esset cum traditione possessionis, prior potior erit, *Marilianus, in l. quoties n. 117. C. de reiuendicat. Henriquez à Rojate in tractat. feudal. cap. 6. conclus. 10. sub litera E vers. certe, Alexand. Raudensis responso 1. num. 165. vol. 2. Anton. Faber in titul. C. de probat. a affinitione 11. Cabed. 2. part. decis. 30. n. 9. Caldas, quæst. forens, cons. 28. num. 23. Iurba, decis. 59. n. 12. Brito, 2. part. rubricæ de locato, §. 4.*

Item Judex iste cognoscit de ijs, quæ 59
pertinent ad patrimonium Regale, in quo tamen dubium est, an ista bona, quibus Rex suum statum conservat præscribi posint legitimi temporis spatio? & pro parte affirmativa est, *gl. verb. Nec in auth. de non alien. § vt autem, & tenent plures, cum quibus ita resoluit Couarr. in regul. possessor, §. 2. num. 9. & communis secundum Igneum in repet. §. non alias numer.* 650. Secundum pro hac parte facit *l. vlt. C. fund. patrimon. lib. 11. l. omnes, ibi publicæ, l. comperit. C. de præscript. 30. Tertio, quia hujusmodi bona ex justa causa in ordine ad Regni vtilitatem possunt à Rege donari, & ad alios transferri, cap. Abbate in princ, ibi ex largit. de re jud. in 6. resoluit Bar. in l. prohibere, §. vltim. ff. quod vi, aut clam. communis, vt per Costal de Imperatoro, quæst.* 104. *Molina, lib. 1. cap. 3. num. 18. & consta ex Ordin. lib. 2. tit.* 35. Contrariam tamen videtur probari, *ex text. in cap. intellecto de jur jurand. vbi alienatio bonorum Coronæ prohibita est,* Regi vnde illa non possunt præscribi, *argument tex. in l. alienationis, ff. de verborum sign. glos. in l. vbi lex, ff. de vsucap.*

Sed responderi potest, quod ille *text.* 60
in dicta cap. intellecto agit de alienationibus factis contra juramentum de non alienando vltramodum, cæterum si ex causa justa non in præjudicium Regni, nec contra regis honorem in subditum donatio fiat à rege, non video cur talis donatio non valeat, & sic res, & bona fisci, quæ varijs ex causis, veluti redditus deferuntur in ærarium fisci, ex quibus Rex se, & suam dignitatem tuetur similiter præscribi poterunt, quanvis diversa tempora requiran-

tantur ad præscriptionem cujuslibet *l. 1. §. diuus ff. de jur. fisci, l. in omnibus, l. intra ff. de diuers. & temp. præscriptio, l. 2. C. vectigalia, §. res fisci Inst. de vsu cap.* Nam res fisci, sunt quasi propria Principis. *l. 2. vers. res enim, ff. nequid in loco publico l. vlt. ver. quæ differens. C. de quad. præscr.* Et ita sunt in comercio, & alienantur ad libitum, *l. si procurator. 5. ff. de jur. fisci l. 1. C. de vendit. rerum fiscalium libr. 10.*

61 Et jura, quæ dicunt talia bona non posse præscribi intelliguntur tempore ordinario longi temporis: longissimo autem bene præscribuntur, *glos vlt. in l. 1. C. de præscript. longi temporis,* cum in ijs requiratur longissimi temporis præscriptio,

62 *junct. reg. dict. omnes cum similibus.* Quæ præscriptio ex omnium sententia non excluditur, facit, *l. vlt. C. de quad. præscript. glos. verb. quadraginta in l. vltim. C. fundi patr im. libr. 11.*

63 Item cognoscit de contractibus publicanorum, qui vectigalia publica conducunt. Nam si maritus fide jubeat pro redditibus, regalibus cum consensu vxoris, praxis est, vt pars etiam vxoris maneat obligata, nec vtetur auxilio Velleani, quod apud Castellanos constitutum est, *ex lege Taur. 61.* Quanvis jure communi mulieri competat Velleanum, etiam in debitis publicis, *auth. si qua mulier. C. ad Vellean. vbi Paul. num. 2. Gomes in dicta l. 61. Taur. numer. fin.* Et ratio est, quia præsumptivè ex contractu mariti pro redditibus regalibus vtilitas etiam pervenit ad vxorem, & ideo cessat Velleanum, *l. 2. C. ad Vellean. tradit in terminis Cassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §. 13. numer. 11.* Vnde si constaret nullam vtilitatem ad vxorem pervenisse, non procedit, *Ordinat. lib. 4. titul. 60. & 61. leg. ante pen. ff. pro socio.* Quod sine dubio procedet si vxor reclamaverit expressé, quando recepit redditus regales, vt tradit *Bald. in l. si patruus, num. 22. C. communia vtriusque judit. Alexand. cons. 139. libr. 5.*

APPENDIX IX.

De medietate Annatarum, & quomodo quis ab ejus solutione excusare se possit.

QVoniam suprà diximus de donationibus, & officijs à Rege donatis 64
opere pretium erit aliqua prænotare de medietate annatarum, quæ noviter introducta est propter bellorum clades, & varia dispendia, & necessitates, quibus Hispaniæ Regnum his temporibus concutitur, ad similitudinem vicesimæ, quæ 65
olim tempore Hadriani Imperatoris propter easdem causas, quia scilicet, propter civilia bella ærarium publicum erat exinanitum, & exhaustum, solebat ex hæreditatis possessione solvi, *secundum glos. in l. vltim. in princip. C. de Edict. diui Hadriani tollend. & tradidit Alciat. lib. 4. dispunct. cap. 6.* Et antea à summis Pontificibus initium habuit ex ijsdem causis, *vt patet. in extrauag. Ioann. 22. sub titul. de præbend. in cap. cum non nulla.* Et dicitur annata, quasi dimidia pars veri annui valoris fructuum officij, vel beneficij donati, quia per annum emolumentum officiorum percipitur *Clement. quia regulares, §. præmissa de supplend. negligent. Prælat. Anton. Massa Callasius de materia annatarum num. 42.*

Igitur annata solvi debet ex quacunque 66
provisione gratiosa, quæ expeditur in Senatu Palatij nomine Regio.

Sed pro annata exigendo actio non 67
transit ad successorem, *argum. eorum quæ tradit Menoch. in laudemio, cons. 44. lib. 5. quem sequitur Gratian. discept. forens cap. 272. num. 2. & cap. 377. num. 4.*

Item non solvitur annata de officio donato ab alijs Dominis terrarum, veluti 68
Ducibus, & Marchionibus, & Comitibus *vt in Ordinat. lib. 2. titul. 46.* Nam necessitas reipublic. non est in illis, sicut in nostro Rege.

Item

Item non solvitur annata de donatione, & concessione gratiola facta Hospitali, aut monasterio monalium, nec de provisionibus hospitalium, quæ alicus regenda committuntur, nec illam soluit qui super vna supplicatione jam semel expeditis literis, & soluta annata vigore ejusdem suplicationis, alias literas, & provisionem vult expedire, vt resolvit *Anton. Massa. vbi supra.*

69 Item de pensionibus in Episcopatibus annata non solvitur, quia sunt bona Ecclesiastica, de quibus non solet annata exolui, quia, committeretur symonia. Si autem pensio fuisset super re sæculari, si pro illa non reperiatur antea soluta annata, non datur expeditio literarum super officij, vel Comendæ provisione, nisi provisus etiam pro ipsis fructibus, & pensionibus reservatis nomine illorum, quibus reservatæ sunt, persoluat, sed ita soluentibus dabitur mandatum, vt possint retinere, & compensare cum fructibus, & pensionibus per eum solvendis.

70 Differtur autem solutio annatæ, quanvis de vacanti facta provisio expeditur, vbicumque probetur esse aliquem alium in officio intrusum, vel esse impedimenta posita in Chancellaria, vel quia alia difficultas nata sit, quam provisus habiturus sit in adeptione possessionis.

71 Pro Literis autem concessis, *quas vulgo dicimus, Aluaras de lembrança pera officio quando vagar.* Annata non solvitur, si vero gratia sit ad officia certa in euentum vaceasionis illorum, veluti, *de viagẽs pera a India, & China,* tunc in expeditione literarum facienda est obligatio de solvendo annatam, data vacatione, & purificata conditione gratiæ.

72 Quarto limita in officio, quod judicio familiæ ercifcundæ inter hæredes fuit vni adjudicatum, vt solet, nam à divisione facta non debetur *Gabella, l. 35. titul.* 18. *lib. 9. recopillat.* Et apud nos in articulis, *das sizas cap. 6. §. 4.* post multos, *Gutierres de Gabillis, quæstion. 71. ex numer. 9. cum sequentibus.* Nec item ex officio, quod datum est in dotem, licet æstimato, nam ex dote etiam æstimata Gabella non soluitur, *Parlad. rerum quotidian. lib. 1. cap. 3. § 6. numer. 42. Gutierr. de Gabellis, quæst. 72. Losarte, cap. 20. numer. 35. Gyronda, 7. part. §. 2. numer. 8. Cabed. 1. part. decis. 104.*

Sexto, limita in provisionibus prioratuum, & aliorum beneficiorum, quæ Rex concedit ex bonis regalibus, in quibus habet jus patronatus, quia cum illa bona sint Ecclesiastica, si aliqua annata pro eis solveretur, non careret labe symoniæ, vt notauit Colmas Guinier, qui scripsit glosas in pragmaticam Galliæ, sub titulo de annatis, & idem dico in ijs prioratibus, quæ in Mensa Magistrali Rex noster, vt Magister concedit. 73

Septimò limita, vt si vno anno bis vacaret Comenda, vel officium, sive illud sit de maioribus, sive de minoribus, & illud successivè duobus conferatur annata non exigitur, nisi semel propterea, quod illo anno fructus non colliguntur, nisi semel, & ita resolvit Massa vbi supra. 74

Octavò limita, nisi officialis privatus officio propter aliquod delictum, & antequam alicui sit donatum, restitutus sit, non soluet annatam ex restitutione, nisi sit officium ab aliquo occupatum, *argument. text. in l. 2. ff. de decurionibus, l. ordine ff. ad municipal. Bar. in l. C. de ijs, qui in exilium dati sunt lib.* 10. Et ratio est, quia restitutio gratiæ non extenditur ad bona in alium translata, *argument. text. in l. 1. 2. & fin. C. de sententia Pass. cap. quanvis extra de rescriptis, Raynos, obseru. 6. numer. 14. Caldas in l. si curatorem, verb. implorare, numer. 15. vers. quibus addenda,* licet aliud sit in restitutione justitiæ, *l. in causæ, 12. §. interdum, ff. de minoribus, l. quod si minor, §. Scæuola eodem.* 75

Secunda ratio est, quia restitutus à Principe ad bona, non censetur restitutus ad fructus ex illo officio perceptos, *argument. text. in auth. idem est de Nestorianis,*

nis, C. de hæreticis, cum quo se habet communis opinio ex Couarr. libr. 1. variarum resolut. cap. 3. num. 15. quamuis aliud sentiat Dec. in l. in condemnatione, ff. de reg. jur. argument. text. in l. videamus 38. §. in fabiana, ff. de vsuris, & in l. plus est in restitutione 22. ff. de verborum signific. l. in condemnatione, §. cum verborum 134. ff. de reg. jur.

76 Vnde si Princeps adhibita causæ cognitione, aliquem restituat tanquam non culpabilem, iterum annata non erit solvenda, quia restitutio jam videtur facta ex justitia, & non ex gratia, cæterum illi ita restituto non re integratur tempus, quo fuit suspensus, *vt ex Bar. notat. Valasc. consult. 155. Cabed. 2. part. decis. 84. num. 5. Franch. decis. 419. num. 2.*

77 Item si Princeps concesserit alicui officium pro tribus annis, & postea eidem prorogauerit aliud tépus, ratione istius prorogationis annata solvi debet, quod in simili tradit, *Bal. in repit, l. Æmilius, col. 6. in 5. notab. ff. de minor.* vbi scribit, quod si ex omni contractu, ex lege sancitum sit, vt solvatur Gabella, & ego tibi locaui fundum ad vnum annum, & deinde prorogaui tibi eam locationem ad alium annum: solvenda est duplex Gabella, scilicet ex priori locatione, atque etiam ex ea prorogatione, qui licet quantum ad contrahentes sit vna, & eadem locatio, tamen quantum ad alios censetur duplex, quia prorogatio nemini alij, quam ipsis contrahentibus nocere debet, *l. si cum hermes C. locati, tradit Tyraquel. de retract. conuentional. §. 1. glos. 7. num 35.*

Item Captiuus à Turcis, vel Sarracenis, aut Olandesis, reuersus ad officium jure post liminij non tenetur solvere annatam ex ijs, quæ tradit Ramonius, cons. 6.

Item filius advocati si associetur numero advocatorum, non debet annatam, *argument. text. in l. 3. vers. & filios, C. de aduocat.* diversorum judicum. Hic præsidet D. Stephanus Foys Messia Senator integerrimus absque illa acceptione personarum.

De Iudice Fisci.

IN primis Judex Fisci non debet extendere priuilegia fisci vltra ea, quæ sunt expressa in jure, & observare debet jus commune juxta *text. opt. in l. quod placuit 37. ff. de jure fisci.* Nam, & generale est fiscum censeri jure privati, præter quàm in casibus, in quibus specialiter invenitur privilegiatus, *l. 1. C. de conductor. & procurat. lib. 11. glos. recepta in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de petit. hæred.* Privilegia autem fisci varijs in locis expressa deligenter in vnum congesserunt. *Francisc. Lucan Parmensis in tractat. de priuilegio fisci, Martin. Laudensis, tract. de fisco, Afflictis in rubrica de fratribus nouo benef. inuestitis n. 15. in vsibus feud.* 78
Vnde quoties fiscus adversus privatum agit de lucro captando vel pœna ab eo exigenda, qui crimen aliquod commisisse dicatur, ejusque patrimonium ob id ad fiscum delatum censeatur, in dubio contra fiscum judicandum est, nec à privato res propriæ sunt auferendæ, *Cuman in l. 1. n. 11. ff. solut matrimon. vbi Rip. n. 4. & Iass. n. 37. Dec. in l. in ambiguis, ff. de reg. jur. & alij plures, quos sequetur Couar. lib. 1. var. cap. 16. n. 1.* Si vero agat fiscus ex causa onerosa contra privatum rem possidentem ex causa lucrativa in dubio præsumitur pro fisco in pari causa, *text. insignus in l. 1. C. de jure fisci lib. 10. quem ita intellegit ibi Bar. glos. & Lucas de Pæna.* Licet aliàs etiam ex causa onerosa agens fiscus contra priuatum rem possidentem titulo lucrativo, vt obtineat probare, teneatur ante donationem Reo factum sibi jus hypothecæ ad rem illam competisse, *l. de rebus C. de donation. ante nuptias. resoluit Couarr. numer. 2.* Et ideo dicitur quod Judex in 79
dubijs causis judicans contra fiscum non delinquet, *lege non puto 10. ff. de jure fisci.* Cæterum, qui contra juris regu-

regulas, idest contra id, quod à jure est expressum contra fiscum judicaverit in dubio, delinquet, idest tenebitur, *juxta tex. in princip. Institut. de obligat.* quæ ex quasi delicto.

80 Item judex fisci non cognoscit inter privatos, *l. procurator, C. vbi causæ fiscal.* nisi privatus privatum conveniat, ex causa, quæ à fisco pendeat, *l. si minori, C. de jure fisci, lib.* 10. Ubi emptor pro re empta à fisco coram judice fiscali à privato conuenitur, vnde emptor rei per fiscum venditæ potest debitores suos, & bonorum possessores coram judice fisci conuenire prout fiscus ipse poterat, *l. in fraudem, §. qui pro alio ff. de jure fisci.* Atque ideo fidejussor, qui solvit pro reo poterit eundem Reum coram eodem judice convenire pro sui indemnitate, *Bar. in l. cum eorum, C. de sentent.* Vnde prædicti si conveniantur ab aliquo coram alio judice possunt petere remissionem ad judicem fisci, *l. fin. C. si aduersus fiscum.*

81 Denique cessionarius fisci non solum assequitur jura fisci circa potioritatem in meritis causæ, *l. si cum pecuniam, & l. fin. C. de priuilegijs fisci.* Sed etiam respectu priuilegij fori, *Bald. in dicta l. cum eorum, in fin.* Nam fiscus pro suo interesse causam trahit ad suum judicem, *Capicius decis.* 197. *Dec. cons. vlt. num* 8. *Pereglin. de juribus fisci lib. 7. titul. 1. num. 9. quicquid aliud sentiat, Couar. pract. cap. 8. num. 3.*

Item fiscus trahit ad suum judicem debitorem sui debitoris, *l. si debitum C. quando fiscus, dicta l. 1. C. de condict. ex lege.*

Item fiscus succedens in jus privati nõ tenetur stare instantiæ litis cæptæ per actorem suum, vel contrà, vt late dixi in prima parte *cap. 3. lib. 1. num. 17. vers. Limita in fisco,* & inde est, quod præventio jurisdictionis non præjudicat fisco successori, *Angel. in l. cum quædam puella, ff. de jurisdict. omn. jud. quem sequitur Mart. Landensis in tractat. de fisco quæst.* 91. In hoc Tribunali est præfectus Doctor Christophorus Mousinho Castello Branco vir admodum illustris in omni virtute perfectus, jure cæsareo, & canonico eminentissimus, ita sapiens, prudensque in omnibus rebus gerendis, tam publicis, quam privatis, vt quem sibi adhærentem Rex noster associare debuisset nemo magis dignus existimari, ac reperiri possit.

Item procurator fisci si succumbat, non soluet litium expensas, *Boer. decis.* 324. *in princip. post Bald. in l. qui crimen. num.* 20. *C. qui accusar. poss. Pereglin. de juribus fisci, lib. 7. titul. 4. num.* 14.

Sed dubium est, an emphyteusis veniat in confiscatione bonorum? quam quæstionem disputat, *Bar. in l. finita, §. si de vectigalibus, num. 6. ff. de damn. infect.* Praxis est vt omnia, quæ possunt transire ad extraneos hæredes veniant in confiscatione, *l. 1. C. de bonis libert. juncta lege jura libertorum, ff. de jur. patronat. Diaac. de Brito 2. part. rubricæ, §. 5. num.* 1. Vnde si emphyteusis fuerit pro filijs, & descendentibus non veniet in confiscationem, quia delictum possessoris, eis præjudicare non potest, *l. 3. C de interdict. & relegat. Tellus in l. 27. Taur. num.* 19. *& ita intelligitur Ord. lib. 5. titul 1. §. 1.* Vnde filius hæretici, sive post, sive ante delictum patris nascatur, non debet privari à maioratus successione, auita, vt per *Molin. theologum disputatione 623. & 658. nu. 15. P. Thom. Sanch. li. 2. Moralium, c. 30. quæst. 2. Campanil. in diuersorio juris canon. rubric. 11. cap. 14. num.* 16. Illud sanè admitti potest, vt si maioratus habeatur à rege, illi applicabitur Ord. vbi suprà, & similiter res aliena penes aliquem reperta propter ejus delictum confiscari nõ debet, quæ res cum per se pateat, non est opus textibus, nec testibus. 82

De judice domus Misericordiæ, & Hospitalis Regij.

Est etiã in hoc Senatu Judex iste Senator Regius, qui de causis, quæ spectãt 83
ad

ad hanc domum cognoscit, de cujus institutione agit, *Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ, cap. 46. per totum, & prima part. decis. 51. Bened. Ægidius, in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. 1. part. initio, à num. 34.* Et ei est annexum hospitale omnium Sanctorum, de quo etiam agit *Cabed. de patronat. regiæ Coronæ, cap. 39.* Est enim domus ista omnium terrarum orbe celeberrima, vt agnouit Hieronymus *Rom. de Repub. Christiana, lib. 5. cap. 22.* Et nemo quantumuis priuilegiatus, vt est vidua, & pupillus possunt hujus judicis forum declinare, vt sensuit Senatus in lite *Philippæ de Abreu Menor, & sua mãy Dona Antonia de Vasconcelos viuua de Sebastião de Abreu Escriuão da fazenda,* fuerunt judices DD. *Nuno da Fonseca, Fernam Cabral, Ignacio Collaço, anno de* 1620 Scriba Dominico da Costa, vbi cohærent alia exempla in eodem casu, *fol. 13. prædicti processus.* Imò in causa cæpta inter partes in judicio ordinario, domus misericordiæ hæres Actoris declinauit ad suum judicem, & in contradictorio judicio præhabita causæ cognotione in Senatu decretum fuit causam, esse remittendam in lite Francisci Froys contra Catalina de Gama, & Juannam de Sylva, *donzellas nobres, & honestas, anno de* 1630. Scriba eodem Dominico de à Costa, fuerunt judices DD. Joannes Pinheiro, Ludovicus de Goys de Aragaõ, Andre Velho da Fonseca.

Item non fuit recepta exceptio declinatoria fori ab hoc judice monialium mendicantium Sancti Francisci ex Ciuitate Hispalensi ad judicium ciuitatis Ebotensis anno 1624. Scriba eodem.

84 Nam judex iste est priuatiuus, quia datus rebus, & causis, & non personis vt dicitur *in rubrica lib. 1. titul. 16. & constat. ex extrauag. antiqua fol. 37.* In illis verbis *(& somente ouuesse hum juiz que despachase os feitos que tocassem à misericordia, & hospital,)* & ita est de jure, quod priuilegium causæ præfertur priuilegio personæ, *l. inter pares ff. de re jud. cap. fin. eod. titul. Surd. de alimentis, titul. 10. Amadeus in tractatu de laudemijs in titul. quis sit judex in causa feud. numer. 27. in fin. & seqq. fol. 200. in versiculo ibi, notandum est fortiorem esse ratione causæ, quàm personarum, causæ natura, quo ad jus fori principaliter inspicienda est Bal. in auth. Clericus, in 2. notab. C. de Episcop. & Clericis.* Et quoties ex verbis concessionis colligitur jurisdictionem datam fuisse priuatiuè, non poterunt alij judices cognoscere de illis causis, etiam ex prorogatione partium, vt optimè resoluit, *Barbosa, in l. 1. ff. de judic. tractatu 4. numer. 51.* Et in dubio censetur jurisdictio privativè concessa, quo casu alius, vel superior non potest se intromittere, vt tenent plures auctores, *quos refert novissime Camillus Borrellus in summa decisionũ, titul. 41. de jurisdict. num 75.*

Item ex prouisione Regis Sebastiani anno 1558. potest domus ista exequi omnes suos debitores pro debitis liquidis ex sententia vel ex ratiocinijs dispunctis, vel pro relictis pijs, ita, & eodem modo, quo executio fit pro debitis, quæ debentur fisco, & patrimonio regio, & ideo debitor quanvis sit nobilis, & habeat bona, ex quibus debitum solvi possit, incarceratus, sicut debitor patrimonij regalis, *ex Ord. lib. 4. titul. 76. §. 4.* exceptis debitis ex decima, quæ debentur ex sententia condemnatoria, *tenet Baeça de inope debitore capit 16. n. 81. Gracia Gyronda de Gabellis 4. part. §. 2. num. 34. Ord. lib. 2. titul. 53. in princ. ibi (sejão logo presos, & da prizam se faça execução em suas fazendas)* ita obtinuit doctissimus procurator misericordiæ Doctor Bernardus Gomesius Barona in causa executionis contra Rodericum Ximenes de Aragão anno 1634. Scriba Dominico de à Costa, & prædicta executio fieri solet per mandatum thesaurarij Mensæ, & per receptorem, *(das esmolas da dita casa,)* & subscriptum per scribam prædictæ Mensæ, juxta compro- 85

missum *cap.* 10. §. *pen.* confirmatum a Rege Philippo anno 1919. vti decidit Senatus in lite *do Prouedor, & Irmaõs da Misericordia contra Hieronymo de Mello Coutinho, anno* 1628. Scriba Matheo de Azevedo Pereira, appenso alio processu inter domum Misericordiæ, & Franciscum Lopes, Scriba Dominico de à Costa.

Itaque constat ex pluribus exemplis, quod executiuè proceditur domus Misericordiæ eodem modo, quo proceditur contra debitores patrimonij Regij vti pat. in lite contra Gondincaluum de Miranda Henriques fidalgo, *o qual aggrauou, & não sabio prouido, Anno* 1628. Et in alia executione contra Anrique de Menezes eodem anno, & in alia contra Emmanuelem de Fonseca Pinto, eodem anno, vbi sine alia requisitione fuit incarceratus, de quo grauamen interposuit, & non fuit prouisus: & in alia executione contra Hieronimam Possea, Anno 1633.

§. 3. *De Prouisore Residuorum, & Capellaniarum.*

86 PRouisor Residuorum compellit executores ad dandam rationem, eo modo, quem ponit *Scouar de ratiocinijs, cap.* 3. *num.* 18. *Gutier. de tutellis, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. Quanvis testator dicat, & jubeat, vt non compellantur dare rationem, *vt in Ordin. lib.* 1. *titul.* 62. *& tenet Couar. in cap. tuæ, num.* 6. *de testam. Sarment. lib.* 1. *select. cap.* 11. *num.* 13. *Ripa in l. nemo potest, num* 127. *ff. de leg.* 1. *Stephan. Martha de jurisdictione pag.* 4. *casu* 88 *à num.* 14. *Valasc. cons.* 105. *n.* 57. Idque post annum, & mensem à morte testatoris, *Cald. de reuocatione quæst.* 5. *num.* 29.

87 Imò intra annum legata pia alimentorum peti possunt, *vt tradit Surd. de alimentis, titul.* 8. *priuilegio* 33. *num.* 7. *Tyraquel. de priuileg. piæ caus. priuileg.* 97. Nam piæ causæ per impedimentum non retardantur, *l. si quando C. de testament. optim. Matt. Carrilio in explicatione bullæ defunct.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 15. *cum sequentibus, Molin. de justitia tractatu* 2. *disput.* 251. *num.* 5. Quod si hæres, vel testamentarius judicialiter admonitus negligens fuerit intra annum circa ad implenda disposita à testatore, potest priuari omni commodo hæreditario, *Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 2. *&* 12. *Molina de primogenijs, lib.* 2 *capit.* 24. *nu.* 15. *alter Molina de justitia disputatione* 248. *num.* 251. *Peregr. de fideicomis. artic.* 3. *num.* 59. *&* 72. *Mangilius, quæst.* 127. *in princip. & num.* 4. *&* 12.

Nam Prouisor Magnopere curare debet in adimplendis voluntatibus defunctorum, quia earum obseruatio pertinet ad bonum publicum, & ad publicam vtilitatem, vt tradit *post alios Padilla in summa legum pænalium,* 2. *part. casu* 25. *Petrus Magdalens de num. testium in testamento requisito* 1. *part. cap.* 8. *nu.* 6. *Petra de fideicommis. quæst.* 9 *Pereglin. in eodem tractatu corolar.* 11. Vnde fit vt si testator mandat bona sua destribui in virgines Maritandas, non poterunt executores ea erogare in virgines ingredientes monasterium, *vt tradit Mantica. Simon de Protis, & alij complures relati à glos. in Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 16. *& tenuit etiam Cenedus pract. canonic. quæstionum li.* 1. *quæst.* 35. *num.* 11. *Peres de Lara de Capellan. & anniuersarijs lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 24. 88

Quanvis aliàs si relinquatur certæ personæ, vt matrimonium ineat, illud deberi si ingrediatur monasterium, *tenet plures quos refert P. Sanches de Matrimonio, lib.* 1. *Disputat.* 33. *num.* 29. *Costa in l. cum tale,* §. *si arbitratu, limit.* 4. *num.* 5. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt. quæst.* 148. *à num.* 13. 89

Sed illud magis dubium est, si testator relinquat mille filiæ si nupserit, & centum si Monasterium ingrediatur, an etiam illa mille debeantur intrando in Monasterium? *quam quæstionem disputat. Michael Grasus lib. sententiarum,* §. *legatum quæst.* 50. *nu.* 12. *Niculaus Mozz. de contracti-* 90

tractibus tractatu de matrimonio, titul. de devisione matrimonij num. 1. *Ludouicus Rey. Responso casuum conscientiæ part.* 1. *casu* 44. *Canser. lib.* 1. *var. cap.* 24. *à num.* 15. *Fr. Emmanuel quæstionum regular. tom.* 2. *quæst.* 127. *art.* 1. *Galganet. de cond. & dem.* 1. *part. c.* 8. *n.* 44. *P. Rabello de obligat. justitiæ,* 2. *part. lib.* 18. *quæst.* 16. *n.* 3.

Item si voluntas testatoris in specifica forma adimpleri non potest sufficiet, quod ad impleatur per æquipolens, vt in notab. casu tradit *Phœbus decision.* 47. 1. *tom.*

91 Item si executor testamenti dicat bona, quæ testator distribui jussit inter pauperes, distribuisse inter se, quia erat pauper, an admittatur? & dico, quod sic expert, quæ tradit *Palat. in rubrica,* §. 65. *numer.* 42. *Greg. in l.* 3. *verb. tuviere, titul.* 10. *part.* 6. *Mexia in tractatu taßapan. concl.* 1. *num.* 49. *Cald. de potest. eligend. cap.* 13. *num.* 9. Et potest in filios suos pauperes cessante fraude distribuere, *Masc. de probat. conclus.* 31. *num.* 171. Vel si dicat elegisse pauperes sibi conjunctos *Vesinus in tom.* 2. *communium, lib.* 6. *titul.* 21. *num.* 32 *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæst.* 93. *num.* 5. Nam elæmosina prius debet dari, illis, qui sunt de sanguine, *D. Archiepiscopus Brach. super decreto, decis.* 81. *num.* 1. *Menoch. lib.* 4. *de præsumpt. quæst.* 125. *num.* 13. Quando autem testator loquitur per verbum (distribuatur) non potest vni totum concedi, *gl. in Ord. in dicto* §. 16. *n.* 8.

Item Prouisor Residuorum circa expunctionem rationum, in paruis, & vero similibus partitis debet stare juramento testamentarij, *Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 21. *Mascard. conclus.* 717. *num.* 3. & 722. *Surd. decis.* 55. *num.* 3. Vbi etiam de libro testamentarij vita defuncti, *& decis.* 103. *num.* 7. *explicat. Gutierr. de Tutell. part.* 3. *cap.* 1 *num.* 154. *Gabriel. Berarti in specul. visitat secular. num.* 135.

Item Provisor in ratiouum expunctione videat, si hæres solvit legatarijs, vel creditoribus prius venientibus sine cautione de restituendo, casu, quo alij creditores privilegiati veniant, nam aliàs si creditor non auocauerit ab illis solutum, vt quia sint defuncti, vel non habeant vnde solvant, nec dederint fidejussores, testamentarius, vel ejus hæres tenebitur, *glos. in l.* 7. *tit.* 6. *verb. que las deudas, part.* 6.

Item actio contra testamentarium, transit etiam contra ejus hæredem, *per l. cum vnius, & l. à filio, & l. alimenta ff. de aliment. & cib. leg glos. vltim. in fin. in l.* 1. *C. ex delictis defunct. vers.* 4. Cæterum si aliquis nomine dignitatis sit nominatus testamentarius executor, successor tenebitur, *Zabarell in clem.* 1. *de testam. Sylvester, verb. testamentum cap.* 2. *num.* 4. 92

Item Promotor in hoc judicio non condemnatur in expensis, ita decisum fuit pro doctore Bernardo Gomez Barona in lite Dominæ Caterinæ de Brito, Scriba Francisco di Sylva, Anno 1622. Imò ei soluuntur expensæ etiam si sit victus, vti ex Senatus Consulto, quod est penes Marcum Rodriguez Tinoco decreuit Consilium Anno 1600 dummodo non detegatur dolus, aut calumnia, vt infra dicam. 93

De Capellanijs.

ILla Capellania, in qua fuerunt instituti fratres Sancti Francisci de Paula, cum anniuersarijs Missarum, quia erat instructa ex bonis immobilibus profanis, quorum sunt incapaces Religiosi, *Ordin. lib.* 2. *tit.* 18. Applicata fuit fisco, & similiter illa, quia ejus redditus omnes, qui erant ad sacra destinati, possessor in suos proprios vsus erogaverat, *juxt. l.* 1. *&* 2. *in fin. ff. ad l. Iuliam peculat.* Scriba Petro Almeirante. 94

Item in illa Capellania, quæ vacaverat nullis relictis consanguineis, & omni generatione extincta, concurrerunt duo eodem tempore denunciatores, vnus de jure captivorum, alius de jure fisci, & coronæ, istum præferri jussit Senatus in lite 95

Joann. Martins da Costa eodem scriba.

96 Item in illa Capellania, in qua fuerit vocatus consanguineus, ille probare debet consanguinitatem, eo modo quem ponit *Masc. conclus.* 410. *Lara de Capellanijs, lib. 2. cap. 4. num. 13. Cabed. 2. part. decis. 73 num. 13. Mariscotus, var. lib. 1. cap.* 70. Et si proximus fuerit inhabilis, fit transitus in alium, *Castillo libr. 5. controvers. cap* 93. *ex num.* 16. *Gratian. quæst forens, cap* 621. *ex num.* 3.

97 Item Provisor debet in subhastatione prædia, quæ relinquuntur ad capellaniam, dare in Emphyteusim licitanti in maiori pretio, in quo si aliquis descendens ab vltimo possessore, qui fecit melioramenta offerat pretium ab alio oblatum, potius huic, quam illi concedenda est emphyteusis, ne lugeat ab alijs possideri labores suos contra æquitatem, *l. fin. C. de alluvionibus, & l. fin. C. de bonis qualib. faciunt, quæ tradit Greg. in l.* 5. *verb. Mas. titul.* 19 *part.* 6. *Menoch. cons.* 36. *numer.* 12. *Valas. de jure emphyt. quæst.* 20. *num.* 12. *Cald. de nom. quæst.* 23. *numer.* 54. Nam domus, resque aliæ maiorum nobis sunt in maximo affectu, & pretio, *l. lex quæ tutores, C. admin. tut. cujus auctoritate consuluit Bald. in pulchr. casu cons.* 57. *libr.* 2. Imò si iste, qui fecit melioramenta offert justum pretium, ei debet concedi emphyteusis, licet alius plus licitetur, *argument. l. congruit* 4. *de locat. præd. ciuil. libr.* 11. *Valasc. de part. cap.* 22. *num.* 10. Et non debet illa concedere personis prohibitis, quales sunt illæ, de quibus, *Greg. in l.* 29. *verb. la orden. titul.* 8. *part.* 1. *Cald. de renouatione quæstion.* 19 *num.* 15. *Valasc. cons.* 101.

98 Item prouisor iste cognoscit de illis bonis, quæ ex Regis priuilegio, & concessione alicujus sunt deputata ad Redemptionem captivorum, de quibus *Auend. de exeq. mand.* 1. *part. cap.* 7. *num.* 7. *Bobadilla, libr.* 2. *cap.* 16. *numer.* 133. *Henriq. de indulgentijs, cap.* 36. §. 6. Quæ vt pia reputari debent, *Tiraq. de pijs caus. priuileg.* 103. *Lara de Aniuersarijs* 1. *part. cap.* 22. Nec enim Princeps potest illa reuocare, vel applicare ad alium vsum, quantunuis pium, *l. pen. vbi Bald. C. de donat. Castro, cons.* 187. *vol.* 1. *Tyraq. vbi supra priuileg.* 135. Nisi salua Summi Pontificis potestate *Clement. quia contigit de Religios. dom. junctis resolutis à Barbos. ad Concilium Triden. cap.* 8. *Sess.* 22. *num.* 1. *de reformat.*

§. 4. *De Iudice Indiæ.*

Noto quod vbi ex concessione Principis colligitur jurisdictionem datam fuisse privative, non potest ex consensu partium prorogatio fieri in alio, 99 *Barbosa in l.* 1. *ff. de judic. artic* 4. *numer.* 51. Quanvis partes renunciauerint huic foro, *Ordinat. lib.* 1. *titul.* 51. §. 3. *Barb. vbi supra numer.* 107. *tradit Raynosus, obseru.* 60. *numer.* 5. *Valasc. cons.* 105. *numer.* 63. Potest tamen idem Princeps causam pertinentem ad forum judicis Indiæ alij cõmittere, vti cõtigit in ea, de qua *Phœbus* 2. *part. Aresto* 75. *& Arest.* 163. 1. *part.* Nam declinatoria Militis de S. Diogo ex Sessione facta jussu Principis capitanei generalis admissa fuit in lite Joann. Machado scriba Syxas.

Item Judex non potest citare extra terminum, vt decidit Senatus, *teste Phœbo, tom.* 1. *decis.* 5. Contrarium tamen judicatum fuit postea in lite, de qua infra dicam. 100

Item de crimine in Mari commisso Judex iste solus cognoscit, *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 51. §. 4. *& 6.* Nam Magister nauis debet delinquentem in mari capere, & aprehendere, & illum aprehensum tradere judici isti, *vt in authen. de defensoribus ciuitatis,* §. *audient. colat.* 3. *& in l. desertorem in principio ff. de re milit.* Etiam si delinquens in naui esset Clericus, juxta notata per *Innoc. in cap. vt famæ de sentent. excommun. & per Bar. in l. si quis in seruitute, ff. de furtis, & latè per Abb. in cap.* 101

cum

cum non ab homine de judic.2.colum. & 3. Sed remmittetur ad suum judicem Ecclesiasticum, Cæterum si sit Laicus delinquens tradetur isti judici, vt dixi quia licet de jure communi punitio delicti commissi in mari possit fieri per judicem illius territorij, cui illud mare adjacet, *vt in l. 2. C. de Clas. lib. 11. vbi Lucas de Pena, & Bar. in l. Cæsar, ff. de publican.* Non tamen de necessitate delinquens remittendus est ad judicem illius loci, sed puniri debet à judice isto, vbi navis deponit onus, *lib. 2. titul. 9. part. 5. ibi. Do aeuiere descargar*, nam quanvis delictum non sit commissum in suo territorio, neque qui commisit subditus sit tali judici ratione domicilij, vel originis, est tamen judex competens, quia ex quo deliquit in mari, quod omnibus est commune, *vt in princ. Instit. de rerum deuision. l. 10. titul. 28. par. 3.* Fit judex competens, & quia hoc suadet vtilitas publica, & necessitas, quia aliàs delictum maneret impunitum, *cap. vt famæ de sententia ex communicat. l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. adde Bar. in tractatu de insua in part. Nullus, in princ gl. vlt. in l. 2. titul 9. part. 5.*

102 Item cognoscit de furtis, & delictis commissis in domo, & Basilica Indiæ, vbi merces ponuntur, *Ordin. lib. 1. titul. 51. Cabed. Aresto 79. lib. 1. E das encomendas, & causas por rezão da pedraria, idem Cabed. Aresto 10.*

103 Item cognoscit de naulis, vulgo, *fretes*, in quo notabis, vt pro mancipijs de portatis ad hanc civitatem, vectura non debetur pro illis, quæ decesserint antequam ad locum sint deportata *argument. l. seio ff. annuis legat. l. illis libertis in fin. ff. de condit. & demonstr. Stracha de mercat. tit. de Nauibus, 3. part. num.* 191. Nec etiam pro infantibus in navi natis, *l. sed, & addes §. si quis mulierem, ff. locati, Stracha vbi supra numer. 22.*

104 Item literæ cambij ex India acceptatæ in hoc Regno, possunt præsentari coram quolibet judice competenti, *argument. l. si voluntate C. de rescind. Ordin. lib. 4. tit. 19. § 4. Phœbus Aresto. 33. 1. part.*

Item citatio facta ab futuro extra Regnum ad Indiam, durat etiam ad casum gravaminis, *Phœbus, Aresto. 20. 1. part.*

Item judex iste potest citare Reum pro rebus Indicis extra quinque lequades existentem, vt decisum fuit à Senatu in processu Sebastiani de Valadares Sotomayor, Scriba Chaves anno de 1637. Et in lite Antonij Bezerra, Scriba Antonij Thomas, quidquid aliud dicat *Phœbus, Arest. 5. 1. part.*

§. 5. *De Auditore Basilicæ publicæ.*

De isto Magistratu agit *Doctor Cabed. decis. 77. tom 1.* In primis Auditor iste cognoscit super naulis, quæ vulgo dicuntur *Fretes Ordin. lib. 1. titul. 52. §. 1.* Nam merces, & res omnes inuectæ, & illatæ in naui conducta provectura navis sunt tacitè obligata, etiam cum privilegio prælationis aliorum creditorum, etiam anteriorum, *Stracha de Mercatura, titul. de nauibus, 3. part. num. 29.* A quibus tamen dominus mercium se defendere poterit, dicendo damnum sibi datum fuisse in mercibus culpa nautarum, quæ multifariè articulari potest, vt declarat idem, *Stracha de Mercatura, tit. de nautis per totum*, in quibus omnibus Auditor procedit summariè de plano, sine strepitu, & figura juditij, *Clement. sæpe de verbor. signific. Platea, & Lucas de Pena, in l. pen. C de naufragijs, lib. 11. glos. in l. vltim titul 9. part. 5.* Nec item Dominus pro mercibus deperditis tenetur naulum persoluere *Ramonius cons. 39.* 105

Item cognoscit de causis Clericorum, qui debent, aliquod jus, aut vectigal soluere in Emporio vulgo, *na Alfandega*, quanvis sint personæ Ecclesiasticæ, *Ord. vbi supra, §. 8.* Nam super hoc jure clerici coram sæculari, secundum jus commune conveniri possunt, vt resolvit *Ceuallos post alios in tractatu de cognitione per vi-* 106

am violentiæ in causis Ecclesiasticis, 2. *part. quæst.*23. *num.*18. *dicam infra lib.*2. *cap.*4. §.1.

107 Item cognoscit de causis Anglorum sine appellatione, aut supplicatione, *Phœbus Aresto*, 33. 1. *part.* Qui habent privilegium, vt præferantur viduis, in lite de Roberto Galan, cum Maria de Lião, Scriba Belchior Doliueira, & militibus de São Diogo, in causa Ioann. Rider, cum Joann. de Sylva, Scriba Jorge de Mendanha, judicauit Senatus vtroque casu.

108 Item cognoscit das auerias, quia jactata in mari causa tempestatis ob navem leuandam debent æstimari, etiam si sint pretiosa, & secundum quantitatem, quam quis habet in navi tenetur contribuere, & satisfacere his, quorum res fuerunt jactatæ, *l.*1. §. *cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de jact. lib.* 2. §. *pretio est, l. nauis* §. *cum autem, ff eodem, lib.* 3. *titul.*9. *part.*5. Et similiter si ob metum tempestatis scienter arbor, aut anthena scindatur, & velum projiciatur, ab omnibus supradicto modo contribueretur. Sed si casu scindatur, non fit contributio, *gloss in l. nauis aduersa, ff. ad l. Rhod. de jact.* Vnde si nauis viventorum, aut tempestatis impulsu, seu saxorum obuia frangatur, navigantes non tenentur, *l. amissæ in princ. ff. eodem.*

109 Sed si ille, qui fecit jactum, postea aliquas ex ijs mercibus, quas amiserat propter jacturam, recuperauerit, tenetur alijs pro rata restituere, quod ex contributione suscepit, censetur enim merces illas non fuisse amissas, *argument. text. in l.*4. §. *sed si nauis, ff. eodem.* Vbi Paul. de Castro, & quia si aliud diceretur melioris conditionis foret, qui fecit jactum quam alij, & sic non esset æqualitas, quam omnes leges illius tituli volunt, & facit bene, *l. Pomponius, ff. acq. rerum domin. & l. pro parte*, §. *versa, ff. de in rem verso.*

110 Et quod dixi de jactatis metu tempestatis, seruatur etiam in ijs, quæ leuandæ nauis causa, vt facilè transitus per siccum vel augustiam loci, vel portùs fieret, in scapham translatæ perierint, *l. navis ff. eodem.* Quid tamen scaphi cum mercibus, & etiam navis perijsset, & postea recuperatæ fuerint aliquæ res, quæ erant in navi, an de ijs debeat fieri resartio damni mercium, quæ perierint in scapha. *Paul. de Castro, in l. nauis onustæ in princ. ff. ad l. Rhod. de jactu tenet, quod non, sequitur Gregor. in l.*8. *titul.*9 *gloss.*1 *part.*5. *Stracha de mercatura, titul. de nauibus*, 2. *part. numer.* 19.

Item, & similiter illud, quod datur pyratis pro redemptione naufragij, personarum, & rerum compartitio fiet inter omnes, sicut in jactu, & navigantes contribuent, & si nihil habeant mercium, quilibet pro sua persona, *lib.* 2. §. *si nauis, ff. ad l. Rhod. de jact. leg.*12. *titul.*9. *part.*5. 111

Et eodem modo si magister nauis appulit ad portum, vbi præses Prouintiæ vlut omnes merces habere pro commisso, an si ille, vt perquirendi diligentius omnes merces remoueretur cura, cujusdam tantum merces judicavit, vt cæterarum merces occultasset, nùm ille qui merces perdidit jure petat omnes sibi damnum contribuere, quia merces suæ fuerunt pro omnibus datæ, vt cæterarum saluæ factæ essent? *Paul. de Castr. in l.* 1. *ff. ad l. Rhod. consuluit quod sic, & in cons.*220. *volum.*1. *quem sequitur Greg. in l.*3. *titul.* 9 *part.*5. *Stracha, de mercatura, titul. de natis*, 3. *part.*8. *sed nec fol.* 275. 112

Item & omne illud, quod ex pugna habita cum Pyratis perdidit Magister pro defendenda naui, veluti fracturam arboris, vel claui resarciri debet, & pretium sulpherini puluiris, vulgo, *poluora*, quem consumpsit in pugna contribui debet, & ita practicari vidi. 113

Quibus vnum notandum addo, quod si Capitaneus propter metum inimicorum incendat nauim regiam, vel merces in mare projecit, ne ex prædationibus locupletarentur hostes non tenebitur, *Leonardus Lessa lib.*2. *de justitia, cap.*9. *nu.*34. *Martin. Binan in summa moralium, tom.*2. *disput.* 114

put.2.quæst.vltim.1.punct.5.numer.8. P. Paulus Layman libr.3. titul.3.part.3.sectione 15.num.3.plura exempla ex historijs antiquis enarrat Cabreros lib.2.de metu, cap.39.ex num.11.

Impedimenta ad contribuendum.

115 PRimo si merces deperditæ fuerunt propter insipientiam Gubernatoris, vt si transiuit per loca inimicorum, vel alia periculosa, & sciens mercatores non monuit, aut si tempore hyemis, quando sunt noctes, & venti magni ab vndecima die Novembris, vsque ad decimum diem Martij contra mercatorum voluntatem navigauit, *leg. qui petitoris*, §. 1. *&* 2. *ff. de reiuendicat.in fin.l.9.titul.9.part.5.Stracha de mercatura titul.de nautis,& navigatione,3.part.num.* 1. Vel cum prosperus flatus inuitauit, ipse Magister sine causa immoratus fuit in portu, si postea naufragium successit, suo periculo fit, & damnum ipse resarcire tenetur, *Stracha vbi supra num.* 5. Vel si plus justo nauim onerauit, vel si minus idoneis hominibus vlus est, *vt per Stracha vbi sup. num.* 12. *&* 13. vel si ordinarium vectigal solvere recusans portum non petit, & fuit naufragium; soli magistro navis damnum imputari debet *Stracha vbi sup. num.*37.

APPENDIX.

De Iudice, qui vulgo dicitur de Contrabando.

116 QUoniam supra diximus de Auditore Basilicæ publicæ, vbi merces deponuntur, & registrantur; consentaneum erit aliqua dicere de judice mercium, quæ veniunt ex Insulis inimicorum contra Bannum, nam merces ad hoc regnum asportari ab hostibus, cum quibus bellum geritur, vetitum est, *Greg. verb. moros,in l.4.titul.7.part.7. Ioan.de Heuia de comertijs lib.*3. *cap.*6. *num.* 18. *cum sequentibus*, ne scilicet ex eorum comertio hostes ditiores fierent, & oporteт eos extenuare, ne maiores vires contra nos suscipiant, uam prohibitio comertij venit in consequentiam juris debellandi, *Cabed. decis.*47.2.*part. num.*2.

Quæ prohibitio etiam locum habet quanvis merces ex regno, & Provintia amicorum veniat in navibus Rebellium, quia præsumuntur ex illorum industria asportata in fraudé prædicti banni, Cæterum si merces quanvis sint ex Rebelibus, si venerint in navibus aliorum, qui non sint hostes, dubium est: an sint confiscandæ? quia pæna non egreditur personas eorum contra quos est pæna statuta, *l. sancimus*, *C. de pænis*, nec enim legis dispositio applicatur vbi ejus verba deficiunt, *l.* 4. §. *toties ff. de damn. infect.* Igitur si merces fuerint vetitæ non solum illæ, sed & vasa, & naves confiscantur, *Boer decis.* 178.*num.*22. *Ioann. Heuia vbi supra,nu.* 24.*facit text.in l.cotem ferro,§.Dominus ff.de publican. & vect. Peregr.de jur. fisci lib.6. titul.5.num.*30. Quod si Rebelles detulerint frumentum, & victualia, nobis necessaria cum licentia Principis, non attenditur si aliquas merces simul asportaverint, quia attenditur quod principaliter agitur de subveniendo inopiæ, & Carestiæ, quæ in Regno est.

Cæterum etiam si navis sit amicorum, & merces fuerint *de Contrabando*, quod depræhenditur *dos selos dellas*, & insignijs, & qualitate mercium, quæ non alibi, quam in illa Provintia fabricari solent, tales merces cum naui publicantur, ita contigit, *no navio Ingres que veo carregado de papel de França*, hoc anno 1637. Vbi ita judicatum fuit contra Duardum Dias de Sousa, sed siquis vendidit merces *de Contrabando*, quæ repertæ sunt apud emptorem, & ideo confiscentur, venditor tenetur emptori de evictione, *l.*18.*titul.*5.*part. vbi glos. quanuis hodie si, se achar nas tendas*, non publicabuntur ex nouella Philipp. ex qua sublata fuit molestia, *da tata*,

caia, & cala.

Ab isto judice appellantur *para ajunta do Almirantasgo*, quæ est in Curia Madrid, vbi associatur vnus ex Consilio Portugaliæ, quod ibi residet.

§. 6. *De Præsidibus vrbis, & prouintiarum.*

117 PRæses Prouintiæ habet curam, ut arces, & fortalitia regia, & ordinum militarium reparentur, si colapsa fuerint vetustate, & corrupta viderit, *Ordin. lib. 1 tit. 58. §. 13. l. intra vrbem, C. de ædificijs priuat. ibi ea tamen instaurandi, quæ jam deformibus ruinis intercedisse dicuntur, l. fin. C. & ff. eodem titul.* Sed si fortè præses neglexerit, posset de negligẽtia conveniri ad instar tutoris, qui neglexit Sarta tecta reparare, *vt in l. 2. & ibi Bar. C. de cond. in publ. horreis, lib.* 10. Quod intelligo, si ex reparatione sequeretur vtilitas, nam si forte plus expenderetur, quam esset vtile, inanis sumptus fieri non debet, & tali casu præses excusabitur vt loquendo de tutore tractat *Bar. in l. mediterraneæ. C de ann. & tribut. lib.* 10 Et negligentia non nocet, vbi diligentia non sufficeret, *vt in l. 2. ff. quis ordo in bonorum possessione seruetur, & idem probat Ioann. Faber in l. omnes, C. de operibus publ. & text. est in auth. de mandat. Princip. §. si quis autem collat.* 3. vel nisi arces, & Castella habeant Dominos proprios, quia ad eos pertinebit eorum reparatio, non autem ad præsides, *& ita notat Angel. per text. ibi in l. tutores C. de operibus publicis Iass. in l. diuortio §. impendia, ff. solut. matrimonio, & in l. sumptus ff. de legat. 1. Lucas de Pæna, in l. 2. C. de exactoribus, & executor. li. 12. & probatur, in l. 1. tit. 18 part. 2.*

118 Item præses jubet præconio publico noteficari, vt nemo occultet, nec recipiat malefactores in domibus, aut fortalitijs, nam si receptauerit contra eum procedet, excusatur tamen vxor si maritum delinquentem receptauerit secundum, *Angel. in tractatu maleficiorum, in part. dicto Titio, num* 25. *Auendan. in capitibus prætorum, cap. 7. num.* 10.

Item probabilis ignorantia, quod receptatus sit delinquens excusat à pæna receptationis, nam vera, & non præsumpta scientia requiritur, quod sit delinquens, secundum *Bald. in l. 2. C. de adulterijs, & in l. 2. C. de ijs, qui latrones occultauerunt, & notat Angel. in auth. de Ecclesiasticis titulis, §. jubemus, collat. 9. Platea, & Lucas de Pæna in l. 1. C. de desertor. lib. 12. & in l. 1. C. de colon. tracens, lib.* 11. In dubio autem præsumitur ignorantia, vt probat *Angel. in tractatu maleficiorum, verbo. dicto Titio, versicul. quid si reperitur, & glos. in l. 2. ff. de receptat. Roman. cons.* 473. Et si sunt affines, & consanguinei mitius puniuntur *l. fin. ff. de recepiat.*

Item præses prouintiæ, non potest emere bona immobilia in loco, vbi jurisdictionem habet, *Ordin. lib 4. titul. 15 similis text. in l. 5. titul. 5. part. 5. l. qui officij, ff. de contrahend. empt. l. vnica*, C. *de contractibus judicum.* Quod extende etiam ad nauem, quia nec eam fabricare, nec fabricatam emere potest, *secundum glos. ibi in dicta l. qui officij, hanc tamen Ordinat.* multis modis limitat. *glos. ibi.* 119

Item præses etiam auolentibus suis Prouincialibus non potest aliquid recipere vltra sibi debitum *tenet Platea in l. vnica, C. de Salgamo Hospit. lib. 12. junct. glos. ibi, & ratio est, quia semper præsumitur quædam occasio, & concussio donandi, & tenet Guid. Pap singular. 487. §. si Notarius, Bart. in l. amplius non peti colum. 2. versicul. quæro, ff. rem ratam, habet, Iass. in l. si quis in conscribendo, num. 15. C. de pactis.* Nec potest recipere equos, mulos, & plaustra, sed debet conducere ad vecturam, *glos. & ibi Platea, in l. judicibus C. de curso publico lib. 12. & in l. cursum eodem titul.* 120

Item præses intelligit in reparatione operum publicorum, scilicet itinerum, viarum 121

arum, pontium, fontium, & murorum, *Sebastian. Naeui, in l. de operibus ff. de operibus publicis, Auendan. 2. part. cap. 3. numer. 4. de mandat. exequend.* & ad ista munera etiam Ecclesia tenetur, secundum *Lucam de Paena, in l. cum ad felicissimã, C. quibus muneribus, vel praestationibus nemini liceat. 1. colum. distinguit Auiles multis alijs auctoritatibus, & exemplis, in capitulis praetorum 23. ex num. 5.* Nam si vtilitas aequè principaliter ad Ecclesiam pertinet, tunc potest, & debet fieri contributio, *Abb. in cap. non minus colum. fin. de imunit. Eccles.* Si vero Ecclesiastici noluerint contribuere, compulsio fiet per judicem Ecclesiasticum, *argument. text. in cap. nullus de jure patronat. Cabed. 1 part. decision. 91. Valasc. consil. 176. Gratian. discept. forens. 184. num. 21.*

122 Item praeses debet scire, si aliquae personae nobiles, & Magnates retinent jura regalia, vt ad regem rescribant, nam domini terrarum, non habent facultatem imponendi tributa, & impositiones, nisi eis à rege fuerint concessa, *l. illicitas, ff. de officio praesid. l. 1. C. noua vectigalia institui non posse.* Et in concessione facta per Principem requiritur, quod sint specialiter impetrata, & cum causa, vt est *text. in l. vnica, C. de super in dicto lib. 10.*

123 Item praeses si reperiat culpa decurionum redditus patrimonij civitatis diminui, procedet contra illos, *Ordinat. lib. 1. titul. 58. §. 6.*

Nam decuriones ciuitatis habentur loco tutorum, & civitas instar minoris habetur, *lege debitoribus, C. de administrat. tutor. facit. quod notatur in lege final. §. penult. ff. de administr. rerum ad ciuitatem pertin. Auendan. in cap. praetor. 2. part. capit. 10. num. 33. in fin. Burg. de Paz. in leg. 3. Taur. num. 451. & sequenti, Bobadilla lib. 3. cap. 3. num. 35. & lib. 5. cap. 4. num. 1. in sua Politica, Gabriel. Berart. in speculo visitationis secular. cap. 3. numer. 52. & c. 33. numer. 3.*

Nam si decuriones alicui viliori pretio licitanti, spreto alio plus offerente locauerint praedia, ipsi de suo tenentur soluere civitati, *vt in l. Diui Patris, C. de locatione praed. fiscal. libr. 11. l. contra eos, & ibi Platea, C. de administrat reipublic. libr. 11.* dicens, quod administrator cogitur resarcire de suo si respublicae patiatur aliquod damnum propter sui negligentiam in non exigendo cautionem à debitoribus, vel aliquod amittendo, *tradit Auiles in capitulis praetorum capit. 32. verbo de pujar.*

Item praeses Prouintiae non potest advocare causas coram judicibus ordinarijs agitatas, *Boer. tractatu de potest. magni consil. sub numer. 158. nisi in casu de quo in Ordinat. libr. 1. titul. 58. §. 23. ibi. E poderà auocar a sy os feitos, &c.* Vel si esset scandalum si non aduocasset, notabiliter *Paul. in authen. qua in prouintia, vbi de crimine agi oporteat, Avendan. de exeq. mandat. cap. 19. num. 2. versiculo si vero.* 124

Item praeses non potest inquirere de officialibus Praelatorum, vt judicatum refert *Cabed. 1. part. decision. 202.* Nec item se potest intromittere in causis *da fazenda del Rey*, vti decisum esse asserit *glos. in Ordinat. libr. 1. titul. 58. §. 38. Nem nos Mamposteiros dos captiuos, vbi per glos. num. 2.* Potest tamen inquirere contra exportantes res vetitas extra regum, *Ordin. vbi supra §. 35.* Et quanvis aprehensi, & capti non fuerint possunt testes recipi, *vt per Mexiam in tractat. tassae panis. concl. 1. num. 36. & quanuis sint personae Ecclesiasticae ex Azeuedo in l. 1. num. 19. titul. 18. lib. 6. nouae recopillat. glos. 5. à numer. 17. Salzedo ad Bernard. cap. 55. addit. 1. vers. 3.*

§. 7. *De Iudicibus causarum Ciuilium, & criminalium.*

Quanvis isti Judices sint nominati à Consistorio Civitatis, tamen ab eorum sententia appellatio vadit ad Senatum supplicationis *juxta l. praecipimus* 125

mus C. de appellat. non obstante, lege 1. C. qui pro sua jurisdictione, lege 1. ff. qui, & aquibus, vbi, à delegato appellatur ad delegantem, & similiter gravamen ab interlocutoria non vadit ad præsidem civitatis, sicut vadit à forancis judicibus ad præsides provintiarum, *Ordin. lib. 1. titul.* 49 §. 4. *in fin. & titul.* 58 §. 25. In eorum judicio praxis est, vt ad citationem in animam non admittatur nuntius, qui alio nomine dicitur apparitor, *l. fin. C. de sportulis*, nec enim ei creditur soli, *glos. in l. ea quidem verbo citra, C. de accusat.* Qui tamen debet elegi persona legalis, aliàs tenetur ejus elector, *glos. in auth. de judicibus, § his collat.* 6. facit autem hanc citationem scriba ejusdem judicij, *vt in Ordinat. lib. 1. titul.* 49. §. 1. Et prius actor facit (*termo de como o deixa no juramento dalma*,) quæ praxis non servatur in Curia, quia statim in prima audientia juramentum refertur.

Item styllus est, vt impedimenta, quæ aliàs poni solent in Chancellaria super sententia finali, poni posſint in ijsdem actis, antequam sententia extrahatur à processu, præcipuè in causis levibus parui momenti.

Item prædicti judices cum alijs in consistorio cognoscunt de gravamine illato ab ædilibus fori, qui ædiles sunt quasi judices pedanei, qui humiliora negotia disceptant, *l. quædam C. de pedaneis judicibus*; *& verbaliter expediunt, juxt. text. in authent. nisi breves, C. de sentent. ex pericul. recitand. lege* 61. *titul.* 12. *part.* 3. Et quanvis posſint exequi sententias aliorum judicum, non tamen sententiam Præsidis in causa germanorum, *Ord. lib.* 1. *tit.* 49. §. 3. *in fin.*

§. 8. *De Iudice pupillorum.*

127 IN praxi sæpe quæstio vertitur, an jurisdictio hujus judicis orphanorum sit prorogabilis? & partem affirmativam tenet, *Cabed. 1. part. decis. 22. num. 5. Barb. in l. 1. ff. de judicijs articul. 4. num.* 60. Pro quibus facit, quia jurisdictio judicis dati ad vniversitatem causarum etiam inter certas personas de consensu partium prorogari potest *ex text. in leg. 1. C. de jurisdict. omnium judicum leg. 1. & 2. ff. de judicijs.* Contrarium tamen, imo illius jurisdictionem esse improrogabilem resolduunt *Cald. in l. si curatorem in princip. numer.* 20. *versicul. quæ conclusio, Valasc. consl.* 27. *numer.* 5. Pro quibus faciunt nonnulla, quæ in proposito affert, *Azevedus in leg. 7. titul. 18. num. 25. libr. 4. & in l. 2. num. 7. tit. 13. lib. 8. nouæ recopilat.*

Concordari tamen posſunt præd. opiniones, vt prima procedat, quoties judex orphanorum sit litteratus, vti esse solet in hac ciuitate.

Secunda vero opinio sit intelligenda in alijs locis, vbi talis judex solet esse sine literis. Quæ jurisdictio cum ex verbis concesſionis colligatur esse concessa privativè, proculdubio alij judices non poterunt cognoscere de causis orphanorum, etiam ex prorogatione partium juxta tradita *per Barbosam, in leg. 1. tractatu 4. num. 51. ff. de judicijs.*

In primis igitur judex iste ex officio curare debet, vt fiat inventarium, *Ordin. lib. 1. titul.* 87. §. 1. Quæ tamen limitari solet, vt non procedat si pater remittat confectionem inuentarij, quo casu judex non tenetur facere inventarium, si id videat expedire pupillo, *Bar. in l. tutor, qui repertorium, numer. 19. ff. de administr. tutor. Guid. decis. 332. ad fin. Gutier. de tutellis 2. part. cap. 1. num.* 35. Et potest esse interesse pupilli, ne fiat inventarium ex ratione, *text. in l. 2. C. quando, & quibus, 4. part. lib. 10. & l. fin. C. de aliment. pupill. præstand.* Nam semper præsumitur patrem bonum consilium capere pro filio, *l. nec in ea 22. ff. de adulterijs, l. pen. in fin. ff. de curat. furiosi.* Si autem judex videat expedire pupillo fieri inventarium, non tenetur observare præceptum testatoris, *Bar. in l. nemo potest num. 12. ff. de legat. 1.* 128

com-

communis, ex Couar. lib 2. Variarum, cap. 14. num. 4 resoluit ex Iulio Claro Pinel. in l. 1. 2 part. numer. 76. C. de bon. mater. Gutier in dicta l. nemo potest, num. 411. ubi ponit alias declarationes, & de tutellis, 2. part. cap. 1. ex num. 35. cum sequentibus, quanvis Dec. cons. 349 & Aymon. cons. 190. num. 9. id tantum admittunt, quando judex recedit à praecepto Patris ex causa noua. Et à testatore non praeuisa. Nam inventarium, quod hæres tenetur facere, *l. fin. §. & si praefetam, C. de jur. de liber. non potest a testatore remitti in praejuditium creditoris, ex reg. l. debitorem, C. de pactis,* Poterit tamen remitti in præjudicium legatorum, ita vt hæres non tenetur legatarijs vltra id, quo teneretur si non fecisset inventarium, & ista est communis resolutio, *ex Couar. in cap. 1. n. 17 de testam. quicquid alij. DD. contrarium teneant,* quorũ rationes facilè tolluntur, si consideres inuentarium quo ad legatarios requiri vt magis observetur voluntas testatoris *uti colligitur ex text. in auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, coll* 1. Vnde succedit regula, quod testator potest remittere illa, quæ introducta sunt, vt ejus voluntas magis observetur, *l. 2. C. uti in possessionem legat.*

129 Igitur judex iste curare debet in conficiendo inventario, ita vt etiam de bonis præsbyteri defuncti, à quo est laicus orphanus hæres institutus debet facere inventarium, *vt tenet Palatius in rubrica. §. 19. num. 11. de donat. inter, Gutier. practicar. lib. 2. quæst. 49. Mart. de jurisd. 4. part. centuria 2 casu 122. num. 16, & alij, quos refert glos. in Ord. lib. 1. titul 77. §. 4. & 5.* Quod tamen intelligunt nonnulli, quando hæreditas est jam adita a layco: *Pereira de Manu Regia, 1. part. cap. 16. n. 20.* Aliàs non adita hæreditate à Layco, judex Ecclesiasticus est competens ad bona clerici inventarianda, ex ijs, quæ tradit *Gutier. vbi sup. num. 1.* Praxis autem apud nos recepta est, quod hæreditate jacente ab Episcopo præses curiæ facit, inventarium, *Pereira de Manu Regia, 2. par. cap. 22. num. 45. & decis. 95. num. 16.* Cujus rei plures casus, in quibus ita obtentum fuisse refert *Cabed. decis. 84. 1. part.* Contrarium tamen tenent plures, quos *refert Dominus Rodericus de Acunha in commentarijs ad primam partem decreti, in cap. quoniam Episcopus 23. distinct. num. 10.* idque magis probabile existimat, *Barbos. de jure Ecclesiastico, lib. 1. cap 8. num. 88.* Minor autem, qui inventarium non confecit in tempore constituto à lege, potest implorare in integrum restitutionem, & interim pendente causa restitutionis non debet in illum fieri executio, tradit, *Gratia de nobilit. glos. 6. n. 24 Flaminius de resignatione, tom. 2. l. 11 q 3. n. 55. Surd. decis. 222. n. 12. Cald. in l. si curatorẽ verb læsis.*

130 Item ad judicem istum spectat dare tutorem, quem tamen non poterit dare nisi subditis, vel ratione originis, vel domicilij, quod si pupillus habeat bona in diversis Provintijs, tunc ei dandus est à judicibus, in quorum provintijs habet bona sita, *l. ante pen. ff. de tutor. & curat.* quod tamen intelligit Bar. quando vterque judex est competens, vt quia pupillus in vna provintia habeat domicilium, & in altera originem, *juxta l. 1. in fin. ff. eodem,* nam si pupillus vni tantum judici subditus sit, is judex ei potest dare tutorem etiam ad bona, quæ in aliena provintia posita sunt, *l. magis puto, § illud ff. de rebus eorum, & colligitur ex l. Item 24. § 1. ff. de excusat. tut. tradit. Bar. in l. legitimos § 5. ff. de legit. tut.*

131 Item judex esse, non debet dare decretum ad alienanda bona pupilli, & minoris præcipitanter, sed cum causæ cognitione, aliàs si fuerit decretum interpositum præcipitanter, præsumitur, quod in eo non fuerunt adhibitæ solemnitates *Cotta in memorab. verb decretum, Simoncel. de decretis, lib. 10. titul. 7. num. 47. Mascard. de probat. conc. 466. nu. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 75. n. 35. Cald. de empt. c. 13. nu. 49.* Et ratio est quia ex brevitate præsumi-

sumitur dolus *Bart. in l. ante, nu.13. ff. solut. matrim.* Et ideò necessaria est causæ cognitio, quia tunc omnia præsumuntur solemniter facta, *Surd. decis.* 231. *nu.*20. & praxis est vt tunc detur sententia à judice inserendo in ea causam, ob quam decretum interponit, nam si causa fuerit falsa, decretum erit nullum, *l.* 1. *§. hæc verba, ff. ne vis fiat, Vesin. tom.* 2. *commun opin. lib.* 7. *tit.* 14. *n.*96. *pag.* 104. *Gutier. cons.* 18. *n.* 66. *Cald. vbi supra num.*51.

De judice, seu ædili, vulgo Iuiz das propriedades.

132 ILla quæstio sæpe vertitur, vtrum si quis promisit non aperire fenestram in suo pariete, an ista obligatio liget particularem successorem? & pro parte negativa facit, quia illa verba sonant in factum, quo casu non videtur servitus constituta, sed pactũ quodam personale, quod non liget particularem successorem, *l. fin. §. fin ff. de contrahend. empt. sequitur Ripa, l.* 1. *§. si hæres, n.*4. *ff. ad trebell. Hypolit. sing.* 334. Contrarium tamen practicari vidi, quia in illa promissione exprimebatur causa, quæ directò respiciebat vtilitatem domus stipulatoris, quia addita fuit illa clausula, ne noceret luminibus alterius domus tuæ, tunc enim licet verba sonent in factum, tamen censetur realis servitus constituta, *Bar. in l.* 3. *§ opus in fin. ff. de alienat. jud. mutand. quem sequitur Cæpola de seruit.* 1. *part. cap.*2. *numer.*6. *Menes. in l.* 3. *numer.*27. *C. de seruit.* Cæterum si tibi concedam cædere lapides, & eos extrahere ex meo fundo, istud non transibit ad hæredes, nec procedet in hoc casu, *reg. text. in l. veteris* 13. *C. de contrahend. stipulat.* Quoniam videtur electa, industria personæ, vt scilicet cædat lapides necessarios ad suos vsus, *Bald. in l. Julianus, §. si quis alicui, ff. de legat.* 1. *quem sequitur Greg. in l.* 27. *titul.*9. *part.*6. *glos.*1.

133 Item si vicinus habens fenestram super tectum meum fecerit in meo damnum, compelli poterit, *gradar a janella* ex qua mihi damnum infertur, quod ita practicari vidi, nam quemadmodum si quis re sua abutatur, eam distrahere compellitur, ita & compelletur gradar quoniam ita vicinus re sua vti potest, dum alteri non officiat, *l. domum* 61. *ff. de reg. jur. l. sicuti* 8. *§. Aristo, versicul. idem, ibi in suo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat, ff. si servitus vendicetur, l. nemo damnum* 194. *ff. de reg. jur.* Et ideo quod mihi prodest, *em gradar a janella,* & tibi non nocet, teneris facere, nam eandem vtilitatem habet Reus ex lumine fenestræ, *ainda que se grade,* & sic vicini evitatur damnum quod continuo ei infertur.

Ex eadem ratione descendit, quod 134 quando timetur damnum inferri ædibus vicini ex ruina alicujus domus compellet judex, vt det cautionem, in qua venit quanti res est, *l. in hanc,* 28. *ff. de damn. infect.* Et quilibet de populo potest petere à judice, vt illa domus reficiatur, ne damnum inferat transeuntibus, aut rem deponat ex toto. *Cæpola de seruit. vrb. cap.* 59. *n.*3. *Gomes, in l. Taur.* 46. *nu.* 16. *ad fin. facit l. ædificium, C. de ædific. privat. quam extollit Rom. sing.* 710. Et si domus sit destructa, ita, vt deformetur publicus aspectus civitatis rogatur dominus reædificare, *l. singularum, C. ædificijs priuatis* quod si non faciat ex impensa publica reædificabitur, & dominus requisitus impensarũ pretium non soluens amittet jus suum, & civitas potest domum vendere, tamquam rem propriam, *extollit Ripa rubrica, numer.*5. *ff. de damno infecto, Dueñas, regul.* 152. *num.*11. *quibus adde l. fin. C. de jure rei publ lib.*11. *adde etiã Hypol. singul.* 470. Nam si dominus pauper sit, ita, vt non possit reficere, compelletur alteri vendere ob publicam vtilitatem, *argument. l.* 2. *C. seruis, qui propriam. libert. & ita speculator, titul. de satisdat. §. fin. nu.* 2. *Rom. singul.* 470. *Cæpol. seruit. vrb. cap.* 59. *n.* 4. *Tyraq. de nob. cap.* 37. *n.* 132. *Bobadilla in sua*

sua Pelitica lib.3.cap.5.num.27.

135 Item Judex iste non habet jurisdictionem ad destruenda ædificia jam facta, prout judicatum fuisse asserit *glos. in Ord. lib.* 1. *tit.* 68. 22. interest enim reipublicæ ædificia non destrui, cum hoc pertineat ad decus vrbis, *vt per Gratianum discept. forensium cap.* 32. *num.*19.

135 Hinc etiam descendit, quod quanvis vnicuique licitum sit altius ædificium tollere, *l. altius, C. de seruit. & aqua. prout resoluit Aldouin. cons.*10.*num.*5.*Bruñol à Sole in locis commun. verb. ædificium.* Hoc tamen non habet locum quoties quis propè monasterium ædificet, quod sibi non prosit, Ecclesiæ vero, aut monasterio noceret, *ita Cabed.* 1.*part. decis.* 151.*num.* 2. vt quia cadat ædificium super fenestras, & januas monasterij, nec etiam, quando quis ad æmulationem vicini ædificare velit, *vt notat Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 29.*num.*28. *Thesaur. Pedamont. decis.* 16. *ex num.* 10. *Mascard. de probat. concl.*620. *num.* 15. Dicetur autem fieri ad æmulationem, quando ædificans nullam vtilitatem ex eo ædificio percipiat, vt per *Phæbum decis.*73. *num.* 10.

136 Item ex mandato judicis fit nuntiatio noui operis, & prohibetur opus fieri, si tamen transacti tres menses sint, & causa non sit finita, poterit reus præstita cautione de demoliendo suis sumptibus opus perficere, vti colligitur *ex Ordin. vbi supra §.*23. *ita, probat text. in l. vnica. C. de Nou. oper. nuntiat, Viuius, tom.*2.*commun. lib.*8.*titul* 6.*num.*6. *Græua lib.*1.*concl.*16. *à numer.* 17. *Gratian. disceptat. forens. capitul.*384.

Vel si constaret evidenter de injustitia, & malicia nuntiantis, judex non debet pati, quod opus demoliatur, quanvis prohibitio præcesserit, *argument. text. in l. æquissimum* 2. *in princip. de bonorum posses. secundum tabul. Greg. in l* 8. *titul.*22. *verb. fuere part.*3. *Surd. cons.* 154. *num.* 20. *adde Gratian. vbi supra cap.* 84. *nu.* 38. *& eundem Surd. decis.*168. *ex num.*9.

Cæterum pro servitutibus rusticis, non 137
competit nuntiatio noui operis, *l. qui viam, ff. de noui oper. nuntiat.* Quod sine dubio procedit in seruitute discontinua, vt est servitus aquæ ductus, & aliæ similes, aduertit *Alciat. in dicta l. qui viam, num.* 4. *& libr.*3 *Parergon cap.* 24. Per quæ ita judicatum fuisse asserit, *glos. in Ordin. lib.* 1. *titul* 68. §.23. *in certo Molendino.* quod ædificabatur, cui nuntiatio noui operis fuit facta, & Senatus censuit locum non esse prædictæ denuntiationi, quia in rure non dabatur nuntiatio noui operis. Et si transacti fuerint tres menses, à lite mota super servitute sine prosecutione litis, causa remanet finita, vt de ea amplius actor non audiatur, ita probat *text. in §. vltim. titul.* 68. *libr.* 1. *ibi Não seja mais ouuido,* quod nonnulli intelligunt, vt non sit opus exceptione, quin si audiatur, erit judicium nullum ipso jure, *vt tenet Ioann. And. in addit ad speculat. titul. de sentent. prolatis §. juxta, Tyraq. in l. si vnquam verbo revertatur in num.* 212. *C. de reuoc. donat.* Alij vero existimant opposita exceptione per partem, *ex Bar. in l. cum lex. numer.*9. *ff. de fidejussor. Gutierres. pract. lib.* 1. *quæst.* 96. *numer* 11. *Mexia in tractatu tassæ panis, conclus* 6. *numer.* 72. *Surd. decis.*57.

De impedimentis aduersus nuntiationem Nou. oper.

PRimo impediri potest quod vicino 138
sciente, & patiente opus fabricavit, & ideo non potest vicinus agere, vt opus destruat, *ex l. labeo, ff. de aqua pluu. arcend. Franciscus Marcus decis.*497. *numer.*17. *& numer.*26. *Barbosa in l. quæ dotis numer.* 71. *ff. solut. matrimon.* Secundo quia Actor ægit ex interdicto vnde vi pro servitute, quæ non pertinet ad istum judicem vt probatur *ex Aresto, Cabed.* 5. 1. *part.*

Nouiter dubitatum fuit an prospectus 139
ad mare per alium impediri possit? & obtinuit

tinuit quod non in causa Comitis do Sabugal cum Antonio Viera, scriba Chaves, *ex text. in auth.* de novi operis nuntiatione maritimi aspectus collat. 5. nouella 66. & authentic. generalis forma de prospectu in mare collat. 9. nouella 165. quæ comprehendit omnes Provintias, *l. vltim. C. de ædificijs priuatis*, de quo Hormepolus in promptuario juris *lib. 2. tit. 4. num.* 60. & 64. *Vegelius lib. 12. digestorum c. 11. reg.* 3. vbi ita resoluunt, nisi centum pedibus separatis, & pes habet 16. digitos *ex Cæpola, in l. si fugitiui, num. 1 C. de ser. fugit.* Et ita judicatum fuit patrocinante doctissimo Bernardo Gomez Barona, anno 1637. non obstante *Ord. lib. 1. titul.* 68 §. 33. quæ non loquitur in mari, & est casus omissus, qui judicari debet *secundum Ordin. lib. 3. titul.* 64. vbi secundum leges Imperatorum causæ deci debent deficiente, *Ord. Regia.*

§. 9. *Iudex qualis esse debeat in sui persona.*

140 Dixi in prima parte, quod judex debet esse naturalis hujus Regni, prout etiam tradit *D. Rodericus de Acunha super decreto, cap 2. distinct 61. pag.* 545. Quam naturalitatem non amittit filius, qui in alio Regno extero natus sit ex patre originario hujus Regni idest qui natus fuisset in hoc Regno, quod expresse tenuit *Barb. in l. hæres absens, § proinde, articul. in foro originis num. 90. ff. de judicijs*, vbi dicit, quod si Hispanus iuverit in aliam Provintiam non animo contrahendi domicilium, & ibi susceperit filium, filius non amittit naturalitatem Hispaniæ, quod ampliat, & extendit *Otalora in tractat. de nobilitate 2. part. cap. 4. ad fin. in nouis, ad nepotes, qui ex avo regnicola in extero regno nati sunt.* nec enim amittunt naturalitatem Hispaniæ, vbi ita in Granatensi Senatu decisum esse affimat, *Thomas Sanchez in suis Consilijs, lib. 2. cap. 1. dubio* 9.

Item circa illud, quod dixi de minore, qui habuit veniam ætatis ad serviendum, intelligitur nisi prædicta *seruentia* fuerit alij concessa, quoad duraverit minor ætas quia tunc princeps in præjudicium talis, veniam concedere non potest, *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & ita censuit Senatus.*

In primis judex facilem se præbere debet, audiendo, & respondendo benignè, vt & aliàs fecit Imperator *in l. precibus, C. de impuberum, & alijs, l. vt responsum, C. de transact. l. 1. in fin. C. de precibus Imperat. offerend.* 141

Item Judex debet esse veridicus, & honestus. Nam quidam à Philippo Macedonum rege ex ordine judicum fuit semotus, quod capillos tinxisset, quasi verum voluisset simulare, refert *Tiraq. in l. 3. nu. 48. conub.* Et aliter à Senatu fuit motus, quod vxorem, præsenti filia, deosculatus fuisset, *idem Tiraq. in l. 15. conub. nu. 157.* Debet viuere sine peccato ex quo scandalum resultet in populo, *Sygismundus Scacia de sententia, & re judic.*

Iudex qualis esse debeat in judicando.

Item Judex debet judicare secundum leges. Nam quanvis sententia, quæ directo non est contra leges, sed in quandam consequentiam valeat, *vt in l. si præses, & in l. cum prolatis. C. de re jud. Bar. in l. jus, pluribus, vbi id optime explicat, ff. de legibus, Abb. in cap. 1. de re jud.* Tamen si judex in hoc casu pronuntiaverit per dolum, facit litem suam, & est infamis, *l. fin. C. de pæna jud. qui male judican.* Si vero ob imperitiam, satis est vt faciat litem suam, *vt in l. ex maleficijs, §. si judex, ff. act. & obligat. l. fin ff. de vat. & extraord. cognit.* 142

Nec item judex debet discedere a lege salvis verbis, nam licet dura sit, seruanda est, *l. prospexit, ff. qui, & à quibus*, in dubio enim præsumitur dictum quod scriptum, *l. quod labeo in fin. ff. de supplect. leg. c.*

hu-

humanæ aures 22. quæst. 5. Quanvis enim legislator consultus de eo casu particulari aliud dixisset, nihil refert, quoniam non sufficit voluisse dicere, sed oportet dixisse, *argum. text. in l. quidam cum filium, ff. de hæred. Instit. l. si repetendi, C. de condict. ob causam.*

Cæterum si mens legis, & voluntas est aperta, tunc verba omitti possunt, & mens sequenda est, *D. Thom. 2. secundæ, quæst 125. artic. 1. Soto lib. 1. de justitia, & jur. quæst. 6. artic. 8. ex l. non dubium, C. de legibus, & est text. in simili, in l. non aliter, ff. de leg. tertio.* Nam eo casu cessat legis ratio negativè, & ex observantia legis, resultat contrarius effectus ipsi legi, quo casu omnino cessat lex, *Aristot. li. 5. Ethicorũ, c. 10.* cujus rei exemplũ ponit, *gl. in princ. Inst. quibus alienat. licet, vel non, verb. prohibetur,* quod si saluis verbis possumus ipsam legem, vel quicquid sit de bono, & æquo ad cõmunem vtilitatem intepretari, tunc interpretatio fieri debet in partem meliorem, secundum doctrinam, *tex. in l. placuit. C. de judic. & sic intelligi possunt tex. in cap. quanto, & cap. Quintavallis, & cap. quemadmodum de jur. jurand. & cap. cum juramento de homicidio.*

143 Item judex non debet judicare vltra petita *leg. vlt. ad fin. C. de fideicommiss. liber, tradit Cæsar Baizi Bonon, decis. 33. n. 9. Iafredus decis. 298. exornat Scacia cum multis limitationibus de sententia, & re judicata glos. 41. quæst. 16. ex num. 9. cum sequentib.* Potest tamen judex vltra petita per libellum in sententia deducere, & condemnare de ijs, quæ tacite, & virtualiter insunt, potest enim ad fructus condemnare, dum condemnat ad restitutionem rei, quia virtualiter comprehenduntur, quia etiamsi petiti non fuerint, possunt à judice suppleri, vt novissime, *tradit Camill. Borrellus in summa dec. tit. 46. de libello, nu. 128. & Hieronym. Magon; Lucens. decis. 53. n. 18. Anton. Capicius Neapol. dec. 10. n. 24.* Aliàs sententia lata super eo, de quo lis non est contestata, est nulla, *Suare. decis. 295. ad fin.* sententia enim est stricti juris, *ex Aloys in collect. decis. 5. par. colect. 206.*

Item judex non potest judicare in causa propria vel suorum, *l. 1. C. nequis in sua causa, l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdict. omn. jud. Dñs Rodericus de Acunha super decreto, distinct. 45. cap. 11. vbi limitat. & distinguit, Ord. lib. 3. tit. 24. Surd. cons. 50. num. 26. lib. 1. Tusch. conc. 908. numer. 14. tom. 7. Ramon. cons. 3. num. 9.* 144

Nam naturalis impensio est in consanguineos, *Tiraq. de pen. cap.* 18. & quanvis præd. lex non procedat annullando, sufficit, quod prohibeat simpliciter per multa jura, & exempla, quæ ponit. *Tyraq. in l. si vnquam verb. revertatur à num. 58. Soar. de ll. lib. 5. cap. 25. num. 7. Barbosa in collectan. ad Clem. de jur. jurand. nu. 7.* Vt acta sint nulla, quicquid dicat *Ioann. Baut. Costa de quo ista, & rata quæst. 81. n. 5. Alex. 35. Var. lib. 2. tit. de jud. resol. 5. n. 25.*

Item judex ex actis, & probatis judicare tenetur *Iurba, qui alios refert, decis.* 11. Quanvis ex conscientia sciat probationes esse falsas, *Scacia lib. 1. capitul. 2. glos. 14. quæst. 8.* 145

Item debet judicare secundum communem opinionem, vt præter alios optimè resolvit *D. Rodericus de Acunha vbi supra cap. 1. distinct. 65. pag. 579.*

Item judex, qui per ignorantiam absq; dolo malè judicauit, non tenetur ad damna, & interesse parti *l. igitur vers. generaliter, ff. de lib. causa, Gam. decis. 38 nu. 4. & decis. 168. num. 2. Tyraq. de pænis temp. cap. 43 Valasc. cons. 26. Cabed. decis. 39. 1 part.* Ex quibus ita judicatum vidi in lite Michaelis Maciel, scriba Joann. Correa da Costa annno 1635.

Item judex potest ex causa juridica, judicare, quanvis à parte non sit dictata nec allegata, quia in ijs, quæ in jure consistunt potest supplere, *leg. 1. C. vt quæ desunt aduocatis* aliàs judex supplens in facto, est suspectus, *Scacia libr. 2. de judicijs cap. 7. numer. 34.*

APPENDIX I.

De scriba judiciario.

146 IN Primis scriba non potest recipere pacta, & conventiones in actis sine licentia judicis, alias non valent, *Afflictis decis.* 135. *& lib.* 2. *rubrica* 5. *num.* 16. *& lib.* 1. *rubr.* 60. *num.* 14. *Marant. de Ord. jud.* 6. *part. memb.* 10. *num.* 10. *&* 11 *glos. in Ordinat: libr.* 1. *titul.* 24. § 11. Dante autem judice licentiam valent, etiamsi in eis testes non interveniant, *Alex. & Imol. in l. acta, ff. de re jud. glos. & Bal. in l. illud, C. de Sacrosanctis Eccles. resoluit Seraphin. de priuileg. jurament. preuileg.* 34. *num.* 9. Dummodo sint subscripta à parte, & inde est quod confessio ad interrogatoria, quæ mandato judicis facta fuerit, debet etiam esse subscripta à parte, *vt in præd. Ordin.* §. 19. Nec sufficit, quod pars terminum confessioni scribat nisi subscripserit, *Valasc. de jure emphyt. quæst.* 7. *num.* 12. *ad fin.* & confessio absque mandato judicis facta coram scriba, non nocebit confitenti *glos. in l jubemus, C. de liber. causa, Faminius de resignatione lib.* 2. *quæstionum numer.* 15. Vt igitur valeat confessio debet redigi in scriptis, & signari per partem, pro vt est in praxi, & tradit *Ozaseus decis.* 2. *num.* 46.

Item simplicitas tabellionis, non præjudicat partibus, *glos. communiter recepta in l. vlt. in fin. C. de fidejussoribus.*

146 Item scriba curare debet, vt judex subscribat sententiam interlocutoriam, quam verbaliter dixerit, quia omnis sententia debet ab eo esse subscripta, *l.* 2. *C. de senten. ex breui loco recitand. cum alijs de quibus Costa in l. si ex cautione, versicul.* 2. *species, C. non numerat. pecun. Azeued. in l.* 10. *titul.* 17. *nu.* 75. *lib.* 4. *nou. Recop.* aliàs tenebitur parti ad interesse, *Ordin. libr.* 1. *titul.* 24. §. 19. Vnde sit scriba omiserit aliquam solemnitatem, cujus defectus parti præjudicet, potest agere ad interesse *ex l. vltim. C. de magistr. conuen. vbi Bart. Menoch. cons.* 37. *num.* 3 *Farinacius in prax. crim. quæstion.* 155. *numer.* 12. *Cald. quæst. forensium, cons.* 19 *num.* 48. *& de empt. cap.* 44. *numer.* 49. Quod si scriba commiserit culpam in officio, ejus punitio pertinet ad judicem Chancellariæ, qui potest avocare acta in alio judicio super culpis agitata, ut cognoscat in prima instantia secundum *Cabed. Aresto* 11. 1. *part.* vel per appellationem, *idem Cabed. Arest.* 85. 1. *par.* Sed non de erroribus officialium per querellam extra quinque leucades, *Phæbus* 2. *tom. Arest.* 146.

Item scriba non potest dare aliquid ex 148
Actis sine mandato judicis, *per Iass. in l. is apud quem num.* 3. *C. de edendo, Dec. in cap.* 1. *num.* 53. *extra de probat. Hyltropius de processu judiciar.* 1. *part. titul.* 26. *num.* 7. Bene tamen potest, & debet edere litigantibus omnia acta judicialia, *l.* 2. *C. de edendo l.* 1. §. *edenda, ff. eodem, Dueñas, reg.* 5. Nam omnis actus judiciarius eo ipso, quod est factus censetur communis alteri parti, & ideo potest illorum copia peti, & scriba, qui judice mandante non vult acta edere præsumitur in dolo, secundum *Alex. in l. vbi, ff. de edendo, pro quo est tex. in l. non potest dolo, ff. de reg. jur.*

Item assertioni scribæ non creditur in 149
ijs, quæ non pertinent ad ejus officium, *Farinac. decis.* 13. *num.* 3. *part.* 1.

Item si scriba dicat perdidisse processum, debet casum fortuitum absque sua culpa probare citata parte, quæ si velit probare contrarium admittetur, *juxt. l. dolum, C. de dolo, l. cum ita legatur* §. *species, ff. legat.* 3. Nam culpa semper præsumitur incustodiente, *l. cum duobus*, §. *damna ff. pro socio, & ibi glos. l. si vendita ff. de pericul. & commod. rei vend.* Nec enim creditur scribæ, nec ejus juramento super amissione processus secundum *Bar. in l. fin. C. de fid. instru. Mascard. concl.* 88. *num.* 7. De quo cognoscit Rector justitiæ, *Ordin. lib.* 1. §. 31. *titul.* 1. *& titul.* 24. §. 24 *eod. lib.* Quo si potest contractum de nouo

nouo processum, acta prima reperiantur super illis judicari debet, non super secundis, *Mascarà.conc.32.num.25.& 26.*

Item scriba si committat crimen extra suum officium, potest illud exercere, *Phæb.1.part. Arest.* 104. *& 2.part. Arest.* 163. *Surd. cons.6. à num.12. lib.* 1. Et an lata sententia suspensionis contra scribam, à qua sit appellatum, possit pendente appellatione servire? disputat *Scacia de appellat. quæst.*110. *à num.* 77. *quem refert Phæbus, tom.2. Arest.*110. *tradit Gutter. pract. libr.* 1. *quæstio* 34. *Caballus resolut. crimin. casu* 76. *Franch. decis.* 8. *Berart. inspecul. visitationis cap.* 7. *num.* 1. *Mar. Nauar. quæstionum Forensium, part.* 1. *quæst.*100. *Ioann. Griuell. decis.*60.

APPENDIX. II.

De eo qui acta processus distribuit.

150 IN primis distributor aperit acta processus appellativi, quia si causa est dependens ab executione, seu liquidatione sententiæ Senatus, distributio fit ad eundem Senatorem, & scribam excepto casu, *Ord.lib.1.tit.27.§.6.*

Item præsentatio instrumenti grauaminis intra 30. dies coram distributore sufficit, vt fiat, *Phæbus Aresto* 27.1.*part.* Distributio autem non fit *de autos de prizoens, nem de sentenças, nem de execuçoẽs, Ord. vbi supra, §.*7. Nec distributio datur scribæ absenti, sed transit ad alium, nisi pro absente substitutus datus sit à Recto re justitiæ, vt serviat *d. tit.* 27. *§.* 8. necetiam ei qui accusatur de errore officij, ex quo mereatur pænam privationis officij *Ord.lib.1.tit.99 §.1.& 2. notat Franch. decis.8.& ibi Mouarius ejus additionator*

APPENDIX. III.

De testium examinatore.

151 ADdo hic nonnulla, quæ pertinent ad officium examinatoris, quæ quidem in praxi notanda sunt, & prius videat examinator si partes sunt citari ad videndum jurare testes, nam testis examinatus parte non citata, nullum omnino facit judicium, *l.si quando, C.de testibus, auten. sed si quis ab aliquo, C. de fide instrument.cap.2. vbi Felin. late extra de testib. D. Rodericus de Acunha, cap.3. num.* 2. *distinct.*44. *& cap.1.num.15. Borrelus in summa decis. tom.2. titul.7. num.46. Farinacius de testibus, quæstion.* 72. *num.*1. *Ordinat.lib.* 3. *titul.* 1. *§.* 13. Quanuis in civilibus, aliquam suspitionem, vel præsumptionem faciat, secundum *Arbert de hæreticis, quæst.* 14. *numer.* 39. Etiamsi testis examinatur ad perpetuam rei memoriam, *Hypol.in l.de vno quoque, numer.* 64. *ff.de rejudicata,* & etiam si procedatur Manu Regia, *vt inquit Bart. in l. si filius Fam.num.5.ff. de donat. Iass. in §. in bonæ fidei, num.26. de action.* nisi procedatur ad formandam inquiritionem ad capturam, *cap.qualiter, & quando de accusat.* Vel quando est periculum in mora, & suspitio fugæ debitoris, vel in sequestro *Gabriel communium lib.2. titul. de citatione, concl.1. num.304. Borrellus vbi supra, numer.*28. Vel in causa naufragij, *Bar. in l. 2.C. de naufrag. lib.11. Strach. de mercat. glos.28. num.2. Mastril. decis.198. num.26 & 27. Viuius decis.1. nuu.2.*

Item non debet examinator interrogare testem de ijs, quæ sunt extra articulos *Ordin. lib.1.titul.85.§.1.* Nam si testis deposuerit aliquid extra illa, quæ in articulis habentur, pro non dictis reputari debent, *Gregor. in l.31. titul.16. part.3. Donat. à fini tom.1. commun. opin. libr.4. titul. 10. num. 355. pagin. 556. Mascard. concl.1365. alias 1372. Farinacius de testibus quæst.71. Alex.35. var. lib.2. tit. de testib. resolutio 7. Bald. in l. momentaneæ, C.qui legitim. person.* Ubi dicit, quod testis, qui juravit super mero articulo possessorij non potest interrogari de proprietate, sequitur *Felin. in cap.de testib. num. 2. extra de testib. Menoch. cons.60. nu.16.* 152 153

volum. 1. Nisi testis tractet de declarando dictum suum, *Bar. in l. 1. num. 7. ff. si. cert. pet. Thesaur. decis. 261. num. 3. Alexand. 35. vbi supra num. 1. versicul. tertia declaratio.* Quod si testis fuerit examinatus extra articulum, cui fuit designatus nihil probabit, *Farinacius, vbi supra amplat.* 1. Vnde examinator testem productum super vno articulo, non debet interrogare super alio, *argum. l. si quis libertatem in fin. ff. de petit. hæred. l. si duo §. fin. ff. de jur. jurand.*

154 Item interrogare debet testem de officio, & conditione. Nam servus testis esse non potest, *l. quod attinet, leg. in omnibus leg. in personam, ff. de regul. jur. lege quoniam, & authen. si dicatur, C. de testibus.* Quod si testis interrogatus de conditione dicat se esse nobilem, magis ei creditur, quam plebeio, *leg. 3. §. lege Iulia, ff. de testibus Dominus Rodericus Acunha super decreto cap. 3 num. 6. distinct. 7.*

155 Item ex praxi non potest interrogare testem, nisi pars eum producat, quia testis non vocatus, sed vltro se ingerens interrogari non debet, quia est suspectus, *Bart. in l. quem admodum, §. 1. ff. de procurat. Borrelus in summa decis. tom. 2 titul. 7 num. 1. & 10.* Nec ei fides adhibetur, *Menoch. de arbitr. casu 474. num. 57. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 55. num. 2. Farinac. de testibus quæst. 80. num. 1.* Et qui in causa criminali se vltro offert ad testificandum, præsumitur inimicus, *Farinacius vbi supra, num. 5.* Vbi hujus rei plures affert declarationes, nam si testis se offert, & examinator præsente parte, & non contradicente ei juramentum defert, bene admittitur *Felinus, in cap. 2. num. 24. extra de testib.*

Item si testis fuerit exterus, veluti Italus, Gallus, aut Germanus debet examinari per interpretem, facto prius juramento ab interprete, & ab ipso teste; Nec acta nisi idiomate proprio Lusitano scribi debent, *Rebufus in tractatu de Inquisitoribus, artic. 3. glos. vnica, num. 22.*

Item examinator, inspicere debet, quo vultu, qua trepidatione testis deponit, vt tradit *Boer. decis. 1. num. 20.* quia per exteriora deprehenditur interius, *cap. 1. de cleric. non resident. cap. ex studijs de præsump.* Nam testi trepidanti non creditur, *Mascard. concl. 1361. num. 3. Ordin. lib. 1. titul. 85.* 156

SUMMARIUM.

1 *Actor quando habitare se debet.*
2 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiũ nõ gaudet priuilegio.*
3 *Familiares, quando gaudere possint eodem priuilegio.*
4 *Vidua, quæ habet terras, & jurisdictionem non gaudet priuilegio fori.*
5 *Vidua, an agat de suo priuilegio? si pendente lite superuenit idem priuilegium alteri parti.*
6 *Quando concurrunt duo pariter priuilegiati.*
7 *Vidua, & aliæ personæ similes possunt tradere aduersarium ad Curiam.*
8 *Contumatia Actoris maior est quam Rei.*
9 *Actor, qui proponit actionem inepeam potest redire ad aptam.*
10 *Pauper potest trahere ad Curiam aduersarium.*
11 *Emptor hæreditatis potest agere contra debitores, sed non potest conueniri à debitoribus hæreditatis.*
12 *Actor si fuerint exterus tenetur satisdare.*
13 *Aduocatus, qualis esse debeat?*
14 *Aduocatus potest vendere suum consilium.*
15 *Aduocatus allegans leges falsas, & reuocatas punitur.*
16 *Aduocatus non potest pandere se creata juris.*
16 *Pars, quæ præuenit duos aduocatos famosos potest eligere vnum.*
18 *Aduocatus transmittit ad hæredem Salarium totius anni incæpti.*

19 *Ad-*

19 *Aduocatus si amittat processum ad quid teneatur?*
20 *Processus quomodo reformari debeat.*
21 *Aduocatus in causa sua sæpe errat.*
22 *Mandatum procuratori datum stricte accipiendum est.*
23 *Socius, qui cum libera habet mandatum potest recipere pecunias mutuas.*
24 *Mandatum generale ad arbitrium boni viri intelligitur.*
25 *Forma madati non potest in alia æquipolenti adimpleri.*
26 *Omne quod fit præter formam mandati est nullum.*
27 *Procurator simpliciter constitutus ad vendendum, non potest vendere habita fide de pretio.*
28 *Mandatum generale, non intelligitur in persona inhabili.*
29 *Mandatum generale cum libera, idem est, quod speciale.*
30 *Mandatum generale, excepto vno casu, quomodo intelligat?*
31 *Exceptio, quando ampliet regul.*
32 *Mandatum censetur reuocatum per secundum.*
33 *Mandatum opposito defectu, non conualidatur, nec judicium antea factum.*

CAP. III. *De Actore.*

1 ACtor qui fuerit successor alicujus, qui mortuus fuerit lite pendente se legitimare debet, vt in causa legitime procedatur, *Ordin. lib. 3. titul. 27. §. 2. vbi glos. Cabed. 1. part. decis. 120. num. 19.* Successor autem comendæ, vel beneficij prosequitur litem inchoactam, absque alia legitimatione, vel citatione, ex eodem *Cabed. 1. part. decis. 198.* Et quando Reus moritur, non est necesse, quod Actor faciat articulos legitimationis *ex eodem Cabed. 1. part. decis. 197. & 2. part. decis. etiam 197.* Ille tamen qui petit aliquod, tamquam filius, vel hæres, debet legitimare personam suam, vt per *Menoch remed. 3. adipiscend. num. 164. & remed. 4. num. 441 Ioseph. Ludou. Perusinus decis. 15. num. 3.* Et agens contra hæredem, debet probare illum esse hæredem, *Surd. decis. 154. num. 17. Gratian. discept. forens. cap. 135. numer. 40.*

Item licet Actor priuilegiatus cum Reo pariter priuilegiato non gaudeat priuilegio, *Auth. quas actiones, vbi notatur C. de sacrasanct. Ecclesi. Couarr. pract. cap. 7. num. 4. & in reg. possessor 2. part. §. 2. numer. 4.* Et sequi debeat forum rei pariter privilegiati, *Ord. lib. 3. titul. 5. §. 3. vbi gl. 1. & 28.* Tamen si vidua concurrat cum privilegiato *das cartas de jugar, ou dos portos secos, ou do mar.* Qui omnes habent suos judices particulares delegatos cum prærogativa exemptionis, dubium est cujus privilegium eorum præualeat? mihi autem videtur, quod licet in illo privilegio *do estanque* contineatur clausula illa non obstantibus, non ideo revocatum remanet privilegium viduæ incorpore juris inclusum, nisi de eo specialiter mentio fiat, *Bar. in extrauag. ad reprimendum verb. non obstantibus. C. quomodo in crimin. læs. Majestat. proced.* Nam viduæ privilegium est firmius, quia est commune, quam illud quod est *speciale, Tyraq. de priuilegijs, cap. 26. ad quod facit text. per argument. ab speciali in Ordinat. lib. 3. titul. 5. §. 6.* 2

In quo obiter noto ex novella Phillipp. non gaudere illo Privilegio, *do estanque* nobiles, qui publicano non assistunt, nam familiares in eodem contractu, illi tantum dici debent, qui publicanis in eodem vectigali insistunt, *l. 1. §. familiæ, ff. de publicanis, & vectigal. l. quantæ §. 1. ff. eodem* aliàs qui imponit sibi nomen familiaritatis ad suam litem priuatur jure suo, & publicanus infamatur si consenserit, *l. 1. vbi Bald. Salicet, & Alex. C. de ijs qui potentiorum nomin.* 3

Cæterum si vidua habuerit terras cum jurisdictione, non gaudet suo privilegio, *Ord.* 4

Ordin. lib.3.titul.5.§.5. Couar. pract.cap. 7.num vltim. versic.8. Et similiter moniales, quæ habent jurisdictionem, *ex Valasc. allegat.66.num.3.* Vbi dixit ita fuisse judicatum, *nas freiras de Loruão,* quicquid aliud sentiat, *Gabriel Pereira decis. 22.numer.2.*

5 Item si vidua agat ex suo priuilegio viduitatis, & pendente lite, aduersario idem priuilegium superveniat, jus commune seruandum est, & ad judicem rei causa remittenda est, *Iurba decis.82.num.8.facit Ordin. lib.3.titul.5.§.3.versicul. Porem.* Quicquid malè existimet *Phæb. & ineptè dicat aliud censuiße senatum in duabus viduis pariter priuilegiatis Arest.* 48.1. *part.* Notabis tamen, quod vbi sunt duo privilegiati in genere, si in specie, de quo agitur vnus tantum privilegium habet, potest eo vti contra alios privilegiatos in genere, *ita Bar.in dicta auth.quas actiones, receptus ex Iass. in leg. fin. num. 11.ff. ex quibus causis maiores, & in §. rursus,num. 56 Inst. de action. Couar. in dicta reg. possessor. 2.part.§.2. num.4. versic. quod vero diximus, Menoch.cons.52. num.43.Felin. in cap. in præsentia nu.* 30. *de probationib. licet* contra eum teneat *Dec. in auth.qui rem num.21. C. de sacros. Eccles. & in dicto cap.in præsentia num.5. Gomes, in dicto §. rursus num.27.* Quibus tamen respondere poteris ex traditis, *per Couarr.*

6 *lib.1.resolut.cap.19.num.11.* Et similiter ubi concurrunt duo pariter priuilegiati, quorum vnus agit de damno vitando, & alter de lucro captando, semper præferetur ille, qui agit de damno vitando, quia scilicet hæc qualitas reddat privilegium suum potentius, *vt in l.verum § fin ff.de minorib.* vbi minor captus restituitur adversus alium minorem, qui captus non sit, quod etiam probat, *l.si minor 35.ff.eodem notat glos.in l.eleganter, §.quæ verb. non liberat.ff.de pign. action. adde etiam text. in l. sed & militem vbi glos.vers.fortior.de excusat tut.* Denique hanc conclusionem tenet *Paul.cons.37.num.5.lib.2.Dec.cons. 410.num 4.Gomes vbi supra, nu. 27. Marius Antonius variarum resolut. lib.2.resolut. 8. numer. 59.* Vnde ex ijs consequitur, quod vbi duo pariter priuilegiati concurrunt, semper præfertur Reus vt supra dixi, & probat *leg.2. C.de priuilegiatis, facit lex. assiduis ad fin. Cod.qui potiores in pign.* Melior est igitur conditio rei, *vt in cap. auditis, vbi notat Abb. numer. 8. de in integr. restitut.* Vnde si concurrant vidua, & scholaris, præferenda est vidua, quia causa sui privilegij est magis fauorabilis, cum ipsa sit magis miserabilis, *ita Bald. in authent. habita, numer. 33.C. ne filius pro patre vbi Bologn. numer. 228.ad de Aret. cons 83. numer.4. Dec. cons.177. numer. 5. qui ponunt causas propter quas dicatur potentius priuilegium.*

Item non solum vidua, & orphanus possunt trahere suos debitores, & contendentes, ad Curiam, *ex Ordin.lib.3.titul.5. vbi glos. plures concordantias de jure communi, & auctores adducit.* Sed etiam fæmina filia familias, licet sit in patria potestate, ratione sexus fæminei poterit trahere suum adversarium ad Curiam, vt copiose tradit *Vicent. de Franch. decision.100. à numer.1.* 7

Item & Senex prout *ex Menoch. & alijs tradit glos. in præd. Ordin. numer. 18.* poterit similiter trahere adversarium suum ad Curiam, & mulier separata à marito, & illa quæ habet inutilem virum, *glos. in leg.fin.Cod.ad leg.Flauiam plagia. Alciat. in cap.1.notab.4.de rescript. Tyraquel. in cap.6 Canub. numer. 12. Marian. Nauar.quæstion. forens quæst.167. Barb. in leg.1.part.1.num.47.ff.solut matrimon. nisi separata eßet ex sua culpa Carauita in ritu magnæ curiæ Vicariæ 99.num.23.* Et consequenter mulier, quæ habet virum captivum, aut exulem *Pascalis de viribus patriæ potestatis, 2.part. cap.2. nu.93. Franch. vbi supra num.18.*

Item Actor, qui citavit alium ad præfixum terminum non expectatur, vt reus, qui expectari solet vsque ad primam audien- 8

dientiam, ideſt per tres dies *vt in leg. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. vel in diem craſtinum ſecundum cap. conſuluit de officio delegat.* Quod non procedit in Actore citante præd. *l. vltim §. vlt. & ibi notat. Bartol. ff. quod vi, aut clam.* Nec enim Actor tam facile poteſt moram purgare quam Reus, *Tyraquel. de tractat. linagen. §. 8. numer 12.* Nam maior eſt contumacia Actoris, quam rei, *cap. cauſam extra dolo, & contumat. Bald. in leg. ſi ea colum. vltim. verſic. & nota, C. qui accuſare non poſs.*

9 Item Actor, qui pendente, & non impleta conditione egit, & ideo Reus fuit abſolutus, poteſt nihilhominus exiſtente conditione iterum agere, nec ei obſtabit exceptio rei judicatæ; nam qui propoſuit actionem ineptam ideoq; à judice repulſus fuit, poteſt redire ad aptam, *gloſ. in leg. 1. in princip. verb. Nec tenere, ff. ſi menſor. falſ. mod. eſſe dixer.* Veluti ſi Actor petat rem à Titio, qui eam rem non poſsidebat, & ideo victus fuit, ſi poſtea Reus poſſidere cæperit, poterit iterum agere, nec ſubmovebitur exceptione rei judicatæ, *lege ſi à tè cum ſequent. ff. de except. rei judic.* Nam generale eſt, quod non obſit hujuſmodi exceptio rei judicatæ, ſi nova cauſa ſuperveniat, vt ſuo loco infra dicam, *tradit Tyraq. de retract. linag. § 8. n. 3 & 4.*

10 Item Pauper, & egenus poteſt trahere ad Curiam ſuum adverſarium, ſed nonnulli requirunt, quod ſimul ſit miſerabilis, veluti quod ſit infirmus, aut mancus, vt de eo juſte miſereri liceat, alij vero exiſtimant ſatis eſſe, quod ſi pauper, & inops vt dicatur miſerabilis perſona, & hoc priuilegio potiatur, prout tenet *Annibal Troys ritu 290. numer. 8. Carauit. ritu 233. numer. 3. Cornelius Berincas. de priuilegijs pauper. quæstion. 5. numer. 41. & numer. 51. Velaſc. de priuilegijs miſerabilium perſonarum, 2 part. in præfation numer. 4. Maſcard. de probation. concl. 1061 Bobadilla in Politic. libr. 3. cap. 41. num. 75.* Quod tamen judicis arbitrio relinquitur, *Barboſ. in lege 1. 1. part. numer. 10. ff. ſolut. matrimon. Cabed. 1. part. deciſion. 54. numer. 8. gloſ. in Ordinat. lib. 3. titul. 5. §. 3. qui numer. 10. hoc ampliat multis modis.*

Item Actor emptor hæreditatis poterit agere contra debitores hæreditatis, ſed non poterit ille à creditoribus conueniri, *gloſ. optim. in lege 2. Cod. de hæreditat. vel action. vendend. verb.* Tu reſpondeas, quod notat *Anton. Gomes 1. tom. variar. cap. 2.* Et quanvis venditor concurrat in petendo debitum, ſemper emptor præferendus eſt, ſi ille fuit litem conteſtatus, vel ſi partem debiti accepit, vel ſi denunciaverit debitori, ne ſolvat venditori, *argum. tex. in l. 3. C. de Nouar.* 11

Item Actor obquas maculas, & Soares repellatur à judicio *tradit Sigiſmundus Scacia de ſententia, & re judicat. lib. 1. capit. 1. gloſ, 10. num. 15.*

Item actor ſi fuerit exterus debet ſatisdare pro expenſis, vel ſi fuerit Clericus in ſeculari judicio, *Ordin. lib. 3. titul 20. §. 6.* Nec ſufficit juratoria cautio ex ſingulari doctrina, *Bar. in leg. 2. numer. 2. C. de vſur. & fruct. leg.* Ubi dicit, quod quoties aliquis tenetur præſtare alteri aliquid præſtita cautione, ſi is non poſsit ſatisdare non ſtabitur juratoriæ cautioni, quem refert *Molina de primogenijs, cap. 16. lib. 2. numer. 44.* Et ita practicatur ſecundum *Iaſſ. in leg. 1. juncta gloſ. fin. ibi. ff. qui ſatisdar. cogant.* Non obſtante *auth. & generaliter, C. de Epiſcop. & Cleric.* quæ procedit in judicio Eccleſiaſ. Cæterum aliàs non dato fidejuſſore, non ideo proceſſus erit nullus, ſecundum *Muſcatellum in praxi ciuili, part. 3. gloſ. expenſis à num. 4. Pereira, deciſion. 109. numer. 1. & de Manu Regia 3 part. cap 71. num. 4 quicquid Barboſa in l. divortio, §. interdum, numer. 30. verſicul. cæterum, ff ſolut. matrimon. & alter Barb. in remiſsionibus, ad præd. Ordin. in dicto §. 6. numer. 2.* Et fidejuſſor datus in prima inſtantia non extenditur ad expenſas in 2. inſtantia, *Bar.* 12

in leg. cum apud Sempronium, ff. judicat. solut. *Gratianus discept. forens, cap.* 348. *à num.* 1. *Gabr. Pereira, vt suprà à num.* 2.

APPENDIX I.

De Aduocato.

13 CUm advocatus sit ille, qui in judicio desiderium alterius exponit, *vt in leg.* 1. *§. postulare, ff. de postuland. l.* 1. *titul* 6 *part.* 3. Sequitur, quod consultus in Camera propriè non dicatur advocatus, *Bart. in l.* 1. *ff. de varijs, & extraordin. cognit.* Advocatus igitur non debet habere aliquod vitium eorum, quæ enumerantur *in dict. l.* 1. *junct. gloss. ff. de postuland. l* 5. *titul.* 6. *part.* 3. Nec debet esse nimis gravis, nec nimis familiaris, *l obseruandum, ff. de officio præsid. l.* 11. *titul.* 6. *part.* 3. Advocati Curiæ in hoc Regno sunt 40. sicut olim, *l.* 3. *C. de aduoc. diuer. judicum.* Et prius debent examinari, & approbari per sapientes Senatus, aliàs non admittitur ad advocandum, *Ordin. libr.* 1. *titul.* 48 *§.* 1.

14 Item advocato licet vendere consilium, & patrocinium, *cap. non licet* 11 *quæst.* 3. *cap non sane* 14. *quæst.* 5. Neque potest cogi, quod gratis det consilium aut sit advocatus, in causa pauperis, quia nemo cogitur de suo beneficium facere *vt in cap. præcariæ* 10 *quæst.* 3. *neque suis stipendijs militare quis cogitur, cap. cum ex officio de præscript.*

15 Item advocatus non debet allegare leges imperiales ad lites terminandas, nisi quatenus concordant cum Ordinatione regia, vel quatenus bona ratione nituntur, & allegando leges falsas, vel revocatas incurrunt pœnam falsi, *l.* 1. *titul* 7. *part.* 7. *Celsus in suo Repertorio verb.* 22. *l. non dubium, C. de legibus, l.* 1 *§. sed & si quæ C. de veter. jur. enucl.* & tenetur de malo, consilio, & doloso ad damna, & interesse ita censuit Senatus in causa Antonij Cottinij cum Sylvestre Gomes, anno 1636. Scriba Joanne Correa. Advertat advocatus, quod non potest dare consilium, nec advocare, neque secreta juris pandere nisi parti suæ, non alij, quia erit prævaricator, & committeret crimen, & propter id punietur, *l.* 1. *&* 3. *ff. de prævaricatur, l.* 1 *C. de advocatis, l. omnes, §. exploratores, ff. de re milit.* *Ordin. lib.* 1. *titul.* 48. *§.* 13. *facit, l.* 9. *titul.* 6. *part.* 3. debet enim causas clientuli sui fideliter defendere *Dominus Acunha sup. decreto distinct* 47 *cap.* 5. & non debet consulere, quod partes suæ vtantur falsis instrumentis, vel testibus, quia punietur, *l. fin. titul.* 6. *part.* 3. Et si in vno auditorio duo tantum præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior per judicem distributio fiet, & illi, cui advocatus fuit assignatus, patrocinium præstare compelletur, *l. prouidendum, C. de postulando, gloss. in l.* 2. *§. ait prætor, verb. habebunt. ff. eod. l. nec quicquam. §. aduocatus. ff. de officio proconsulis, Rom. singul.* 259. 16

17 Cæterum in praxi ille, qui prævenerit ambos, poterit eligere, quem velit *Ordin. lib.* 1. *titul.* 48 *§.* 27. *& lib.* 1. *titul.* 20. *§.* 14. *tradit Cabed. decis.* 214. *num.* 8. Et aduocatus pro salario, quod ei debetur, *vt in l.* 1 *ff. si mensor falsumod. l.* 3. *C. de postul.* Potest compellere clientulum *vt sibi soluat, l.* 1. *ff. de varijs, & extraord. cognit. l. salarium, ff. mandati.* & cum mandato, vel præcatoria judicis Chancellaria potest citare, & trahere ad curiam reum pro suo salario, quanvis in alia provintia moretur, *Ordin. lib.* 1. *titul.* 14. *§.* 2. *& lib.* 3. *titul.* 5. *§.* 11. *optim. Cabed. decis.* 214. *n.* 6.

18 Item salarium illius anni, quo moritur transmittit ad hæredes, *Emmanuel Soarez in Thesaur. recept. sententiarum verb. Aduocatus, num.* 102. *& verb. mortui nu.* 237. *Sebastian. Medices in tractatu, mors omnia solu. part.* 3. *num.* 26. *nouissime Camillus Borelus ad decisiones, titul* 65. *num.* 123. Et aduerte quod taxatur salarium aduocati, & procuratoris, parte non citata, *l. salarium, ff. mandati l.* 1 *§ in honorarijs. ff. de*

ff. de var. & extraord. Franciscus Marc. Milanensis Cæciliæ, decis. 5. num. 26 lib. 1. Camil. Borelus in summa decis. titul. 44. de citatione num. 457.

Item aduocatus inimicus contra suum inimicum non patrocinatur, *secundum Valasc. cons. 124 vbi dicit. ita judicatum Cabed. 1 part. decis. 214. num. 10. Cardos. in praxi verb. procurator. num. 108. declarat. glos. in Ord. lib. 1. tit 48. §. 28. n. 4.*

De Amissione processus penes aduocatum.

19 PRaxis est vt prius advocatus faciat publicare in auditorio, vbi causa agebatur, Chartam excommunicationis, nam res amissa dicitur eo ipso, quod facta diligentia non invenitur, vti respondit *Paul. in l. 3. §. Neruæ, ff. acquir. possess. Felin in cap. fin. de probat. & in cap. Sicut, colum. 6. vers. quinta declaratio extra de re jud. Bar. in l. si quis ex argentarijs, §. tenet. num 1. ff. de edendo, Mascard. concl. 88. numer 3. Bellacomba, tom. 2. lib. 7. titul. 14. nu. 91 Bernard. Greuæ ad pract. imper lib 2. concl. 37. num. 7. Cald. de emptione, cap. 35. num. 12.* Et tunc ille processum amissum reformat suis sumptibus cum citatione partium extrahendo atabellionibus scripturas, quæ fuerint præsentatæ, & decreta judicis ex protocollo scribæ, & ad hoc tempus assignatur à judice.

Quomodo actorum reformatio fiet ab advocato.

20 PRocessus amissus, & deperditus reformari potest, vel probando illius tenorem cum duobus testibus, *Bar. in leg. testium num. 14. C. de testibus, Mascard. de probat. concl 909. num 2. Tyraq. de retract. convent. §. 1 glos. 7 numer. 55. cum sequent. vers. nec tamen omiserim.* Nam, & acta processus probari possunt per testes, *vt asserit Mascard. concl. 32. numer. 4. Bar. in tract. de testibus, in 5. colum. vers. testis dixit, vbi agit, quando inquisitiones sunt deperditæ; Paul. de Castro in l. ambiguitates, n. 3. C. de testament. Ramonius, cons. 82. n. 15.* Vel per confessionem partis, *c. fin. de probat. vbi Dec. id recte explicat. Bar. in l. nec in arbitris, C. de arbitris.* Vel per assertionem scribæ actorũ ex suo protocollo, cui creditur etiam sine testibus, *vt dicit, Innoc. in cap. ad audientiam verb. credentes de præsumpt. Masc. vbi supra conc. 32 n. 50.* Vel per dicta ab eodem judice, *Bar. in auth. nisi breuiores in fin. C. de sent. ex breui loc. recitand.* Vel per acta quæ fuerint in alio judicio, nam acta in vno judicio probãt in alio, *l. acta ff. de re jud. l. cum lite, ff. judic. solu. Masc. concl. 33.*

Illud non omittam, quod Benedictus Ægidius in suo libro, quem magis piè, quam eleganter conscripsit (cui titulum fecit de speculo aduocatorum) nihil ferè dixit, quod satis ad propositum praxis pertineat. Et quo ad officium aduocati, quam vtile illud, & necessarium sit in republica me remitto ad ea, quæ latè (vt solet) scribit *Tyraq. de nobil. cap. 31 ex num. 381 cum seqq.* 21

Et quomodo sæpius in causa sua proprie, & magis quam in aliena erret, *vide glos. in l. 7. C. de jur. fact. ignor. Tyraq. de pœnis, causa 51. num. 65.*

APPENDIX. II.

De procuratore.

MAndatum stricte accipiendum esse dixi, vnde si mandem tibi rem meam vendere vel locare, non potes pretium seu mercedem recipere, vt tenet *Rom. singul. 23. & cons. 461.* Contrarium tamen tenuit *Bar. in leg. filiæ, ff. de solut. & in lege. quod seruus, ff. eodem.* Mandatum autem generale procuratori datum, juxta quod solitum, & consuetum existit interpretamur, & ad ordinaria, & non extraordinaria refertur, quod enim in casu frequenter obser- 22

obseruatur spectandum est, *l. an totum, C. de ædificijs priuatis in fin. Stracha de mercatura, titul. mandati num. 41.*

Pro concordia dicendum est, quod prima opinio procedat, quando est generale ad lites, & datur etiam mandatum ad vendendum, tunc procurator solutionem pretij recipere non potest, *Paul. in l. hoc jure, ff. de solut. Bar. in l. qui Romæ, §. Chalimachus ff. de verb oblig. Tyraq. de retract. linag. § 1. glos. 13. num* 33. Et hinc est, quod mandatum à mercatore mercatori datum secundum consuetudinem mercantiæ intelligendum, atque interpretandum est, *optime Corneus, cons. 319. sub. numer. 12. vol. 3.*

23 Vnde socius, qui habet mandatum cum libera poterit recipere pecunias ad cambium, notat *Ramonius cons. 41. ex nu. 11. cum sequentibus.*

Mandatum autem semper illam interpretationem recipit, quatenus ex fide res agatur, vt eleganter *I C. inquit, in l. creditor, § Lucius, ff. mandat,* omne enim arbitrium, quibuscumque verbis alicui concessum, justitia accedente datum intelligitur, æquissimum namque visum est mandatarium ita agere rem mandantis debere, vt suam ageret, *vt ait Bald. in l. 1. ff de solut. Stracha vbi supra.* Vnde illa verba in mandato generali posita (in negotio, quod magis nobis expedire videbitur, seu vtile visum fuerit peragetis) ad arbitrium boni viri reducenda sunt, *l. fideicommissa, §. quanquam, ff. de leg.* 3. Et consequenter ex arbitrio hujusmodi culpa remissa censetur, *Bar. in l. in venditione, §. si quis fructus, ff. de bonis auct. Iud. possid.*

25 Et hinc etiam est, quod forma in mandato expressa, non potest in alia æquipolenti ad impleri, quantunuis pinguiori, & vtiliori mandanti, *l. si quis pro eo, ff. mandati, Tyraq. de retract linagier. § 36 glos. 2. num* 58. In contrarium tamen est, *text. in l. si quis mihi bona. §. sed si mandaui, ff. de acquir. hæred. diligenter, §. vlt. ff. mandati,* ex quibus juribus, & alijs deducunt DD. satis esse, vt mandatum in pinguiori forma impleatur, prout *resoluit cum multis idem Tyraq. vbi supra num. 59.*

Aliàs non est recedendum à forma mandati, nam omne, quod fit contra, vel præter formam mandati erit nullum, siue forma mandati respiciat personas, siue res ipsas, siue locum, siue tempus, *vt dicit Bal. in l. 1. §. igitur, ff. de exercit. actione, Tyraq. in l. si vnquam verb. libertis nu. 59. cui addo Iass. qui in pulchro casu consuluit, & multa allegat, cons. 202 lib. 2.* 26

Vnde Procurator simpliciter constitutus ad vendendum, non poterit vendere habita fide de pretio, si causa vendendi fuit talis, quæ tunc temporis ad impleri non poterat nisi pecunia de præsenti *Mātic. de tacitis, & ambiguis conuent. libr. 4. titul. 21. num. 3 versicul 2. casu, Gratian. discept forens 2. tom. cap 329. num. 43. &* 44. Nec enim tunc procurator transfert dominium, nec possessionem, *Cardin. Tuscus. tom 5. concl. 39. nu. 25. verb. mandati fines, & ex antiquioribus* (hos enim prætermittere piaculum esset) tenuit etiam *Bart in l 1. num. 5. in fin. ff. de officio procurat. Cæsar, idem in l. à divo Pio, §. sed si emptor, num 2 versicul. aut fecit procuratorem, ff. de rejud. & versic. si vero sequitur Bal. in l. inciuile num. 2. versic speciales autem procurator C. de reiuendicat. Iass. in dicto §. si emptor num* 4. *Angel. in §. venditæ, num. 2. ibi, aut loquitur, Instit. de rerum diuisione.* 27

Item in mandato vxori dato non potest intelligi aliud, quam quod in ipso mandato expressum sit, quia absente marito negotia per mulierem non aliter geri possunt, nisi in rem suam, & in proprium lucrum, *notab. text. in l. 4 ibi cum aliena negotia, C. de procurat.* Nec enim sufficit consensus generalis mariti, sed debet esse specialis, & ad certum specialem, & expressum casum, quia mandatum generale non intelligitur in persona inhabili, quæ non potest liberè disponere, *vt ex Bar. & alijs tenet Tyraquel. ad leges conubiales, glos-* 28

glos. 5. *num.* 198.

Et casus omissus à dante mandatum pro omissa habetur, *l maritus, C. de procurat cap. cum olim de officio de leg. Tyraq. de jure primogen quæst* 40 *num* 194.

29 Item mandatum generale cum libera idem est, quod mandatum speciale, tam in contractibus, quam in judicijs, *l. nam, & nocere vbi glos & Bal. ff. de pactis, l. procurator cui generaliter, & ibi Ricardus, & Alber. ff. de procurat.*

30 Sed quid si mandatum generale detur excepto vno casu, in quo requiritur speciale, an trahatur ad alia specialia? hanc quæstionem disputat *Tyraq. de retract. linagier, ad fin. nu* 94. Et videtur, quod non comprehendat, quia exceptio venit ad diminutionem regulæ, & de eo, non debet operari augmentum *l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. Nec debet includere casus, qui aliàs in ea non includuntur, quia licet exceptum firmet regulam, non tamen eam extendi vltra naturam ipsius, *l. generali §. vxori, & ibi Bar. & Alber. ff. de vsufructu legat.* cum alijs aductis *per Felin. in capit. Quoniam contra colum.* 1. *extra, vt lite non contestata.*

31 In contrarium tamen facit, quia illa exceptio facta est rei cuiuspiam, quæ in regula non continetur, tunc ne ea sit inutilis, & superflua debet intelligi vt ampliet regulam secundum qualitatem ipsius exceptionis, *argument. l. si quando ff. de leg.* 1. *cap si Papa de priuileg. lib.* 6. Ex quibus hanc sententiam tenet *Dominicus in cap. qui ad agendum, §.* 1. *versic. sed quæro de procur. lib.* 6. *Dec. in l.* 1. *col.* 6. *versic. & præd. conc. cum sequent. ff. de regul. jur. Gozadin. cons.* 26. *col.* 9. *num.* 49.

32 Item si Actor, vel Reus fecerint secundum procuratorem, per posteriorem, mandatum primi censetur revocatum, *l. si quis cum procuratorio, §. Iulianus, ff. de procur. cap. cum non juste de procur Rom cons.* 18. *Paris cons.* 88. *n.* 22. & 23. *lib.* 4. *Rottæ decis.* 281. *tit. de procur. Bantius de nullit. tit. ex defectu mandati, n.* 163. *l.* 24 *tit.* 5 *p.* 5.

33 Item opposito defectu mandati non validatur judicium antea factum *ex Bart. in l. si pupilli, §. Item si procurator, ff. de neg. gest.* & est id receptum per Rotam genuæ, *dec.* 54. *nu.* 6. Quod si mandatum minus legitime offeratur, & aduersa pars nihil opponat: gesta valent *Gratian. discept. forens. cap.* 76. *n.* 25 *& dec.* 105. *n* 16. *Cald. de resol. emphytensis. cap* 17 *num.* 10. *col.* 3. *in fin.*

SUMMARIUM.

1 A*Limenta, & litis sumptus Actori pauperi præstanda sunt, dummodo ille habeat pro se præsumptionem justitiæ in hæreditate, vel in re vniuersali, quam petit.*

2 *Litis sumptus præstantur arbitrio judicis, secundum facultatem, conditionem personarum, dubium litis euentum.*

3 *Litis sumptus facilius conceduntur, si bona, super quibus contenditur sunt sequestrata, vel Actor pro se habeat sententiam.*

4 *Litis sumptus, & alimenta non repetuntur, etiamsi actor victus fuerit in causa.*

Ibid. Alimentarius non dat cautionem fidejussoriam, sed juratoriam.

Ibid. Nullam cautionem esse dandam, nec fidejussoriam, nec juratoriam tenuerunt nonnulli.

5 *Litis sumptus, & alimenta in qualibet parte litis peti possunt, & præstanda sunt.*

6 *Ex quibus probetur reum hæredem esse.*

7 *Reus ibi conueniri potest, vbi fecit promissionem.*

8 *Domiciliarius Castellæ contrahens matrimonium in Lusitania faciens promissionem de reddenda dote, in suo domicilio conueniri debet.*

Ibid. Vxor in domicilium mariti transiens, præsumitur in illum locum voluisse conferre solutionem dotis.

Ibid. Vbi solutio destinatur, ibi contrahi vi-

videtur.
9 *Vxor transiens ad domicilium mariti, verisimile est voluisse ad illius loci leges attendi, cui ipsa subdita futura est.*
10 *Reus ibidem conueniri debet rationem reddere, vbi negotia gessit.*
11 *Reus si agatur ad distractum in suo foro conueniri debet.*
12 *Reus fauorabilior est quam actor.*
12 *In dubio sententia in fauorem rei interpretari debet.*

CAP. IV. *De Reo.*

1 ADdo his quæ dicta sunt in prima parte, vt Reus teneatur alimenta præstare, & litis sumptus actori pauperi, arbitrio judicis, qui secundum facul-
2 tates, conditionem personarum, dubium litis eventum, & valorem rei in judicium deductæ judicare debet, *l. vlt. C. de ord. judic. Menoch. de arbitrarijs, casu 169. nu. 22 & de præsumpt. libr. 1. quæstion. 35. numer 35. Ioseph Ludou. Perusin. decis. 46. num. 6.*

Quod magis sine dubio procedit si bo-
3 na, super quibus contenditur sint secrestata, *l. vltim. C de ordin. cognitio.* vel Actor pro se habeat sententiam, *leg. si instituta 27. §. penul. ff. de in officios. testam. decis. Rottæ, 1. titul. de judic. Hypol. Remini. cons. 329 numer. 13. Mieres de Maiorat 4. part. quæstio. 37. Surd. de aliment. titul. 11. quæst. 112. num. 18. Franciscus Salgadus de Regia protectione tom. 2. part. 3. cap. 1. num. 14. & 15.*

4 Nec si Actor victus fuerit in causa, sumptus, & alimenta repetuntur, *Menoch. lib. 1. præsumpt. 35. num. 36. Ripol. variar. cap. vlt. nu. 212. Fontanella de pact nupt. clausula 4. glos. 18. part. 4 numer 79. & sequent.* Et ideo alimentarius non dat cautionem fidejussoriam sed tantum juratoriam *Valasc. cons. 1 numer. 7. & 8. quem sequitur Cancerius variar. resolut. part. 3. cap. 17. numer. 247.* Quanvis Fontanella, vbi suprà affirmet nullam cautionem essedandam, *argument. leg. 1. C. de Carbon. edict. resoluit. Alexand. trintacinquo variarum resolut libr. 1. titul. de aliment. resolut. 1. n. 45. Molin. lib. 2. cap. 16. num 44.*

Quæ tamen alimenta peti possunt, & 5
præstanda sunt in qualibet parte litis secundum *Molin. lib. 2. c. 16. num. 38 quem omnes sequuntur secundum Papon. Arest. 3. tit. 1 lib. 18. Milaneus, decis. 16. n. 15. & 18. Gratian. lib 2 discept forens. cap 236. n. 25 Ioan. Baut. Costa de remedio subsidario, remedio, 100. n 8. Fontanella de pact. nupt. tom. 2 clausula, 6 glos. 2 part. 3 n. 77.*

Item si Actor petierit à filio tamquam 6
hærede patris, probare debet reum hæredem esse, quod vltra ea, quæ dixi in prima parte, probari etiam potest per confectionem inventarij, quia ex eo satis probatur filium adiuisse, *Valasc. de part. cap. 7. num. 29. Masc. de probat. cōclusione 49. Marāt. in l. is potest n. 57. & 58. ff. acq. hæred.*

Item Reus ibi conveniri potest, vbi fe- 7
cit contractum, ac promissionem, quia ratione contractus sortitur quis forum, *l. hæres absens, §. 1. ff. de judic.* Licet alibi domiciliarius sit, si ibi reperiatur, aliàs per literas requisitorias citari debet, *Barbos. in dicto § 1. num. 131.*

Cæterum domiciliarius Castellæ con- 8
trahens matrimonium Vlyssipone, si ibi fecit promissionem de dote reddenda, non hic, sed in proprio domicilio conueniri debet, *l. exigere dotem ff. de judic. vbi glos. 2.* Non solum quoad exactionem dotis sed etiam ad omnia, quæ pertinent ad naturam contractus, & qualitatem obligationis resoluit *Cou. de sponsal. 2 part. c. 7. n. 6.*

Nam cum vxor transitura sit ad domi- 9
cilium viri, vero simile est voluisse ad illius leges attendi, cui ipsa subdita futura est, vt advertit *Alciat. in l. 1. n. 20. C. de summa Trinit.* Unde si maritus in domicilium vxoris esset transiturus statuta domicilij vxoris essent attendenda *Cremens singul. 66. Cassan. cons. 7. num. 6.*

Et similiter Reus, qui aliena negotia siue ex tutella, sive ex quocumque alio titulo administravit, vbi hæc gesit rationem reddere debet, & quanvis alibi domicilium habeat, transmitendus est ad locum vbi negotium gessit, *l. 1. junct glos. ibi C. vbi de ratiotinijs agi oport. Couar. prac. cap. 10. num. 4. versic. 4.* Et idem dico in ejus hærede, vel successore, quia ibi instructio sufficiens, & nota testimonia, verissima possunt documenta præstari, vt inquit *text. in l. 2 in fin. C. vbi de ratiotinijs agi oport.*

11 Et quanvis suprà dixi Reum ratione contractus sortiri forum, & ibi conveniri debere, tamen si agatur ad distractum Reus non potest conveniri, nisi in suo foro vbi habet domicilium, *l. 2. & ibi glos. & DD. C. vbi, & apud quem Salicet in l. 1. colu. 3. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. facit text. in l. si suspecta, §. vlt. ff. de inofficios. testam. Tyraq. de retract. linag. glos. 5 § 8 nu 2.* Et jam si simul agatur de reddenda re ex distractu, quæ alibi sita sit, nam in actione mere personali Reus conveniri non potest in loco rerum, de quibus agitur, sed in loco sui domicilij vt notat *glos. in leg. forma, §. si vero quis argum. & ibi Bar. ff. de censibus, & idem Bar. & alij in l. vltim C. vbi in rem actio, Iass. consi. 8. incip. rejectis col 1. lib. 1.*

Item Reus favorabilior est, quam Actor, *vt in l. fauorabiliores ff de reg. jur.* 12
Et ideo pro Reo præsumitur in re dubia *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. Ratio sumitur ex l. Arrianus, ff. de actione, & obligat.* Nam in conflictu rationum 13
melius (inquit Jure Consultus) est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, *l. absentem ff. de pænis,* & hinc fit, quod in dubio sententia debet interpretari in fauorem Rei, vt minus sit condemnatus, quam sit possibile, *l. hæ enim causæ, ff. de suspect. tut.* Et inde etiam fit, vt licet testes Actoris sint digniores testibus rei, attamen adhuc pro Reo judicandum est, ita *Abb. in cap. ad nostram de probat.* Et licet maior fides adhibeatur testibus masculis, quam fæminis, hoc tamen locum non habet, quando testimonium dixerunt pro Reo, idem *Abb. in cap. forus de verborum significat. resoluit Menoch. lib. 2 præsumpt. 90.* Quæ omnia adeo procedunt vt etiam si Reus conveniatur a fisco pro ipso Reo præsumendum est, *ita Cremens, Iass. & Zatius, in l pares, ff. de re jud. Couarruu. lib. 1. variar. resolut. cap. 16. num. 4 in fine.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SVMMA CAPITVM EX HOC LIB. II.

CAp. I. De jurisdictione Episcopali.
§. 1. De Vicario generali.
Appendix 1. Quibus casibus Vicarius cognoscat contra secularem.
Appendix. 2. De Capitulo sede Vacante.
§. 2. De Abbatibus.
§. 3. De Capellano Capellæ Regiæ.
§. 4. De judice Ordinum militarium.
§. 5. De Archiepiscopo.
Appendix 3. De judice capituli Olysipponensis.
§ 6. De Collectore.
§. 7. De Tribunali Sanctæ Inquisitionis.
§. 8 De Tribunanali Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani.
Cap. II. De jurisdictione Ordinarij.
Cap. III. De jurisdictione delegati.
Appendix de impedimentis aduersus rescripta.
§. 1. De Commissario generali Sanctæ Cruciatæ.
§. 2. De conseruatore.
§. 3. De visitatore, & quomodo visitatio fiat.
Cap. IV. De causis, quæ spectant ad judices Ecclesiasticos.
§. 1. Quando sæcularis possit cognoscere contra personas Ecclesiasticas.
§. 2. De praxi procedendi in casibus mixti fori.
Cap. V. De citatione, & mandato monitorio.
Cap. VI. De libelli oblatione.
§ 1. De Reo contumace.
Cap. VII. De Reo excipiente.
§. 1. De recusatione.
Cap. VIII. De responsione rei, & litis cõtestatione.
Cap. IX. De termino probatorio.
Appendix, Depositionibus.
§ 1. De testium repulsione.
Cap. X. De sententia.
Cap. XI De Appellatione.
§. 1. De tuitiua.
De impedimentis aduersus tuitiuam.
Praxis post obtentam tuitiuam.
§. 2. Appellatio ad quem interponi debeat, & de fatalibus.
Appendix, De recursu.
§. 3. De inhibitione.
§. 4. De attentatis.
§. 5. Appellatio quibus casibus non admittitur.
§. 6. Quibus casibus appellatio, non suspendit executionem.
Cap. XII De executione facienda.
§ 1. De executore Apostolico.
§. 2. De auxilio Brachij secularis.
Impedimenta aduersus procedimentum brachij secularis.
§. 3. De promotore justitiæ.

PRAXIS ECCLESIASTICÆ DE VNAQUAQUE JURISDICTIONE, QUÆ est in hoc Regno, penes illius judices Ecclesiasticos.

LIBER SECUNDUS.

PROLOGUS.

CUM plura sint Tribunalia Ecclesiastica diversorum judicum distincta, vt vnus non posit se intromittere ad cognoscendum de subdito alterius, *vt in capit. futura* 12. *quæst.* 1. *& in cap. continua,* 11. *quæst.* 1. quia convenit, vt vnicuique sua, & propria jurisdictio servetur, ne scilicet ordo Ecclesiasticus confundatur, *vt in cap. peruenit, & in cap. duo de officio ordin.* Ideo de praxi, quæ in vno quoque foro illorum custoditur pro mea tenui, infirmaque parte, quæ sufficiant, dicam, ita vt singulis, quæ vtilia sint, & scitu digna ab omnibus existimentur. Nec enim in omnibus convenit cum praxi seculari, sed ab illa in multis differt, quanvis aliàs jus canonicum non dedignetur sequi jus civile, nam Bartolus fecit tractatum de differentijs inter jus commune, & canonicum. Et quem admodum styllus Curiæ secularis recipit interpretationem à jure civili, ita styllus Curiæ Ecclesiasticæ recipit interpretationem à jure Canonico, *Rebuf. ad leges Galliæ, lib.* 3. *artic.* 2. *glos.* 13. *num.* 20.

SUMMARIUM.

1 *INstitutio præsentati à Patrono pertinet ad Episcopum.*

2 *Præsentatio est duplex, vna quæ fit à Patrono Ecclesiastico, altera à Patrono laico.*

3 *Episcopus tenetur præsentatum, si idoneus sit admittere alioquin institutio ad proximum superiorem deuoluetur.*

4 *Si præsẽtatus nõ sit idoneus, instituetur alius, quẽ ipse patronus præsentauerit.*

5 *Episcopus potest punire regulares.*

Ibid. Episcopus, quæ facere potest sine capitulo.

6 *Episcopus qualis esse debeat.*

7 *Episcopus potest auocare causam pendẽtem coram ejus vicario.*

6 *Episcopus potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ, & Episcopatus, nisi sit causa personalis.*

9 *Episcopus potest remittere pænam delicti.*

10 *Delegatus ad vniversitatem differt à delegato generali.*

11 *Vicarius qualis esse debeat.*

12 *Vicarius generalis procedit contra laicum super spolio commisso contra cleri-*

ricum.

13 *Vicarius cognoscit de jure patronatus Ecclesiastici.*

14 *Vicarius cognoscit de restitutione Ecclesiæ, quando est læsa.*

15 *Vicarius cognoscit contra laicum concubinarium.*

16 *Cognoscit de solutione decimarum, cõtra comendatarios.*

17 *Vicarius generalis, de quibus cognoscat contra laicum.*

18 *Capitulum sede Vacante quam potestatem habeat.*

19 *Expensæ à capitulo Sede Vacante factæ, de cujus bonis fient.*

20 *Abbates quam jurisdictionem habeãt.*

21 *Abbates non possunt cognoscere de matrimonio.*

22 *Capellanus Capellæ Regiæ, quam jurisdictionem habeat.*

23 *Capellanus Capellæ Regiæ habet jurisdictionem super omnibus, quibus beneficia ex patronatu Regio contulit.*

Ibid. Capellani, cantores, organista, & alij non possunt conueniri, nisi coram judice deputato à Capellano maiori.

Ibid. Capellanus maior cognoscit in prima instantia super proprietate juris patronatus.

24 *Priuilegia strictè sunt interpretanda, & generali derogatione tolli possunt.*

Ibid. Magister, & conuentus ordinum militarium habent jurisdictionem ab omni ordinariorum superioritate exemptam.

Ibid. Monasterium exemptio non extenditur ad membra, & capella eorum.

25 *Milites ordinis Christi, non gaudent privilegio fori, & exemptionis, nisi habeant comendam vel annonam civilem, aut aliud stipendium, quo ali valeant.*

26 *Comendatores Sancti Iacobi, an sint religiosi secundum quid?*

27 *Comendatarius, qui deliquit in officio quod pertinet ad patrimonium Regium non gaudet fori privilegio.*

Ibid. Comendatarius Ordinis Christi decapitatus fuit, quia alium proditorie occidit in carcere detentum.

28 *Praxis, quæ habetur in Consilio Magistrali circa causas criminales, & quomodo per appellationem eas expediat.*

29 *Miles Ordinis de Montesa, an fori priuilegio gaudeat?*

Ibid. Miles ex Ordine Calatraua, & Alcantara gaudent eodem privilegio, quo gaudet eques Dauis.

30 *Archiepiscopus, quando possit se intromittere in jurisdictione Episcopi suffraganij.*

31 *Archiepiscopus non potest exercere actus pertinentes ad Ordinem Episcopalem intra alienam diæcesim.*

Ibid. Archiepiscopus eadem dignitate præfulget, qua Patriarcha.

Ibid. Archiepiscopus cogit ad concordiam Episcopos suffraganeos.

32 *Iudex capituli quam jurisdictionem habeat.*

33 *Collector hujus Regni de quibus cognoscat.*

Ibid. Collector cognoscit in prima instantia de excessibus, vel criminibus Prælatorum, qui non habent superiorem in hoc Regno.

34 *Prælati, & alij, qui non habent superiorem in hoc Regno in causis ciuilibus coram prætore curiali conveniri possunt.*

35 *Collector non potest auocare causas pendentes coram judicibus ordinarijs.*

36 *Collector non potest recusari, qui autem sunt subdelegati à Collectore, bene recusari possunt.*

37 *Collector non potest se intromittere in causa à Papa alicui delegata.*

Ibid. D. Thome Pinheiro da Vega laudatur.

38 *Inquisitores hæreticæ prauitatis cognoscunt de omnibus causis familiarium, tam in ciuilibus, quam criminalibus ex novissima reformatione justitiæ*

39 *Fa-*

39 *Familiaris, qui Colimbricæ declinauerat ad forum Sanctæ Inquisitionis remissus fuit ad judicem fisci hujus ciuitatis ad petitionem actoris.*

40 *Inquisitores cognoscunt de hæresi, quæ & quomodo committatur remissiuè.*

41 *Inquisitores cognoscunt de blasphemijs, & quibus modis committatur remissiuè, & de earum pæna, & punitione*

42 *Inquisitores cognoscunt de diuinationibus, vel Sortilogijs, quorum exempla ponuntur remissiue, & de strigibus, & maleficis.*

43 *Astrologi judiciarij, qui diuinant ea, quæ sunt homini cognitu impossibilia examinantur.*

44 *Inquisitores cognoscunt de ijs, qui simul duas habent vxores, & de sodomitis.*

45 & 46 *Sodomia probatur per testes singulares, quia est crimen reiterabile.*

47 *Inquisitores cognoscunt de falsidicis, qui falso testificantur.*

48 *Inquisitores cognoscunt de confessarijs solicitantibus fæminas in Sacramentali confessione.*

49 *Comendatores de ordine Hospitalis S. Ioannis Hyerosolomitani sunt verè Religiosi, & per eorum professionem matrimonium totum dirimitur.*

50 *Comendatores hujus ordinis in Ciuilibus non possunt sæculare judicium prætoris curialis effugere.*

CAP. I. *De jurisdictione Episcopali.*

1 INTER alia, quæ dixi pertinere ad officium Episcopi, est etiam institutio præsentati à patrono, *vt patet in rubrica, & per tot. de Instit. & in cap. quod autem de jure patronatus.* Nam si laicus fundet, dotet, aut constituat Ecclesiam, habet jus præsentandi ex gratia. Est autem duplex præsentatio, quædam fit à Patrono Ecclesiastico, & hic habet 6. menses ad præsentandum à die notitiæ vacationis computandos, *cap. vnico de jur. patronat libr 6.* Altera fit à Patrono laico, qui jus patronatus habet ratione sui patrimonij, *glos & DD. in clement. vlt. de jur. patronat.* Et is Patronus laicus quatuor menses habet ad præsentandum, *vt in dicto cap. vnico Mascard concl.* 960. vbi declarat, quando sit Ecclesiasticum vel laicum. Sed variare potest patronus in præsentatione semel tantummodo, *cap. quod autem de jur. patronatus*, cumulatiue quidem, non autem vt à primo recedere omnino possit, *cap. cum autem vbi Abb. de jur. patronatus.* 2

Et tenetur Episcopus præsentatum, si idoneus sit admittere, alioquin institutio ad proximum superiorem devolvetur, *gl. in clement. vnica de suppleud negligentia Prælat cap. nullus de jur. patronatus.* Sed non debet Episcopus recipere præsentatum ante examinationem, *dicto cap. quod autem, & cap. significasti, vbi DD. de jure patronatus* Alioquin tenetur Ecclesiæ damnum resarcire, ad istar magistratus, qui minus idoneo pupilli tutellam committit, *l. 1. & per totum, ff. de Magist. conuen. Card & Anrharran in clement prima de ætat, & qualitat.* 3

Et si præsentatus non sit idoneus, instituetur alius, quem ipse patronus præsentaverit, sed non poterit Episcopus alium instituere sine præsentatione patroni, *l.* 5. & 6. & *tit.* 5 *part.* 1. quod tamen limittat sex modis, *Felin in cap. cum Bertoldus extra de re jud Rochus de Curtæ tractatu de jur. patronat. verb. honorificum colum.* 1. 4

Item Episcopus potest punire, & censuris involuere regulares, si contra faciant in illis casibus, in quibus ipsi Episcopo subsunt *Marius Anton. variarum resolu. part. 2 casu 35. Barbosa.* Qui plures refert de officio Episcopi *allegat.* 105. *num.* 13. *vbi, numer.* 14. recuset casus in quibus 5

bus regulares subsunt Episcopo, cui addde Tamborinum de jure Abbatum, *tom.* 1 *disputat.* 15. *quæst.* 7 *num.* 7. *cum sequent.*

Et quanvis olim Episcopus nihil grave facere poterat sine capitulo, nisi in tribus casibus, *vt notauit Ioan. Andr. in rubric. de his quæ fiunt à Prælatis*, tamen hodie Episcopi fere omnia jura capitulorum præscripserunt, & minora negotia, potest prælatus explicare sine consensu capituli sui. *Abb in cap. nouit. de ijs, quæ fiunt à prælat. sine conseusu capituli, Greg. in l.* 9. *titul.* 14 *part.* 1. *verb. priuilegio.* Et in quibus casibus Episcopus habet potestatem dispensandi, ponit *text. in l.* 63. *tit.* 5. *part.* 1. *vbi Gregor. ponit concordantas de jure cummuni.*

6 Item Episcopus qualis esse debeat, *optime Dominus Rodericus de Acunha super decreto, cap.* 4. *num.* 3 *distinct.* 23. Et qualle sit ejus officium *idem vbi supra, capit.* 7. *num.* 3 *distinct.* 23. Et quomodo se habeat in extirpatione alicujus abusus, *idem Dominus distinct.* 44 *cap.* 1. *vbi supr.*

7 Item Episcopus potest aduocare causam pendentem coram ejus Vicario, *Rebuf. tractat. de euocatione, quæstion.* 5. *Camill Borelus in summa, decis.* 11. *tom* 2. *tit.* 27. *num.* 59 *Mauritius de Alzedo de præcellentia Episcopel. dignit. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 14. Dummodo à Papa ex speciali commissione illi commissa non sit *Ant. Guian. de legibus, lib.* 2 *controuers.* 26. *numer.* 11 *facit, quod tradit Garcia de beneficijs* 6. *par. cap.* 2 *num.* 10. Et hujus rei ratio est, quia Episcopus solus, & libere jurisdictionem propriam ejus vicario commiserit, & ideo commissionem poterit libere ipse reuocare, cum sit idem tribunal, *cap.* 1. *de consuetud. in* 6. *cap. Romana in princ. de appellation. lib.* 6 *resoluit Couar. pract. cap.* 9. *num.* 1. *versic. Primò hinc deducitur, tradit Alzedus, vbi supra num.* 35. *& sequenti, Bertachin. in tractat. de potestate Episcopi lib* 5. *part.* 5 *num.* 41. *Barbos. de officio, & potestate, Episcopi, allegat.* 54. *num.* 145.

Item Episcopus in causis suæ Ecclesiæ, vel Episcopatus potest esse judex, nisi causa sit personalis, *ita Surd. cons.* 50. *Alex. Trintacinq. var. lib.* 2. *titul. de judicijs, resolut* 5. *num.* 7. *Marth. in votis novissim. decis. voto* 57. *num.* 27.

Item Episcopus potest remittere pænam delicti, *vt per Marium Nouarium quæst forensium,* 1. *part. quæst.* 102. *ex nu.* 1. *Aloys. Riccias in praxi Archiepiscop. Neapolit. distinct* 357. *Giurb cons.* 74. *nu.* 9. *Mare Anton. Genneus in praxi Archiepiscop. cap.* 48. *Campanil. diuersorio juris canonici rubricæ cap. decimo. nu.* 25. *quicquid sentiat Pereira de Manu Regia* 2. *part. cap.* 37. *num.* 33. Dummodo ille, qui petit remissionem pænæ delicti sit subditus ipsius Episcopi, quia in alienis subditis, quanvis cognovisset per appellationem non poterit remittere, quia lata sententia in gradu appellationis functus est officio suo *leg. actorum* 46. *lege judex* 55. *l. Paulus,* 32. *ff. de re judic.* Et non potest amplius se intromittere in subditis alienis, vt dicam infra. 8

§. 1. *De Vicario generali.*

Vicarium solet sibi Episcopus creare sine consensu capituli, & remouere, *vt docet hostiensis in summa de officio Vicarij*, quod approbat consuetudo, quæ in talibus est servanda, *cap. ea noscitur de ijs quæ fiunt à Prælatis*, & ideo sic nominatur, quia Episcopi vices gerit, & quanvis eo mortuo serviat Capitulo Sede Vacante ei rescripta Papæ dirigi possunt, *clement. & si principali de rescriptis* nisi sit foraneus, *Ioan Franciscus de potestate Sede Vacante quæst.* 10. *part.* 2. *colu.* 2. *versic. sed nunc quid.* Differt autem delegatus ad vniversitatem causarum à delegato generali qualis est Vicarius, *cap. super §. porro de offic. delegat.* Quia ab illo potest appellari ad delegantem, quia non est idem consistorium, *cap.* 2. *&* 3. *de consuetud. lib.* 6. Non vero ab isto, quia est idem Tribunal cum Episcopo, *vt dixi Bertach.* 9

de

de Episcopo 6 part. quæstion. 9. Bar. in l. 1. in fin ff. quis & à quo Bald. in l. aliquando, ff. de officio proconsul. Igitur Vicarius debet esse generalis, *cap. constitutus, & capit fin de concess. præb. cap fin. de officio Vicarij in 6.* Et sicut potest Episcopus creare Vicarium forensem in certo loco, sic potest certo tempore, vel vsque ad certum tempus, quia valet argumentum de loco ad tempus, & è contrario, *l. vinum ff. si cert. petat.* Vnde post tempus non erit is Vicarius, *l. miles, ff. de milit testam.*

11 Qui tamen Vicarius generalis idoneus esse debet, *cap fin de devoto.* Idoneus intelligitur, moribus, scientia: & ætate, *cap. cum in cunctis de electione,* & debet esse clericus, quia laicus non potest tractare bona Ecclesiastica, *cap. 2. de judicijs,* & incedere in habitu clericali, *argument. text. in cap. si judex, de sententia excommun. lib. 6.* Nisi in itinere, vel in alia civitate, vbi officium non Gerit constitutus, *cap. si quis vbi glos. de vita, & honestate cler.* Cujus tamen Vicarij factum Episcopus non potest retractare, quia factum à vicario censetur factum ab Episcopo, *l. 1. §. dejecisse, ff. de vi, & vi armata,* & est idem consistorium, vt dixi, quod est verum, quando egit juridice, aliàs si contra formam, vel mandatum, non tenetur Episcopus illi collationi, vel actui stare, *argument. leg. diligenter, ff. mandati, cap. cum dilicta de rescript.* Nec culpa officialis, vel Vicarij Domino nocere debet, *leg. 1 § si quis procurator. ff. si quis jus dicent non ob temp. leg. creditor. § Lucius, vbi Paul. ff mandat. tradit Aloysius Riccius, in praxi fori Ecclesiastici.*

APPENDIX I.

Quibus casibus Vicarius cognoscat contra sæcularem.

12 IN primis cognoscit Vicarius contra sæcularem de spolio commisso contra clericum *cap. si clericus Laicum cap. conquestus. de foro compet tradit curia Philipp. 1 part. §. 5. num. 10 Fr. Ludouic. Miraud. de ordine judic. quæstion. 1 à nu. 5. concl. 4. Cald. quæstion. forens. cons. 43. num 16. Niculaus Caluolus, in praxi judiciar. §. judex, concl. 3. num. 6.*

Item cognoscit de jure patronatus Ecclesiastici tradit, *Dalner. in tractatu de jur. patron. num. 107. Cardosus refert alios in praxi judicum verb. causa à numer. 8.* non vero de patronatu Regio, *Cabed. de patron. Regiæ coronæ, cap 5. num 5. & cap. 49. & decis. 120. num. 3. 2 part. & Aresto 91. Cald. quæstion. forens cons. 5. num 6. & 7. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ, 2 part. quæst. 94. facit Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 13.* Quo tamen explicari debet *juxta Ordin. lib. 2 titul 1. §. 7. Pereira de Manu Regia, 2. part. cap. 29. Salgadus de protectione regia part 3. cap. 10. num. 288.*

Item cognoscit, quando Ecclesia agens contra Laicum petit restitutionem in integrum, puta si fuerit læsa in aliquo contractu, *Abb. in cap. nostram numer. 3. extra de rebus Ecclesiæ Caluolus conclus. 3. numer. 7.* 14

Item cognoscit contra Laicum concubinarium facta prius admonitione in forma *Consilij Trident. Sess 24. de reformatione matrim. cap. 8. Rebuf. in concord. tit. de public concubinar §. quia vero. Cabed. 1. part. decis. 85. glos. in lib. 1. Ordinat tit. 9. in princip.* 15

Item cognoscit de causis decimalibus contra milites, & comendatarios ordinum militarium, quando scilicet de suis bonis patrimonialibus decimas solvere recusant, *cap. 1. §. necessarium de decimis lib. 6. tradit Didac. de Brito in compendio diuers. titulorum tom. 1. 3 part. cap. 2. de Locato, numer. 61.* Vbi distinguit inter bona Comendatorum ipsius comendæ, & alia bona patrimonialia, quia de primo cognoscet judex ordinum militarium secundum eum. 16

Item Vicarius cognoscit de bonis Exclesiæ, quæ ejus sunt, quoad vtile, & directum 17

ctum Dominium contra laicum, nisi Reus laicus neget res illas esse Ecclesiasticas, nam tunc remittendus est ad judicem saecularem, *vti resolui in 1 part. lib. 2. cap. 4. & tradit Curia Philipp 1. part. § 5. num.* 10. Et clericus pro rebus Ecclesiae habet fori electionem, prout tradit *Capicius, decis.* 160. *Neapolit. Camillus Borrelus in summa decis. titul* 13. *de for. compet. nu.* 137. Unde si laicus conveniatur de vtili dominio, tantum, aut de causis circa ipsum motis coram judice Ecclesiastico respondere non tenetur, imo sub judice laico causa agenda est ex ea ratione, quia dominium vtile mere laicum, & profanum est, ac proinde subjectum statutis, & legibus Principum saecularium, *Valasc. de jur. emphyt. quaest.* 17. *numer.* 12. *& cons.* 134. *num.* 17. *Gama decis.* 2. *nu* 6. *& decis.* 149. *num.* 6. *Surd. cons.* 338. *Marta de jurisdictione* 4. *part. casu* 20. *num.* 5. *& casu* 13. *& casu* 137. *numer.* 32. *Cald. denominat. quaest.* 10. *num.* 13. *&* 19.

Item cognoscit super solutione decimarum contra laicum, cum illa tamen distinctione, quam ponit *Barbos. in l. titia ex num.* 20. *& num.* 48 *ff. solut. matrimonio, Cabed* 2. *part. decis.* 63. *num.* 4.

Item cognoscit de rebus ipsius Ecclesiae contra laicum, veluti super calice, vestimentis, & alijs rebus sacris, vel positis sub potestate vel dominio alicujus Ecclesiae, vel personae Ecclesiasticae, *Ord. lib.* 2. *tit.* 1 §. 10. *Curia Philip.* 1. *part.* §. 5. *numer.* 10.

Item cognoscit contra laicum, si dicat habere beneficium, si illius possessionem non probauerit, *Ordinat. lib.* 2. *titul.* 1. §. 25. *explicat. Bajar ad Clarum.* §. *vltim. quaestion.* 36. *numer.* 14. *&* 29. *Farinaceus in prax. crim. quaestion.* 8. *numer.* 45. *&* 70. *Niculaus Gart. de beneficijs* 2. *part. capit.* 2. *numer.* 11. *& part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 70.

Item cognoscit Vicarius de omnibus ijs, de quibus infra dicam in *cap.* 4.

APPENDIX. II.

De Capitulo Sede Vacante.

Capitulum Sede Vacante succedit Episcopo mortuo, vel translato, vel deposito in omnibus, quae ordinaria sunt, tam contentiosae, quam voluntariae jurisdictionis, vel etiam delegatae in perpetuum, veluti super Moniales exemptas, secundum auctores, quos refert, & sequitur *Moneta de commut. vlt. volunt. cap.* 5. *numer.* 423. Exceptis nonnullis specialiter à jure prohibitis ad *text. in cap.* 2. ne Sede Vacante, *Pauinus de officio Capituli Sede Vacante,* 1. *part. quaestion.* 12. *Barbosa de officio Episcop allegat.* 36 *num.* 9. *& idem Barbos. de Canonicis, & dignitatibus, cap* 42. *num* 61. *Iurba, cons.* 74. *vbi plures refert, Garcia de beneficijs* 5. *part. cap.* 7. *num.* 4. 18

19 Quibus addo, quod expensae à capitulo Sede Vacante factae in electione, impetratione, promotione, confirmatione, ac Bullarum expeditione, debent fieri de bonis Praelaturae, *Iulius Laborius, varia. resolut. tom.* 2. *cap* 25. *num.* 15. *Marc. Anton. Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis quaest.* 589. *Barbosa de jure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 242. *Boer. decis.* 134. *num.* 7.

§. 2. *De Abbatibus.*

20 Abbates etiam habent jurisdictionem quasi Episcopalem, *Flores de Mena varia. lib.* 2. *quaestion.* 24. *numer.* 23. *Barbos. in Consil. Trid. decis.* 22. *cap* 8. *de reformatione, numer.* 10 *Sanches de matrimonio. lib* 8. *disput.* 2. *num* 10 Et eorum quidam sunt saeculares, & quidam regulares, *vt in cap. transmissa, vbi glos. verb. Abbatis de renuntiat. & in cap. cum ad Monasterium de statu Monachorum, Selua in tract. de beneficijs part.* 1. *quaest.* 55. *Rebuf. in praxi titul. saecular. benefic. num.* 5.

nu.5. *Ozeda de incompatibil. benefic. part.* 1. *cap.*5 *nu* 2. *Flaminius de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 68. Regulares sunt vt Cisterſienſes ex ordine Divi Benedicti, & sæculares in hoc Regno sunt vt Abbas de Thomar, Prior de Guimaraens, & Abb. Alcabatiæ, & alij plurimi, & de eorum multiplici differentia explicat eleganter Doctiſsimus Barbosa de jure Ecclesiastico, *lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 17. *cum ſequent.*

Igitur Abb. in Ecclesijs sibi subjectis, dicitur ordinarius, sicut Episcopus, & ideo potest esse judex in causis suarum Ecclesiarum subjectarum *Angel Aret conſ.* 99. *Thuſcus in pract. lit A concl.* 11. *n.* 1. *Barboſ de jure Eccleſiaſtico vniuerſo, lib.* 1. *c.* 17. *num.* 9. Et prædictam jurisdictionem habet quasi Episcopalem, & quod ad ea, quæ sunt jurisdictionis potest omnia regulariter, quæ Episcopus in sua Diæcesi, *juxta gloſ. quam ibi comendat Bonifacius, & Reliqui in clement* 1. *verb. proprij de rebus Eccleſ. non alien. dicit ſolemnem, Nauar conſ* 5. *de ſponſal. num.* 4. *idem quoque tenet Seraphinus dec.* 1052. *& deciſ.* 1386. *Sanches vbi ſupr. lib.* 8. *diſput.* 2. *nu.* 12. *ad fin. verſ.* 2. *& in præceptis Deulog tom. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 4. *&* 5. *Barboſa, qui alios refert de jure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 94. Et ideo Abbates possunt conferre ordines sicut didicimus ab insigni, & humanisſimo Principe Domino Archiepiscopo D. Roderico de Acunha super decreto *diſtinct.* 69. *cap.* 1. *n.* 1. *& diſtinct.* 95. *cap.* 1. Et sicut Episcopi potestas transit in Capitulum Sede Vacante, vt dixi supra, sic eodem modo Abbatis potestas eo defuncto transit in ejus Capitulum, vel monasterium, *tradit Doctiſsimus Sanches vbi ſupra, num* 10. Quatenus jure ordinario competebat Episcopis, nam Abbates, quoad monasteria, & populum sibi subjectum sunt eis loco Episcopi, *vt notat Panor. in cap. in ſingulis de ſtatu Monachor.* 2. *colu. Bar. in auth. de Sanctiſ. Epiſcop.* §. *jubemus, collat.* 9. *gloſ. in cap.* 18. *quæſt.* 2. Et similiter, vt Episcopi, Abbates possunt esse executores compellendo testamentarios, & hæredes, vt ad impleant vltimas voluntates defunctorum, prout resoluunt *Flores de Mena vbi ſupra, lib.* 2 *quæſt.* 24. *num.* 22. *Aloyſius Reccius in praxi aurea, reſolut.* 303. *Barboſa, vbi ſupra lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 107. *de jure Eccleſiaſtico, & in collect. ad Conſil Trid.* §. 22. *de reformatione.* Et possunt dispensare, & commutare vltimam voluntatem eo modo, quo potest Episcopus, secundum *Riccium, vbi ſupra, & Moneta de commut. vlt. volun. cap.* 5. *n* 450. Veruntamen *ex decreto Vrbani Papæ* 8. interdicitur reductio missarum tam Episcopis in diœcesana Synodo, quam generalibus in capitulis generalibus, vt videre est *apud Anton Maſſobriũ in tract de Synodo, ſub tit. de celebratione miſſarum fol.* 108. *Barb. de officio, & poteſtate Epiſcopi, allegatione* 29. *nu.* 16. *impreſsione Lugdunenſi, & in tract. de jure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 66.

21 Cæterum Abbates non possunt cognoscere de causis matrimonialibus, *vt probatur in Conſil. Trid. Seſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20. *verſic. ad hæc, vbi id ſolum Epiſcopis conceditur, Barb. qui alios refert de appellatiua verborum vtriuſque juris ſignific. appellatiua* 89. *num.* 18. Nisi Abbates habuerint præscriptionem, consuetudinem, vel priuilegium, secundum *Barb. de jure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 110. Ad quem in reliquis me remitto *in dict. cap.* 17. Et ad Ascanium Tamborinum in speciali tractatu de jure Abbatum.

§. 3. *De Capellano maiori Capellæ Regiæ*

22 IN primis Capellanus maior Capellæ Regiæ habet jurisdictionem ordinariam in omni capella à summo Pontifice super Capellanos, cantores, & scholares actu in dicta Capella Regia deseruientes, & solita stipendia percipientes ex Bulla Leonis decimi, ita vt omnes causæ, controuersiæ, lites, & quæstio- 23

 nes

nes beneficiorum, & prophanæ, ac ciuiles contra prædictos Capellanos, & Cantores, & Scholares capellæ Regiæ in ea, actu seruientes agitandæ sint coram Capellano maiori, & ejus judice ad eas deputato, qui omnes ita sunt exempti, vt nullus alius in ijs se intromittere possit, juxta tenorem *præd. bullæ, de qua Cabed. de patron. Regiæ coronæ, cap.* 43. Et de similibus privilegijs, & exemptionibus concessis Capellanis regijs, *agit Fr. Emmanuel Rodericus de regularibus, tom.* 2. *quæstion.* 64. *artic* 4. & *quæstion.* 108. *articul.* 3. *Barbosa in collectan. ad cap cum capella de privilegijs, numer.* 3.

Item Capellanus maior nominat Regi nostro ad Ecclesias, quæ sunt de patronatu Regio, personas habiles, & idoneas per consulta, & donatarij Coronæ Regiæ possunt in hoc judicio conuenire ordinarios super patronatibus, aut ab ordinarijs provisos, *Cabed. vbi supra cap.* 40. & 50.

Item cognoscit de patronatu Regio in prima instantia, idest super proprietate juris patronatus, *Cabed. vbi supra, cap.* 29. *num.* 5. *Pereira de Manu Regia cap.* 49. *ex num.* 2. Sed quoad ista privilegia videndus est *text. in Conc. Trid. Sed.* 24. *de reformat. cap.* 11. In hoc tribunali præsidet hodie illustrissimus Dominus Alvarus de à Costa, de cujus virtutibus plura sugerit non tam hominum fama per celebris, quàm veritas ipsa, quæ in consulto supprimam, ne vel adulationis suspitionem incurram; vel prolixitate, quam evitare non possem, molestus sim.

§. 4. *De judice Ordinis Militar.*

24 HUjus Regni Militiæ ex Sum. Pontificum priuilegijs exemptæ sunt ab ordinariorum potestate, quæ privilegia ponit ad literam *Pereira de Manu Regia, cap* 58. Et licet privilegia de se strictè sint interpretanda, *cap. sane de priuilegijs*, & generali derogatione tolli valeant, ex traditis *à Menoch. cons.* 93. *num.* 3. *Cabed. decis.* 75. 1 *part.* Tamen ista cum sint concessa in remunerationem seruitiorum, & in præmium laborum, aliter se habent, *Menoch. cons.* 1. *num.* 139. *& sequenti*, & *cons.* 307. *num.* 7. & 331. *num.* 60. & 365. *num.* 24. *Sanches de matrimonio lib.* 8. *disputatione* 33. *num.* 4. & 8. *Soar. allegat.* 9. *Azeuedus lib.* 1. *recopillat. l* 14. *num.* 42. *titul* 3 *Flores de Mena lib.* 1. *variar. quæst.* 10. *artic.* 3 *numer.* 46. Quod adeo procedit, vt nec visitatores ordinariorum possint se intromittere *a tomar conta das fabricas, nem de outras cousas das capellas, & confrarias das Igrejas das ordens, vt resolvit Pereira vbi supra, nu.* 7. *Fr. Emmanuel Rodericus regular.* 2 *tom quæst.* 62 *artic.* 14. & *quæstion.* 64. & *quæstion.* 67. *articul.* 3.

Sicque patet quod magister, & conuentus habent ordinariam jurisdictionem ab omni ordinariorum superioritate exemptam, non solum in ijs magisterijs, & Ecclesijs prædictorum ordinum, sed etiam in singulis membris, pro vt Capellis, & Eremitorijs, de quibus loquitur *text in cap. statuendum* 16. *quæst.* 2. & *cap. ad audientiam de Ecclesiarum ædeficijs, Pereira vbi supra, numer.* 19. Nam quanvis de jure, monasteriorum exemptio non extendatur ad membra, & capellas eorum, *cap. ex eo re de privilegijs, glos. magna in cap. dilectus de officio ordin.* Non tamen procedit in nostro casu *Hojeda de incompatibilitate,* 1 *part. cap. vltim. n.* 92 & 105. Nam dignitas membrorum regulatur à capite *c. cum non liceat de præsumpt.* Sic etiam patet ex praxi ad Magistrum, ejusque mensam, & consilium spectare per mutationem beneficiorum acceptare ex ijs, *quæ dixit Rodriguez, lib.* 1. *quæstion.* 36. *artic.* 3 *Cabed. decis.* 61. *num.* 6. *Barbos. in l quia tale nu.* 95. *ff. solut. matrimonio.*

Notabis tamen privilegio fori, vel exemptionis non gaudere militis ordinis Christi. Nisi qui comendas habeat, vel annonam ciuilem, *Phæbus decis* 85 *nu.* 6. *Valasc. cons.* 131. *num.* 5. Vel aliud stipendium 25

dium, cum quo commodè vivat, & ali valeat, nec gaudere priuilegio, nisi professionem emiserit, vel intra annum nouitiatus delinquat, *ex Consilium Trid. Sess. 24. de reformatione, cap.* 11. Ex praxi autem militis Ordinis JESU Christi in hoc Regno solum excusantur à Gabellæ solutione, non vero milites Divi Iacobi, & Dauis, quicquid aliud velit, *Pereira, vbi supra num.* 27. Nec enim in Regno Castellæ milites istorum ordinum sunt immunes à Gabellis venditionum, & permutationum rerum suarum, neque rerum aliarum dicta: ordinum, *vt tenet Gregor. in l.* 1. *versic præterea tit.* 7. *part. prima.* Et idem in hoc Regno firmat, *Fr. Emman. Rodr quæst. regularium, tom.* 2. *quæstion.* 62. *artic.* 13. *vbi articul.* 26. tractat de ijs qui transgrediuntur taxam panis, vt possint à judice sæculari pænis pecuniarijs ab ea impositis mulctari.

Dixi in 1. parte Comendatores S. Iocobi de la Spata esse religiosus, & personas Ecclesiasticas, & similiter milites ex ordidine Sancti Benedicti, vti sunt milites Ordinis Iesu Christi in hoc Regno, qui omnes sunt Religiosi, vti tradit *Phæbus dec.* 81. *n.* 10. *& tenet Greg arguendo pro vtraq; partic in dicta l.* 1. *tit.* 7. *part.* 1. *& tenuit etiam Motta in tract de Confirmatione Ordinis D. Iacobi lib.* 2. *& c.* 2. §. 29. *Gutier. pract. lib.* 2. *quæst.* 111. *num.* 2.

26 Quanvis nonnulli existiment non esse verè Religiosos, sed secundum quid, prout tenet *Sarmento de redditibus,* 4. *part. cap.* 1. *num.* 13. *& alij complures, quos refert glos. in titul.* 2. *Ordin. Reg.* Quod amplia etiamsi sint professi, vti colligitur ex traditis à *Tyraq. de retract. linagier,* §. 1. *gl.* 8. *numer.* 21. *Curea Philippica* 3. *part.* §. 1. *numer.* 13, *quicquid contrarium velit Bobadilla in politica lib* 2. *cap.* 18. *numer.* 86. *& cap.* 19. *num.* 17.

27 Ex novella Philippica in novissima reformatione justitiæ, §. 7. habetur, quod si Comendatarius, vel eques ordinis militaris delinquat in officio, quod pertineat ad patrimonium regium, non possit fori priuilegio gaudere, sed coram judice patrimonij regij causa tractanda sit, nec dissentit *Fr. Emmanuel Rodr. quæstion. regularium tom.* 2. *quæst.* 92. *artic.* 13. *Cur. Philipp.* 3. *part* §. 1. *num.* 13. Quanvis viderim Petrum Aluarez Pereira secretarium Regis in Curiam Madrid accusatum de excessibus in suo officio remisum fuisse ad judicem istum, anno 1615.

Item hoc anno 1624. vidi quendam Comendatarium ordinis Christi de capitari propter homicidium per insidias commissum in carcere, quod crimen dicitur esse læsæ Majestatis *ex cap Ordinat. lib.* 5. *titul.* 6 § 12.

28 Praxis est vt Consilium Magistrale Ordin. Militarium expediat per appellationem causas criminales à judice isto jam decisas, *Fr Emman. vbi supra quæst.* 122. *art* 3. *Cevallos in tractat. de cognitione per viam violentiæ. n.* 2 *quæst.* 149. *nu.* 19. *Cabed.* 1 *part. decis.* 61. *num.* 62.

29 Sed dubium est, an miles Ordinis da Montesa, cujus Ordinis Magister est etiam Philippus Rex noster, si depræhensus fuerit in hoc Regno fori privilegio gaudeat, vt ad istum judicem remittendus sit? & videtur quod non. Cæterum si fuerit miles ordinis de Alcantara, aut de Calatrava, quia isti habent idem regimen Divi Benedicti, quod habent militer Ordinis de Avis in hoc Regno, minus dubium videtur, sed de ijs nihil adhuc practicari vidi.

Item si fuerit contentio inter Episcopum, & ordinem Militarem; ejus decisio pertinet ad mensam ordinum ex Brevi Gregorij 13. lata die 20. Octobris anno 1584. quod observatur Castellæ, & idem observari debet in hoc, quia ordines Portugaliæ sũt quasi filiæ de Calatrava, & Sanctiago de Castella, quia militant sub eadem regula Cister, vt scirè, prudenterque advertit Dominus Dom Carlos de Noronha vir sanguine regio, & literis insignis.

F 2 §. 5. *De*

§. 5. *De Archiepiscopo, vel Metropolitano.*

30 QUanvis de jure communi controuersum esset, an si Episcopus fuit negligens in eo quod facere debuerat, succedat Archiepiscopus, qui Metropolitanus dicitur, *secundum Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 7. num. 4.* Et sic, quod negligentia Episcopi deuoluat jurisdictionem ad Archiepiscopum, quam quæstionem disputat *Greg. in l. 11. titul 5. part 1. Caranta in summa bullarum. verb. Archiepiscopi auctoritas num. 21.* Tamen apud nos in praxi hoc est sine dubio, quod propter negligentiam Episcopi suffraganei Archiepiscopus non possit se intromittere, sed tantùm per appellationem, vt tenet *Abbas, in cap. si quis contra Clericum de for. compet. & in cap. pastoralis in princip. col fin de officio ordinarij.* Quam opinionem sequitur lex partitæ, vbi supra *Barbos. de officio, & potestate Episcopi allegatione 126. uum. 14.*

31 Et sic Archiepiscopus absque appellatione non poterit dare ordines intra diæcesim suffraganeorum subditis ipsius suffraganei, *glos. in cap. 1. verb. agant de officio Ordin. lib. 6. glos. insignis in clementina vlt. de priuileg. Couar. pract. cap. 9. num. 2. verb. his accedit.* Nec etiam potest inter subditos sui suffraganei Episcopi de nullitatis causa principaliter absque appellatione cognoscere, quod ita verum esse censet, *Couar. vbi supra, Barbosa de officio, & potestate Episcopi, 1. part. tit. 4. de Archiepiscopi præstantia, n. 69. Scacia de appell. quæst. 19. remed. 1. concl. 6. n. 85. quicquid Abbas, in cap in litteris, col. vlt. de officio delegat. aliud existimet.* Nec etiam similiter Archiepiscopus potest restituere in integrum adversus sententiam Episcoporum, quia ille non potest adiri nisi per viam appellationis, *Abb. in cap. vlt. de restit. in integr. Scacia vbi supra dicta concl. 6. n. 85. Barb. vbi supra num. 70.*

Potest tamen Archiepiscopus excommunicare Vicarium, vel officialem Episcopi suffraganei *ex cap. 1. de officio Vicarij lib. 6. Iacob. Sbrozius in tractatu de officio, & potestate Vicarij Episcopi, libr. 2. quæst, 59. nu. 6.* Denique Archiepiscopus eadem dignitate præfulget, qua Patriarcha, *l. 20. tit 5 part. 1. & ibi glos.*

Item Archiepiscopus potest cogere ad concordiam Episcopos suffraganeos, quando inter eos est discordia; *Belansinus de charitatiuo subsidio quæst. 52 Barb. de officio Episcopi, 1 part. tit 4. de Archiepiscopi præstantia, num. 30.*

Item Archiepiscopus habet potestatem in subditos suorum suffraganeorum in multis casibus, quos recenset *Barbosa lib. 1. cap. 7. de jure Ecclesiastico à num. 52. Sebastian. Cæsar de Ecclesiastica Hierarchia 1. part. disputatione 5. §. 2. de officio Archiepiscoporum, n. 10. & idem Barbosa, vbi supra num. 32.*

Item Archiepiscopus in causa appellationis de interlocutoria pronuntians benè appellatum, remanet judex in toto negotio principali, *Scacia de appellation. quæst. 17. limit 47. memb. 3. n. 7. Barb. de officio, & potestate Episcopi, part. 2. tit. 4. nu. 66. de Archiepiscop. præstantia.*

APPENDIX. III.

De judice Capituli Ecclesiæ Olyssipponensis.

IN primis notandum est, quod judex Capituli hujus Ecclesiæ, quem ipsum Capitulum solet eligere, & deputare, habet jurisdictionem ordinariam in tribunali erecto, & suis scribis separatis, ex consuetudine immemoriali legitimè præscripta contra ordinarium ut constat ex sententia Senatus lata anno 1622. Scriba Antonio Serram in fauorem Capituli, contra Balthezar da Mota. Qui judex Capituli est competens in omnibus negotijs, & causis, quæ pertinent, 32

tàm

tàm ad dictum Capitulum, quàm etiam ad capitulares, & Beneficiarios ipsius Ecclesiæ, siue sint Actores, sive Rei, vt constat ex sententia Senatus Metropolitani Olysiopenensis in causa capituli contra Joann. Laurentium Reum laicum super commisso cujusdam emphyteusis, ob ejus alienationem inconsulto capitulo factam anno 1403. quæ habetur in Archiuo publico ipsius Ecclesiæ inter aliàs sententias, in *lib.* 3 *fol.* 67. Quod etiam constat ex pluribus sententijs latis in præd. Senatu Metropolitano, quæ sunt in præd. Archiuo, *lib.* 3 *fol.* 63. Quas ego proprijs oculis vidi, ex quibus patet, quod præd Judex Capituli etiam quo ad singulares personas capitulares est judex competens, & habet jurisdictionem ordinariam, siue illi sint Actores, siue rei, & etiam ejusdem Ecclesiæ Beneficiarios, quod etiam planum fit ex sententia Reuerendissimi Nuntij Collectoris hujus Regni Octaui Charambona, anno 1616. Scriba Septimio de pace, contra Laurentium Ferreira, cujus tenorem ad literam hic inserere libuit.

Vistas as certidoens juntas por parte do Deam, & Cabido da Sè desta Cidade de Lisboa, das quaes, & de tudo o conteudo nellas nos consta ser verdade pellos proprios processos de donde se passarão, que vimos, & nos foraõ mostrados, pellos quaes, & por muitas sentenças assi Ecclesiasticas, como seculares que passarão em cousa julgada consta notoriamente, ter o juiz do Cabido da dita Sè jurisdição ordinaria das causas tocantes aos bens, fazenda, & jurisdição do dito Cabido, capitulares delle, & beneficiados da Igreja, assi sendo Reos, como Autores, & tãbem os Capellaẽs, & sob Chãtre della sendo Reos, & estar approuada a dita jurisdição por sua Sãctidade na forma do Breue junto, & vzar o dito juiz do Cabido da dita jurisdiçam publicamente à vista do ordinario, & de seus officiaes, sem duuida, nem contradição algũa. Declaramos pertencer ao dito juiz do Cabido a dita jurisdição ordinaria nas ditas causas tocantes ao dito Cabido, & mais pessoas assima declaradas na forma sobredita; & mandamos que vze delle, & seja conseruado em sua posse, & senão passe commição algũa neste nosso Tribunal daqui em diante, em que se duuide da dita jurisdição, ou se pertender ir contra ella por se euitarem gastos, & despezas, & demandas injustas, que temos obrigação de evitar, & atalhar, pello que sem embargo dos embargos se cumpra o nosso despacho fol. 2. Lisboa 27. de Outubro de 1616 Octauius Accorambonus Episcopus foro Cempronten, & Collector.

Nec quilibet privilegiatus, veluti miles ex ordine Christi potest effugere hoc judicium, nec se defendere auctoritate sui conservatoris super decimis, quæ Ecclesiæ Capitulo debentur, vti constat ex *sententia Senatus lata anno* 1618 *contra Antonium Lopes militem ex ordine, & militia Christi, scriba Petro Almirante.* In qua fuerunt auditi procurator Regiæ Coronæ, & procurator generalis ordinum militarium. Et idem judicatum fuit in tribunali legatiæ hujus Regni, *scriba Antonio Lopes Moreira* contra præd. Antonium Lopez militem ordinis Christi super prædictis decimis in favorem ipsius jurisdictionis Capituli.

Nec solum prædicta jurisdictio Capituli fundata est in sententijs latis in contradictorio judicio, & decisionibus judicum Ecclesiasticorum, de quibus supra. Sed etiam ex sententia Senatus Palatij, & decisionibus Senatus Coronæ, ex quibus omnibus est recognita, & approbata, vti constat ex sententijs prædictis de quibus supra.

Id etiam patet, *ex alia sententia, quæ lata fuit contra Comitem de Monsanto Dominum Antonium de Castro, & contra piscatores de Paymogo termo de Lorinhãa super decimis piscium, lata año* 1587. *quæ habetur in libro tertio das sentenças fol.* 237. *vers. qui est no Archiuo da dita Igreja*

Et ex sententia, quæ ab arbitris electis in forma *Concil. Trident. Sess. 14. de reformation. cap.* 5. lata fuit super competentia jurisdictionis. A quibus obtentum fuit posse judicem Capituli procedere contra militem Ordinis CHRISTI super solutione decimorum, & est sententia talis.

CHRISTI nomine inuocato; Vistos estes Autos, louuamento feito pellos senhores Iuiz do Cabido desta Cidade, & Conseruador geral das Ordens Militares sobre a competencia de jurisdição, a saber diante quem deuam ser citados, & demandados os Comendadores das ditas Ordens Militares, assim nas causas decimaes, como nas mais de que se trata, bullas, & papeis juntos. Mostrase, que posto que os ditos Comendadores estejam priuilegiados pellas ditas bullas de sua Sanctidade, & deputados juizes pera todas suas causas assim crimes, como ciueis, & mixtas com derogação de qualquer ley em contrario, & como taes deuiam ser demandados nas ditas causas diante de seu Iuiz, sem embargo do §. Diœcesani de decimis in 6. Porque alem de ser disposição de direito commum, tem sómente lugar nos exemptos de que trata, & não privilegiados com deputação de juiz, como são os ditos Comendadores. Com tudo visto, como o Iuiz do Reuerendo Cabido està em posse immemorial, & antiquissima de conhecer das causas decimaes, & das mais de que se trata contra os ditos Comendadores saltim accumulatinè, & como a jurisdição se pode adquirir mediante a dita posse, com scientia do aduersario, ou sem ella, & prescreuerse conforme a direito julgamos que o juiz do Reuerendo Cabido pode conhecer das ditas causa decimaes, & das mais em que outrosi està de posse de conhecer contra os ditos Comendadores sendo demandados diante delle por virtude da dita posse em que estão, na qual seja conseruado, & que o senhor Conseruador não procede bem contra elle, visto como não faz força, antes vza da em que està, & por direito tem, & pague as custas Theodosio de Frias Pereira Ioão do Lucena homem.

Dixi supra in principio hanc jurisdictionem ordinariam competere judici capituli, ex præscriptione, & consuetudine, nam jurisdictionem præscribi posse probat *text. in cap. cum contingat, vbi glos fin. & DD. de foro compet. cap. auditis de præscript cap. conquæstus* 3. *quæst.* 3 *Abb. in cap.* 7. *num,* 5. *de judicijs, Iass. in l. imperium, num.* 20. *ff. de jurisd. omn jud. Couar. reg. possessor,* 2 *part.* §. 3. *Barbosa de officio, & potestate Episcop. allegat.* 27 *num.* 3. *in impressione Lugdunen. Gabriel Pereira de Manu Regia,* 1 *part. cap.* 57 *num.* 1. *Bobadilla in Politica lib.* 3. *cap.* 8. *num* 195 *vbi litera D.* alios complures refert *Raynosus obseruat.* 54 *num.* 20. *Moneta de conseruatoribus cap.* 7. *num* 475. *cum sequenti, vbi plura jura tùm de jure ciuili, quàm de jure Canonico ad id adducit. Auend. de exequend. mand. cap* 1. Cum in hujusmodi præscriptione non deficiat scientia, & patientia prælatorum, & earum personarum, contra quas præscribitur, vti constat ex sententijs relatis, quæ requiruntur ad hanc præscriptionem, *Couar. reg. possessor in princ.* 2 *part nu.* 8 *congerit plures Masc. de probat. tom.* 3. *concl.* 1215 *num* 38 *text. in l.* 2. *C. seruit. & aqua vbi Bal. col. fin. Bar. in l.* 1 §. *fin. ff. de aqua pluu. arcend. Abb. in cap. de quarta de præscrip. cap. cum Ecclesia sutrina de caus. possess. & proprietat. l. quoties à* 1. *ff. de seruit. Surd. decis.* 23 *num.* 16. *& in terminis Bar. in l. in summa vers. istarum jurisdictionum, ff. vti possid. Balb. de præscript* 2. *part.* 4 *princip. nu.* 51. *Alex. cons.* 16. *volun.* 5. *Palat. in cap. per vestras, notab.* 1. *num* 55. *Morla in emporio juris,* 1 *part num.* 6 *quæst.* 4. *n.* 38.

Item ex multis Bullis summorum Pontificum, præcipuè Bonifacij 9. & aliorum, quos infra referam, constat hanc jurisdictionem fuisse comprobatam, & Apostolico munimine roboratam, ex certa scientia,

tia, quæ sunt depositæ in Archiuo præd. Ecclesiæ, *& ex breui Pauli quinti Sum. Pontificis, quæ etiam habetur in præd. Archiuo.*

§. 6. *De Collectore.*

33 IN primis Reverendissimus Collector, qui est Nuntius, & legatus, id est, missus à Summo Pontifice, & ideo in magno honore habendus, *vt per Dominum Archiepiscopum D. Rodericum de Acunha fulgentissimum omnium virtutum sydus, decus, & ornamentum totius Hispaniæ in lib.* 1 *super decreto cap.* 1. *num.* 2. *distinct.* 94.

Cognoscit de criminalibus causis exemptorum *gl magna in cap. quod translationem de officio legat. Fr. Emman. Rodericus,* 2. *tom quæst. regul. quæst.* 93. *artic.* 4. Et habet jurisdictionem extraordinario modo, *cap.* 2. *de officio legati lib* 6. *P. Enriques in summa,* 1. *part. lib.* 7. *de indulgent. cap* 25. *num.* 3. *pag.* 554 Et id circo in casibus expressis in *Ordin lib.* 2 *titul.* 1. partes non tenentur adire Collectorem, cum eorum cognitio pertineat ad sæculare judicium, quia præd. Ordinatio fuit cõfirmata in concordatis in Curia Romana inter Clerum, & Regem Dyonisium, prout refert, & asserit *Benedict. Ægid. in l.* 1. *C de Sacros. Eccles. part.* 5. § 2. *num.* 12. *Caldas de emptione cap.* 8. *n.* 36.

34 Et de styllo, & praxi conveniuntur præd. personæ exemptæ Ecclesiæ coram prætore curiali in civilibus *per glos. in cap. principes* 23. *quæst.* 5. *glos. verb. regis, in cap. filijs* 16. *quæst.* 7. *tradit Bobadilla in politica lib.* 2. *cap.* 18. *nu* 127. *glos. liter. F.*

35 Alias autem causas pendentes coram judicibus ordinarijs aduocare Collector non potest, cum sit locus præuentioni inter eum, & ordinarios, *cap si à sede de præbendis in* 6. *Speculator. tit. de legat.* § *nunc ostendendum, vers. præmissa, Abb. quem multis æquandum esse censemus in cap.* 1. *colum.* 2. *de officio ligati, Couarr pract cap.* 9. *num.* 3. *vers.* 4. *Rebuf. ad leges Galliæ, titul. de auocationibus, tom.* 1. *in præfat. quæst.* 5. *num* 41 Et si Collector velit advocare, poterit pars supplicare ad Regem, *Bobadilla supra num.* 194. *Quicquid Pereira cogitandum relinquat de Manu Regia cap.* 8. *num* 11. Nam ex *Consil. Trid.* non potest Collector aduocare causas ab ordinarijs *prout refert Riccius decis. Curiæ Archiepisc. Neopolit.* 296. *num.* 5 *nisi per viam appellationis, Barb. de jure Ecclesiastico, libr.* 1. *cap* 11 *num.* 118.

Item legatus sedis Apostolicæ commutare potest vltimas voluntates defunctorum, *Moneta de commut. volun. cap.* 5. *à num.* 193. Nec potest recusari, *Nauar. cap.* 1. *de appellat. Fr. Paul. Bertilisens. in prax. crimin. regul. titul.* 3 *cap* 1. *num.* 13. *Gratian. discept forens. capit.* 4 *num.* 23. 36
Contrarium tamen, quod legatus à latere recusari possit, sentiunt *Dec. in cap. nouit. num.* 3. *de appellat. Boerius decis.* 269. *numer.* 5. *Roland. cons* 19. *num.* 17. *Decian. cons.* 26 *num.* 13. *Gigas cons.* 91. *colum.* 4. *Caualcan de Brachio regio part.* 3. *titul. de recusat. judicis, num,* 315. *Archiepiscop. Bracharens. super decreto distinct.* 94. *cap.* 1. *num.* 5. Et quid. si Collector recusatus procedat ad vlteriora, quid sit faciendum? *Pereira vbi supra, cap.* 22. *n.* 11.

Item Collector non potest se intromittere per appellationem in causa alicui specialiter à S. Pontifice delegata, *cap. studuisti de officio delegati Enriques Canicius in summa juris Canonici titul.* 17. *lib.* 1 § *nec potest legatus, nisi subsistenti justa causa, Raynosus obseruat.* 60. *vbi ponit causas.* 37

Item legati officium, & potestas non expirat per obitum Papæ, à quo missus fuit *cap. Legatos in fin extra de officio Legati, lib.* 6. vbi hæc sunt verba *Presenti declaramus edicto commissum tibi à prædecessore nostro legationis officium, nequaquam per ipsius obitum expirasse.* Et Ratio est quia legatus Papæ dicitur legatus Sedis Apostolicæ, quæ Sedes ipsa non

moritur *cap. liberto* 12. *quæst.* 3. *cap. Si gratioso de rescriptis, lib.* 6. Quanvis ipse legatus tempore mortis Papæ, à quo missus fuerat, non fuerit, adhuc provinciam ingressus, vt tenet *glos. in cap.* 2 *verb. declaramus de officio legati, lib.* 6. Potest tamen Cætus Cardinalium in Sede Vacante illum revocare, vt notat Hostiensis *in cap. tum ex literis de restitutione in integrum Guillermus Gosredus in summa titulo de officio legati,* §. *finitur. Versiculo sed nunquid?*

Item illud prætermittere non licèt, quod cum anno 1637. tentaret Reverendissimus Collector sub censuris gravissimis, ne procederetur à judice sæculari contra monasteria super Capellanijs, quas prædicta monasteria possident cum rebus profanis immobilibus titulo administratorio, Doctor Thome Pinheiro da Veiga Procurator Regiæ Coronæ vir admirabilis scientiæ, & studij, ita in hoc diligentissimè se gessit, vt ejus prudentissimis rationibus in Sacro Consistorio visis decretum fuisset Regem nostrum manu teneri debere in sua quasi possessione, & vt super sederetur in prædictis censuris. Quod summa alacritate totius populi receptum fuit, & omne illud debetur tanto viro, omni virtutum genere, & literis consumatissimo, cui tota res publica sic gratulata fuit, vt parùm deficeret, quin cum publica demonstratione ejus memoriam in æternum propagare plures contenderent, & studuerint.

§. 7. *De Tribunali Sanctæ Inquisitionis.*

38 QUia de hoc nonnulla breuiter in prima parte prænotavi, nunc addo, quod Inquisitores hæreticæ prauitatis cognoscunt de omnibus causis familiarium, tàm civilibus, quàm criminalibus, ex novissima reformatione justitiæ, §. 11. *tradit Curia Phillippica,* 3. *part.* §. 1. *numer.* 55. *Symanch. de cathol. Institut. titul.* 41. *num.* 19 *quem refert. & sequitur Gratianus, discept. forens. cap.* 340. *numer.* 33. *& sequentibus.* Ita practicari vidi, in quodam Roderico de Cepta, qui post sententiam latam à Senatu supplicationis ad judicem fisci remissus fuit.

Et cum quidam familiaris de territorio Colymbricæ declinasset ad forum Sanctæ Inquisitionis, actor incola hujus civitatis cautè impetravit provisionem ab Inquisitore generali, vt traheretur ad curiam, forte quia hic contraxerat, & remissus fuit ad judicem fisci hujus civitatis. 39

Item Inquisitores cognoscunt pricipaliter de hæresi, quæ quomodo, & quibus modis comittatur, *tradit Symanchas Instit. cap.* 30. *Paramus, & directorium Inquisitorum, & ibi Pena, Farinaceus de hæresi, Rojas de hæreticis, nouissimè P. Antonius de Sosa in aphorismis, ad quos lectorem rejicio.* Illud autem non omittam, vt intelligatur quanta si sancti officij clementia, quod cum quædam mulier damnata propter hæresim venisset in Tabulatum, vt relaxaretur anno 1635. ejus executio suspensa fuit, quod raro contigisse dicitur, prout notat *Pena in directorio inquisit. ex instructione quadam Madriliana* 2 *part. comento* 36. *fol* 268. 40

Item cognoscunt de blasphemantibus, quia blasphemia transit in hæresim, vt post Bald. quem ego non reperi in meo Codice, notauit *Auendan in cap. prætorum, cap.* 14. *numer.* 11. *vers.* 7. *conclusio, distinguit Symanch vbi supra cap.* 8. *num.* 7. *&* 8. *Afflict in constitut. Regn. Ceciliæ, cap. de hæreticis, numer.* 13 *lib.* 1. Quod crimen ita atrox, & gravissimum est *in auth. vt non luxurientur homines contra naturam,* §. 1. *collat.* 6. *& glos. in cap.* 2. *de maledicis,* vt hujus scæleris vltro adhuc in hac vita Deus existat, prout referendo plura exempla ostendit *Mascard de prob. conclusione,* 194. *Et Lucas de Pena, in leg. omnes judices Cod. de delatoribus, lib.* 10. *colum.* 1. recenset decem modos, in quibus comittitur blasphemia, *quem refert* 41

Aui-

Auiles im c.c. prætorum, cap. 25. *Alios ponit Symanch. vbi supra, cap.* 8. *vbi nu.* 11. *declarat*, qua pœna hodie blasphemus ab inquisitoribus puniatur, & *melius Dominus Rodericus de Acunha in decreto, cap.* 4. *distinction.* 25. *numer.* 7. à qua excusari non debet, qui per iracundiam ludo fortè blasphemam formauerit, quicquid alij teneant, quos refert *Tiraq. de pœnis causa* 1. *num.* 13 & 14.

42 Cognoscunt etiam de diuinatoribus, & sortilegis, quia etiam hæc crimina sapiunt hæresim, *vt in cap. accusatus, §. Sanè de hæreticis in* 6. Exempla autem horum criminum ponuntur, & explicantur *in tit.* 23. *part.* 7. & consulantes atque his diuinationibus credentes, vt hæretici sunt habendi, *secundum Auendan. in cap. prætor cap.* 32. *num.* 2. Nam ista diuinatio futurorum sæpe fit cum inuocatione dæmonum, vt asserit *Auiles, vbi supra, cap.* 13 *num.* 1. & ideo sapit hæresim manifestam, vt tenet *Abbas in cap.* 1. *de sortilegijs*, cujus rei exempla ponit *Symanch. vbi supra, cap.* 20. *numer.* 1. & 2. Quibus modis diuinatio futurorum per sortilegio fiat, *ponit Auiles, vbi supra, cap.* 53. *num.* 1. *Symanch. vbi supra, cap.* 60. *per totum, Castro de justa hæret. punitione cap.* 13.

43 Astrologi etiam judiciarij, qui diuinant ea, quæ sunt homini cognitu impossibilia examinandi, ac puniendi sunt ab inquisitoribus, & contra eos invehitur *Symanch. vbi supra, cap.* 20. *numer.* 10. Nam istam diuinationem per revelationem dæmonum proculdubio fieri affirmat, & *probat. Ioann. Picus in libro contra Astrologos*, & *Alciat. in leg.* 5. *de verb. signific. Menochius lib.* 5. *præsump.* 6. *num.* 21.

44 Cognoscunt item de maleficis, & strigibus, quas vulgo *dicimus, Bruxas, de quibus multa per Symanch de cathol. Instit. cap* 37. post plures quos ipse refert, & *Anton. Martinus del Rio de magica arte.*

Item cognoscunt de ijs, qui simul duas habent vxores, *vt per Palatium in cap. per vestras*, §. 18. *num.* 25. *Couar. in* 4. *decretal.* 2. *part. cap* 7 § 3. *Castro lib.* 1. *de justa hæret. punit. cap.* 1. *Bruarius lib.* 1. *de hæreticis, cap.* 2 Et qua pœna hodie puniantur tradit *Symanch. vbi supra cap* 40.

Item cognoscunt de Sodomitis, quando masculus coit cum masculo coitu fœmineo, nam vterque relaxari debent, vt moriantur secundum legem diuinam, nam, & pœna ignis etiam an Justinianum plectebantur, *vt patet ex constitutione Theodosij, titul* 7. *lib* 4. *Codicis*. Et contra illos inuehitur Imperator, *in l. cum vir nubit. C ad l. Iul. de adulter.* Et de gravitate tanti criminis, multa dicit *D. Thom.* 2. *secundæ quæst.* 154. *artic.* 11. & *in auth. vt non luxurientur contra naturam colat.* 6. Et in id complures auctores, & jura refert *Did. Couar. in clem. si furiosus*, § 1. *num.* 6. *vers. quibus multa*, qui omnes hoc crimen valde detestantur, de cujus scelebris punitione multa veterum exempla commemorat *Valerius Maximus, lib* 6. *cap.* 1. *de pudititia*, & *Menoch. de arbitr. Iudicum, casu* 286. Quod tamen crimen, cum sit atrocissimum de illis, quæ oculte comitti solent, conjecturis, & præsumptionibus, nec non testibus inhabilibus probabitur juxta tradita, *in l. famosi, ff. ad leg. Iul. Majest.* & *in cap per tuas extra de Symonia. Abb. in cap. fin. extra de testibus Menoch. de arbitrarijs judicum, lib.* 1. *quæst.* 27. & *casu* 474. *centur.* 5. alios plures auctores in id ipsum refert, & sequitur *Mascard. conclus.* 318. *numer.* 3. & 4 & *conclus.* 857. Hoc tamen fallit in inimico, qui à testificando repellitur, vt latè tradidit *Hypolit. cons.* 28. *numer.* 7. Quia in omnibus criminibus etiam atrocissimus inimicus non admittitur, *cap. per tuas extra de Symon. Bar. in l. quæstionibus, ff. ad leg Iul. Majest. Abb. in cap. Inquisitionis*, §. 3. *extra de accusat.* 45

Secundò fallit in teste de auditu, vt quia deponit se post parietem intellexisse quendam cum puero comisisse sodomiam, nam talis non probat, cum hujusmodi crimen non posit per auditum percipi, sed per visum solum, *ita Hypol. in cons.* 28. *quem*

quem sequitur Cassan in consuet. Burg. in rubric. num. 57. *quos refert. Mascard. conclus.* 1318. *num.* 14. Imò testis, qui deposuit se vidisse per rimulam portæ quendam comisisse hoc peccatum nefandum cum masculo: facta diligenti inquiritione per inspectionem occulorum, scilicet per talem rimam non potuisse videri, conuictus de falso concrematus fuit in Curia Madrid. Hinc etiam est, quod per testes singulares de actu reiterabili deponentes hoc crimen probari potest, vt tradit *Ignatius de Villar, responso.* 9. *num.* 40. Et constat ex pragmatica Madrid anno 1598. & videtur amplecti *Ord nostra l.* 5. *tit.* 13 §. 7. Nam si vnus testis deponat de vno actu in vno loco, & alius de alio actu in alio loco, licèt sint singulares testes, tamen ita recte præd. crimen probabile erit, quia ambo tendunt in eundem finem, & scopum, & crimen est sui natura reiterabile, vt est adulterium, & sic dictum vnius coadjuuat alterum, vt dicit, *Bal. in cap. licèt causam nu.* 11. *de probat. Felin. in cap. licèt ex quadam, colum.* 4. *de testibus.*

46 Contrarium tamen tenuit *Seraphinus in addit. ad titulum de Confessarijs solicitantibus quæst.* 22. *numer.* 18 *cum sequentibus*, quem tacito nemine increpat *Anton. de Sousa*, sed in hæresi distinguit *Mascard. concl.* 856. *num.* 11. & 12. *Farinaceus. quæst.* 64. *num.* 203. *Menoch. consf.* 82 *num.* 161. *colum.* 1.

47 Item cognoscunt de falsidicis, qui in crimine hæreseos apud inquisitores falso testificantur, quod quidem scelus grauissimum est, prout demonstrat *Symanch. vbi supra cap.* 62. *num.* 35. In cujus criminis scelere, & nequitia eruenda, & publicè punienda magnopere ab omnibus laudata fuit solertia, & industria justisimi, & sapientisimi, ac illustrisimi Domini Francisci de Castro, cujus regij sanguinis splendor, & singularis sapientia, cum omni virtute conjuncta apud omnes notisima est, nam ejus diligentia, & justitia perfidi testes, qui in causa hæresos conuicti fuerunt falsum testimonium dixisse anno 1632. meritas pænas luerunt, & publicè puniti fuerunt. Acerbitas autem vlciscendi maleficij benè atque cautè viuendi disciplina est. In Regno Castellæ falsidicus testis in causis criminalibus pænam Talionis patitur *Taurina lege Regia* 83. Quæ etiam jure antiquo statuta erat, *cap. hæc imago* 33. *quæstion.* 5. & *de jure communi post Bald. testatur Felinus, in cap. sicut de testibus num.* 2. *Alexand. consf.* 55. *lib.* 7. *Iass. in* §. *item si quis postulante, Instit. de action. colum.* 13. *Cassan in consuetud. Burg. rubric.* 10. *colum. vltim.* Est autem justior hæc Talionis pæna contra testem, quam aduersus accusatorem, quia plus testis nocet accusato, vt merito in illo eam pænam magis probet *D. Thom.* 2. *secundæ quæst.* 68. *artic.* 8. & *alij relati à Symanch. in loco suprà citato.*

48 Cognoscunt etiam de confessarijs solicitantibus fæminas in Sacrementali confessione *ex constitutione Pauli quinti, lata anno* 1591. *quod breue continetur in collectorio apostolicarum literarum, titul.* 3. *fol.* 13. Nam hujusmodi cognitio, & punitio ad inquisitores priuatiuè pertinet, quia illud de hæresi facit omnino suspitionem, *vt tenet Farinaceus in praxi criminali, part.* 4. *de delictis Carnis quæst.* 137. *numer.* 28. *Emmanuel Rodericus,* 2. *tom. regular. quæstion* 27. *artic* 1. *in fin* & *clarius patet ex nouissima constitutione Gregor. Papæ* 15. *lata anno* 1622. Et quia de hoc crimine fecit tractatum sapientisimum *Illustrisimus Archiepiscopus Bracharensis Dominus Rodericus de Acunha,* & *Sylua literis,* & *sanguine regio, virtuteque omni excellentisimus, vbi plures quæstiones notabiliter annectit.* & *postea ejus additionator Seraphinus de Freytas* & *nonnulla etiam tradit Antonius Diana resolutionum moralium,* 1. *part. tractatu* 4. *de denuntiat. resolut.* 13. cum sequentibus pudet manum in hoc immittere, & ideo lectorem ad illum libenter reiicio.

§. 8. *De*

§. 8. *De tribunali ordinis Sancti Ioannis Hyerosolimitani.*

49 COmendatores de Ordine Hospitalis sunt vere Religiosi, *vt per Stephanum Gratianum disc ept. forens. cap. 367. num. 23 & tom 3. cap. 457. à num. 12. Bobadilla in Politic. lib 2. cap. 19. nu 11.* Ita vt per illorum solemnem professionem dirimatur matrimonium ratum, *vt per P. Henriq. lib. 11. de matrimonio, cap. 8 num. 6. Petrum de Ledesma de matrimonio, quæst. 61. art. 2. ad quartum tradit Fr. Emmanuel Rodericus in summa, tom. 2. cap 95 nu. 8 Petr Azor. Instit. moralium, 1. part. lib. 11. cap. 4. quæst 4 Sanch. de matrimonio, lib. 2. disput. 18 num. 8. & in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 16. nu. 12. Pat. Rabello de obligat. iustit part. 2. libr. 3. quæstion. 4. sect. 2. colum. 2 D. Barbosa in rubrica, ff. solut. matrim. 2. part. num. 82.* Sed adhuc si professionem non fecerint, gaudent privilegio fori, quemadmodum novitius aliarum Religionum, *Mar. Nouarius 4. quæstion. forens. 1. part. quæstion 42.*

50 Item Comendator ipsius Ordinis de Malta in causis ciuilibus, non potuit effugere judicium prætoris curialis, ita decreuit Senatus in causa, de qua fuit Scriba Bertholameu Mouro anno 1632. Quod tamen mutatum est ex provisione regia lata anno 1637. Sed in atrocissimis non gaudet suo foro, vt in notabili casu respondit *Giurba, cons. 48. & etiam nas coimas, & posturas ex prouisione regia lata anno* 1608. quæ est in Camera hujus civitatis, sed ex coustitutione Clementis Papæ 8. lata anno de 1595. hujusmodi, milites Hospitalis, & alij Religiosi sunt exempti in crimine assasinij à foro tã Ecclesiastico, quàm sæculari, donec per superiores eorum adjuncto sibi Episcopo loci non fuerint hujusmodi criminis Rei declarati.

(:*:)

SUMMARIUM.

1 IVdex Ordinarius est ille, qui habet jurisdictionem ad vniuersitatem causarum, vel super personis; vel rebus.

Ibid. Iudex ordinarius si sit infirmus, vel absens, quis debeat alium ejus loco nominare?

CAP. II. *De Iurisdictione ordinarij.*

IUdex Ordinarius dicitur ille, qui habet jurisdictionem ad vniuersitatem causarum, vel super personis, vel rebus, tradit *D. Rodericus de Acunha super Decreto distinct. 25 cap. 1 num. 19.* Qui si sit infirmus, vel absens, non potest vnam, vel aliam causam sibi competentem jure ordinario alij committere, vel delegare, quanuis de jure communi id erat controuersum *vt per Bar in l. 1. ff. de officio ejus cui mandat.* Hoc tamen in praxi apud nos est sine dubio, vnde in hoc casu peti debet judex ab Episcopo, qui substitutus habet eandem jurisdictionem ordinariam, vt ille in cujus locum substituitur, *l. 2. C. de officio ejus, qui vicem alterius gerit notatur in l nec quicquam, §. vbi decretum, & ibi gl. magna in fin. ff. de officio proconsulis, & legati.* 1

SUMMARIUM.

1 DElegatus seruare debet formam
2 suæ commissionis, & præsentare literas, nec potest extendere
3 suam jurisdictionem.
4 *Causa delegata à Principe, non potest eam conseruator auocare.*
5 *Delegatus, quando finita commissionem, possit suam jurisdictionem exercere.*

6 *De-*

6 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ.*
7 *Delegatus, quando possit subdelegare.*
8 *Et quando ordinarius non tenetur exequi ejus sententiam.*
9 *Quando possit delegatus puniri ab ordinario.*
10 *Ex quibus rescriptum Papæ redditur suspectum.*
11 *Clausula illa, non obstante, quid operetur?*
12 & 13 *Commissarius Cruciatæ, quando potest auocare causas suorum officialium, & facere compositionem, & dis-*
14 *pensare super irregularitate.*
15 *Commissarius Cruciatæ, quando possit procedere cum censuris.*
16 *Appellatio, quando detur à Commissario generali Sanctæ Cruciatæ.*
17 *Commissarius generalis, quando possit inhibiri à Collectore.*
18 *Executor merus, vel mixtus quando dicetur.*
19 *Commissarius, quando cognoscit sine appellatione, & quando executiuè.*
20 *Commissarius generalis cognoscit de Bullis, quæ impetrantur Romæ.*
21 *Commissarius generalis procedit contra judices, & præsides prouinciarum*
22 *Iudex ordinarius procedit contra illos qui æleemosinas petunt sine licentia.*
23 & 24 *Conseruator Ecclesiasticus procedit cum censuris contra laicum non soluentem decimas.*
25 & 26 *Conseruator non potest aduocare causam jam cæptam, nec cognoscit nisi super manifestis violentijs.*
27 *A sententia Conseruatoris appellatur ad Papam.*
28 *Si Contentio fuerit inter conseruatorem, & Episcopum, vel alium, quid faciendum?*
29 & 30 *Potestas conseruatoris restricta est.*
31 *Visitator non potest visitare Abbates, Monasteria, nec prouintias exemptas.*
32 *Appellatio à visitatore non impedit ejus executionem.*
33 & 34 *Et quando ab eo possit appellari.*
35 *Visitator non potest recusari, & quando.*
36 *Visitatio quomodo fiet.*

CAP. III. *De Iudice delegato.*

Iudex delegatus appellatur illi, qui ex commissione alterius judicialem cognitionem alicujus causæ consequitur, cui à Principe, vel ab ordinario causa committitur vicem gerens delegantis, & proprium nihil gerens, quia delegatus so um habet vsum ipsius jurisdictionis, ab ipso delegante, *l* 1 § *qui mandatum, ff. de officio ejus Hiltropius de processu judiciario.* 1. *part. titul.* 7. *num.* 1. Qui formam suæ commissionis exactissimè seruare debet in procedendo, ita vt si ejus fines excesserit, vel egrediatur, ejusmodi processus erit irritandus, *cap. cum dilecta de rescriptis.* Si vero nulla forma procedendi in commissione data fuerit, tunc ordinem judiciarium, quem servare solet delegans seruare debet, *Hyltropius vbi supra num* 19. 1

2 Et vt possit exercere suam jurisdictionem, debet præsentare literas suæ de legationis, *Flaminius de resignatione libr.* 1. *quæst.* 21. *num.* 16 & 17. *In tantum.* vt citatus à delegato non teneatur comparere, nisi inserto tenore, & copia commissionis in mandato citatorio, *vt per Marant. de ordine judiciorum,* 4. *part. distinct.* 5. *num.* 61. *vers.* 38. *differunt. Riccius in praxi aurea resolut* 4 4. *Barbosa, in l. si quis ex aliena. num.* 9. *ff. de judic. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici, part.* 2. *num.* 55 *Molin. de justitia, & jure, tom.* 6. *titul.* 5. *disput.* 25. *num.* 1.

Vnde excommunicatio à delegato lata, qui copiam suæ delegationis petenti non

non dedit, est nulla, *Nauarr. cons. 9. in antiquis, alias quinto in nouis de sententia ex communicationis, Zayro. in Floribus decis. sub eod. titul. decis.* 10. *Gabr. Pereira de Manu Regia* 1. *part. cap.* 7. *num.* 3. *versic. vnde non solum, Mart. de jurisdict. par.* 2. *cap.* 35. *num.* 3. Et hinc est quod judici delegato asserenti se habere mandatum delegationis, non creditur, nisi eo præsentato, *vt per Mascard. de probat.* 949. *num.* 18. *& conclus.* 1405. *num.* 7. *cum sequentib. Sanch. de matrimonio, lib.* 8. *disput.* 17. *nu.* 17. etiam si sit vir excelsus, atque illustris, *Menoch. de arbitr. lib.* 1 *quæstion.* 66. *num.* 8. *& l. b* 2. *cap.* 102 *num.* 8. *& de præsumpt. lib* 2 *præsumpt.* 15. *num* 4. *Tyraq. de nobil. cap* 28. *num.* 39. *& est text. in cap. cum in jure peritus de officio delegati.*

3 Nec potest extendere suam jurisdictionem ad personas in rescripto suæ delegationis saltem per generalem clausulam minimè contentas *cap. P. & G. de officio delegat. Nauar. in cap. cum contingat.* 7. *causa nullitatis in princip. de rescriptis Erasmus à Cochier. de jurisdictione ordinaria in exemptos part.* 2. *quæstion.* 11. *numer.* 2. *Menoch. cons.* 340. *num.* 54. Quanvis possit testem etiam exemptum, vel clericum punire propter crimen, quod inferendo testimonio commiserit; *glos. in Clement. vnica de officio delegati vers. judices, Couar. pract. cap.* 18. *num.* 8. Maximè si sit delegatus à principe, & ad causam criminalé, *vt optime declarat Farinaceus de testibus quæst.* 67. *num.* 50. *& sequenti. Iulius Clarus in pract.* §. *fin. quæst.* 38. *num.* 13. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 91. *num.* 2. Si vero fuerit delegatus inferioris à Principe, debet remittere testem falsum ad delegantem, vt dicit receptum *Caballus resolut. criminal. casu.* 261. *nu.* 7. *cum sequentibus.*

6 Item si causa criminalis delegata sit à Principe certis judicibus, non potest conservator ex privilegio auocare causam, nec in ea se intromittere, prout decisum refert, *Phæbus decis.* 80. *part.* 1. *num.* 2. Et ratio est, quia causa, quæ semel affecta est manu Principis, non exit a Principe sine causa, notanter tradit *Bal. in l. si vt proponis a primeira nu.* 15. *C. quomodo, & quando judex, Vallasc. consultat.* 105. *num.* 62. *Cabed. decis.* 85. 2. *part. numer.* 4 *& præter Phæbum idem tradit Hypol. singul.* 301. *Couar. pract. cap.* 9. *nu.* 5. *in princ. Menoch. cons.* 340. *num.* 45. Nam quando Princeps alicui specialiter delegat, censetur jurisdictionem abdicare ab omnibus alijs in eadem causa, *Reynosus obseruat.* 60. *num.* 5. *Vallasc. consult.* 105. *nu* 63. *Cabed.* 2. *part. decis.* 85. *num.* 4. Ex quibus ita decisum fuisse in alio notabili casu per Senatus Consultum anno 1609. *testatur Phæbus* 1. *part. Arest.* 163.

Item quanvis delegatus post quàm tulit sententiam functus sit officio suo, præsertim si eam simul fuit exequutus, tamen si statim executione facta victus rem iterum occupat, poterit idem judex delegatus iterum cognoscere, & debitæ executioni suam sententiam mandare, & mandatum conservare, *glos. verb. ad integrum. in cap. quærenti de officio delegat. Tyraq. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos numer.* 184. *Barbos. in collectan. ad edict. cap. quærenti, num.* 7. 5

Item delegatus ad vniversitatem causarum potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, quia ordinario æquiparatur, *Bald. in l.* 4, *si vt proponis, num.* 13. *vers. quæro quid si est delegatus, & Salicet, sub num.* 3. *ver. quæro igitur, C. quomodo, & quando judex Bantius de nullitat. rubrica coram quo possit num.* 17. *vers. cæterum fol.* 374. *Scacia de appellat. quæst.* 17 *remedio* 1. *conc.* 6. *n* 99. *Gutier. in canon. quæst.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. Non tamen quando est delegatus ad vnam causam, *Barbos. in collectan. ad cap. in literis, num.* 4. *de officio delegat.* Quia lata sententia per eum non potest eam corrigere, nec ei aliquid addere, vel ab ea detrahere, quia statim postquam sententiam protulit, censetur jam illius jurisdictionem expirasse, & suo 6

offi-

officio functam, *dicta l. si vt proponis à 1. C. quomodo, & quando judex. Anton. de Ripol. variar. resolut. cap. 1. n. 440. Scacia, vbi supra nu. 91. vbi hujus regulæ ponit ampliationes, & limitationes ex n. 92. cum sequent.* Vnde si officialis Episcopi pronuntiauit tamquam delegatus legitimam esse dispensationem, & postea sive inito, sive non inito matrimonio virtute illius dispensationis, inveniat se deceptum, vel errasse, non poterit in quantum delegatus causam iterum assumere, eo quod jam sit functus officio suo, *Gutier. de matrim. cap. 125. num. 15. Sanches de matrimon. libr. 8. desput. 27. n. 39.* Et confirmatur ex ijs, quæ tradit *Gutierr. in canonicis quæst. libr. 2. cap. 2. per totum, maximè à numer. 8. & 9. Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 518.* Poterit tamen tamquam ordinarius causam assumere, & impedire matrimonium ineundum, vel jam initum dissolvere, non cognoscens, nec judicans de prioris sententiæ viribus, quam vt delegatus pronuntiavit, quia id solius est principis delegantis, sed habebit, ac si nulla esset sententia cognoscere de matrimonio contracto, an validum sit necne, vel an possit contrahi quemadmodum potest cognoscere de matrimonio malè inito *Sanchez, vbi supra, numer. 39. & Gutier. num. 16.*

7 Item delegatus non à Principe, sed ab alio ordinario ad vniversitatem causarum poterit subdelegare hanc, vel illam causam in particulari, *ita glos. verbo delegatus, in cap. cum causam de appellation. Bar. in leg. 1. §. ab eo. junct. glos. ibi, ff. quis, & aquo. D.D. communiter, quos refert, Couar. 3. variar. cap. vltim. num. vlt. Marant. de Ordin judic. 4 part. distinct. 5. numer. 51. Phæbus decis. 80. 1. part. num. 14.* Et sic pedanei judices Episcoporum subdelegari possunt ad causas singularium, *Molin. de just. & jur. tom. 6. tract. 5. disput. 15. num. 4. in fin.* Delegatus verò à Principe, cum clausula, appellatione remota, non poterit subdelegare, *vt per Hypol. singul. 295. numer. 4. Molin. vbi supra, disput. 24. num. 3. vers. tunc si Princeps.*

Item quanvis ordinarius teneatur exequi sententiam delegati, tamen si eam injustam viderit, non eam exequetur, imo resistet ei, *Farinac. 2. part. fragment. crim. litera I. num. 977. Marant. vbi latè distinguit disput. 1. num 33.* 8

Item delegatus a Principe, vel à Papa si delinquat, poterit puniri à judice ordinario illius loci, in quo deliquit, *Authent. si qua in Prouintia. C. vbi de crimine agi oportet, vbi Bald. nu. 10. Caballus resolut. crimin. tom. 1. casu. 53. num. 1. cum sequent. Barb. de officio, & potest. Episcop. alegat. 106. n. 37. in fin. Farinac. in fragment crim. 2 part. litera I. num. 973.* 9

APPENDIX.

De impedimentis aduersus rescripta, & ejus clausulas.

In primis rescriptum impediri potest, si in supplicatione, vel in ejus subscriptione sint diversæ literæ, veluti si correctio sit alterius literæ, seu characteris, quia diversitas manus, vel atramenti diversam facit scripturam, *§. 1. auth. de instrum. cautel. & fid. collat. 6.* 10

Secundò opponi potest si sit littura, seu rasura, *cap. inter dilectos de fid. instrument.* Idem si aliqua fuerit scriptura intermedia, vel addita, quæ vocatur inter linearis, *cap. cum venerabilis de relig. domib. l. si vnus de testament.*

Tertiò si aliquid sit Bullæ additum, nam punctum etiam additum bullæ vitiat bullam, *cap. licet. de crimin. fals.*

Quartò si Papa loquatur in plurali vni videlicet vobis Joanni Bulla est suspecta, *cap. quam graui. de crim. falsi.* Idem si Papa vocet Episcopum Filium, quia Episcopum, Archiepiscopum, vel Patriarcham fratrem vocare solet, *vt in dicto cap. quam graui.*

Quintò opponi potest in ea falsam esse lati-

latinitatem, *c. ad audientiam de rescriptis.*

Sexto opponitur etiam, quod bulla est imperfecta, *argument. text. in l. 2. §. 1. & l. fin. ff. quemadmodum test. aperiant. l. Polla in fin. C. de ijs quibus, vt indign. Masc. concl.* 243.

Septimo si non fuerit data apposita, *vt in l. generali de tabularijs, lib. 10. nisi qua C. de diuers. rescript.*

Octauo si non sit seruatus stylus Chancellariæ, vt quia sit omissus, vel imutatus, *dicto cap. quam graui. de crim. fals. tradit Scacia de judic. lib. 1. cap. 64. num. 17.*

Nono opponi potest contra bullam acceleratio temporis, vt si hodie 1. die Januarij, quis moriatur Olyssippone, & cras Romæ impetratur beneficium à Papa, *ita Rebuf. in praxi beneficiorum fol. 232. num.* 28 Multa vide apud eundem *Rebuf. in tractatu de rescriptis, quæst. 12. 2. tom. ad leges Galliæ*, quibus addo quod in rescripto semper subintelligitur clausula illa si preces veritate nitantur, *Caldas quæstion. forens. cons. 26. numer. 7. Alex. 35. variar. lib. 1. titul. de rescript. resolut. 7. Æmilius Verral decis. 128. numer. 2. P. Soar. de legibus, lib. 8 cap. 18. num. 10.*

11 Item clausula illa non obstante quocunque privilegio in corpore juris clauso, *Pinel. in l. 2. C. de rescind. 3. part. cap. 1. num. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæstion. 40. numer. 13. & 26. Barbosa in l. 1. part. 1. num. 9. & 12. ff. sol. matrim. & in l. 2. §. legatis. numer. 117. ff. de judic. Marchesan. de commissis 1. part. cap. 8. numer. 67. Emmanuel Rodericus quæstionum regularium, 2. tom. quæstion. 9. articul. 3. vers. 2. dico Baptista Costa de facti scientia, & ignorantia, inspect. 5. à numer. 5. P. Soares de legibus lib. 8. cap. 14. numer. 8. Marta de clausulis, 1. part. clausula 77. numer. 2.*

Nam Princeps non censetur concedere aliquid contra jus cōmune *Cabea. decis. 93. nu. 3. 2. par. & vide decis. 94.*

(:!:)

§. 1. *De Commissario Generali Sanctæ Cruciatæ.*

IN Primis Commissarius (qui hodie est Dominus Antonius de Mendoça, utriusque juris scientia admodum excellens virtute, & sanctitate insignis ex regibus Aragoniæ descendens,) post aduocare ab alijs judicibus causas civiles, & criminales suorum officialium, & ministrorum privativè *Lara de tribus gratijs, fol. 63. libr. 1.* 12

Quæ tamen jurisdictio limitata est ex lege Regia Castellæ in causis quæ pertinent ad bullam, *l. 5. titul. 10 lib. 1. Recopillat.* 13

Item quando, & in quibus casibus Cōmissarius possit facere compositionem virtute Bullæ Cruciatæ, tradit idem *Lara vbi supra fol. 43. Villalobos in summa tit. 27. clausula. 13.* Cæterum si facta compositione virtute Bullæ Cruciatæ compareat verus Dominus, an teneatur ita compositus facere illi integram restitutionem rei in foro exteriori, *tradit Sotus de just. & jure in 4. distinct. 1. quæst. 7. art. 4. Anriq. lib. 7. de indulgentijs, cap. 34 num 4. P. Ludouic. à Cruce Lusitanus in disputat. moralium super tribus bullis disputat. 3. dubio 4. num. 7.* 14

Item Commissarius generalis potest dispēsare super aliquibus irregularitatibus, *secundum Antonium Diana, resolut. moralium, 1. part. tract. 11. de Bulla Cruciata resolut. 110.*

Item dubium est an Commissarius generalis possit censuris Ecclesiasticis procedere contra illos, qui non observant privilegia à Rege concessa? & obtinuit non posse in quodam gravamine, quod venit ad Senatum supplicationis, interposito à decurioribus civitatis, qui fuerunt à prædicto Commissario ex communicati, quia privilegia à Rege concessa observare noluerunt, *ita Gabriel Pereira de Manu Regia 1. part. capit. 8. num. 2.* vbi re- 15

resoluit prædictam potestatem excommunicandi solum competere Commissario, quando privilegium per Bullam concessum non fuerit obseruatum.

16 Item si Commissarius procedat, vti merus executor literarum Cruciatæ, si non egreditur limites suæ commissionis, ab eo non datur appellatio, nec ad effectum devoltivum, vel suspensivum, sed
17 quando excedit limites suæ cõmissionis, aut gravat partes, potest saltem per viam querellæ recursum haberi ad Collectorem, qui potest servatis sacris Canonibus inhibere, & postea cognito plene de gravamine, vel excessu illud emendare, & providere prout justitia exegerit.

Vnde an Commissarius gravaverit partes, & excesserit limites suæ facultatis, aut processerit vti mixtus executor, vel an appellationes fuissent interpositæ in casibus, in quibus jus commune expresse illas permittit; prædicta cognitio spectat ad
18 Collectorem superiorem Commissarij Cruciatæ. Et dicetur Commissarius procedere vti merus executor, quando absque judiciali cognitione exequitur purum, & nudum factum super rebus expressis in eisdem literis cruciatæ; at vero mixtus executor dicetur quando assumit judicialem cognitionem super re prius non cognita, aut quando se opponit aliquis legitimus contradictor, & Prædictus Commissarius, & notarius Cruciatæ possunt cogi ad tradendum acta ad effectum, vt de præmissis Collector cognoscat, & Commissarius tenetur parere inhibitione sibi desuper à Collectore factæ, seu faciendæ, & interim quo acta trasportantur coram Collectore, potest idem Collector concedere superceßorias, sivè acta denegenter, sivè maleciose eorum trasportatio differatur; quæ supra dicta omnia habentur *in Bulla Sanctissimi Vrbani Papæ* 8. *lata* 28. *Septembris anno* 1628.

19 Item Commissarius Generalis privativè cognoscit de omnibus officialibus sanctæ Cruciatæ, & de ijs, qui habent contractum super redditibus cruciatæ, & ejus exactionibus, & procedit absque vi a appellatione, aut supplicatione quo ad executionem æleemosynarum Bullæ cruciatæ, & ipsarum contributionem, vt tenet. *Pereira de Manu Regia* 1. *part. cap.* 8. *num.* 3. Et procedit executivè in executione rerum fiscalium cum ijsdem privilegijs, & qualitate, quam habet fiscus in suis causis.

Item cognoscit per appellationem, & gravamen in suo Senatu vbi præsidet, de omnibus causis, quæ agitantur ante Commissarios subdelegatos, *l. 2. ff. quis, & a quo*, nam isti subdelegati non suo, sed mandantis nomine cognoscunt, *vt in l. 1. § qui mandatum. ff. de officio ejus. l. more maiorum. ff. de jurisdictione omn. judic.* Vnumque, & idem tribunal, est mandantis, & ejus, cui mandabatur, *l. 1. 3. fin. ff. quis, & aquo appellat.*

Item cognoscit de Bullis, quæ impetrantur Romæ ad indulgentias, & ad quærendas æleemosynas, quanvis de ijsdem Bullis cognoscat etiam ordinarius *vt in clem. abusionibus de pænit. & remiß. & in Conc. Trid. de reformatione Seß.* 21. *cap.* 9. Nam tempore Concil. Trid. non erat adhuc introducta Cruciata in hoc Regno, vnde ad Commissarium generalem spectat examen Bullarum indifferenter vti ad ordinarium, nam si fuerit timor de aliquo abusu illarum, non debet illos admittere, nisi constet de approbatione Sedis Apostolicæ, prout docet *Cardin. in dicta clement.* 1. *nu.* 4. Nam in illis potest fraus committi, vt quia asserat plus contineri in literis, quam verè contineretur, vel vterentur falsis literis pro veris, ideo debent literæ examinari diligenter in Bulla, & Chartæ dictamine, & in alijs, nam quando exorbitant à communi forma sunt suspecta *argument. text. in cap. licèt de crim. falsi. & cap. quam graui de rescriptis, & cap. 2. de officio ordin.* Et si aliqua dubitatio de ipsis insurgit consulendus est Papa, 20

Papa, cujus est æstimare, quem modum sui priuilegij esse velit, *vt in cap. ordinarij, § si verò de officio Ordin. libr. 6.* Si autem appareant veræ, & sine deffectu, dabit eis literas testimoniales, cum illa clausula, vt ita demum locum habeant, si habuerint Bullam Cruciatæ, qui eas cæperint, sed si appareant defectuosæ, eas repellet, quod notatur *in dicto cap. cum venissent de judic. & in cap. ordinarij secundum Cardinal. vbi suprà, numer. 10. quæstion. 5.* Hinc est quod quæstorum nomen sit hodie abolitum *ex Concil. Tridentin. Sess. 21. de reformatione, capitul. 9* Et Collectores missi à præceptoribus Sancti Antonij, siue Sancti Lazari, siue aliorum pro votis, & æleemosinis petendis, non debent admitti, nisi exhibeant literas veras Apostolicas coram Ordinario, vel Commissario generali, *vt tenet Abb. in capit. cum ex eo de pænitent. & remission. numer. 1.* Et fuit hoc statutum propter eorum intemperantiam nimiam, nam multi mentiebantur se esse alios, quia falso portabant religionis, vel illius hospitalis habitum, asserentes esse fratres illius societatis, vbi in veritate non erant, vti aduertit *Auiles in c. c. prætorum cap. 51.* & ideo debent prius examinari coram ordinario vt dixi.

21 Item Commissarius Generalis procedit contra judices, & Præsides Prouinciarum, qui consentiunt tales æleemosinas exigi prætextu Bullarum, & indulgentiarum, nisi eis constet de examinatione Bullarum per ordinarium illius diœcesis facta secundum *Concil. Trident. Sess. 21. de reformatione, capitul. 9. D. Rodericus de Acunha na explicaçam dos jubileos, capitul. 3. numer. 2. Barbosa de potestate Parrochi, capitul. 16. numer. 19. Cened. in pract. quæstionib. quæst. 26. nu. 32.* Alias ipsi puniri debent, *argument. text. in l. pen. C. de canone largitionum. libr. 10.* vbi probatur, quod pari pæna puniatur officialis, qui non inhibet extorsiones illicitas, & sic, qui negligit, sicut punitur officialis, qui eas facit, *Jass. in l. si mater. ff. solut. matrim. num. 24.* Et similiter Commissarius potest punire istos quæstores æleemosinas petentes sine suo consensu, quod in hoc Regno facit ordinarius etiam secundum jus commune, 22 *vt in clement. 2. de pænit. & remiss. Abb. in cap. cum ex eo de pænit. & remiss. num. 3.* etiam si illi sint laici, *Barb. de officio, & potestate. Episcop. allegat. 109. nu. 4. in fin. & n. 12. Pereir. de Man. Reg. 3. part. cap. 76. n. 6.* Et si reperiatur pecunia apud istos quæstores falso petentes æleemosinas, potest ea repeti, vt tenet *Auiles in cap. Prætorum, cap. 51. verbo no consentir*, & applicatur redemptioni captiuorum, *ex Ord. lib. 5. tit. 103. in fin. Gabr. Pereir. de Man. Regia 3. part. cap. 76.* procedit igitur ordinarius, vel judex sæcularis contra istos quæstores petentes æleemosinas sinè licentia regis, *Ord. lib. 5. tit. 103. Cabed. 1. part. decis. 193.* E idem dispositum est in Regno Castellæ *ex l. 37. tit. 6. lib. 3. recopillat. Peres in l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1.* ordinariam, & idem dispositum est in Regno Franciæ, *vt testatur Rhenatus Copin. de sacra Politica, lib. 3. tit. 5. ex num. 23.*

Item licèt Commissarius in Regno Castellæ possit in pluribus casibus dispensare, *vt per Villalobos in summa 1. part. tract. 25. clausula 13.* Hodie commissarius Generalis Portugalliæ non potest concedere facultatem celebrandi, nec audiendi Missas in oratorijs privatis, seu domesticis *ex Bulla Sanctissimi Papæ Vrbani 8. lata 28. Setemb. anno 1628.*

§. 2. *De conseruatore.*

Conseruator est judex extradelegatus, & executor, qui ex sacra jussione, & forma est datus, qui propriam jurisdictionem non exercet; sed sibi commissam ab habente potestatum, ideoque extraordinarius dicitur, & conseruator, qui debet conseruare jura partium, & privilegia personarum, quibus datus 23

 est,

est, vt est conseruator monialium, & nobilium, qui habent comendas, qui si durante emphyteusi, vel locatione rei Ecclesiasticæ ad pensionem agant contra laicum, tunc conseruator compellit eum censuris Ecclesiasticis, *juxt leg. regiam, libr. 2. titul. 1. §. 9. cui consonat opinio Abb. num. 12. & 13. in cap. si clericus de foro compet. tenet Valasc. de jure emphyteut. quæst. 39. num. 14. Gutierr. pract. lib. 3. quæst. 26. nu. 10. & quæstion. 27. Bobadilla, lib. 2. cap. 18. numer. 150.* Et ita obseruari etiam in Regno Castellæ asserit *Couar. pract. cap. 35. nu. 2.* vbi ait se vidisse laicum ad decimarum solutionem censuris, & alijs modis per ecclesiasticum judicem compelli, *tradit Moneta in tractatu de decimis, cap. 8. Rebuf. de decimis, quæstion. 10. numer. 3.* Nam, *vt dicit Cabed. decis. 61. 1. part.* Magister ordinum militarium est tanquam Prælatus, & ideo conseruator ordinum expedit literas, censuras, & excommunicationes aduersus illos, qui detinent redditus præcepturæ, quæ pertinent ad Comendatorum, & procedit contra illos vt judex Ecclesiasticus.

24 Item conservator expedire solet præcatoriam, & aduocatoriam, vt processus sibi transferatur in aliò judicio cæptus, qui processus, si fuerit in causa profana, & inter laicos ad impleri non debet, *vt dixi in 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 20.* Nam conseruator non potest se intromittere, nisi de manifestis violentijs, quæ fiunt privilegiatis, *vt in cap. 1. de officio delegat. lib. 6.* Vnde si litigium fiat super possessione rei Ecclesiasticæ, quæ in facto consistit, quia est profana, *secundum Menoch. de recuper. remed. 15. num. 211. Gutierr. quæst. lib. 1. tit. 34. Cabed. decis. 82. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 6. cap. 2.* Proculdubio conseruator, qui est Ecclesiasticus in ea se intromittere non poterit, neque ad se causam aduocare, *Afflict. decis. 2. num. 13. Seuallos quæst. 504.* Unde talis aduocatoria conseruatoris servari, nec ad impleri debet *Couar. pract. cap. 11. num. 5. Cabed. decis. 49. 1. part* facit *text. in cap. inter cæteras de re jud. Couar. lib. 1. var. cap. 1. num. 10. vers. vlt. Marant. de Ordin. judic. disput. 1. numer. 36.*

Et similiter si Reus laicus conveniatur super re, quam neget esse Ecclesiasticam, cum per illam negationem res efficiatur dubia, *glos. in cap. 1. verb. Conseruatores de offic. deleg. lib. 6. glos. etiam in cap. veniens de renuntiatione,* proculdubio conseruator procedere non debet, & causa remittenda est ad judicem secularem, *vt in cap. si Clericus laicum de foro compet.*

Nam vt Conservator procedere possit, 25 ante omnia apparere debet de violentia, & injuria manifesta, & notoria, ita vt ei constet de qualitate notorij, *ita glos. verb. Conseruatores in cap. 1. vbi Ioann. Andr. & alij extra de officio delegat. libr. 6. Fr. Emman. Roder. 1. tom. regularium, quæst. 65. artic. 11. vers. aduertendum insuper, Barbosa de officio Episcopi allegat. 106. num. 18.* Quia jurisdictio non competit conservatoribus super injurijs, & violentijs simpliciter, 26 sed super qualificatis, & notorijs, *Gutier. pract. lib. 3. cap. 9. nu. 14. Pereira de Manu Regia, cap. 7. numer. 5. Anton. Ripol. variar. resolut. cap. 1. num. 48.* Vbicunque enim jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, pro fundamento judicij debent ante omnia eidem de illa qualitate constare, *vt per Bar. in l. multum interest num. 2. & 5. ff. de condit. & monstrat. Barbosa in l. si quis ex aliena, num. 248. ff. de judic.* Si autem conservator dubitet de illa notorij qualitate, vel clarè de ea non appareat, poterit ante omnia summariè examinare, an violentia, sivè injuria, de qua agitur, notoria fuerit, & super ea probationem recipere ad fundandam suam jurisdictionem, ita vt ad eam non requiratur citatio partis, *Pereira vbi suprà sub numer. 5.* Vnde si inueniat illam violentiam esset notoriam procedet, aliàs se incompetentem pronuntiat, *Barbosa vbi supra,* & hæc est praxis, & si de facto procedat, ei parendum non est, *vt*

vt tradit Savallos tom. 4. communium quæst. 897. nu. 755. Barb. de officio Episc. allegat. 106. num 26. Et poterit supplicari ad judicem Coronæ *Valasc. cons.* 100. *num.* 3. *& cons.* 152. *in princip. P. Emmanuel Rodrig.* 1. *tom. regular. quæstion.* 65. *artic.* 9. *Molin theolog. tom.* 4. *tractatu* 5. *disputat.* 29. *numer.* 8. *& alij, quos refert Pereira de Manu Regia,* 1. *part. cap.* 7. *numer.* 3.

27 Et à sententia Conservatoris appellatur ad Papam, *Barbosa de officio Episcopi allegat.* 106. *numer.* 4. Et tanquam delegatus potest procedere contra quoscunque ordinarios, si eum impediant in suis conservatorijs, *cap.* 2. *de officio delegat. Tuschus litera C. concl.* 760. *num.* 1. *&* 2. *Barbos. vbi supra num.* 5.

28 Si autem contentio fuerit inter conservatorem, & Episcopum, vel alium judicem delegatum super jurisdictione sua, nominandi sunt arbitri juxta formam *Cōcil. Trident. Sess.* 14. *de reformat. cap.* 5. qui de illa competentia cognoscant, interimque in causa ab vtroque supersedendum erit, prout meminit *Savallos, tom.* 4. *in cōmunibus contra communes, quæstion* 897. *à num.* 741. *&* 775. vbi ponit practicam procedendi ad elegandos hujusmodi arbitros inter conservatorem, & ordinarium, deductam, *ex reg. text. & ibi notatis, in cap. suspitionis de officio delegat. lib.* 6. *& in cap.* 2. *de appell. eodem lib.* Quod si vnus ex illis noluerit arbitros elegere, recurri potest ad Regem, vt arbitros assumat, tanquam protectorem *Consilij Trid. vt ex eod concilio patet Sess.* 25. *cap.* 20. *ibi.* Ad pietatem. *& cæt.* & constat *ex l. fin. C. de summa Trinit. & fid. cathol. & in auth. quomodo oporteat, collat.* 1. Quibus dicitur regiam potestatem ad hoc inter cætera esse institutam, vt sanctorum Patrum decreta Saluberrima executioni demandari faciant, & inviolabiliter observari *docet Belarminus lib lib.* 3. *c.* 18. *de laicis fol.* 1343. *& tradunt Soar. de Paz in prax. tom* 2. *præludio. vltim. numer.* 9. *& sequēti Bobadilla in politica, lib* 2. *cap.* 18. *num.* 194. *& num.* 135. *Barbosa de jure Ecclesiastico, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 60. *eleganter Salgado de Reg protectione* 1. *part. cap.* 1. *præludio* 2. *num.* 73. *Barbosa in praxi exigendi pensionem, quæstion.* 6. *num.* 6 quicquid cogitandum relinquat *Gabriel Pereira de Manu Regia cap.* 22. *num.* 11. Et à pronuntiatione istorum arbitrorum, quo pronuntiatur quis eorum sit competens, nulla datur appellatio à partibus, *Scacia de appellat. quæstion.* 17. *limitat.* 6 *membr.* 7. *num.* 66. *Salgado de Protectione Regio, part.* 2. *cap.* 1. *num* 178. *& alij quos refert, & sequitur Ruginellus, tractatu de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 188.

Item potestas conservatorum adeò restricta est ad injurias, & violentias manifestas, vt si de alijs, quàm de illis cognoscant, processus, & sententia ipso jure in totum corruant, & conservatores pænam incurrant suspensionis ab officio per annum, *text. in cap. vltim. vers. vltim. junct. vers. vt autem de officio delegat. lib.* 6. *& ibi glos. fin. notat. Syluester, verb. Conservator, num.* 5. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi, allegat.* 106. *numer.* 5. Alia in materia Conservatorum si scire cupias vide latissime *Alexand. Monetam in speciali tractatu de conservatoribus, Azevedum ad titul.* 8. *lib.* 1. *novæ recopillationis, pag.* 118. *Gutier. practicarum lib.* 3. *quæst.* 9. *Fr. Ludouicus de Miranda, in Manuali Prælatorum, tom* 2 *quæstion.* 47. *Aloysium Riccium in Collectan. decis. part.* 4. *collectan.* 899. *& in decision. Curiæ Archiepiscop. Neapol. part.* 2. *decision.* 298 *Campanil. in diversorio juris Canonici, rubric.* 12. *part.* 13. *numer.* 24. *cum sequentibus, Francisc. Leo, in thesauro fori Ecclesiastici, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 102. *cum sequentibus, Molin. de justitia, & jure, tom.* 6. *tractat.* 5. *disput.* 29. 29

Item hodie *ex Consilio Trident. Sess.* 14. *de reformatione. cap.* 5. Potestas conservatoris restricta est, dispositumque conservatorias literas non habere locum in 30

criminalibus causis, seu mixtis, sed tantum in ciuilibus cum alijs limitationibus, & declarationibus per idem Consilium, de quo *Barbosa de officio Episcopi allegation.106. num.17.*

§. 3. *De Visitatore.*

31 IN primis Visitator, non potest se intromittere ad visitandum Abbates nec etiam loca, & parochiales, in quibus Abbates habent jurisdictionem temporalem,& spiritualem, *Barbos. de jure Ecclesiastico, lib.1.cap. 14. num. 24.* nec etiam Monasteria Monialium, quæ fuerint exemptæ à jurisdictione ordinarij, *Barbosa de officio Episcop. allegat.74. n.2.*

Nec etiam Ecclesias ordinum Militarium vt supra dixi, *cap. 1. §. 4.* nec etiam potest se immiscere in ijs, quæ ad Episcopum spectant, *D. Rodericus de Acunha super decreto, cap.19. distinct.61. numer.3.* Potest tamen Episcopus visitare, & punire regulares, aut exemptos, qui in sua diæcesi habent curam animarum in eo, quod tangit curam animarum, & Sacramentorum administrationem, quia in hoc non gaudent aliqua exemptione, *Consil. Trid. Sess. 25. cap. 11. de regularibus facit text. in cap. visis 16. quæstion. 2. Barbos. de officio Episcop. allegat. 74. numer. 18. facit text. in cap. 1. de priuileg. in 6. Couar. pract. cap. 11. numer. 5.* Et ideo quanuis aliquis sit ex confraternitate Hospitaliorum militum, non eximitur à jurisdictione suorum Episcoporum, *cap. ex tuarum, & cap. pen. de priuileg. Petrus Gregor. in tractat. institutionis nouæ rei beneficiorum cap. 20. in fin. Barbos. vbi suprà, Mattheus Soares Lusitanus in praxi visitatorum, cap. 5. ex num. 2. Campanil. in diuersorio juris canonici, rubr.12. cap.13. num.51.* Nisi ipsi aliud habeant in consuetudine, *Barbos. in Collectan. ad Concilium Trid. Sess. 25. de regular. cap. 11 num. 12.*

Item Ecclesiæ militum Sancti Joannis Hyerosolomitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam ordinario sunt subjectæ, & ab eodem visitari possunt ex rescripto Pij quinti incipienti exposuit Dat. Romæ Septembr. 2571. *de quo Barbosa de officio, & potestate Episcopi, allegat. 74. num. 26. & 27. & de jure Ecclesiastico vniuerso, lib.1. capit. 14. num. 22.*

De quibus autem visitator inquirere debet, tradit idem *Soarez, vbi supra cap. 9. & 10. cum sequentibus,* vbi etiam de modo, & forma examinandi testes super fama publica, de qua testis dicit, *tradit idem Soarez in cap. 13.*

Item regulares delinquentes ad requisitionem Episcopi à suis superioribus sunt puniendi *Paulus Piacesius in praxi Episcopali, cap. 3. de visitationibus, numer. 43. vbi num. 44. refert. Bullam Clementis 8.*

Item appellatio à visitatore non impedit ejus executionem, vbi de visitatione aut morum correctione agitur ex *Consil. Trid. Sess. 24. de reformat. cap 10. Lancelotus de attentatis appellat. pendent. limit. 18. in principio, num. 6. Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 6. Marquesan. de Commissionibus part. 1. de commissione appellationum extra Curiam Romanam, cap. 6. num. 78. in 2. impressione, Riccius in praxi aurea resolut. 7. num. 1. Gabriel Berart. in speculo visitationis secular. cap. 27. numer. 62.* 32

Dummodo visitator procedat sine processu, & sine scriptis etiam incarcerando, & carceratos desoluendo, quo casu si conuenti appellauerint potest judex appellationis cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, quia ab omni excessu in visitatione, & correctione est licita appellatio, *vt per Salgado, part. 2. cap. 15. de protectione regia, num. 65. Gabriel Berart. de visitatione dicto cap. 27. num. 67.* Et de excessu Prælati in visitatione tradit multa *Pauinus de visitatione, part. 1. quæst. 10.* Sed interim non impeditur, aut suspenditur executio eorum, quæ à visitatore sunt decreta. Sed si visitator procedat formato 33

to processu, & seruatis seruandis procedat, non habet locum id, quod supra diximus, sed à sententia diffinitiua, potest
34 appellari, *ita resoluit Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici, part. 2. num. 77 Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat 73 num. 32. & 33. Salgado de regia potestate 2. part. cap 15. num. 61.* Dabitur etiam appellatio, si visitator procedat in exemptos, seu aliàs priuilegiatos contra eorum privilegia, *Marquesanus, vbi supra, num. 78. Berart etiam, vbi supra, Riccius dicta resolut. 7. numer. 3. vers. verum, Salgado vbi suprà, num. 58.*

35 Item visitator, non potest tamquàm suspectus recusari, nisi modum in visitando excesserit *vti ex Breui Pauli quinti docet Barbosa de officio Episcop. allegat. 73. num 38. & tenet Thomas Valasc. alligat. 70 per totam; eleganter Pereira de Manu Regia, cap. 7. num.* 18. nisi formato processu, *vt per Salgado de protectione Regia, part. 2. cap. 15. num.* 63. Vel quando ipse visitator ante visitationem fuerat jam judicatus pro suspecto, prout aduertit *Pereira, vbi supra dicto cap. 7 num.* 18. Vbi etiam dicit, & existimat vim non inferri à visitatore, si recusatus processerit ad vlteriora, quanuis aliud censuisse Senatum reperisset.

Illud obiter notandum est, quod vbi permittitur appellatio à correctione, vel visitatione propter excessum debet exprimi causa grauaminis, siue agatur in judicio, sive extra judicium, siue ante sententiam, siue post sententiam, *vt docet Scacia de appellation. quæst. 17. limit. 36. numer. 13 Gabriel Berart. in speculo visitationis cap. 27. num 70. Salgad. de regia protect. part. 2. cap. 15. num.* 70. vbi redunt rationem.

PRAXIS

Quomodo visitatio fiat.

36 IN primis quando visitator vadit ad visitandum debet literas nominationis præsentare in Capitulo Ecclesiæ matricis, *ex leg. obseruare. ff. de officio pro consul. cap. cum in jure. de officio delega.* Et edictum generale proponet de quo *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 73. numer.* 29. Et Promotor proponit accusationem de ijs criminibus, quæ in testium depositionibus contineri videat.

Et si eo tempore venerit judex sæcularis ad procedendum, quia sit casus mixti fori, præferetur Visitator, quia visitatio succedit loco accusationis, *l. diuus, ff. de custodia reorum.* sicut præfertur in accusationis, qui præuenit, *l. qui de crimine, C. de accusat. facit text. in l. si quis à multis. de Noxalibus.* Et in dicta visitatione procedet visitator simpliciter de plano, sine strepitu, & figura judicij *Clement. sæpe de verborum significatione.* Ita tamen, vt nihil prætermittatur, quo minus probationes necessariæ, vel defensiones legitimæ fiant, quod prolixiùs tractat *Bar in extrauag. ad reprimendum. C. quomodo in crimin. læsæ Majest. procedatur, verb. sine figura.* Et si Reus pro illo crimine sit jam à sæculari legitimè punitus, visitator supersederi debet, *vt dixi in titulo de casibus mixti fori.* Quibus sic peractis ad officium visitatoris pertinet corrigere excessus eorum, qui visitantur secundum regulam, & Papæ statuta, & si opus fuerit, malos, & pertinaces expellet nulla habita personarum exceptione, quod si id sine scandalo, aut gravi domno facere non potest, referat ad Apostolicum, *c. ea quæ. de statu Monach. l. 19 tit. 7. part. 1.*

SUMMARIUM.

1 I*Vdex Ecclesiasticus cognoscit de omnibus, quæ spiritualia sunt, vel Ecclesiastica, & illis annexa, & de decimis.*

Ibid. Cognoscit de recipiendis, vel excludendis laicis confratribus, vel compellendis, quando inseruire recusant.

2 *Cognoscit, an reus captus per judicem secu-*

secularem, sit clericus?

3 *Clericus hæres laici coram Ecclesiastico conuenitur.*

4 *Causa matrimonialis coram Ecclesiastico tractanda est.*

5 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit de sæuitijs, quoad thori separationem.*

6 *Sæuitiæ, quomodo articulandæ sint.*

7 *Iudex Ecclesiasticus inter laicos cognoscit super validitate juramenti.*

8 *Iudex secularis cognoscit de causa possessoria Ecclesiastica.*

9 *Clericus super jurisdictione, non potest declinare forum sæculare.*

10 *Clericus reconueniri potest coram sæculari.*

11 *Laicus conuentus coram sæculari, si postea fiat clericus non potest mutare forum.*

12 *Clericus nominatus, vt auctor ad defendendum reum, non potest declinare forum.*

13 *Clericus hæres laici in lite jam capta cum defuncto, coram seculari litigare debet.*

14 *Iudex seculari cognoscit de spolio rei spiritulis, vel Ecclesiæ.*

15 *Clericus conuenitur coram regio judice sæculari super tributis, & Gabellis, & super vtili dominio.*

Ibid. Clericus si petat rescisionem contractûs in suis bonis patrimonialibus per restitutionem coram seculari petere debet.

16 *Iudex sæcularis cognoscit de rebus Ecclesiasticis quatenus in facto consistunt, & quando dicatur quæstio facti.*

17 *Secularis procedit contra clericum* sobre coymas.

18 *Quando dicatur præuenta jurisdictio. Ibid. Auctores qui plures casus mixti fori referunt remissiuè.*

19 *Quando secularis, vel Ecclesiasticus cognoscat de adulterio.*

20 *Concubinatus notorius, & quando dicatur.*

21 *& 22 Lenocinium, incestus, sacrilegium, perjurium vsura, & symonia est mixti fori.*

23 *Iudex secularis, vel Ecclesiasticus cognoscunt de ijs, qui publice domum exponunt ad ludendum.*

24 *Alimentorum, & ditis causa, quando pertineat ad Ecclesiasticum?*

25 *Executio testamentorum pertinet ad Episcopum, etiam quo ad regulares personas.*

CAP. IV. *De causis, quæ spectant ad judices Ecclesiasticos.*

AD Judicem Ecclesiasticum spectat cognitio de omnibus, quæ verè, & propriè spiritualia, & Ecclesiastica sunt, & de ijs, quæ spiritualibus sunt annexa antecedenter, & consequenter, & ita cognoscit de omnibus controvertijs super gradibus, ordinibus, sacris obseruationibus, beneficijs, jure patronatus, decimis, & similibus, & etiam de causis temporalibus ecclesiarum, & clericorum, & de eorum criminibus *juxta text. in cap. decernimus. cap. quanto. cap. qualiter. cap. & si clerici. & cap. clerici. de judic. & in cap. 1. de foro compet. & in cap. continua cum alijs. 11. quæst. 1. l. 57. titul. 6. 1. part. Couar. pract. quæstionum. cap. 31. num. 2.* Vel etiam de recipiendis, vel excludendis confratribus laicis, vel compellendis, quando sanctis in servire recusant *Bobadilla in sua Politica lib. 2. cap. 17. numer. 141. & cap. 18. num. 228. Gutierr. canonicarum quæstionum, lib. 1. cap. 45. num. 24. Barbosa de jure Ecclesiastico, lib. 2. cap. 11. num. 85.* Et alios casus similes *adjungit Salgado de regia protectione, part. 2. cap. 11. à num. 1. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 82. à num. 1.* 1

Et quo ad decimas, quomodo in eis sit procedendum me remitto ad ea, quæ scribit *Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 3. cap. 26. § 4.*

Item

Item cognoscit Judex Ecclesiasticus an Reus captus per judicem sæcularem sit clericus, & debeat gaudere privilegio fori, remittique ad judicem Ecclesiasticum? *juxta text. in cap. si judex laicus. de sententia excom. in 6.* Ibi *dubitationes*, & ita in praxi servari apud Hispanos testatur *Couar. in pract. cap.* 33. apud nos tamen praxi receptum est hujus rei cognitionem pertinere simul ad judicem secularem, *tradit Soar. à pace in pract. 2. tom. prælud. 2. num 9. & sequenti.*

3 Idem cognoscit de rebus, & juribus hæreditatis quando clericus extitit hæres alicujus laici, dummodo lis non sit cæpta aduersus laicum defunctum coram judice sæculari *secũdũ glos. receptam in cap. is, qui in jus. de reg. jur. in 6. glos. in cap. clericus nullum. 11. quæst. 1. Abb. & alij in cap. V. de judic. Barbos. post plures, in l. hæres absens. de judic.* Sed publicationem testamenti clericus tenetur facere coram judice sæculari secundum *Couar. in pract. cap.* 8. Alias hæres amittit commodum hæreditatis, & ita praxi observari asserit *Soar. à pace vbi supra, num. 42. in fin.*

4 Item cognoscit de matrimonio, veluti si est clandestinum, vel si ante pubertatem, vel metu fuerit factum, nam metus annullat matrimonium, *Veracruz in speculo conjugali, part. 4. articul. 7. & 8. Sanches, de matrimonio lib. 4. disputat. 14. nu. 2. vers. tandem, Bonacosa de matrimonio quæstion. 3. Basilius de matrimonio, lib. 4. 4. cap. 11. Cabreros de metu lib. 2. cap. 19. num. 60. Mascard. concl. 1055. vbi ex num. 44* declarat ex quibus metus præsumatur in matrimonio contrahendo, nec item purgatur metus si juramentum intervenisset durante causa ipsius metus *Couar. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 5. Valle cons. 2. nu. 76 vol. 1. Masc. vbi supra, num. 40. Cabreros. lib. 1. cap. 10. num. 25. & lib. 2. cap. 7. nu. 69. & cap. 6. num. 92.* Cui addo, quod in causa matrimoniali testes consanguinei sunt idonei, *Dominus Archiepiscopus super decreto distinct. 29. cap. 2. num. 2.* Et si dubitetur de subjectione voluntatis, potentiæ, vel de timore conjunctorum, potest judex Ecclesiasticus statuere locum tutum puellæ, *vt glos. verb. arbitrium, in l. 1. C. de nupt. & est text. in cap. cum locum ex ra de sponsal. notat Couar. de spons. 2. part. cap. 3. §. 6. num 2. & refert Gutier. de matrim. cap. 37.* Vbi ponit modum, & praxim circa illud.

Item in causa matrimoniali cum res sit tanti præjudicij specialiter requiruntur testes maiores omni exceptione, *vt per Mascard. de probat. conclus. 1366. & conclus. 1023.*

Item cognoscit de sævitijs, quoad thori separationem, 5 *cap. literas ad fin. de restitutione spoliat. vbi Abb. num. 7. Tyraq. in l. 1. conub. num. 22. & 24.* Quæ separatio solet esse temporalis donec conjux emendetur, *vt in dict. cap. literas.* & hinc est, quod vir catholicus tenetur vxorem emendatam de hæresi idest reconciliatam recipere, *glos. fin. in cap. de illa de diuortys, sentit D. Archiepiscopus in decreto cap. 6. 77. distinct. num. 4. Soto in 4. distinct. 39. quæstion. vnica, artic. 4. column. 10.* Quicquid contrarium teneat *Rom. in rubr. ff. solut. matrim. 2. lect. num. 13. & ibi Alciat. num. 16. probat Alfons. à Castro, lib. 2. de justa hæret. punit. cap. 7. cui subscribit, Couar. de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 7. numer. 5.* Cæterum quando fit separatio propter sævitias mariti si ille sit nimis rigurosus etiam emendato cum cautione, vxoris restitutio non fiet, *cap. ex transmissa 2. part. & in cap. literas in fin. de restitutione spoliat. vbi Abb. num. 4.* Quia fidejussio non est secura *argument. text. in §. pen. Institut. de suspect. tut. tradit Ciletus 2. part. consiliorum matrim. cons. 25.*

Sævitia autem articulari debet hoc modo 6 scilicet, quod maritus vxorem crudeliter verberavit, vel illi cum pugione vulnus inferre voluit, & ejus vitæ insidiatur, vel mortem minatus sit, *Auth. de nuptijs, §. mitiores, ibi, aut gladio, & ibi si flagellis, & in l. si consensu, § super plagijs. C. de repu-*

pudijs. Vel quod eam capitali odio prosequitur, *Mascard. de probat. concl.* 1021. Notabis tamen quod si vxor diuertat à marito propria auctoritate, non sit alenda à marito, *Lancelot. de attentatis lib. 2. cap. 4. limit.* 11 *num.* 26. *Ioan. Vicent. de Anna in singular.* 21.

7 Item cognoscit, quando dubium vertitur inter laicos super validitate juramenti, *cap. fin. de foro compet. in* 6. *Cagnol. in praxi judiciar.* §. *judex conclus.* 3. *num.* 4. *Barb. in l.* 1 *part.* 1. *nu.* 72. *ff. solut. matrim.* Quod non procedit in hærede jurantis, *Barb. in l. hæres absens, ff. de judic. Couar. in cap. quamuis pactum. part.* 1. §. 5. *num.* 6.

§. 1. *Quando sæcularis possit cognoscere contra personas Ecclesiasticas.*

8 IN primis laicus potest esse judex in causa possessoria rei Ecclesiæ, quia in facto consistit, & vltra DD. quos in prima parte retuli, *id scite, & eleganter tradidit, D. Roder. de Acunha, & sylua, vir quidem omnibus virtutum numeris consumatissimus. & dignus, ut quem omnes sibi imitandum in decreto proponant distinct.* 96. *cap.* 1. *nu.* 6. *qui etiam in distinct.* 43. *cap.* 3. *num.* 4. alios casus adjungit, in quibus judex laicus potest cognoscere de clericis.

Idem etiam tradit novissimè postea, *Thomas Sanchez in suis Consilijs, lib.* 3. *cap.* 5. *dubio* 30. *cum sequenti.* Quibus etiam addes in praxi, quod judex laicus potest capere clericum in fragranti delicto, & ducere illum ad judicem Ecclesiasticum prout asserit *Oliban. de jurisdict. cap.* 14. *Pereira de Manu Regia cap.* 10. *numer.* 6. Quicquid aliud velit *Anton. Diano moralium, tract. de immunitate Ecclesiæ resolut.* 10. *vers. & ego.*

9 Item clericus super jurisdictione, non potest declinare jurisdictionem regiam, vti decisum fuit à Senatu in causa Archiepiscopi Olyssipponensis super jurisdictione *da villa de Albandra, de quo Cabed. Arest.* 4. 2 *part.* Nam Rex est competens judex in causa sua *Carol. Grassal. de juribus regalib.* 1 *part. jure* 20. *Bar. in l. proximè de ijs, quæ in testamento delentur.*

Item judex secularis cognoscit contra clericum super reconventione, *Gabr. Pereira de Manu Regia* 2. *part. cap.* 23. *num.* 2. *D. Archiepiscopus super decreto* 1. *part. cap.* 1. *num.* 6. *distinct.* 96. *Franciscus Viuius decis.* 49. *numer.* 4. *Ludou. Rodolphinus de Brachio sæculari, numer.* 60. *Camillus Barrelus in summa criminal. decis titul.* 7. *num.* 81. *&* 82. *Fr. Antonius de Sosa in relatione de censuris Bullæ Cœnæ cap.* 82. *à num.* 3. Et hujus conclusionis ampliationes, & limitationes ponit *glos. in Ordin. lib.* 2. *titul.* 1. §. 1. *num.* 2. *cum sequentibus: Barbosa in collectanea ad cap.* 1. *de mutuis petit. num.* 15. *Alexand.* 35. *lib.* 2. *variar. de mutuis per resolut.* 1. *numer.* 33. *Cancerius variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 44. 10

Item si laicus conventus coram judice laico, si postea fiat clericus, non potest mutare forum, *Ordin. lib.* 2. *titul.* 1. §. 3. *Curia Phillippica* 1. *part.* §. 5. *numer.* 18. *Vallas. consult.* 48. *numer.* 7. *glos. in dicto* §. 3. *&* §. 21. 11

Item clericus litigare debet coram sæculari, si vt Autor ad defendendum reum sit nominatus, & vocatus, vt dixi *in lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. & tradidit Aufrerius de potestate seculari, *regul.* 2. *num.* 9. *vers. quinto Fallit Vincent. hondo cons.* 25. *num.* 15. *Fachineus, lib.* 2. *controversiarum, cap.* 37. *col.* 2. *lit. D. glos. in Ordin. lib.* 2. *titul.* 1. §. 11. *nouissime Camill. Borrel. in summæ, tit.* 7. *de clericis, num.* 90. *cum sequent.* 12

Item clericus vt hæres laici in lite jam cum defuncto cœpta coram sæculari in eodem judicio litigare debet vt dixi *in lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *vers. quod mirum est, & in eodem cap.* 3. *numer.* 19. Et vltra actores ibi, tradidit idem *Asinius in praxi Florentiæ* §. 2. *cap.* 12. *num.* 45. *cum sequentibus Donell. comment. jur. ciuil. libr.* 17. *cap.* 11. *volun.* 2. *Rebuf. tract. in quibus causis sæcularis* 13

laris cognoscere possit. Oland. in antonom. jur. lit C. num. 26. Cevallos commun. contra commun. quæst. 36. à num. 1. & tom. 4. quæst 896. num. 625. Quos ad diuers. quæst. cap. 4. num. 7.

14 Item cognoscit de Spolio rei spiritualis, vel Ecclesiæ *Couar. in pract. cap. 35. nu. 1. Anton. Thesaur. decis. 82. Vallasc. consult. 93. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. vbi Glosator alios refert, quibus addo Gabriel Pereira de Manu Regia, 2. part. cap. 24. Ioan. Griuellum decis. 128. n. 5.* Contrarium defendit Gutieres, & alij quos refert additionator ad thesaurum, *vbi supr. litera A.*

15 Item cognoscit super bonis, quæ clericus habet à rege, & convenitur coram regio judice sæculari, & super censu, & tributis, & super juribus Portuum, gabellis conveniri debet coram sæculari, *vt per gl. in Ord. lib. 2. tit. 1. § 16. & 17. & in §. 19. & 20.* Praxis autem est, vt si fuerit conventio inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem super jurisdictione, Judex Regiæ Coronæ adeundus est dummodo aggravatus sit laicus, *Ord. 2 tit. 1. § 15. Gut. practicar. lib. 1. quæst. 6. num. 2. Cabed. 2 part. decis. 118. num. 7 cum sequent. & Aresto 4. & ista est praxis,*

Item si Clericus moveat litem, super vtili dominio tantum contra laicum, causa trahi debet ad sæculare judicium, vt dixi in titulo de Vicario generali, & idem est si Clericus petat contra laicum per restitutionem in integrum recisionem alicujus contractus in suis bonis patrimonialibus trahi debet ad sæculare judicium, *vt tenet Couar. contra Innocent. & alios lib. 1. variarum cap. 4. num. 2. Caldas, in l. si curatorem verb. implorandam num. 32. Barbosa in l. hæres absens, § proinde, ex num. 53. ff. de judic.*

16 Item cognoscit de rebus Ecclesiasticis quatenus in facto consistant, *Barbosa, in l. titia, num. 23. ff. solut. matrimon. vbi agit.* quando dicatur quæstio facti *Vallasc. consult. 159. num. 2. Cabed. Arest. 102. 1. part. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 54. nu. 4. Moria in emporio juris ciuil tom 2. in præludio, n. 150. Cevallos communium, quæst. 739. num. 26. & quæst. 18. num. 7.*

Item sæcularis procedit contra clericum *sobre coymas, tradit Greg. in l. 14. verb. el ganado. tit. 15 part. 7.* & post alios *Cevallos in tractatu de cognitione per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis, part. 2. quæst. 23. num. 18.* 17

§. 2. *De praxi procedendi in casibus mixti fori.*

CVm in ijs præventioni locus sit, ita, vt qui prævenerit, procedere debeat, & non alius, Praxis est, vt ista præventio habeat ortum à citatione, ita vt ad præocupationem jurisdictionis citatio requiratur, & illa sola sufficiat, *Cabed. 1. part. decis. 142. Barbosa, in l. si quis postea quam, nu. 23. cum sequentibus ff. de judic.* Et per capturam apræhensi præventio inducatur, *vt per Cabed. vbi supra num. vlt.* vel etiam, *quando se tira devassa vt per Guillermum Benedictum, quem refert Barbosa vbi supra, Bernardus Graue ad pract. camer. imperial. lib. 1. concl. 29. considerat. 2. num. 1.* Et quanvis *P. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 53. pag 390. Bobadilla in Politica, lib. 2. cap. 18. num. 238. & latissimè Marta de jurisdictione, part. 2. & Ludouicus Miranda de ordine judicum artic. 7. quæst. 1. concl. 1.* Plures casus mixti fori referant. Illi autem magis frequenter in vsu, & praxi habentur, quos refert *Ordin. nostra lib. 2. tit. 9.* Primus est adulterium, vt post alios tradit novissimè *Cevallos de cognitione per viam violentiæ 2. part quæstion. 88. Aloys. Ricci, 5. part. collect. 2076. Barbosa in l. 2. in princip. 2. parte numer. 139. in fin. & nu. 140. ff. solut. matrim.* 18

Sed sic distingui debet, quod adulterium pertineat ad sæcularem, quando agitur depuniendo criminaliter, si vero agatur ciuiliter ad separationem toti, & admissionem dotis solus judex Ecclesiasticus procedit, quod etiam tenet *Pater Sanchez* 19

de matrimonio, lib. 10. *disput.* 8. *num.* 15. *Fr. Lud. Mirand. de ordine judicum quæst.* 1. *art.* 5. *concl.* 6.

20 Item concubinatus est mixti fori, *vt per Mirand. vbi suprà quæst.* 7. *& plures refert Bobilla in Politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 53. *Azeuedus in l.* 4. *num* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *nou. recopil.* Notorius autem aut publicus concubinatus, quando dicatur, tradit *Auendan. de exequendis mandat. prætorum, cap.* 26. *à num.* 15. *Perez in l. vlt. glos. concubina publica tit.* 7. *lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 9. Ita quidem vt si clericus inveniatur cum muliere in lecto, vel in mensa, vel deprehensus in accessu, talis deprehensio non reddat concubinatum publicum, vel notorium *Auiles in c. c. prætorum* 27. *glos. manceba publica, Bobadilla vbi supra, numer.* 54.

21 Item lenocinium est mixti fori, prout etiam tradit *P. Azor. Instit. moral.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 53. *quæst.* 2. *in fin.*

Item incestus, de quo *Grilandus de pœnis omnifarij coitus quæst.* 3. *num.* 4. *Bermod. de publicis concubinis. tit. de incestu num.* 35.

22 Item sacrilegium, de quo tamen plerunque Ecclesiasticus cognoscit, quando cum sacrilegio incurritur excommunicatio, *vt in Ord. lib.* 2. *tit.* 9. §. 4. *tradit Cardosus in praxi judicum, verb. sacrilegiũ, n.* 15. *Barb. in l. titia, n.* 51. *ff. solut. matrim.*

Item perjurium est mixti fori, de quo *Ceuallos in tract. de cognitione per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis* 2. *part. quæst.* 31 *num.* 8. *& quæst.* 69. *num.* 10. *& quæst.* 83. *& diximus late in* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4.

Item vsura est mixti fori *glos. in Ord. lib.* 4. *tit.* 67. cui addendus est *Ceuallos vbi suprà,* 2. *par. quæst.* 7. *Camillus Borrellus tit.* 43. *de foro, à nu.* 135. *Renatus Copinus de sacra Politica, lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 14. *&* 15. In quo admittenda est distinctio *Gotier. de juramento confirmator.* 1. *part. cap.* 2. *nu.* 35. *& pract. lib.* 3 *quæst* 26. *num.* 2.

Item symonia, de quo *Messia in tract. tassæ pœnis, concl.* 5. *n.* 9. Quanvis *Gregor in l* 58. *titul.* 6. *part.* 1. *verbo symonia dicat. ad Ecclesiasticum pertinere*; Sed lata ab Ecclesiastico sententia puniri posse per sæcularem *Ioan. de Annania in rubr. de symonia.*

Item, & eorum, quo publicè domum exponunt ad ludendum, judex competens est tam Ecclesiasticus, quam sæcularis, vt per *Azeued. in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Ratione enim peccati efficitur laicus de foro Episcopi, *Gratian. discept. forens, cap.* 154. *nu.* 25. Contra alios autem ludentes non procedit Ecclesiasticus, sed sæcularis, *ex Farinaceo in praxi crimin.* 3. *part. quæst.* 109. *num.* 79. 23

Item alimentorum, & dotis cavsa, quanvis nonnulli dicant esse mixti fori, & ad Ecclesiasticum pertinere, præsertim quãdo est pauperi relicta, *vt per Barb. in l.* 1 4. *part. n.* 8. *ff. solut. matr. Steph. Gratian. discept. forens. cap.* 60. *n.* 30. *&* 31. *&* 154. *n.* 10. *cum seq.* Tamen in praxi hoc indistincte non video admitti, nisi quando dotis, seu alimentorum causa ad spiritualem causam de qua principaliter agebatur incidens sit tunc namque, & non aliàs judex Ecclesiasticus de causa dotis, & alimentorum cognoscere potest, *text. vbi Abb. & communiter scribentes, in cap. de prudentia de donat inter virum & vxor sic explicat. Palat. rub. in repet. cap per uestras de donat. inter.* 2. *notab. num.* 20. Idque verum atque juridicum existimat *Molin. lib.* 2. *de primog. cap.* 15. *numer.* 76. *tradit Lara in l si quis à liberis*, §. *idem rescripsit, numer.* 78. *Gutier. pract. lib.* 1. *quæst.* 44. 24

Item executio testamentorum, quæ pertinet ad Episcopum, etiam quoad regulares personas *ex clement. de testamentis videndus est Molina de Iustit. & jure titul* 2. *disput.* 247. *col. pen. vers. si Religiosi, Barbosa de jure Ecclesiastico libr.* 1. *capit.* 11. *num.* 61.

(:!:)

SVM-

SVMMARIVM.

1 Citatio in foro Ecclesiastico quibus modis fiant?

2 Citatio vt fiat extra diæcesim literæ requisitoriæ dantur.

Ibid. Citatus si non compareat, excommunicatur.

3 Contumax non reputatur, quandiu ejus contumatia non incusatur.

Ibid. Actore non comparente ad terminum citatio remanet circunducta.

4 Citatio per edicta quando fiet!.

5 Capitulum seu vniuersitas, quomodo citari debeat remissiue.

CAP. V. *De citatione, & mandato monitorio.*

1 Citatio in foro Ecclesiastico multis modis fit ex praxi. Vel per notarium, & fit per tres denuntiationes, *vt in capit. G. perpetuus de fide instrument.* Vel per nuntium apparitorem, *vt in capit. prudentiam in princip. extra de officio delegat.* Idque cum mandato judicis in scriptis, atque in eo semper apponitur clausula illa præmissa canonica monitione, cum termino sex dierum de duobus, in duobus, pro quolibet termino, *juxt. capit. constitutionem de sententia excommunicat. in 6. Couarruu. in capit. Alma mater, part. 1. §. 9. ex numer. 4. de sententia excommunicat.* Si autem citatio fit extra civitatem intra diæcesim, tunc citatio datur ipsi parti, quæ facit, vt citatio intimetur parti adversæ per aliquem clericum, vel notarium, secundum *Præpositum in cap. cum sit Romana, col. fin. & ibi Abb. de appellat.*

2 Si autem citatio fiat extra diæcesim literæ requisitoriæ dantur, in quibus tenor libelli, vel causa inseri debet, *vt dixi in 1. part. tradit Couar. in pract. cap. 10. num. 7. in fin.* Quod si citatus non compareat ad terminum vltra pænas à jure ei impositas, de quibus tradit *Soar. à Pace 2. tom. cap. 3.* Proceditur via ordinaria, vsque ad sententiam diffinitivam, & citatus ob contumatiam excommunicatur *secundum gl. in cap. 1. de dolo, & contumat. lib. 6.*

Sed actor debet comparere incusando contumatiam, aliàs citatus contumax non reputatur, *juxta text. in l. Properandum, §. & si quidem, C. de judic. Bar. in l. 2. col. vlt. ff. si quis in jus vocatus, & in l. consentaneum C. quomodo, & quando judex col. vlt.* Aliàs actore non comparente citatio remanet circunducta, idest sublata, nec poterit in causa procedi nisi reo de novo citato, *juxt. tex. in l. & post edictum, vers. si his, ff. de judic.* 3

Alio etiam modo citatio fit per edictum, quando reus inveniri non potest, vt personaliter citetur, vel quando ille, qui citandus est procurat per se, vel per alium ne citatio ad eum pervenire possit, vel cujus domicilium, sivè locus tutò, liberève adiri non potest, *vt in clemen. 1. de judic. tradit. latè Soar. à Pace 2. tom. cap. 2. ex n. 1. cum sequentibus, & nos infrà dicemus,* 4
quomodo autem capitulum, seu vniuersitas citari debeat, Dominus *Rodericus Acunha super decreto cap. 1. distinct. 44.*

SUMMARIUM.

1 Quæ verba apponi debêt in fine libelli in foro Ecclesiastico.

2 Censura Ecclesiastica est gladius Ecclesiæ disciplinæ.

3 Libellus non est necessarius quando actio intentatur ex scriptura publica.

4 Contumatia rei, quo tuplex sit?

5 Contumatia, quibus modis cõmittitur.

6 Actor incusare debet contumatiam citati elapso termino, & ipso jure citatus remanet excommunicatus.

7 Reus non auditur, quanuis compareat,

reat, donec refusis expensis absoluatur.

8 *Crescente contumatia rei in non comparendo crescit etiam pœna.*

9 *Antea quam reus sit excommunicatus, grauatus, & re aggrauatus non imploratur auxilium brachij secularis.*

CAP. VI. *De Libelli oblatione.*

1 IN hoc foro Ecclesiastico libellus eodem modo, & cum ijsdem clausulis proponitur, quibus, & in foro sæculari componi diximus, quæ omnia circa istius compositionem erunt etiam obseruanda, præterquam, quod dum in fine libelli fori secularis dicitur, *por todo rigor, & remedio de direito, &c.* in libello fori Ecclesiastici post prædicta verba sunt adjicienda alia scilicet, *& cēsura Ecclesiastica, & outras penas, &c.*

2 Quia censura Ecclesiastica est gladius Ecclesiæ disciplinæ, vt *in cap. dilectus de sententia excommunicat. in 6. & in Concili Trident. sess. 25. de reformatione capitul.* 3.

3 Item adde hic, quod si actio fuerit ex scriptura, non est necessarius libellus, sed proceditur per assignationem decem dierum, vt in foro sæculari, *Valasc. de jure emphyteu. quæstion.* 7 *num.* 25. *Parladorus rerum quotid. cap. fin.* §. 12. *ampliat.* 7. *Cou. pract. cap.* 8. *num.* 5.

§. 1. *De Reo contumace.*

4 Contumatia rei duplex est, vna vera, altera verò ficta, vera contumatia est, quando aliquis fuit citatus personaliter, & non comparvit, ficta autem est, quando aliquis fuit citatus domi, nec comparuit: ita colligitur, *ex glos. in l. diuus verbor. existimari, ff. de restitutione in integrum, & ibi Bart. tradit Soc. de citatione, artic.* 27. *num.* 28. *Tyraquel. de vtroque retract.* §. 9. *glos.* 2. Quæ contumatia varijs modis committitur, vt puta in non comparendo, in recedendo à judicio sine licentia judicis, & in non parendo judici, secundum *Abb. in capit.* 1. *extra de judic. glos.* 1. *in cap.* 2. *de dolo, & contumatia.* Vel non mittendo procuratorem legitimum, *Mascard. de probation. conclus.* 450. *numer.* 3. 5

Igitur non comparendo Reo in judicio ad terminum citationis, actor incusare debet contumatiam citati elapso illo termino, & ipso jure citatus remanet excommunicatus, secundum *Præpos. in cap. quisquis* 4. *quæstion.* 5. *numer.* 4. Et tunc judex præcipit denuntiatoriam contra eum dari, nec post modum reus auditur, quanvis compareat, donec refusis expensis absolvatur, juxta *text. in cap. venerabilibus* §. *porro de sententia excommun. in* 6. Si vero reus denuntiatus non comparverit, quia crescente contumatia crescere debeat pæna, *vt in cap. cum non ab homine de judicijs*, si fuerit clericus datur mandatum capturæ personæ, si vero fuerit laicus post denuntiatoriam dantur litteræ *de participantes*, & postea litteræ de Anathema, & si adhuc laicus ita gravatus, & reggravatus in contumatia perseveraverit, postea cum Ecclesia nō habeat vltra quod faciat, Ecclesiasticus invocat Brachium sæculare, & tunc sæcularis judex tenetur illud impartiri capiendo personam excommunicatam, & incarcerem de trudendo, nam antea quam reus excommunicatus sit gravatus, & reggravatus non imploratur auxilium Brachij secularis, *glos. in clement. dispendiosam, de judic. Auiles post alios in cc. prætorum cap.* 20. *num.* 16. 6 7 8 9

SUMMARIUM.

1 *Libellus si malam, & ineptam causam contineat, admitti non debet.*

2 *In*

2 *In summarijs causis libelli ineptitudo processum non vitiat.*

Ibid. *In dubio semper libellus admitti debet.*

3 *Libellus in vna, eademque conclusione potest esse pro parte aptus, & pro parte ineptus, & pars inepta aptam non vitiat.*

Ibid. *Pars inepta libelli non vitiat illud, quod in eodem libello aptè positum est.*

4 *Per appellationem non suspenditur sententia excommunicationis.*

5 *Sententia excommunicationis lata post interpositam appellationem non sortitur effectum.*

6 *Actor excommunicatus licèt sit occultus repelli potest ab agendo.*

7 *Clericus, & Ecclesia potest excipere perpetuo de non numerata pecunia.*

8 *Exceptio, quæ non fuerit opposita in prima instantia, opponi potest in causa appellationis.*

9 *In recusatione judicis potest esse testis ille cujus respectu suspitio fuit interposita judici.*

10 *Mandatum speciale requiritur ad recusationem intentandam.*

11 *Iudex, cui suspitio intentata est, debet deponere super articulis suspitionis cum juramento.*

12 *Vbi est lapsus terminus, inter quem judex deponere debet, non admittitur purgatio moræ.*

Ibid. *Paria sunt non facere aut minus sufficienter facere.*

13 *Delegatus à Papa si recusatus fuerit, quid facere debeat?*

24 *Intra terminum ad decidendam causam recusationis arbitris præfixum, si illi eam non determinauerint, judex recusatus poterit in negotio principali procedere.*

15 *Causa recusationis legitimè probata, delegatus à Papa debet negotium principale ad superiorem remittere, nec potest illud alteri comittere etiam de consensu recusatoris.*

16 *Iudex recusatus, si fuerit subdelegatus, causa recusationis coram delegato examinanda est.*

17 *Iudex ordinarius si fuerit recusatus poterit negotium principale ad superiorem remittere, vel ex consensu vtriusque litigantis alteri committere.*

CAP. VII. *De Reo excipiente.*

IN primis Reus per coram excipere potest contra libellum dicens; illum esse ineptum, vt quia malam, & ineptam causam contineat, ex quo libellus non debet admiti, vt *per Camillum Borcelum in summa decisionum titul.* 49. *num.* 41. *cum sequentibus, & numer.* 53. *resoluit, quod si in causis summarijs exhibetur, illius ineptitudo processum non vitiat, & numer.* 59: *quod in dubio debet admitti.* 1 2

Et libellus in vna, eademque conclusione potest esse pro parte aptus, & pro parte ineptus, pars tamen ipsa inepta aptam non vitiabit, *Brunerol à sole verbo. libellus* 4. Nam pars inepta libelli non vitiat illud, quod in eodem libello apte est positum, *vt per Ioann. Corras Tholosæ decision.* 29. *Pychardus, consult. fæudali numer.* 95. *cum sequentibus.* 3

Item excipere potest quod Actor sit excommunicatus, vt dixi in prima parte, nec eum relevat si dicatur fuisse ab excommunicatione appellatum, quia per appellationem non suspenditur sententia excommunitationis, *Alexand.* 35. *variarum libr.* 2. *titul. de appellat, resolut.* 5. *explicat Riccius in tractatu de jure personarum extra Ecclesiæ gre-* 4.

gremium existentium, lib. 4. c. 64. in princ. Scacia de appellat. quæstion. 17. limit. 22. num. 1. & est text. in cap. pastoralis, §. verum de appellat. & ibi Barbos. in collectan. numer. 5. Quæ exceptio vt repellat agentem, opponenda est juxta formam *cap. 1. de exception. lib. 6. Ricciulus, vbi supra, cap. 51. num. 39.*

5 Quod tamen intellige, si sententia excommunicationis lata non sit post interpositam legitimam appellationem, quia si post appellationem feratur, tunc non sortitur effectum sententia excommunicationis, *Salgado de Regia protectione, 2. part. cap. 5. num. 21. text. in cap. per tuas de sententia excommunicationis, Barbos. in Collectan. ad cap. 1. de appellatio. num. 4. & ad cap. ad præsentiam, num. 2. eodem tit.*

6 Et eodem modo potest repelli excommunicatus occultus, licèt non sit declaratus pro vt resolvit *Marcus Anton. Genuens. in practicalibus Ecclesiasticis. quæstion. 764.*

7 Item clericus, & Ecclesia potest excipere perpetuo de non numerata pecunia, quamvis aliud sit in foro seculari, prout tradit *Gregor. in leg. 9. verbo, Bien ansi, titul. 1. part. 5. Menoc. cons. 47. num. 9. Costa in leg. si ex cautione differentia, 6. num. 8. pag. 224. Dueñas, reg. 261. vers. limita primo. Vallasc. de Iure emphyteu. quæst. 7. num 25. in fin. Martæ de Iurisdictione, 4. part. casu. 161. num. 3.*

8 Item omnis exceptio, quæ non fuerit opposita in prima instantia, opponi potest in causa appellationis, *Ramonius cons. 73. num. 60.*

§. 1. De recusatione.

9 ITem excipere potest, quod Judex sit sibi suspectus. In quo praxi est, vt recusans faciat articulos, & in eis inserat causam, quæ non sit frivola, vel affectata, in quibus potest esse testis ille cujus respectu suspitio fuit interposita judici, *Phæbus Aresto 87. 1. part.* & procurator, qui intentat suspitionem debet habere mandatum speciale ad recusandum *Azeued. in*
10 *leg. 1. num. 5. titul. 16. libr. 4. Recopillat. Amador Rodericus in practica, cap. 10. num. 54. Æmilius Ferral. decis. 168. num. 2. & 3. Camillus Barrellus, in summa decis. tit. 66. de procurat. num. 183.*

11 Et Judex, cui suspitio intentata est debet deponere super articulis suspitionis cum juramento, *Bellacomba, tom. 2. communium lib. 7. titul. 19. num. 285. Bernar. Græuu ad pract. camer. imp. lib. 1. concl. 89. num. 2.* Qui etiam tenet, quod vbi est lap-
12 sus terminus, intra quem deponere debet non admittitur purgatio moræ, quia paria sunt non facere, aut minus sufficienter facere, *cap. si quis justo vers. si autem nullus junct. glos. verb. admitti de electione, lib. 6. Tyraquell. de retract. lig nagier, § 1. glos. 10. num. 93.*

13 Item si recusatus delegatus fuerit à Papa, poterit ipse compellere litigantes ad eligendos arbitros coram, quibus causa recusationis probetur, & decidatur, & assignabit eisdem arbitris terminum, intra quem causa recusationis determinetur, compelletque ipsos arbitros, vt advocent sibi tertium, si ipsi discordes fuerint, *vti probatur in cap. suspitionis de officio delegati, & in cap. 2. requiris §. 1. de appellat. cap. legitima de appellat, in 6. Molina de just. & jure tom. 6. disputat. 23. numer. 12. Rypol. variar. resolut. cap. 2. num. 138.*

14 Et si intra terminum ad decidendam causam recusationis arbitris præfixum, eam non determinaverint, tunc Judex recusatus poterit in negotio principali procedere, non obstante recusatione, *cap. legitima, vers. alioquin de appellat. in sexto Scacia de judicijs libr. 1. cap. 101. num. 26. Molin. vbi suprà num. 13. Fildericus Hyltropius de processu judiciario part. 2. titul.*
15 *13. numer. 29.* Quod si arbitri determinaverint intra terminum casum recusationis, proferendo eam esse legitimam, tunc ipsi arbitri non poterunt procedere in negotio principali, ac proinde causa legiti-

mè

me probata recusationis coram arbitris, si judex recusatus fuerit delegatus à Papa debebit negotium principale ad superiorem remittere. *Soarez de Paz, 2. tom. 1. part. cap. 6. numer. 14.* Nec poterit illud alteri comittere etiam de consensu recusatoris, *cap. judex de officio delegat. in 6. Marant. de Ordin. judic. part. 4. distinct. 5.*
16 *numer. 45. Molin. vbi suprà, nume. 14.* Sed si recusatus fuerit subdelegatus delegati Papæ, causa recusationis examinanda erit coram delegato Papæ, & non coram arbitris, *vt in cap. super quæstionum, §. quem verò de officio delegat.*

17 Cæterum si judex ordinarius fuerit recusatus poterit negotium principale ad superiorem remittere, vel ex consensu vtriusque litigantis alteri committere, *glos. in dicto cap. cum speciali, verb. recusatoris assensu, Soarez vbi suprà num. 15.*

SUMMARIUM.

1 R*Eus efficitur actor in suis exceptionibus.*

2 *Reus quomodo contestationem faciet.*

3 *Clausula omni mel. modo quid operetur. Ibid. Effectus litis contestationis.*

4 *Litis contestatio, quomodo hodie fit.*

CAP. VIII. *De Responsione Rei, & litis contestatione.*

1 ANtequam Reus directo respondeat libello actoris poterit proponere aliquam exceptionem peremptoriam; quæ jus actoris in totum perimat, *vt in §. appellantur Instit. de exception.* in qua eodem modo procedendum erit, quo diximus in praxi sæculari. In responsorio autem libello causam suæ defensionis proponet, non in genere, sed in specie, secundum *Bar. in leg. 1. numer. 5. & 6. ff. de except. Felin. in cap. pastoralis colum. 5. de exception.* Nam in objiciendis exceptionibus reus efficitur actor, *juxta text. in l. 1. & 2. ff. de exception.* Quod enim licet actori, licèt, & reo, *l. non debet ff. de reg. jur. cap. non licet de reg. jur. in 6.*

Item dicitur in libello responsorio (*contesta per negação segundo vem proposto*) nam per hæc verba respondens evitabit pœnas impositas adversus negantes, 2
de quibus, *in l. fin. ff. de rei vend. l. contra. negantem, C. de leg. Aquil.* Quas tamen incurreret, si simpliciter negaret, secundum *Bar. in l. si dubitetur, §. ita demum, ff. de fid jussor. receptum à Maranta de Ord. jud. 6. part. memb. 10. numer. 4. Asmium in praxi §. 17. cap. 2. vers. fin.*

Item dicitur *protesta vir com sua contrariedade*, quia per ista verba reus non amittit jus opponendi exceptiones dilatorias, vel peremptorias, est enim vtile hanc protestationem subjicere, *argument. cap. cum M. junct. glos. verb. sine præjuditio de const.* In causis autem arduis, vel quando dubitatur de jure reconventi, præd. clausula vti potest, in causis vero parvis statim suas exceptiones, vel suam responsionem allegare debet.

Item in hoc libello responsorio ponitur illa clausula *petit instantiam omni mel. modo.* Nam si exceptiones non fuerint oppositæ tempore debito, & in eis opponendis non fuerit servatus ordo judicij à jure requisitus, adhuc processus sustinebitur prout tradit *Did. Peres in l. fin. titul. 4. lib. 3. Ord. in glos. pen.* Litis autem contestatio operatur plures effectus, quorum duodecim *ponit Soar. à pace. 1. tom. primæ partis 6. tempor. ex num. 9. cum seq. vsque ad num. 23. Rebuf. in l. vinum, reg. 2. ff. si cert. petat. & in peculiari tractatu, quem fecit de effectibus litis contestationis fol. mihi 335. Scacia de Iudicijs lib. 1. cap. 103. num. 8.* Et quanvis in foro Ecclesiastico Reus teneatur contestare sub censuris, vel ex missione in possessionem ex primo decreto, hodie vero judex habet litem pro contestata, ex praxi, vt in judicio 3
4

cio sæculari.

SUMMARIUM.

1 *Terminus vltramarinus, quomodo, & quando concedatur.*

2 *Post publicationem admittuntur testes super nouis articulis in prima instantia.*

3 & 4 *Testes de auditu, quando probẽt & vni testi, quando credatur?*

Ibid. Testis in vno judicio, si contrarietur in alio, cui credatur.

5 *Reus quomodo respondere teneatur positionibus.*

6 *Nolens respondere positionibus habetur pro confesso.*

7 *Testem, quando judex ex officio repellat.*

8 & 9 *Testium repulsa in specie objicienda est, & quomodo.*

10 *Testis approbari potest, quoad personam, & reprobari, quoad dicta.*

Ibid. Testes, ex quibus repulsa probari intenditur, reprobari non possunt.

CAP. IX. *De termino probatorio.*

1 Cum omnes termini probatorij sint arbitrarij habito respectu ad distantia locorum, & qualitatem personarum, & causæ, illi restringi, seu prolongari poterunt arbitrio judicis, terminus autem vltramarinus, conceditur juramento, & ex suis nominibus testes nominando, & deponendo expensas, quas pars contraria fecerit; *em hir, ou mandar vir, presentar, & jurar, & conhecer às testemunhas.* si non probaverit in prædicto termino suam intentionem, qui terminus vltramarinus non conceditur, nisi statim in libello fiat protestatio de petendo illo termino vltramarino, sed causa non suspenditur, nisi, in illa parte negotium contigerit, in qua testes pars producere conatur, & ita praxis observat.

Item de jure canonico elapso termino, & apertis atestationibus possunt adhuc induci testes super novis articulis in prima instantia, *cap. cum Ioannes extra de fide instrum. cap. ex tenore extra de testibus,* quod non est in judicio sæculari, *vt in auth. qui semel C. de probat.* vbi publicatis, seu editis atestationibus, vlterior testium productio non admittitur, *tradit Garcia de nobilitate glos. 46. numer. 2.* quod non est in foro Ecclesiastico, nam in causa matrimoniali testes post publicationem examinari possunt, *cap. series de testibus, Menoch. de arbitrarijs, quæstion. 34. numer. 7. Thesaur. Pedemontana, decis. 8. num. 2. latissimè Farinac. in praxi crim. pagin. 1. quæstion. 75. num. 383. cum sequentibus nouissime Aloys. Ricci in collect. decis. part. 5. collect. 1769.* 2

Item ad probandam consanguinitatem admittuntur testes de credulitate, & de auditu, *cap. quoties, cap. licet extra de probat. sed de jure ciuili non reperitur, quod admittatur talis probatio in hoc casu.* 3

Item de jure civili non creditur dicto vnius, *l. juris jurandi, C. de testibus, D. Archiepiscopus super decreto, cap. 5. num. 5. distinct. 9.* Sed jure canonico creditur aliquando vni testi, quando scilicet non est præjudicium alicujus. *Nellus de testibus num. 85. casu 9. & num. 87. Masc. conc. 11. num. 14.* vel quando probatur clericatus, *Mascard. de probat. concl. 303. num. 4. Borrellus in summa decis. tit. 7. numer. 22.* vel quando agitur de impediendo matrimonio, antequam contrahatur *Cardoso in praxi judicum, verb. testis numer. 43. Fariuac. in praxi crim. quæstion. 84. num. 48. D. Acunha distinct. 86. cap. 24. num. 9.* 4

Item honorabilibus personis magis credendum est, insignis *Dominus Archiepiscop. vbi supra distinct. 9. cap. 3. nu. 6.*

Item testis in vno judicio si contrariatur dicto suo in alio, statur priori dicto, *Bar. in l. eos, n. 1. ff. de falsis, resoluit Menchaca vsu frequent. lib. 2. cap. 32. num. 1.*

AP-

APPENDIX.

De positionibus.

5 Pars, cui positiones ponuntur, tenetur eis respondere simpliciter, & sine plica, per verbum nego, vel confiteor talem positionem *juxt. text. in l. 2. titul. 7. lib. 4. recopillat.* & est ratio, quia responsio debet esse clara, vt probat *text. in l. de ætate, §. quod autem, & ibi Bar. ff. de interrog. act.* Nec poterit respondere per verbum credo, vel non credo, quod dubitativum est, nec regulariter probat, secundum *glos. in l. testium, verb. præsto C. de testibus, & in cap. quoties extra de testibus, glos. in l. 2. §. idem labeo, ff. aqua pluu. arcend. tradit Soar. à Pace in pract. 1. tom. primæ partis. 8. tempor. num.* 112.

6 Nolens autem respondere positionibus habetur pro confesso *cap. 2. de confessis lib. 6.* in quo tamen praxis est vt cum juramento de calumnia simul cum actis judex pronuntiet partem pro confesso. Contra quam tamen fictam confessionem admittitur pars ad probandum contrarium *Butrio in cap. ex parte de confessis,* & sic illa ficta confessio est magni effectus, quia ob eam onus probandi, quod incumbebat actori positiones ponenti transfertur in eum, cui positiones ponuntur, *Soar. à Pace vbi supra num.* 119.

§. 1. De testium repulsione.

7 Dixi quod quando inhabilitas testium constet judici, ipse ex officio testes illos repellet, quod intellige quando inhabilitas testis concernit solum odium ejus, vt puta quia infamis, ebrius, foriosus, vel si alium similem defectum pateretur, secus verò esset, quando inhabilitas concerneret, non tam odium testis, quàm favorem partis adversæ objicientis repulsas, vt quia inimicus, familiaris, vel alium similem defectum haberet, tunc enim judex ex officio non repellet illum, secundum *Bal. in l. si quis testibus, num. 7. C. de testibus, Anton. de Butrio in cap. bonæ de electione colum.* 6.

In super advocatus advertat non sufficere repulsas testium in genere objicere, vt puta dicendo testem esse criminosum, infamem, perjurum, aut excommunicatum, sed requiritur, quod in specie exprimat, & declaret delictum, & causam, ex quo sequuta fuit infamia, vel excommunicatio, & in quo negotio falsum testimonium dixit, *juxta text. in cap. præsentium, vers. 1. de testibus in 6. Maranta de Ord. judic. 6. part. actu* 13. *num.* 3. 8

Et illas repulsas dicat cum protestatione, quod non animo testibus injuriam inferendi illas opponit, vt tradit *Soc. cons.* 118. *colum.* 3. *&* 4. *volum.* 1. *& Maranta, vbi supra actiu* 13. *num.* 3. *&* 15. Et à denegatione admissionis objiciens appellare poterit, *juxta text. sic communiter intellectum, in cap. ex parte* 8. *extra de testibus.* 9

Et quanvis producens testem pro se, non possit illum postea reprobare, vt notat *Rojas singul.* 199. Quod tamen non procedit, quoad repulsam depositionum testium, quia pars benè poterit testes à se productos reprobare quoad eorum dicta, nempe probando illos falsum dixisse, vt tradit *Maranta vbi surà num.* 12. tandem testes ex quibus probantur repulsæ, reprobari non possunt, *cap. licèt vbi Felin. extra de testibus.* 10

SUMMARIUM.

1 *Sententia non præsumitur lata præsente parte, nisi de ejus præsentia constet per fidem scribæ.*

2 *Decendium currit à tempore, quo parti fuerit sententia intimata, & est continuum.*

3 *Decendium currit etiam in diebus feriatis, sed non currit dum pendet causa nullitatis, quando nullitas principaliter deducitur.*

Ibid.

Ibid. Decendium non currit impedito facto judicis, nec impedito dolo adversarij.

4 *Procurator si fuerit negligens in appellando, nocet illius negligentia Domino.*

5 *Pars si non habuerit audientiam ad appellandum, debet protestare.*

6 *Per appellationem suspenditur sententia censurarum, & excommunicationis.*

CAP. X. *De sententia.*

1 Illud autem hic dicam, à publicatione sententiæ, intra decem dies appellari debere, si pars, vel ejus procurator fuerit præsens, de qua præsentia constare debet per fidem scribæ, quia in dubio non præsumitur sententia lata præsente parte, sed absente, *Menoch. lib. 2. de præsumpt. quæstion.* 69. Si autem absens sit, currit decendium à tempore, quo ei fuerit intimata, *glos. verb. sciuerit in cap. concertationi de appell. in 6. Surd. decis.* 265. *num.* 19. *Gratian. discept. Forens. cap.* 161. *numer.* 4. *Caldas vbi suprà, quæstion.* 6. *num.* 24. *& resolut. emphyteusis, cap.* 13. *num.* 8.

2 Et istud decendium est continuum, & currit etiam in diebus feriatis *Ignacius de Villar in Sylua responsorum, lib.* 1. *responso.* 15. *quæst* 4. *num.* 12.

3 Sed non currit interim dum pendet causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur *Cald. de renouatione, quæst.* 7. *numer.* 14. *Ignatius de Villar. vbi supra, Tyraq. de retract. lina. §.* 4. *glos.* 3. *num.* 2. Nec enim currit impedito facto judicis, protestando tamen, nec etiam impedito dolo adversa-

4 rij, & sic procurator fuit negligens in appellando, postquam ei fuit intimata, illa negligentia nocet Domino *Alex. Trentacinq. variar. lib.* 1 *titul. de appellat. resolut.* 4. *num* 1.

5 Et si pars non habuerit audientiam ad appellandum, debet protestare *Surd. cons.* 228. *numer.* 8. *Gutier. in pract. lib.* 1. *quæst.* 102. Per appellationem suspenditur sententia censurarum, & excommunicationis, *Thomas Sanchez in suis consilijs, lib.* 3. *cap.* 5. *dubio* 32.

SUMMARIUM.

1 *Apostoli quomodo, & quando petendi sunt, qui sunt reverentia-*

2 *les, aut refutatorij.*

3 *Supplicans tuitivam prius justificare debet suam possessionem ex aliquo titulo colorato.*

4 *Titulus coloratus, ex quibus justificari possit?*

5 *Tuitiva appellationis, quomodo expeditur.*

6 *Praxis in concessione tuitiua.*

7 *Quæ requirantur ad impetrationem tuitiuæ.*

8 *Quibus casibus tuitiva non concedatur.*

9 *Tuitiua quibus differat ab interdicto retinendæ remissiuè.*

10 *Quibus modis concessio tuitiuæ impediri possit.*

11 *Rex non intendit tueri vitiosum possessorem.*

12 *Tuitiua non conceditur ei, qui habet contra se vehementem præsumptionem.*

13 *Tuitiua æstimulatur interdicto quod practici interim appellant.*

14 *Iudex quomodo procedere debet super tuitiua pro illo, cui tuitiua concessa fuit.*

15 *Tuitiua non datur excommunicato pro debito, quod debetur prælatis, vel capitulis.*

16 *Omisso medio appellari potest ad Papam.*

17 *A subdelegato appellatur ad delegatum Papæ.*

18 *Ab Episcopo appellatur ad Metropolitanum, nisi aliud sit ex consuetudine.*

19 *Fatalia, quibus casibus non currunt.*

20 *Quan-*

20 *Quando appellatio judicatur deserta, qualiter impediri possit.*
21 *Paupertas, ex quibus probetur remissiuè.*
22 *Minori datur restitutio aduersus lapsum fatalium.*
23 *Religiosis prohibitum est recurrere ad sæcularia pretoria prætextu leuandi vim.*
24 *Mandatum inhibitorium, quando, & quomodo conceditur?*
25 *Forma inhibitionis remissiuè.*
26 *Inhibitio judici seculari, quomodo fiet?*
27 *Casus in quibus inhibitio fit per senatum remissiuè.*
28 *Inhibitoria non decernitur ab interlocutoria.*
Ibid. *Inhibitoria, quibus casibus non decernatur.*
29 *Quibus casibus appellatio prohibita est, executio sententiæ non impeditur per inhibitionem.*
30 *Iudex sæcularis non potest se inhibere, nisi inhibitio jure petatur.*
Ibid. *Pars potest supplicare si sæcularis male se inhibeat.*
31 *Inferior superiorem inhibere non potest.*
32 *Gesta post inhibitionem sunt nulla.*
33 *Ad inhibitionem legitimè fiendam non est necessaria partis citatio.*
34 *Inhibitione, sine causæ cognitione concessa, licita est appellatio.*
35 *Circa inhibitionem Iudex, qui inhibuit, cognoscit, non judex inferior, cui fuit inhibitum,*
36 *Attentatum quibus modis, & in quibus casibus fiat, & committatur.*
37 *A sententia attentati aggrauatur in actu processus.*
38 *Si judex dicat esse attentatum aggrauatur per petitionem, si autem dicat non esse attentatum appellatur.*
39 *Tertius non dicitur attentare, nec attentatum dicitur vbi lis non est.*
40 *Attentati reuocatio cessat, vbi notorie constat reum spoliatum nullum jus habere.*
41 *Attentare non dicitur ille qui vtitur possessione, quam antea habebat.*
42 *Appellari potest ab interlocutoria habenti vim diffinitiuæ.*
43 *Plures casus, in quibus appellari potest ab interlocutoria remissiuè.*
44 *Casus in quibus non admittitur appellatio remissiuè.*
45 *Casus in quibus appellatio non suspendit executionem vt in causis pijs, & alijs, quæ ibi referuntur.*

CAP. XI. *De appellatione, & de Apostolis.*

Appellans tenetur petere Apostolos intra triginta dies conumerandos à tempore, quo incipit currere decendum appellationis, quod est à die intimationis sententiæ, *vt in cap. ab eo de appellation. in* 6. *& in Clement. quanuis eodem titul. junct. glos. verb.* Tempore. Nisi judex aquo breviorem terminum ad Apostolos recipiendos assignaverit appellanti, quod facere poterit, *vt in dicta clem.* Qui Apostoli dandi sunt expensis ipsius appellantis, *vt post glos. in dicta clem. verb. oblatos resoluit Speculator in titul. de Apostolis, & Marant. de ordine judic.* 3 *part.* 6. *part. actu* 2. *num* 2. *nu.* 213. Imo, & omnia acta processus gesta coram inferiori tenetur suis expensis ad judicem appellationis transferre. 1

Hujusmodi autem Apostoli, idest literæ demissoriæ, aut sunt reverentiales, aut testimoniales, aut refutatoriæ, quod colligitur ex responso præstito à judice á quo, quando appellatio interponitur, vt qui respondet se non intulisse gravamen, aut quando dicit quod audit, aut quando expresse denegat appellationem, quia tunc dicuntur refutatoriæ, ita *Soar. à Pace in proœm.* 1 *tom.* 6. *part. num* 42. 2

§. 1. *De*

§ 1. *De Tuitiua.*

3 TVitiva alia est conservatoria, alia restitutoria, alia appellatoria, de quibus agit *Pereira de Manu Regia, cap.21.num.2.*

Primò casu, quando pars timens ab aliquo turbari sua possessione beneficij ex aliquo rescripto summi Pontificis, vel sententiæ aliunde latæ contra eum, vel contra ejus antecessorem, tunc solet impetrare chartam tuitivam, vt in sua possessione conservetur, & si pars adversa velit aliquid contra illum via ordinaria agat coram suo judice, sed supplicans ad impetrationem hujus chartæ prius justificare debet suam possessionem ex aliquo titulo colorato, & se possidere tempore impetrationis, *vt resoluit Valasc.cons.79.num.3.& 4.& num 12.Cancerius de manutentione, cap.14 numer.* 14. Quanvis si iste supplicans justificet se pacifice possidere, sufficiet secundum plures, quos refert, & sequitur *Mascard. de probat.concl.*1378.*nu.12. Cancerius vbi supra num.* 18 Nisi adsit aliqua præsumptio contra ipsum, veluti, quia habet duo beneficia incompatibilia, quia tunc tenetur ostendere titulum beneficij *gloss. in cap.ordinarij, verb. exhibere, vbi Francus de officio Ordin. in 6. tradit Colmas Guym.titul.de pacific possess.verb. coloratum vers. circa secundum.* Vel quando in ipsa supplicatione dicatur, quod ipse possessor habet titulum; tunc enim illum probare debet, ita colligitur *ex cap. vlt.im.6. quæst.5. Mascard. vbi sup. num.* 32.*&* 33 *vers.* 3. *limitatur.* Nec in ipsa impetratione tenetur supplicans justificare possessionem sui prædecessoris, sed suam tantum, vt dixi, vti colligitur *ex doctrina Abb. in cap. illud, de præsumpt. idem Mascard. conclus.*1379.*num.* 7. Igitur coloratus titulus justificari potest ex multis.

4 Primo, quando ipse impetrans cæpit possessionem auctoritate superioris *Innocent.in cap. in litteris colum.5. in princip. de restit.spoliat.* Secundo si ostendat prouisionem, per quam fuit electus ab Episcopo, vel Patrono, *gloss. in cap. quanto gl. 1.verb.si quæras* 63. *distant. Abb. in cap.2. num.*3 *extra de jure Patron. Milius in repert.verb. Electio, Butrio. in cap. cum nostris colum.9. num.2. de concess. præbend. de quibus Mascard. vbi supra concl.* 1380. *cum pluribus sequentibus.* Cæterum in alijs rebus, vt tuitiva concedatur non est necessarius titulus justificationis regulariter, vt *tenet Gabriel Pereira de Manu Regia* 1.*part. cap.21. num.9.* Præterquam in causa beneficiali, vt dixi, quia beneficium obtineri non potest, sine titulo. Igitur in judicio summarissimo possessorio agens non tenetur exhibere titulum *Gracia de beneficijs* 1.*part.cap.5.num.*446. Sed sufficit, quoad effectum Manutentionis sola quasi possessio *Barbosa in praxi exigendi, quæst.2.numer.*10.*& in votis decisiuis, voto,5.num.5.Gratian.discept.forens.tom.2. cap,*310.*nu.*31.*Ripol.variar.resol.cap.vlt. num.*103.

Secundò verò casu, quando conceditur tuitiva appellatoria post appellationem. Praxis est, vt si judex Ecclesiasticus non vult deferre appellationi, & pro executione multis afficiat reum censuris, & grauaminibus, conqueritur simplici querella coram senatoribus Regiæ Coronæ, à quibus præcipitur tabellioni sub certa pæna, quod intra breve tempus mittat ad curiam acta causæ, & processum, & cogatur judex Ecclesiasticus, vt absolvat excommunicatum ad aliquot dies, qui sufficiant missioni, & examinationi processus, *Barbosa de jure Ecclesiastico, lib.* 1.*cap.39.§.* 2. *num.*180. 5

Quod si contumax judex sit, dantur secundæ literæ, & tertiæ, & viso processu in senatu, illud agitur, an juste judex deferre voluerit appellationi, & si compertum sit appellationem esse frivolam, causa ad eundem remittitur, si autem justa visa fuerit appellatio, tollitur illa jus, & injuria, 6

quæ

quæ aduersus sacros Canones, & auctoritatem sedis Apostolicæ sit appellanti ad eandem,& præcipitur illi judici, quod appellationi deferat, & absoluat excommunicatum, omniaque acta post appellationem retractet,& reducat in eum statum, in quo erant tempore appellationis, & sententiæ,tunc cum certitudine istius decisionis supplicans in Senatu impetrat tuitiuam, vt non molestetur, nec perturbetur a sua possessione per appellatum, vel per alios quoscunque,*Vallasc.vbi supra, num.* 13. *Calà quæst.forens.lib.*1.*quæst.* 25.*pag.* 29. Vel etiam vt restituatur ad possessionem, à qua dicit esse spoliatum, *Ord. libr.* 1.*titul.*3.§.6 *argument.text. in cap. regum* 23.*quæst.* 5. & ex ijs, quæ tradit *Michael Agia de exhibendis auxilijs* 27. *fundamento,vers. erga oppressos.* in Regno Aragoniæ hæc tuitiua firma appellatur, de qua *Cenedus collecta.*17.*num.*20.*ad decretal.Molinus in repertorio fororum Aragoniæ, verb. firma.*

7 Item ad tuitiuam appellatoriam consequendam requiritur in praxi, quod impetretur intra annum *Cabed. decis.* 76. quia elapso anno transit sententia in rem judicatam, nec ejus executio retardari debet, *tradit Pereira de Manu Regia cap.*21.*nu.* 19.*vers.vlt.quæstio est*, Sed id non procedit in tuitiua conseruatoria, qua semper Rex occurrit ne molestia, vel vexatio detur.

8 Item tuitiua appellationis non habet locum in ijs casibus, in quibus appellatio non habet effectũ suspensiuum, vt *per Gabriel Pereira vbi supra, cap.*22.*n.* 43.

Item tuitiua non conceditur contra tertium,qui appellantem spoliauit, quia solum respicit litigantes, *Pereira vbi supra, cap.*22.*num.*39.*&* 40.

Item tuitiua concessa, quo ad certam personam,non proderit, quo ad alios, vt tenet *Pereira de Manu Regia*, 1.*part. cap.* 21.*num.*18. Contrarium tamen tenet *Valasc.cons.*76.*num.*13.

Item tuitiua conseruatoria non conceditur, si pars non possedit per 30. dies, vt ex praxi hujus Regni *tradit Pereira vbi supra de Manu Regia cap.* 21.*num* 19.

Item tuitiua differt ab interdicto retinendæ in pluribus, de quibus *Pereira vbi supra*, 1. *part.cap.*21.*num.*21. 9

De impedimentis aduersus tuitiuam.

IMpedimenta autem sunt hujusmodi; Primò quod illa impetratio sit subreptitia, non facta mentione status causæ, nec quod beneficium erat de reseruatis summo Pontifici, & idcirco literas fuisse subreptitias, & consequenter non esse executioni mandandas, cujus rei exempla ponit *Vallasc.vbi supra,num.*19.*vers. potest etiam.* 10

Secundò objici potest petentem per vim spoliasse aduersarium, in tali enim possessione sic nulliter ocupata Princeps non intendit tueri intrusum, & per vim ocupantem *Pereira de Manu Regia*, 1.*p. cap.*21.*nu.*17.*faciunt,quæ tradit Cancer. variarum resolut.* 2.*part.cap.*14.*nu.*76.

Tertiò quod impetrans clam, vel precario possidebat rem illam, quo casu non obtinebit impetrans in illa tuitiua, quia lex nec Rex intendit tueri vitiosum possessorem, *l.*1. *in princip.& §.perpetuo, & §.fin.ff.vti possidetis,l.vnica, C.eodem.§. hodie Instit. de interdictis tradit Anton. Gom. in l.*45. *Tauri num.*169. 11

Quarto si impetrans habet juris præsumptionem contra se vehementem, nec enim tuitiua concedenda est *explicat Conar. pract.quæstionum cap.*17.*ex nu.* 6. 12

Item omnia illa opponi possunt, quæ possessionem impetrantis eneruant, & ipsum in capacem tuitionis esse ostendant, veluti si ab aduersario vi, vel precario possideat, vt dixi, vel si de defectu tituli objiciatur in ijs,quæ sine titulo possideri nequeunt, vel de surreptione impetrationis quod mentionem non fecerit de sententia lata in fauprem aduersarij super posses-

sorio, vel circa alia, quæ concernunt dilatoriam exceptionem, de ijs enim, & alijs, in quibus subreptio committi potest rectè opponitur *Vallasc. consult. 79. num. 19. Pereira de Manu Regia, 1. part. cap. 21. n. 17. vers. confirmantur.*

PRAXIS.

Post obtentam tuitiuam.

13 ISta Charta tuitiua à Senatu maximo obtenta præsentatur coram Senatoribus Regiæ Coronæ, & pars contraria citatur, & auditur, & summariè procedunt, *vt per Gabriel Pereira de Manu Regia cap. 21. num.* 16. Quia ista tuitiua assimilatur interdicto, quod practici (interim) appellant, in quo tantum summaria cognitio adhibetur ad hujus interdicti pronuntiationem, *vt per Massuetum titul. de possessorio, num. 24. Couarr. pract. cap. 17. num. 3. vers. Tertio.*

14 Judex autem pronuntiare debet, vt aduersarius desistat ab omni molestia, & in quietatione, & de inceps in futurum, non molestet, nec perturbet, *vt in l. 1. in princip. & in §. est igitur, & §. illud, & §. interdictum ff. vti possidet.*

15 Adde hic non dari Chartam tuitiuam excommunicatis pro debito, quod debetur Prælatis aut capitulis, *Ordin. lib. 2. tit. 9 §. 6. & lib. 2. tit. 10 §. 1.*

§. 2. *Appellatio ad quem interponi debet.*

16 APpellatio fit ad maiorem proximum, & immediatum gradatim, non vero omisso medio ad alium superiorem distantem, & non proximum *specul. tit. de appell. §. nunc tractemus, & facit, l. Imperatores, ff. de appellat.* Quanuis in hoc foro Ecclesiastico omisso medio, ad Papam appellari poterit, vt probat *text. in cap. ad Romanam 2. quæstion. 6. & in capit. si duobus, & in cap. solicitudinem de appellat.* Nisi appelletur à subdelegato 17
delegati Papæ, quia tunc ad ipsum delegatum est appellandum, *cap. si delegatus, §. fin. de officio deleg. in 6.* Pari modo ad Collectorem, & legatum Papæ omisso medio appellatur, & ita praxis obseruat, resoluit *Couar. in pract. quæst. cap. 4. num. 9.*

Et sic ab Episcopis habentibus ciuilem, 18
& sæcularem jurisdictionem appellatur ad Archiepiscopum, nisi ex consuetudine, priuilegio, siuè jure alio speciali ad alium sit appellandum, *dicto capit. Romana, §. debet.*

De Fatalibus.

TErminus autem prosequendæ ap- 19
pellationis non currit pendente compromisso, vel agenti super attentatis *Bellacomba, tom. 2. commun. lib. 7. titul. 12. nu.* 19. Nec impedito facto judicis *Ignat. de Villar, in Sylua responsorum lib. 1. respons. 15 quæst. 4. num.* 11. Quod impedimentum probari potest per juramentum, *Mascard. concl. 116. num.* 15. in quo tamen praxis est, vt pars protestetur secundum *Villar. vbi supra.*

Cæterum quando appellatio judicatur 20
deserta ex actis, potest pars allegare justas causas impedimenti, propter quas acta in termino præsentata non fuerunt, *ita Cabed. decis. 42. num. 7. 1. part.* veluti paupertatis, *vt per Thesaur. decis. 10. num. 5. Boer. Burg. deg. decision. 247. Alex. Rauidens de analog. cap. 22. nu.* 185. *Viuius decis.* 268. *num. 8. Vvames ad cap. ex ratione 8. num. 2. de appellat. Fuluius Patian. de probat. cap. 54. num.* 64. Dummodo de paupertate constet. *Menoch. cons. 321. num. 22. &* 23. Quæ paupertas probatur ex ijs, quæ 21
dicit *Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæst. 25 Masc. concl. 1154. de probat.*

Minori autem datur restitutio aduersus lapsum fatalium prosequendæ appel- 22
lationis ob negligentiam tutoris, quanuis tutor soluendo existat, resoluit *glos. in lib. 3 Ord. tit. 70 §. 3. nu. 13. cum sequent.*

AP-

APPENDIX.

De Recurso.

23 Notabis, quod appellare, seu recurrere ad sæcularia prætoria etiam prætextu leuandi vi oppressus cunctis Religiosis in vniuersum est prohibitum ex constitutionibus *Gregor. 13. Clement. 8. quos refert. Cherubin. tom. 3. bullarij noui. notatis Gaspar Passarellis in scholis ad cap. Auenionense verb. recursus, fol. 148. Laurent. Auiel de Perynis, de subito Religioso, tom. 1. quæst. 1. de obedientia cap. 20. §. dico 4. fol. 213. Barb. in votis decisiuis, voto 4. nu. 120. Fr. Ludou. Mirand. de Ordin. judic. quæstion. 25. à num. 4. conclus. 4.*

§. 3. De Inhibitione.

24 IN primis inhibitio fit à judice Ecclesiastico superiori ad interiorem postquã appellans cum testimonio, idest cum Apostolis se præsentet coram superiori petens, vt illum pro præsentato habeat, in illo gradu appellationis, & quod sibi detur mandatum inhibitorium contra Judicem inferiorem, & citationes contra partem appellatam, & compulsiones contra notarium causæ. Judex viso dicto testimonio concedit solummodo mandatum compulsionis, & citationis, interim autem, quo actu transportantur coram superiori, potest idem superior concedere percessorias ad tempus, siue acta denegentur, siue maletiose eorum transportatio differatur, *Soarez de paz in praxi, tom. secundo 5. part. capit. vnico, numer. 14. versicul. solent tamen, Salgado de Regia Protectione, part. 2. capit. 20. numer. 29. cum sequentibus.* Et post quam processus fuerit ad se delatus, viso processu, & viso testimonio appellationis, rite, & rectè interpositæ concedi appellanti mandatum inhibitionis, quo inhibet judici inferiori à causæ cognitione, ne ejus sententia executioni mandetur, *cap. Romana §. si autem de appellat. in 6. & probatur in Concil. Trid. Sess. 22. de reformat. cap. 7.* Formam autem inhibitionis ponit 25 *Innocent. in cap. cum dilectus, num. 2. extra de jure patron.* Nam illa inhibitio sufficiens non erit, nisi adjiciatur clausula, vt si contra factum fuerit, sit irritum, *vt notatur in cap. inotuit de electione.*

Si autem inhibitio fiat ab Ecclesiastico 26 ad judicem sæcularem, vt sibi remittat, in ipsa inhibitoria inseri debet inquiritio de clericatu, & de titulo beneficij, & si non sit beneficiarius debet inseri testimonium, quod ille reus deputatus est ab Episcopo seruitio alicujus Ecclesiæ, aut versetur in aliqua vniuersitate de licentia Episcopi, *text. in c. sæcularis de foro comp. Surd. cons. 424. numer. 28. Sess. de inhibitione, cap. 17. Mãdosius de inhibitione, quæst. 10. à num. 11. cum sequentibus.*

Aliquando judex Ecclesiasticus inhi- 27 betur per senatum, & judicem sæcularem, ne pendente appellatione in causa procedat, potest enim judex coronæ inhibere, ne Ecclesiasticus procedat appellatione pendente ad effectum, ne censuris alicui injuria fiat, *Nauar. in cap. cum contingat de rescriptis, num. 2. Viuald. in candelabro Ecclesiastico, casu, 14. num. 102. & casu 116. num. 115. plures refert Cenedus ad decretal. collect. 5. num. 3. & pract. quæst. 45. à num. 6. Humada, in l. 13. glos. 4. verb. Ni fuerça, titul. 13. part. 2. Ordin. lib. 2. tit. 10. Ben. Ægidius, in rep. l. 1. 5 part. §. 2. numer. 12. de sacrosanct. Eccles.* Et plures casus, in quibus inhibitio fit per senatum, tradit *Couar. pract. cap. 35. nu 4. versic. sic etiam, Cald. de potest. eligendi, cap. 5. nu. 10. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 25. n. 27. Barb. in l. Titia, n. 38. & 54. ff. sol. matr.* Et quibus casibus decernatur inhibitio, *Bern. Graeua ad pract. camer. lib. 1. conclus. 144. & sequenti, Farinaceus in pragm. crim. part. 2. litera T. à num. 312. Rucius in collectan. decis. part. 1. collect. 204.*

Cæterum inhibitio non decernitur ab
28 interlocutoria, donec constet de injustitia grauaminis, nec in causa nullitatis, nec in appellatione extra judiciali, nec ubi tertius appellauit pro suo interesse *Gayl libr. 1. obseruat. 72. n. 6. & obseruat. 144. num. 9. Ripol. de varijs resolut. cap. 3. de inhibit. num. 224. Surd. decis. 301. nu. 7.*

29 Denique in quibus casibus appellatio prohibita est, per inhibitionem, sententiæ executio non impeditur, *Fridericus Hyltropius de processu judiciario, 2. part. titul. 5. de inhibitionibus, à num. 9. cum sequen-*
30 *tibus.* Nec judex sæcularis potest se inhibere, nisi illa justè petatur, aliàs si malè se inhibeat, poterit pars supplicare, *Pereira de Manu Regia, 2. part. cap. 65. num. 7.* Et in dubio prudenter faciet judex si consulat senatum Palatij *Vallascus consult. 159. num. 14.*

31 Item inhibitio emanare debet à judice superiori, quia superiorem inferior inhibere non potest, *glos. in cap. licèt de except. lib. 6. Ripol. de varijs resolut. de inhibitione, num. 181. Mandosius in tractat. de inhibitionibus, quæst. 9. num. 1.*

32 Item gesta post inhibitionem erunt nulla, *Assinius in praxi, §. 7. cap. 5. limitat. 68. num. 2.* Et per judicem superiorem veniunt reuocanda, nulla alia habita ratione, nisi quod facta fuerunt post inhibitionem, *Barthol. in leg. 2. ff. nil. nouar. appellat. pend. Gratian. decis. 144. num. 44. Ripol. vbi supra, num. 187.*

33 Item ad inhibitionem legitimè fiendam non est necessaria partis citatio, vt constat ex relatis *à Couarr. pract. cap. 24. Petrus Gregor. in tractatu de appellation. lib. 2. cap. 14.* Sed de styllo vnico contextu, & eodem actu prouidetur à superiori Judici inhibente citatio, & inhibitio, *Mandosius de inhibitione, quæst. 18. num. 4. Ripol. vbi supra 201. distinguit Tuschus pract. liter. T. conclus. 144. num. 3.*

34 Aliàs inhibitione sine causæ cognitione expedita, licita est appellatio *secundum Scaciam de appel. q. 3. n. 11. Salgado de Reg. Protectione part. 2. c. 10. n. 14. Borrelus in summa decis. tom. 2. tit. 35. de inhibitionibus, num. 61.*

Item nota, quod si circa inhibitionem 35
aliquid sit cognoscendum, debet cognoscere Judex, qui inhibuit, non autem Judex inferior, cui fuit inhibitum *Beroius, cons. 144. nu. 3. lib. 3. Lancelot. de attentatis 2. part. cap. 20. de attentatis post inhibitionem declaration. 6. num. 1.*

§. 4. *De Attentatis.*

Quanuis in quacunque parte litis re- 36
uocatio Attentatorum ab appellante peti possit, vt *testatur, Couar. in pract. quæst. cap. 23. num. 3. & Franciscus Herculan. in tract. de attentatis, cap. 12 n. 2.* Tamen tutius, & cautius est, vt in eodem libello grauaminum petatur reuocatio sententiæ, & simul attentatorum, vt præd. DD. notant. Nec solum in appellatione, sed post desertam appellationem, de attentato agi potest, *vt per Masc. conc. 148. nu. 18.* & etiam post tres sententias conformes in executione, vt per Canarium, quem refert *Vallasc. cons. 156. 2 tom. n. 14 Lancelot. de attent. 2. part. cap. 17.* vbi resoluit pendente nullitate super sententijs in executione de attentato agi posse, imò, & lite pendente dicitur attentatum, *Clement. 2. vt lite pendente, cap. 1. & fin. eod. titul. Menoch. de recuper. remed. 17. num. 23. Vallasc. vbi supra volum. 2. Cabed. dec. 120 num. 1 & 3. Mascard. conc. 146. Lancelot. de attent. in præfat. 2. part cap. 4. numer. 295.* A sententia autem super articu- 37
lis attentati solummodo supplicatur in actu processus, teste *Phæbo. tom. 1. Aresto 22.* Ego autem distinguendum existimo; nam si judex dicat non esse attentatum tunc per petitionem aggrauari potest, si 38
autem dicat esse attentatum appellare poterit, quia vbi grauamen non potest reparari in diffinitiua, proculdubio appellatio admitti debet, *leg. 1. §. quæsitum, de appellat. Amator Rodericus in pract. cap. vltim. 1. part.*

1. *part. n.* 1. *Gratian. Marchiæ decis.* 202. *num.* 5. *Ludouic. Mirand. de ordin. iudic. quæst.* 40. *art.* 8. *concl.* 4.

39 Notabis autem quod tertius non dicitur attentare, nec potest contra eum vti remedio attentatorum, *vt per Lancelot.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 4. *cum sequentibus Menoch recuperan. remed* 17. *numer.* 44. *Græua, lib.* 1. *concl.* 72. *considerat.* 1. *Cabed. decis.* 120. *num.* 14. *&* 18. Nec etiam attentatum dicitur, vbi lis non est, *Farinaceus decis.* 693.

40 Item attentati reuocatio cessat vbi notorie constat reum spoliatum non habere jus, *Cabed.* 2. *part. decis.* 15. *num.* 18.

41 Nec etiam attentare dicitur ille, qui vtitur possessione, quam antea, habuerat, *Menoch. vbi supra num.* 49. *&* 50 *Vallasc. vbi supra num.* 6. Et continuans non videtur attentare. *Mascard. concl.* 148 *Flores variarum, lib.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 67. *Surd. decis.* 16. *num.* 13. *& decis.* 45. *num.* 79. Et in attentis non fit processus, nec judicium ordinarium, *Petr. Gregor. in tractatu de appellat. lib.* 7 *cap.* 4. *num.* 13. *Lancelot. de attentatis* 3. *part. cap.* 25. *à numer.* 7. *& n.* 27. *Mascard. concl.* 146. *num.* 5. *& concl.* 147. *num.* 7. *Gratian. decis.* 70. *Cræua lib.* 1. *concl.* 146.

§. 5. *Appellatio quibus casibus non admittitur.*

42 IN primis à sententia interlocutoria; non admittitur appellatio, nisi ab habente vim diffinitiuæ, *Francisc. Marc. Delphinat. dec.* 314. *vol.* 1. *Tyber. Decian. responso* 61. *num.* 204. *vol* 5. *Græva lib.* 1. *concl.* 130. Quanuis plures casus, in quibus

43 possit appellari ab interlocutoria ponit *Bellacomba tom.* 2. *commun. lib.* 7. *tit.* 24. *à nu.* 18. *Anton. Græva. ad praxim Roman. Curiæ lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 46. *late Bernal. Brederot. tract. de appellat.* 1. *part. tit.* 20. *col.* 433. *cum multis sequent. Vallasc cons.* 47. *& cons.* 51. *n.* 51. *Barb. in remiss. ad Conc. Trident. Sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat. nu.* 6. *pag.* 131. *& in glos. Ordin lib.* 3. *titul.* 69. *in princip. &* §. 1.

Item appellatio friuola non admittitur 44 dicitur autem friuola, quæ est interposita contra leges, vel sine causa, vel ex minus justa causa, vel falsa causa, vel etiam inanis, frustatoria, & vana, quæ tamen relinquitur arbitrio judicis, *Menoch de arbitr. lib.* 2. *casu* 197. *n.* 6. *&* 7. *Sanchez in Consilijs Moralibus, lib.* 3. *cap. vnico dubio,* 32. *num* 41. *Scacia de appellat. quæst* 2. *n.* 48.

Item in casibus, in quibus requiritur celeritas, & quæ non patiuntur dilationem, non admittitur, *l. fin. de appell. recip. glos. in cap. qua fronte verbo decedat. vbi Abb. num.* 5. *de appellat. Scacia de appellat. quæstion.* 17. *limit.* 7. *num.* 12. *&* 13. *vbi exempla ponit.* Alios septem casus, in quibus non admittitur appellatio, ponit *lex* 16. *titul.* 10. *part.* 3. *& alios tres ponit l.* 17. *titul* 10. eadem partita, *quos prosequitur, glos. in Ordin. lib.* 3. *titul.* 70. *in princip. & n.* 4. *cum sequentibus, alios ponit. Fridericus Hyldropius de process. juditiario,* 4. *part. tit.* 18. *de executione sententiæ, n.* 1. *cum sequentibus, alios ponit Scacia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 7. *cum sequentibus.*

§. 6. *Quibus casibus appellatio non suspendit executionem.*

PRimus est in causa dotis, *Barbosa in* 45 *leg.* 1. *part.* 1. *nu.* 57. *ff. solut. matrim. Ozasius, decis.* 2. *num.* 20. *Stephan. Gratian. decis.* 72. *& decis.* 220. *numer.* 4. *& decis.* 214. *num.* 18.

Secundo in casu mercedis mercenarij, *Ceuallos tractatu de cognitione per viam violentiæ* 2. *part. quæst.* 113. *& quæstion.* 134. *Reginellus in tractatu de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *numer.* 280. *Gratian. decis.* 53. *Rodean. de symon. mental.* 2. *part. c.* 25. *nu.* 5.

Tertio in causa alimentorum futurorum, *vt dixi, lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 9. *in* 1. *part.* cui addo *Laram in* §. *si vel parens, numer.* 32. *Surd. de aliment. tit.* 8 *priuileg.* 60. *num.* 5.

Flores variarum, quæst. 14. *num.* 4. *Barbos. vbi supra num.* 56. *Gutier. in pract. libr.* 1. *quæst.* 106. *Giurb. decis.* 5. *num.* 27. *Scacia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 7. *numer.* 1. *vbi hoc late declarat. Salgado de Regia Protectione, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 1.

Quarto in salario famulorum, *Rebuf. de sententia Prouisor, art.* 3. *glos.* 7. *num.* 1. *Gratian. decis.* 13.

Nec etiam in causis pijs, nec in causa subsidij charitativi.

Nec in causa pensionis assignatæ loco alimentorum, *vt per Gratian. vbi supra num.* 9. & 10. *Scacia, vbi supra limit.* 8.

Nec in causis pertinentibus ad visitationem, *idem Gratian. decis.* 188. *num.* 10. *Scacia, vbi supra, limit.* 26.

Nec à decreto Episcopi visitantis confraternitatis laicorum, *in dicta decis.* 188. *numer.* 10.

Nec in causa spolij, *vbi dixi in* 1. *part. lib.* 3. *cap.* 19. *Scacia, vbi supra lim.* 10.

SUMMARIUM.

1 *EXecutio sententiæ aduersus clericum hæredem laici petenda erit coram judice Ecclesiastico.*

2 *Si executio cæpta sit cum defuncto laico, apud judicem sæcularem clericus ejus hæres tenetur eam prosequi.*

3 *Praxis executiua in foro Ecclesiastico dissentit in multis ab styllo sæculari.*

4 *Clericus non potest conueniri vltra quam facere potest.*

5 *Beneficio cap. Odoardus renuntiari non potest.*

6 *Clericus quibus amittit beneficium cap. Odoardus.*

7 *Priuilegium cap. Odoardus non prodest laico fidejussori clerici.*

8 *Executor apostolicus vt procedat, quæ facere debeat.*

9 *Executor habet jurisdictionem contra eos, qui ei contradicunt.*

10 *Executor si turbetur à sua possessione exequendi ab aliquo, vel à victo quid faciet?*

11 *Si executor excesserit, appellatur ad superiorem judicis exequentis.*

12 *Executor si damnum, vel injuriam fecerit, poterit conueniri coram præside Curiæ.*

13 *Praxis, quæ habetur quando ecclesiasticus petit auxilium Brachij sæcularis, vel contra, quando sæcularis petit ab Ecclesiastico auxilium.*

14 *Pars citari debet ad concessionem auxilij Brachij.*

15 *Concessio Brachij sæcularis impediri potest ex multis, quæ ibi referuntur.*

16 *Episcopus, vel quilibet judex ecclesiasticus potest creare promotorem fiscalem.*

17 *Laicus potest esse procurator pro rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus.*

18 *Promotor si per calumniam acusauerit condemnatur in expensis.*

CAP. XII. *De executione facienda.*

OMnia, quæ dixi in sæculari judicio habere paratam executionem obseruat etiam styllus fori Ecclesiastici, & contra clericos mandari executioni possunt, vt cum *Bar. in l. cunctos populos, num.* 29. & *Bal. num.* 10. *C. de summa Trinit. resoluit Roder. Soar. in l. post rem judic. in declarat. l. Regni, extensiov.* 8. *Couarru. pract. quæstionum, capit.* 8. *numer.* 5. *vers.* 5 *conclus.* Quanuis sententia, ex qua executio fit, lata sit contra laicũ cujus hæres est clericus, nam adhuc executio ejus sententiæ petenda erit coram judice Ecclesiastico aduersus clericum laici hæredem. 1

Cæterum si lis executiua cæpta esset cum defuncto laico apud judicem sæcularem, clericus ejus hæres tenetur eandem prosequi coram eodem sæculari, tradit *Ant Galesius, in tractatu ad formulam obligationis Cameralis in* 2. *particula, quæst.* 2

*quæst.*20.*num.* 2. & fiet executio à sæculari in ejus bonis, *Ordin.lib.*2.*tit* 7.*in fin.*

3 In forma autem, modo, & ordine procedendi in hac via executiua praxis fori Ecclesiastici in pluribus dissentit ab stylo fori sæcularis. Nam notificata sententia Reo assignatur terminus ad allegandas exceptiones, quæ impediant executionem intra 6. dies, quibus transactis petit Actor, vt procedatur per censuras si Reus est laicus, vsque ad Brachium sæculare, *Soar.à Pace* 2.*part.*1.*tom.cap.*3. *ad fin.* Et si Reus est clericus post declaratoriam datur mandatum de pignorando, aut capiendo personam clerici, qui si apparet petit absolutionem refusis expensis, quando autem executio realis, vel personalis fieri potest, abstinendum est à censuris ecclesiasticis, tam in procedendo, quam in definiendo negotia, *secundum Concil. Trident.Sess.*25.*de reformat.cap.*13.

4 Item in executione, clericus, aut beneficiarius potest vti beneficio, & remedio, *cap.Odoardus de solut.* & *l.*23.*titul.*1.*part.* 1.*Couar.lib.*2.*variar.cap.*1.*numer.* 9. *Menoch lib.*2.*de arbitr cent.*2.*casu* 183. *num.* 30. Nec enim clericus conueniendus est, vltra quam facere potest deductis necessarijs alimentis, *glos. Bar.* & *alij in l.miles, verb.facere potest, ff. de re jud.glos.in cap. studeat.* 50. *distinct. tradit Gutier. de juram.confirm.*1.*part.cap.*17.*num.*17. *Salgado de Regia Protectione.*2.*part.cap.*4.*num.* 61. *D.Acunha super decreto, cap.* 39.*num.* 4. *distinct.* 50.

5 Cui tamen beneficio clericus renuntiare non potest, & renuntiatio erit nulla, etiamsi renuntiatio cum juramento fiat, *Barbos.de jure Ecclesiastico lib.* 1.*cap.* 39. §.6.*num.*14.*Soar.à Pace in pract.*2.*tom* 3. *part.cap.vnico, num.*6.*Phœbus* 1.*part. decis.*48.*num.*10. Quicquid alij contrarium teneant scilicet, *Molin. de just.* & *jur. tractatu,*2.*disputat.*571.*à num.*25.*Gutier. vbi supra, num.*34.

6 Quod tamen beneficium amittit clericus, si abscondat, & occultet bona, ne in eis executio fiat vt tradit *Baeça de inope debitore, cap.*17.*num.*12.*Gutier.vbi supra num.*21. qui alias limitationes ibi adjungit ad *dict.cap.Odoardus*, quod tamen priuilegium non prodest laico fidejussori clerici, 7 *Aloys Ricc.in praxi decis.*289.*in* 1.*editione, alias resolut.*248. *in* 2. *editione Gutier. practicarum lib.* 1.*quæstio.vltim.num.*70 *cum sequentibus* alias etiam limitationes ponit *Barbos.in collectan. ad dict cap. Odoardus*, & alias etiam ponit *Salgado vbi supra, à n.* 59.& *alias ponit Scaccia de commertijs, §.* 7.*glos.*5.*num.* 122. *cum sequentibus.*

§. 1. *de Executore Apostolico.*

8 EXecutor debet esse certus, & expresse nominatus, *cap. tibi de rescriptis in* 6.*cap.si Apostolicæ de præbend. eod.lib.* qui poterit subdelegare, *Flores de Mena, pract.quæst.lib.*1.*quæst.*4.*à numer.* 67.*Garcia de benefic.*6.*part.cap.* 2.*numer.* 100.*explicat.Rebuf.in praxi benefic. libr.* 1.*fol.* 220.

Vt autem executor procedere possit necesse est, vt prius præsententur literæ Apostolicæ, & ab eo recipiantur, nam licet jurisdictionem executor acquirat à tempore datæ, illam tamen exercere non potest ante præsentationem, *cap. super eodem* 2.*de appell.Garcia de beneficijs,*6.*par. cap.*2.*num.*8. & debet compescere contradictores, & contradicentes prouiso, si qui contradicere velint de facto, & sine causa, prout justitia suadebit, *vt in cap. is cui de præbend.in* 6 *glos.in cap.pro illorum eod.titul. in decretal.* Et sic executor habet ju- 9 risdictionem non solum inter partes, sed etiam contra extraneos contradicentes de facto, licet delegatus non habeat jurisdictionem, nisi inter partes, *cap.* 1. *de officio delegat. Staphileus in tract. de literis gratiæ, in rubrica de vi,* & *effectu clausularum, vers.sequitur.*

10 Sed si postquam prouisus inductus fuit in possessionem, si turbetur agit possesso-

rio coram judicibus laicis regijs, & hæc praxis seruatur etiam in Francia, secundum *Rebuf. vbi supra, fol. 221. vers. hodie in hoc Regno.* Cæterum si incontinenti turbetur à victo, potest executor de violentia cognoscere, *Barbos. in collectan. cap quærenti de officio delegati, nu. 7. Riccius, part. 1 decis. 58. Flores de Mena variarum quæst. lib. 1. quæst. 4. num. 60. cum sequentibus.*

11 Si autem executor excesserit modum executionis sibi commissæ, poterit appellari, seu aggrauari ad superiorem judicis exequentis, *Bart. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 6 ff. de re jud. Rebuf. 1. tom. ad ll galliæ in titul. de sentent. executorijs, glos. 13. num. 4. Gratian. discept. forens. cap. 146. num. 37. cum sequentibus, Ceuallos de cognitione per viam violentiæ, 2. quæst. 27. numer. 1. & ita judicatum asserit glos. in Ord. lib. 3. tit. 76. §. 1.*

12 Et apud nos si executor apostolicus cõtra suæ delegationis formam procedat, injuriamque, vel damnum dederit, pro tali damno poterit coram præside curiali conueniri, quatenus ordinarium non habet, juxta *Ord. lib. 2. tit. 1.* dixit in specie *Nauarrus in cap cum contingat remed. 1. vers. 11. facit Bobadilla in Politica lib. 2. cap. 18. n. 127. Pereira de Manu Regia, 1. part. cap. 7. num. 6.*

§. 2. *De Auxilio Brachij sæcular.*

13 TAm ordinarius, quam delegatus petit auxilium Brachij sæcularis, quicquid *Archidiac. quem improbat. Couar. pract. cap. 10. numer. 1.* Et quemadmodum Ecclesiasticus petit auxilium, ita etiam sæcularis quoties ei necessitas inciderit, poterit implorare judicis Ecclesiastici auxilium pro exequenda ejus sententia adversus eos, in quos ipse non habet coertionis Jus. *auth. sed hodie, C. ad leg. Iulian. de adulter. notat. Mar. Soc. in cap. cum sit generale, nu. 20. de for. compet.* In quo ita praxis se habet, vt quando Ecclesiasticus petit auxilium Brachij sæcularis, illud implorare debet in senatu grauaminis, prout docet *Cabed. decis. 9. num. 7. 1. part. Phæbus, 2. part. decis. 125. Pereira de Manu Regia, 2. part. cap. 52. num. 2.* vt compellat judicem sæcularem ad auxilium exhibendum, *cap. 2. de Maledicis*, quod si judex, & superior sæcularis recusauerit ejus Brachium concedere, & impartiri judici Ecclesiastico, poterit illum excommunicare, *cap. quoniam in fin. de officio judic. Ordin. Borrellus in summa decis. tom. 2. titul. 32. num. 311. Molina de brachio sæculari cap. 14 Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 107. num. 25. Anton. Diana, lib. 1. Moralium tractatu de immunitate Ecclesiæ resolut. 134.*

Judex vero sæcularis non potest cogere Ecclesiasticum, sed debet superiorem adire, atque ab eo petere quod inferiorem judicem Ecclesiasticum cogat auxilium sæculari exhibere, & præstare ad executionem sententiæ, ita post Innocent, & alios, *resoluit Couar. vbi supra numer. 10. vers. eadem ratione, Pereira vbi supra, numer. 32. vers. 4 casus, explicat Iass. in leg. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 16. ff. de re judic.* Nec Judex sæcularis se debet intromittere si benè, vel malè fuit judicatum per Ecclesiasticum *Bonacina tom. 3. de censuris in particul. disputat. 1. quæst. 20. punct. 303. Ceuallos de cognit. per viam violentiæ, 2. part. quæst. 93. num. 85. Marc. Anton. Genuensis in praxi Archiepisc. cap. 36. nu. 2. Ludouic. de Mirand. de ordine judicum quæst. 3. artic. 7. conc. 2.*

Ad concedendum autem auxilium Brachij pars citari debet, vt verius existimat 14 *Pereira vbi supra n. 28. Franciscus Marc. decis. 269. 1. part.*

De impedimentis aduersus procedimentum Brachij sæcularis.

IN primis vt concessio Brachij sæcularis impediri possit ex nullitate sententiæ, necesse est, vt nullitas in promptu 15

ex

ex actis appareat *Borrellus in summa dec. tom.2.titul.32. numer. 314. Rodolphin. de Brach.sæcular.numer.36. Pereira de Manu Regia, 2.part.cap.52.numer.25. Bonacina vbi supra, dicto §.3.num.4.in fin.*

Item impediri potest si imploratio sit malitiosé obtenta, & per subreptionem *Vrsil ad Afflict.decis.24.numer. 16.& 17. Bernard.Græua ad pract.Camer.imper.cõclus.155.Vallasc.cons.48 numer. 13. Michael. Agia, tractat.de exhibend. auxilijs,* vel si appareat judicem implorantem esse incompetentem. *Rodolphin.vbi supra numer.17.Menoch.remed.retinend. 3.numer. 360. vers. debet autem,* vel si appellatum sit, & causa pendeat, Brachium pro executione impartiri non debet ob litis pendentiam, *Franciscus Marc. decision. 269. numer.2.volum.1.Gail pract.obseru.lib.1. obseruat.115.sub numer.3.& 4. Innocent. & Abb. in cap. si quando de rescriptis. Borrellus, vbi supra num. 317. Aloys Riccius in praxi rerum fori Ecclesiastici decision. 322.*

§. 3. *De Promotore Iustitiæ.*

16 AD Episcopum, & ejus Vicarium spectat fiscalem constituere, qui pro rebus Ecclesiasticis agat, & eas defendat, vitiaque subditorum accuset, *Bernardus Dias in pract. Canon. cap.5. Pax in praxi tom.2.prælud.4.numer.4.* Et quoties judex Ecclesiasticus ex officio procedit fiscalem creare potest, *Anton. Gom. 3. tom.variar.cap.1.num. 10. Iul.Clar. lib.6. sententiarum §.fin.quæst. 10. num. 3.* & quod ipse promotor facit ex mandato Episcopi, vel ejus vicarij, ipse Episcopus, vel Vicarius facere videtur, *Pax vbi supra, 4. part.2.tom.cap. vnico num. 1.*

Apud nos Promotor laicus constitui solet, nam laicus potest esse procurator pro rebus ecclesiasticis, & spiritualibus, 17 *text. in cap.1.in princip. de procurat. lib.6.* Qui in sua creatione jurabit de fidelitate, quia cum ipse publice denuntiator reputetur, jurare debet, vt tenet *Angel. in tractatu de Maleficijs, fol.38.colum. 2.Foller in sua pract.pagin. 162.* Quanuis ipse non admittatur ad denuntiandum, nisi ex delatione, & præcedente infamia, & informatione, secundum *Bart in l. Diuus, ff. de custodia reorum,* qui delator si non probauerit crimina in expensis condemnandus erit, *secundum Salicet, in l.ea quidem numer.28.de accusat.* Et si appareat, quod 18 Promotor per calumniam accusauerit, condemnabitur etiam in expensis, vt per *Barbosa, in l. eum qui temere numer. 203. ff. de judic. facit Ordin. lib.5.titul.117.§. 4. Alfarus de officio fiscalis* Multa de hoc officio tradit, ad quem lectorem rejicio.

SVM-

SVMMA CAPITVM EX HOC LIB. III.

Cap. I. *De citatione, & vocatione in judiccum.*
§. I. *De citatione in animam.*
§. 2. *De citatione, quæ fit per requisitoriam.*
§. 3. *De citatione, quæ fit per Edicta.*
§. 4. *De citatione ex lege diffamari.*
Cap. II. De Libello.
Appendix de Addictione ad libellum.
Appendix de Clausula illa cum expensis.
Cap. III. De Exceptionibus dilatorijs.
§. I. *De suspitione judicum.*
§. 2. *De Declinatoria fori.*
§. 3. *De Exceptione litis pendentiæ.*
§. 4. *De Exceptionibus incidentibus.*
§. 5. *De Impedimentis in genere.*
§. 6. *De Declaratione facienda.*
Cap. IV. De exceptionibus peremptorijs.
§. I. *De Sententia, & re judicata.*
§. 2. *De Transactione.*
§. 3. *De Præscriptione.*
Cap. V. De Tertio opponente se liti.
§. I. *De Tertio assistente.*
Cap. VI. De Litis contestatione.
Cap. VII. De Iuramento calumniæ.
Cap. VIII. De Compensatione, & reconuentione.
Cap. IX. De Libello responsorio.
Cap. X. De Libello Replicationis.
Cap. XI. De Duplicatione.
Cap. XII. De Dilationibus, & quibus modis probatio fiat.
§. I. *De Probatione, quæ fit per testes.*
§. 2 *De Probatione, quæ fit per scripturas.*
§. 3. *De Probatione, quæ fit per confessionem partis.*
§. 4. *De Probatione, quæ fit per Euidentiam facti.*
§. 5. *De Probatione, quæ fit per Iuramentum suppletorium.*
§. 6. *De Semiplena probatione.*
Appendix I. *De positionibus.*
Cap. XIII. De Repulsis aduersus personas testium.
§. I. *Quibus ex causis testes repelli, ac contradici possunt.*
Cap. XIV. De impedimentis aduersus publicationem testium, & de integrum restitutione jure minoris.
Cap. XV. De Allegationibus in causa faciendis.
§. I. *De modo examinandi processum.*
§. 2. *De modo allegandi.*
Cap. XVI. De Conclusione in causa.
Cap. XVII. De sententia judicis.
Cap. XVIII. De impedimentis in Chancellaria.
Cap. XIX. De Praxi procedendi in gradu appellationis, aut supplicationis.
§. I. *De forma expediendi appellationem vel grauamen per senatores.*
§. 2. *De recusatione Senatorum.*
§. 3. *De modo admittendi, & expediendi impedimenta in Chancellaria supplicationis.*
Cap. XX. De praxi processus in causa reuisionis.
§. I. *Reuisio, quibus casibus non admittitur.*
§. 2. *De effectu reuisionis.*
Cap. XXI. De praxi processus executiui.
§. I *De persona exequente.*
§. 2. *De liquidatione sententiæ.*
§. 3. *Contra quas personas fiet executio.*
§. 4. *De modo quo executio fit.*
§. 5. *In quibus bonis executio fieri non potest.*
§. 6. *Quando in gradu appellationis expediri debeant impedimenta objecta aduersus*

uersus sententiæ executionem.
Appendix 1. *Quis judex in executione esse possit.*
§. 7. *Quibus impedimentis executio suspenditur.*
§. 8. *De Impedimentis, quæ aduersus executionem admitti debent in actu separato.*
§. 9. *De Impedimentis, an, & quando cognoscat judex executor, an vero ea debeat remittere ad judicem, qui sententiam tulit.*
§. 10. *De ijs, quæ instar sententiæ habent paratam executionem.*
§. 11. *De Præferentia creditorum in executione rei pignoratæ.*
Quæ hypothecæ sint priuilegiatæ.
§. 12. *De Subhastatione facienda.*
§. 13. *De impedimentis aduersus subhastationem.*
Cap. XXII. De Praxi processus in actione decem dierum.
§. 1. *Ex quibus scripturis actio summaria competat decem dierum.*
§. 2. *De ijs, quæ requiruntur ad actionẽ decem dierum.*
§. 3. *De impedimentis, quæ objici possunt in actione decem dierum.*
§. 4. *De Clausula depositaria.*
§. 5. *De Assignatione decem dierum.*
§. 6. *De Quinquenio, quod debitori præstari solet à maiori parte creditorum.*
Appendix Decisione bonorum.

PRACTI-

PRACTICÆ LUSITANÆ

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in causis ciuilibus, tam via ordinaria in prima, secunda, & tertia instantia appellationis, & Reuisionis, quàm via executiua, & summaria.

LIBER TERTIUS.

PROÆMIVM.

PRimus ille ante omnes doctissimus Speculator generalem praxim secundum jus commune scripsit, quem *Obid Iasson. in l. hac consultissima, column. 1. Cod. qui testamenta facere possunt*, patrem Praticæ appellat, Postea Robertus Maranta Neapolitanus, & Soares à Pace Hispanus, & alij exteri auctores infiniti propemodum post Bar. qui fecit practicam in tractatu, qui nominatur Ritus Judiciorum, fecerunt & composuerunt practicarum libros, vnusquisque sane ad suam patriam quod praxim latè ex ordine conscripserunt de modo, & forma procedendi in judicio, idest quo ordine in causis procedi debeat. Tamen, quoad praxim Lusitaniæ modicam nobis præstant cognitionem, cum ista ab illorum praxi multum deuiet. Quæ praxis ex pragmaticorum more deducta à practicis auctoribus, præsertim à suprà dictis optimo Consilio conscripta fuit, ne illius memoria periret, & vt quilibet secundum illam regeretur, & Curiæ practicantes ab illa non deuiarent, & judices procedant, & judicent in sequendo illius ordinem, alias prolongaretur processus in probando praxim, & grauarentur partes laboribus, & expensis *vt dicit Rebuf. libr. 3. ad ll. Galliæ, articul. 2. glos. 5. fol. 28. & obid. à Regibus nostris compositus fuit titulus in Ordinat. lib. 3. titul. 20. da Ordem do juizo.* Quam praxim auctoritate juris communis fulsire conati summus, nam quem admodum in lege uniuersali non comprehenduntur, nec possunt comprehendi omnes articuli, quia plures sunt casus, quam leges, *leg. 4. Cod. de præscript. verbis*, dubia, quæ in praxi occurrunt, quæ non sunt scripta, à jure communi interpretationem recipere debent: sicut statutum eam interpretationem recipit. *juxta glos. in l. 1. verb. nuntiationem ff. noui oper. nunt. l. si serui, Cod. de noxal. act.* & ideo hæc omnia fauente Deo scribimus, quæ si placuerint, omnis gloria Deo tribuatur, cujus auxilio hæc aggredi supra vires nostras ausi sumus.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Clausula illa, ut citatio fiat in persona do distribuidor, ultra duas fallētias de quibus in par. 1. declarari debet, ut procedat si præd. persona acceptet per terminū subscriptum in actis.*

2 *Procurator debet esse certus, & nominatus, qui mandatum acceptet.*

3 *Procurator constitutus in contractu revocari non potest.*

4 *Conventio, ut si tali die non solverit debitor incarceretur absque alia citatione, & liquidatione, an valeat.*

5 *Citatio delationis juramenti in animam ex quibus impediri possit.*

Ibid. Reus cui defertur juramentum in animam jurare non cogitur, si causa est de facto alieno, nec in causa jam decisa.

Ibid. Per delationem juramenti sententia videtur innovata ex cōsensu partiū.

6 *Post publicationem testium delatio juramenti fieri non potest.*

Ibid. Si nulla sit probatio ante sententiam juramentum defferri potest.

Ibid. Reus est absolvendus, nec cogitur jurare si Actor nihil probavit, si vero aliquid probavit, Reus cogēdus est jurare.

7 *Si ante finitam dilationem pars renuntiavit probationibus, & recurrit ad juramentū judiciale audiendus est.*

7 *Si Reus deposuit super articulis Actoris nō cogitur subire juramentū judiciale.*

Ibid. Habēs fundatā intentionem suā ex juris præsumptione, nō tenebitur jurare.

8. *Qui habet pro se exceptionē impidientē litis ingressum, nō cogitur jurare.*

9 *Actor nō cogitur jurare si plene probavit*

10 *Precatoria ad citandum, quomodo fieri debeat, & à judice requisito ad quem appellari debeat.*

11 *Citatio per edicta, quomodo fiet.*

12 *In citatione per edicta datur terminus conveniens secundū distantiā loci, in quo absens præsumptivè morari potest.*

Ibid. Quāvis sciatur, & nominetur Provintia, in qua absens sit, si ignoratur locus, & civitas, citatio fit per edicta.

13 *Si citandus moratur in alio Regno, sufficit edictum poni in loco ubi jus dicitur.*

Ibid. Excusator si dicat, quod citandus sit in tali loco, datur tempus conveniēs, ut eum certiorem faciat, quo elapso habetur pro citato.

14 *Reus si sit in loco non tuto, ut quia sit bellum, aut pestis, citatio fit per edicta, vel si latitat, aut se occultat.*

15 *Semel citatus per edicta, licet post hujusmodi citationem constiterit Reū esse in loco certo non debet amplius citari.*

16 *Curator bonis absentis dandus est à judice qui eum citare jussit per edicta, & non à judice orphanorum.*

17 *Lex diffamari, C. de ingenuis, & manumissis an habeat locum in eo, qui alium diffamat dicēdo esse Neophitam, vel Sarracenum.*

18 *Si aliquis diffamasset de filiatione, vel successione maioratus, lex diffamari locum habebit.*

19 *Iudex diffamati in hac actione erit competens.*

20 *Fidejussor ante solutionem potest agere contra principalē, ut eum liberet à fidejussione, si diu fidejussit.*

CAP I. *De Citatione, & vocatione in judicium.*

DIXI in 1. part. numer. 6. dubitari posse de clausula illa, quæ abusivè in hoc Regno habetur ut fiat citatio in persona (*do distribuidor*) quam ibi restringendam esse dixi, præsertim in duobus casibus. 1

Primo ut non nisi absente parte citatio fiat. Secundo ut nequaquam fieri debeat nisi ex scriptura publica, idem *tradidi postea*

stea Pereira decis. 34. *num.* 9. *Ægidius in l. ex hoc jure, 2 part. cap.* 13. *clausul.* 2. *ff. de just. & jure.* Nũc autem addo, ut etiam necessarium sit, ut iste procurator, cui data est licentia in contractu, ut citetur suo nomine, acceptet, & consensiat constitutioni in se factæ, nec contradicat, alias processus cum illo factus, & sententia erit nulla prout in terminis judicatum fuisse asserit *glosator in Ord. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 2. *tradit Vallasc. cons.* 144. *num.* 7.

2 Procurator enim debet esse certus, & nominatus, & qui acceptet mandatum, *l.* 1. *§ fin. ff. de procurat. junct. lege sequenti, vbi glos.* 1. quibus etiam addo; quod per fidem tabellionis constare debet de illa acceptatione in actis processus, alias omne illud tanquam cum falso procuratore gestũ erit nullum, ut sunt jura vulgaria; nec tunc audietur Reus in hoc casu, si dicat, quod il-
3 le revocavit mandatum, nam procurator constitutus in contractu revocari non potest *Rebuf. de pacif. possess. nu.* 145. *vers. item, & tom.* 1. *ad ll. gallicas. tit. de literarum obligat. in præfat. numer.* 21. *quem refert Caldas de emptione cap.* 15. *nu.* 40.

4 Et inde etiam dubitari potest de illa conventione, ut si pars non solverit tali die, possit incarcerari absque alia citatione, & liquidatione ejus debiti, quãvis Phæbus asserat judicatum fuisse à Senatu valere talem conventionem *decis.* 15. *& eam confirmari dicat, glos. in Ordin. lib.* 3. *tit.* 86. *§.* 13. *ex adductis per Gaspar Rodericum de annuis redditibus lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Vallasc. cons.* 173. *n.* 11. *&* 26.

§. 1. *De Citatione quæ fit in animam.*

5 SI actor noluerit in judicio relinquere causam in animam, ad quam Reus fuerat citatus, potest enim pænitere, dubitatum an citare debeat iterum in persona, fuit an sufficiat citare ejus procuratorẽ Senatus censuit, quod sic *in causa Comitis do Basto scriba Mouro anno* 1635.

Reus potest impedire præd. citationem delationis juramenti, ultra ea, quæ in prima parte diximus ex sequentibus.

Primó si causa est de facto alieno, quia tunc jurare non tenetur, *l. Marcell. §.* 1. *ff. de actione rerum amot. Tyraq. de retract. ligang. §.* 2 *glos.* 2. *num.* 5.

Secundó limita ut non cogatur jurare in causa jam decisa, *l. in contractibus, §. illo, C. de non num. pecun. Felin, in rub. num.* 6. *in fin. extra. de probat.* Quanvis ipse videatur tenere contrarium de æquitate *Iasson in l.* 3. *§.* 1. *ff. de jur. jurand. num* 8. Sed si Reus non opposuerit, & juraverit, aut per judicẽ delatum fuerit juramẽtum, illud tenebit quasi per delationem juramenti inovata remaneat sententia ex consensu partium.

Tertiò limita post publicationem testium *Ozasc. decis.* 11. *Thesaur. decis.* 93. contrarium tenet *Faquineus controvers. cap.* 22. *Mascard. concl.* 957. *in fine.* Nam si nulla sit probatio ante sententiam poterit defferri juramentum, *Faquineus lib.* 1. *cap.* 19. *&* 20. in quo distinctio *speculator admittenda est in tit. de juramenti delatione, §.* 1. *num.* 4. Ut si actor nihil probavit Reus sit absolvendus, nec cogitur jurare, *l. qui accusare, C. de edendo,* si vero aliquid probavit cogẽdus est Reus jurare, sequitur *Abb. in cap. fin. num.* 6. *de jur. jurand. Hypol. sing.* 83. *Late soc. cõs.* 184. *lib.* 2. Et dicit receptum *Purpuratus in l. manifestæ nu.* 7. *ff. de jur. jur. & videtur text. in cap. fin. §. fin. de jur. jur.* à quo desummitur *Ord. nostra* Licèt enim loquatur in juramento necessario, quod defertur Reo ad se purgandum ex officio judicis, tamen etiam procedit in juramento judiciali, ex quo in isto casu idem resultat effectus, & *colligitur ex l generaliter in fine principij, C. de rebus creditis, & dicit. receptum soc. vbi supra colum.* 1. *& colum. penul.* 6

Quod sine dubio procedit, quando ante finitã dilationem pars renuntiavit probationibus, & recurrit ad juramentum judiciale, tunc enim audiendus est, ut colligitur ex mente, *leg. si quis jus jurandum, C. re-* 7

C.rebus credit.quæ opinio in distinctè vera videtur, *vt per Beroium, in cap. 2. num. 9. de probat. Purpur. ubi supra*, *num.* 44. Adde quod si Reus deposuit super articulis Actoris, *juxta cap. 2. de confessis in 6.* non cogetur subire juramentũ judiciale, quia si sibi contradiceret, perjurium incurreret, *cap. 3. de jur. jurand. in 6.* & ad tale juramentum cogendus non est *l. alias* 18. *ff. jur. jurand. glos. in l. qui jurasse* 26. *§. 1. verb. acquisitio*, *ff. eodem.*

8 Quarto limita in eo, qui habet fundatam intentionem suam ex juris præsumptione, vel præscriptione, quia iste non tenebitur jurare *Iass. in dicta l. manifeste, num. 6. ferrara caut.* 16. *num.* 6. & ratio est quia juris præsumptio habetur pro liquidissima probatione, *glos. pen. C. de pericul. tutorum*, qui autem liquido habet probatam intentionem, non cogitur jurare, *text. in cap. 2. de probat.* quem etiam in juramento judiciali intellexit, *Abb. ibi numer.* 1. *Tiraq. lib. 1. retract. §. 2. glos. 2. in principio* unde concludit *Alex. in l. si Patronus, num. 2. ff. de jurand.* Quod si quis pro se habeat exceptionem impedientem litis ingressum *juxt. cap. 1. de litis contestatione in 6.* non cogetur jurare, sequitur *Hypol. singul.* 83. Sed utique hæ traditiones nimis restringunt generalitatem, *dict. l. manifestæ*, & in contrariũ urget, *l. cum de indebito*, *§. in omnibus*, *ff. probat* nec pro illis facit *text. in l. in contractibus* 14. *§. illo, C. non. num. pecun.* Quia elapso bienio lex specialiter præsumit pro creditore. Item præsumit contra debitorem. Unde ex hoc textu tantum colligitur, quod vbi juris præsumptio, sive dispositio est pro aliquo, & resistit adversario, non cogitur jurare, ut in simili probatur, *cap. ad decimas de restit. spol. in 6. jũct. glos. verb. præsumuntur*, quam dicit receptam, *Nav. in cap. accepta opposit. 10. num. 21 de restit. spol.* Nec etiam obstat, *c. 1. de prob.* quia verius est procedere in juramento necessario quod datur ad supplimentum probationis non autem procedere in juramento judiciali, in quo est diversa ratio, *ut ibi per Beroium nu & n. 9. Menoch. cons. 47. in fin.* Nam facilius devenitur ad juramẽtum judiciale, quam ad aliud quodcumque juramentum, ut eleganter *tradit Cagnol. in l. si quis maior. num.* 194. *C. de transact.*

Item quemadmodũ si Actor non probasset, Reus non cogeretur jurare, *cap. fin.* 9 *de jur. jurand* ita etiam Actor non cogetur jurare, si plene probavit, ut in judiciis æquitas servetur, *juxt. l. fin. C. de fruct. & litium expens. ita Soc. regul.* 205. *Nevizau. cons. 7. num.* 6.

Item addo quod citatio facta ad jurandum in animam per Nuntium vulgo (*Porteyro da audiencia*) est nulla, & sententia executata irritabitur, ut ex decisione Senatus tradit *Phæbus, vbi dicit Ordin. lib. 1. tit. 49. §. 1.* Extendi ad omnia Tribunalia *in tom. 2. Aresto* 22.

Item absens non potest citari per edicta in animam idem *Phæbus Arest.* 1.

§. 2. De Citatione per requisitoriam.

IN primis litteræ requisitoriæ debent 10 esse judicis rogãtis sigillo signatæ, alioquin non faciunt fidem, *l. si quis per calumniam, in fin. C. de Episcop. & clericis*, *cap. tertio loco de probat.* & in illis debet contineri causa ob quam citatio fit videlicet propter contractum *in* nostra jurisdictione factum, vel propter admissionem possessionis, requiri potest judex, in cujus territorio res sita est, *Abb. cap. Romana*, *§. contrahentes de foro compet. nu.* 6. & ab judice requisito utraque pars appellare potest ad superiorem judicis requisiti, *Bart. in l. à. divo Pio, §. 1. ff. de re judic. Aufrerius, tract. de liter, obligat. q. 411. art. 7.*

§. 3. De Citatione, quæ fit per edicta.

IN hac citatione, quæ fit per edicta praxis, est ut facta summaria informatione 11 de absentia rei per inquisitionem testium, ut cum certitudine scribæ loci, in

in quo habitare consuevit, secundū *Vallasc. de partit. cap. 7. num.* 14. dantur præconia in foro publico secundum *Ord. lib.* 3. *tit.* 1. §. 8. Et affingitur edictum in portis civitatis, & in valvis auditorij ex quo probatur citatio secundum *Masc. de probat. concl.* 291. *num.* 8.

12 Dato termino congruenti secundum distantiam loci, in quo absens præsumptivè morari potest, ut ex sententia Senatus asserit *Phæbus decis.* 43. *& tenuit antea Bar. in extravag. ad reprimendum, verb. per edicta nu.* 3. *clem.* 1. *ibi considerata distantia locorum de judicijs, gl. verb. competenti, in cap. fin. de election. in* 6. *Gayl. libr.* 1. *observ.* 57. *nu.* 21. *Ord. libr.* 4. *tit.* 6. §. 1. *ibi segundo a distancia dos lugares, & lib.* 5. *tit.* 126. *in princip. ibi, sendo porem.* Ita vt verisimiliter possit ad notitiā Rei pervenire, quanvis sciatur, & nominetur provintia, in qua absens sit, *Phæbus Aresto* 69. 1. *part.* Vnde si Reus fuerit absens apud Indos in loco incerto, ita ut ignoretur de vita, & morte absentis, citatio prædicto modo per edicta fit, & datur illi Curator bonorum, & ita decisum fuit à Senatu anno 1613. *teste Phæbo decis.* 42.

13 Et si citandus moretur in alio regno sufficit edictum poni in loco vbi jus dicitur secundum, *Bart. vbi supra.* Et si excusator dicat, quod citandus est in tali loco, datur ei tempus, ut Reum certiorem faciat, quo elapso habebitur pro citato. Cæterum citatio per Edicta cessat si constiterit Reum esse in loco certo ita jadicavit Senatus in causa *Sylvestre Gomez, cum Antonio Cotrim anno* 1637. *Scriba Ioann. Correa.*

Hanc praxim ad citandum per edicta posuit *Bar. ubi supra, & novissimè Borrellus in summa decision. titul.* 44. *de citatione, à num.* 77. *Gama decis.* 237. *Cabed* 1. *part. Aresto* 58. *Cardos. in praxi judicum verb. citatio num.* 28. *Barb. in l. ad peremtorium, num.* 99. *ff. de judit.*

14 Et similiter si Reum sit in loco non tuto, nec securo, ut quia si Bellum inimicorum, vel pestis, citatio fiet per edictum prout *ex Menoch. tradit Farinaceus in praxi crim. quæst.* 18. *num.* 43. *Phæbus,* 1. *tom. Aresto* 131. *Masc. de prob. concl.* 17.

Item latitans, vel taliter se occultans, ne citatio ad illius notitiam perveniat, eodem modo citatio fiet, *Camill. Berrel. ubi supra, num.* 44. *de citatione nu.* 90.

Notabis etiam, quod semel citatus per edicta licet post hujusmodi citationem constiterit Reum esse in loco certo, non debet amplius citari si à principio non constabat, *ut per Dominum D. in leg. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, ff. nov. oper: nuntiat. Tyraq. in l. boves, §. hoc sermone, ff: de verbor. signific. limit.* 28. *num.* 4. *&* 5. Igitur habita sententia ex præd. citatione per edicta dubium non est eam exequi posse in bonis rei absentis, *glos. in Ordin. lib.* 1. *titul.* 89. *numer.* 6. *Cabed. decision.* 197. 1. *part.* 15

Curator autem in hoc casu dandus est à judice illius litis causæ, non autem à judice orphanorum, & hæc est praxis quanvis aliud videatur *ex Ordin. lib.* 1. *tit.* 89. *vbi glos. hoc ita declarat, num.* 9. *&* 10. 16

§. 4. *De citatione ex l. diffamari C. de ingenuis, & manumissis.*

QVanvis in hoc regno citatio fieri non possit ex l. diffamari, nisi tantum in materia status libertatis de qua solum præd. lex loquitur *in lib.* 3. *tit.* 11. §. *fin. Vallasc. cons.* 184. *num.* 3 Dubitatum fuit an si aliquis alium diffamasset, quod esset Neophyta, aut Sarracenus, quia illa opinio, & diffamatio multum præjudicat statui, poterit diffamatus obligare diffamantem, ut agat, aliàs ei silentium imponatur ex ijs, quæ tradit *Cæsar contardus in repetitione præd. legis diffamari. notat Garcia de nobilit. glos.* 47. *numer.* 9. *cum sequentibus.* 17

Sicut etiam si aliquis diffamet de filiatione pro ratione alimentorum poterit agi ex remedio dictæ legis diffamari, *Cab.* 18

1. *part.*

1.*part. decis.* 43. & pro maioratu sæpitsime practicari vidi Castellæ, *vt per Flores in addit ad Gamam decis.* 6. *num.* 6. *Vallasc. vbi supra num.* 13 *Gam. decis.* 202. *num.* 3. Sed prius debet constare summario de diffamatione, *Alexand. trintacinq; resolut. cap.* 1. *num.* 3. *Bertolam. Blacer. in repetitione illius legis cap.* 1.

19 Et judex diffamari, quia pro reo in hoc reputatur, erit competens *Cacheran. decis. Pedamont.* 151. *num.* 3. *Cavall. Frazinus decis.* 17. *num.* 14. *part.* 1. *Muscatel. respons.* 21. *num.* 248. *vol.* 1. *Ludov. Scarder de fœudis*, 2. *part. novæ part. principal sect*, 13. *num.* 112. *Fulvius Patran. de probat. c.* 56. *num.* 24. *Marcel. calæ, de modo articulandi, glos.* 1. §. 1. *num.* 113. *Vallasc. vbi supra num.* 6. *Barbos. in l. si quis postea quã à nu.* 68. *ff. de judicijs glosator in dicto Ord. lib.* 3. *tit.* 11. *nu.* 5.

20 Similiter etiam fidejussor ante solutionem potest agere contra principalem ad liberationem si diu in fidejussoria obligatione persistit, *l. Lucius, ff. mandati*, & alios casus adjunget *gl. in Ord. lib.* 4. *tit.* 59. *num.* 10. *cum sequentibus.*

SUMMARIUM.

1 *Libellus quomodo olim concipiabatur.*

2 *Libellus debet esse clarus, & certus, & in eo petatur res certa.*

3 *Libellus alternativus, vt incertus impediri potest.*

4 *Minor, quando in libello potest petere alternativè, clausula illa omni meliori modo declaratur.*

5 *Libellus, quando possit emendari, vel mutari, aut addi.*

6 *Libello si addatur nova qualitas, aut nova persona, quando idem, vel novus libellus dicatur.*

7 *Clausula illa, si, & in quantum, quid operetur.*

8 *Iudex si omiserit condemnationem expensarũ non videtur victum ab illis absolvere.*

9 *Iudex appelltionis si omisit facere condemnationem expensarum potest illam facere judex aquo.*

Ibid. Condemnatus in expensis, si non habet vnde solvat, luet in corpore.

10 *Iudex appellationis condẽnando victum in expensis, videtur etiam condẽnare in expensis primæ instantiæ.*

Ibid. Iudex si expresse absolvat victum ab expensis, victor potest appellare.

Ibid. Fidejussio, quam dedit Clericus pro expensis in prima instantia non extenditur ad expensas factas in 2. instãtia.

11 *Fidejussor recusari potest si non possidet immobilia.*

Ibid. Pars condẽnata in expensis retardatis propter moram litis, eas non recuperat licet victor postea existat, nec interim dum eas non solvit, audire debet.

12 *Lex quãdo dicit ut pars non audiatur, intelligitur parte altera oppenente.*

Ibid. Si judex non condemnat in retardatis, potest pars supplicare per petitionem gravaminis de ordinatione non servata.

Ibid. Pars condemnata in retardatis nec potest appellare, nec supplicare.

13 *Tutor si nomine pupilli calumniosam actionem instituerit, ipse condemnatur in expensis, & non pupillus, vt de suo solvat.*

CAP. II. *De Libello.*

Olim articuli libellorum, sivè in agendo, sivè in excipiendo, & quicumque alij fieri solebãt hoc vocabulo (*intende provar*) vt tradit *Bal. in l. Sancimus, C. de infãtibus expositis.* hodie solum dicitur (*provarà*) in primis libellus debet esse clarus, ut post *Gail. & alios notat Borrel. in summa decis. tit.* 49. *de libello, num.* 65. 1

Et certus, vt in eo petatur res certa, *Peres in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 535. 2

 Car-

Cardosus in praxi judicum, verb. libellus, num: 19. Nisi in petitione fructuum, & in petitione hæreditatis, *ut per Ioann. Berber. vitiatorio juris 4. part. titul. de judic. num.* 157. Unde cum libellus alternativus sit in certus, *l. prætor edixit, §. quod autẽ, ff. de injurijs*, potest impediri à parte, ut
3 non procedat, nec admittatur, idque per requisitionem in voce in audientia, non alio modo. Nisi libellus sit in actione *ex l. 2. C. de rescindend.* vel in actione hypo-
4 thecaria, in quibus alternativè petit, vel quando minor petit recisionem super aliquo contractu; nam petit alternativè, ut contractus annulletur, aut si validus sit rescindatur, ut de jis omnibus tradit *Camillus Borrellus in summa decision. tit.* 49. *de libello, num.* 94. *& num.* 83. *& nu.* 82. Libellus autem obscurus, & incertus ex facto, & patientia adversarij procedit, *Brunor à sole in locis communibus, verb. libellus* 3.

Item clausula illa (*omni meliori modo*) quæ ponitur in libello importat idem, quod pleno jure, & sine diminutione, *Ruyn. cons.* 47. *num.* 20. *lib.* 2. *Vivianus in praxi juris patronatus lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 337. Et operatur, ut melior via censeatur electa *Ioseph. Ludov. perusin. decis.* 117. *ex nu.* 4. *Ceraphin. de privileg. juram. privil.* 98. *numer.* 3. Et per hanc clausulam in casu dubio libellus interpretatur prout est favorabilior actio *Scacia de judicijs libr.* 1. *cap.* 507. *nu.* 17. & multa de hac clausula dicit *Marta de clausulis part.* 3. *clausula* 56. *& latius Barbosa tract. de clausulis usu frequentioribus clausula* 95.

Item si libellus habeat aliquam qualitatem, quæ sit fundamentum intentionis agentis præcise verificari debet sivè de ea constare, *l. non solum. § sed ut probari, ff. nov. oper. nuntiat. Gom.* 3. *tom. var. cap.* 11 *num.* 4. *Fulutus patran. cons.* 33. *num.* 8. *&* 10. *Castillo de tertijs capit.* 13. *num.* 2. *&* 13. *Phæbus Arest.* 83. *tom.* 1

(:/:)

APPENDIX.

De addictione ad libellum.

Post oblatum libellum solet aliquando actor petere licentiam addendi, 5
vel mutandi, aut detrahendi, vel etiam emendandi, quæ si res est integra non denegatur, *Barbosa id l. non potest videri* 30. *cum sequentibus ff. de judicijs*, nam libellus potest emendari, vel mutari, vel corrigi sicut placet, usque ad litis contestationem, *glos. verb. significantibus, vers. item nota in cap.* 2. *de libelli oblatione*, ut resolvuũt ex novioribus *Reusnerius decis.* 18: *num.* 26. *lib.* 3. *Muscatell. in sua praxi civili Regni Neapolitani part* 1. *glos. petitur, num.* 50. *Camill. Borrellus in summa decis. titul.* 49. *de libello à num.* 95. Et ita judicatum fuisse in Senatu Portucalensi *asserit glos. in ordinat. libr.* 3. *titul.* 20. *§.* 1. *in fin.*

In quo advertes, quod si libello edito 6
in judicio addatur nova qualitas extrinseca, non dicetur novus libellus, sed idem, si autem aliquid mutetur circa substantialia, is non dicetur idem libellus, sed novus, *l. jus civile, vbi Bart. in fin. ff. de just. & jure*, & est recepta sententia, ut *per Ias. in l. edita, nu.* 21. *& ibi Ripa num.* 41. *C. de edendo, Aymon. cons.* 223. *nu.* 1. *Aloys Ricci, in praxi Ecclesiastica Neapolit. decis.* 344 *n.* 1. *Cabed.* 2. *part. decis.* 25. *nu.* 10.

Unde si in libello addatur nova persona, dicetur novus libellus, quia persona respicit substantiam dispositionis, ita *Angel. in l. scire debemus, num.* 21. *& ibi Immol. num.* 2. *Alex. num.* 7. *ff. de verborum obligat.* Cæterum post litem contestatam statim, & in continenti libellus emendari potest, ita *Alex. in l. edita, nu.* 13. *de edendo, & ibi Iass. num.* 13. *Menoch. de arbitr. casu* 176. *numer.* 30.

Libellus igitur admittitur in audientia, 7
si, & in quantum, quod alibi dicitur, salvo jure impertinentium, & non admittendo-

rum,

rum, quæ clausula operatur admissionem non esse in consideratione, ubi articuli impertinentes reperiantur *Masc. conclusione* 232. *vbi remissive*, quando dicantur impertinentes, & quando censeantur pertinentes *conclus.* 130. *numer.* 7. igitur per hanc clausulā non intelligitur admissum, quod in effectu non debuit admitti *Soc. cōs.* 48. *num.* 61. *volum.* 4. *Barbosa in tractatu de clausulis usu frequētioribus clausula* 149. *num.* 4.

APPENDIX.

De Clausula illa cum expensis.

8 EX sententia gravaminis, in qua omissa fuit condemnatio expensarum Senatus censuit victum eas solvere debere in lite Cecinandi Cabral, cum Enrique Vaas de Beja, scriba Luis de França. Nam judex omittens condemnationem expensarum non videtur victum ab illis absolvere, ut per *Azeved. l.* 1. *num.* 22. *tit.* 21. *lib.* 4. *nov. recopil l.* & ita observari in Regno Sciciliæ scilicèt expensas deberi quanvis judex de illis nullam mentionem fecerit testatur *Castillo decis.* 89. *quicquid Bala. & alij quos refert Azinius in praxi* §. 32. *limit.* 22. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2 *quæst.* 89.

9 Imò si judex appellationis omisit facere condemnationem expensarum potest judex à quo illam facere *Covar. pract. cap.* 25. *num.* 6. *od med. Guid. pap. decis.* 416. *numer.* 62. *Rolandus, qui id optime Resolvit cons.* 62. *volum.* 4. & ita, fuisse judicatum, & obtinuisse asserit *glos. in Ord. lib.* 3. *tit.* 67. *in princip. num.* 4. Et quando quis condemnator in expensis propter præsumptionem calumniæ si non habet in bonis, luet in corpore, *Ordin. ubi sup.* §. 1. *Barbos. in l. eum qui temere, num.* 49. *ff. de ju-*

10 *dic.* Et judex appellationis condemnando appellantem victum in expensis, præsumitur condemnasse etiam in expensis primæ instantiæ, *ex Menoch. lib.* 2. *de præsumpt. quæst.* 88. *Ioan. de Castell. decis.* 56. *novissima Aloys Ricci in collectā.* 5. *part. collectan.* 1518. *in fin.*

Item si judex expresse absolvat Reum victum a condemnatione expensarum, potest victor appellare, secundum *Stephan. Gratian: decis.* 50. *Barb. in l. eum qui temere, num.* 180. *Gama decis.* 65. *num.* 1. Quanvis quantitas illarum sub sit jurisdicti judicis, *Cabed. Arest.* 78. 1. *parn.*

Item fidejussio, quā dedit Actor clericus, vel exterus pro expensis in prima instantia, non extenditur ad expensas factas secunda instantia, *ex Bar. per text. ibi in l. cum apud semproniū ff. judicat. solu. Gratian. discept. forens cap.* 348. *num.* 1. *Farinaceus in praxi crimin. quæst.* 34. *nu.* 111. Fidejussor autem recusari potest si non possidet immobilia, *Muscatell. glos. expēsis num.* 48. *in sua practica.* 11

Et judex qui non accepit fidejussorem idoneum, teneatur parti ad interesse *Farinaceus vbi supra, quæst.* 111. *num.* 158. 12

Item pars, quæ fecit moram in lite, condemnatur in expensis retardatis, *Ordin lib.* 3. *tit.* 20. §. 37. *l. non ignorat.* 4. *C. de fructibus, & litium expensis, cap. finem litibus de dolo, & contumatia, Gayl. cent.* 1. *obserut.* 151. *numer.* 15. *Minsing. cent.* 1. *observat.* 45. *Aym. Graveta, cons.* 1. *num.* 380. Quas pars condemnata numquam repetit, quanvis in causa principali victor existat, *Bellacomba, tom.* 2. *commun opin. lib.* 7. *titul.* 13. *num.* 54. *Rebuf.* 3. *tom. ad ll. Galliæ titul. de expensis articul.* 5 *glos. unica num.* 57. Nec potest interim audiri dum eas non solvat, & proceditur deinceps in ejus contumatia eo non audito, sed id intelligitur parte altera opponente, quia quando lex dicit, ut pars non audiatur id ita intelligi debet secundum *Bar. in* 13 *l. cum lex, num.* 9. *ff. de fidejussor. Gutierr. practicarū, lib.* 1. *quæst.* 96. *num.* 11. *Brunor à sole in locis cōmun. verb. fidejussio, Surd. decis.* 57. Et si judex non condemnaverit in retardatis potest pars appellare per petitionem gravaminis de Ordin. non

servata, *Gutierr. practicarũ, libr. 1. quæst. 69. num. 11. Brunor à sole in locis cõmunib. verb. fidejussio Surd. decis. 57.* Et si judex non condemnaverit in retardatis potest pars appellare per petitionem gravaminis de Ordin. non servata, *Gutierr. 78. Barbos. in l. eum qui temere, num. 181. cum sequentibus, ff. de. judic. Gratian. decis. 50.* Pars autem condemnata, nec appellare, nec supplicare potest, *Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 28.*

Item dies consuetudinis, de quibus *in Ordin. lib. 1. titul. 90. §. 12.* ita demũ vincuntur à parte si constiterit per acta processus, quod personaliter comparaverit *Doctor à Costa Domo supplicationis annot. 13. ex num. 21.* Notabis autem quod si tutor nomine pupilli calũniosam actionem instituerit, vel supervacaneam, ipse tutor, & non pupillus, vel adolescens in expensis condemnari debet, ut de suo solvat, *l. non est ignotum 6. de administr. tutor. dixi in prima parte cap. 21. num. 28. Federicus Hyltropius de processu judiciario, & part. titul. 18. num. 40.*

Item error calculi super expensis deprehendi potest *ex Ordin. lib. 1. tit. 92.*

Item victus soluit expensas advocati, & notarij, qui gratis scripserunt *Scacin. de sententia, & re judic. lib. 1. cap. 1. glos. 15. numer. 27.*

SUMMARIUM.

1 *Exceptio dilatoria ante litis cõtestationem opponenda est, & ibi ampliationes, & viginti limitatione remissivè.*

2 *Si pars protestatur se non consentire in judicem post litem contestatam potest suspitionem intentare, & idem si sciens suum procuratorem responaisse.*

3 *Praxis suspitionis intentatæ. Et de causa suspitionis frivola.*

4 *Iudex, qui cognoscit de suspitione potest in ea procedere licet recusetur.*

Ibid. Reconventus non potest recusare, nec ille, qui fecit injuriam judici.

5 *In exceptione declinatoria aggravatur in actu, etiamsi dicatur contractum esse nullum, in qua fuit facta fori renuntiatio.*

6 *Exceptio non potest opponi contra cessionarium.*

7 *Quibus casibus non admittitur declinatoria.*

Ibid. Qui se obligavit cum hypotheca reddere rationes tali loco non potest declinare.

Ibid. Vidua non potest declinare judicem executionis, nec hæres, nec particularis successor.

8 *Contumatia causæ dividi non debet.*

9 *Exceptio falsitatis, tam in persona partis, quam in persona testium, facit supersedere in causa principali.*

10 *Si judex habet potestatem cognoscẽdi in utroque, tam de causa civili, quam criminali, si quæstio incidat criminalis, coram eo agitari potest.*

11 *Clericus si fuerit deprehensus de falso coram judice sæculari, ad Ecclesiasticum remitti debet.*

12 *Si incidat quæstio de usura coram sæculari, causa remittenda est ad Episcopum.*

Ibid. In causa alimentorum, vel filiationis, si incidat quæstio de validitate matrimonij ad Ecclesiasticum remittenda est.

13 *Quando Iudex reservat parti suam justitiam, cujus sit effectus ista reservatio.*

14 *Materia vetus non dicitur, quæ fuit allegata, sed non fuit disputata.*

15 *Impedimenta quomodo probari debeant.*

Ibid. Impedimenta calumniosa non debent admitti.

16 *Si aliquid novum addatur materiæ veteri est admittendum.*

Ibid. Conjux admittitur ad probandum idem super ijsdem articulis.

17 *Libellus obscurus interpretari debet in*

in eam partem, quæ magis est utilis libellanti.

CAP III. *De exceptionibus.*

EXceptiones dilatoriæ omnes opponendæ sunt ante litis contestationẽ, idest, ante quam Reus directo respondeat libello Actoris, *text. in cap. inter monasterium de re judic. l. fin. C. de except. l. exception. C. de probat. Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 9. & titul. 49. §. 2. & 3. eodem lib. Rebuf. tractatu de exception. numer.* 9. Quam tamen regulam limitabis *ex text. in cap. pastoralis de exception.* & eam cum septem ampliat, & viginti limitationibus ponit *Assimus in praxi, §. 13. capit. 2. & Dueñas regul.* 263.

§. 1. *De Suspitione judicum*

SI pars compareat postea coram judice, & prosequatur litem non potest recusare, quia in eum videtur consentire, *argument. cap. gratum de officio de legati. Ordin. lib. 3. tit. 21. in principio, resolvit Amator Rodericus in pract. cap.* 10. *num.* 69. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 100. *num. 27. ubi, num.* 28. Limitat si fuit facta protestatio de non consentiendo; idem si pars sciens suum curatorem respondisse, & non contradicit, quia redditur validum quicquid gestum fuerit, *Palat. in repet. rubricæ §.* 68. *num.* 25.

3 Item praxis est, ut quoties pars dixerit judicem esse sibi suspectum, statim verbaliter declarare debet causam suspitionis, alias judex potest procedere in causa non obstante præd. suspitione, *Cardosus in praxi judicum, verb. recusatio num.* 4 *Amator Rodericus in pract. de modo, & forma videndi process. cap.* 10. *nu.* 45. *P. Molina de just. & jur. tom. 6. disputat.* 23. *nu.* 20. *Ozascius Pedemont. decis.* 84. *num.* 6. Similiter si causa sit manifeste frivola judex procedet non obstante suspitione, tradit *Panor. in cap. cum speciali de appel. in fin. Donatus a fin. tom.* 1. *cõmun. lib.* 3. *titul.* 11. *num.* 263. *pag.* 370. Et idem si notorie sit falsa, *Farinac. in praxi crimin. quæst.* 21. *num.* 129. *Acucius in l.* 1. *numer.* 21. *ff. de cond. & dem.* Cæterum judex qui cognoscit de suspitione potest in ea procedere, licet recusetur à partibus, *Phæbus Aresto* 81.

Item reconventus non potest in causa reconventionis judicem recusare *glos. & ibi Bal. in auth. & consequentur de sent. & interlocut. omn. jud.* Nec si suspitio procedat ex injuria illata judici ab ipso recusante, *Ordinat. lib.* 3. *titul.* 21. *§.* 25. *& 26. quicquid Abb. in cap. ut debitus de appell. in* 6. 4

Item si judex recusatus fuerit absens à civitate, non esse depositionem ejus necessariam, censuit Senatus in lite Iorgei Rodrigues da Costa cum Licenciato Ioanne Iacome scriba Ioan. Coelho.

§. 2. *De Declinatoria fori.*

SI judex pronuntiaverit super declinator fori, pars aggravare debet in actu processus, *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. *§.* 9 *vers. Porem, tradit Vallasc. cons.* 47. *nu.* 5. *lib.* 1. *Cabed. decis.* 48. *num* 21. *part. Gama decis.* 159. *Cabed.* 1. *part. decis.* 156. *Trentacinque, var. lib. 2. titul. de appellat. resolut.* 13. *num.* 9. Quod extendo etiam si dicatur contractum, vel scripturam esse nullam, in qua fuit facta renuntiatio fori, nam adhuc contractus constituit forum, *Bal. in l. 2. col. 6. C. si contra jus, vel utilia pub. Gregor. in l. 32. titul. 2. part. 3. verbo en aguella tierra.* 5

6 Item licet Reus possit uti declinatoria contra cedentem, non tamen contra cessionarium, cum exceptio sit personalis, & cohæreat personæ, & non opperatur contra cessionarium, cum sit alia persona, *Bal. in l. si quis in rem, ff. de procurat.*

7 Item si quis se obligavit cum hypotheca

ca reddere rationem in hac civitate, etiam si moretur in alio Regno, non potest declinare, *vt per glos. in auth. ut omnes obediant, § hoc considerantes, verbo, hypotheca collat. 5. Greg. in li 32. verbo en aquella tierra, titul. 2. part. 3.*

Item in executione ex sententia non admittitur declinatoria, etiam ex privilegio viduæ, *l. cum quædam puella, ff. de jurisdictione omn. judic. Seraphino. de privileg. juram. privil. 7. nu 5. Cabed. 1. part. decis. 210. nu 1. vide infra cap. 21.*

Nec item hæres ejus, qui si viveret cõveniri poterat in hoc loco, etiam si moretur in alio Regno, vel ratione contractus, vel ratione administrationis poterit declinare, *Ordin. lib. 3. titul. 11. §. 2. & 3.* Et quod dicitur de hærede intelligo etiam de particulari successore, nam, & is hæres reputatur *vt dixi in lib. 3. cap. 21. num. 3. & numer. 9. facit. text. in cap. dilecti de foro compet.*

8 Cæterum in competentia ex quatuor dici potest, scilicet, ex loco, ex persona litigantis, ex tempore, ex genere causarum. Ex loco ut puta si judex vellet judicare extra territorium. Ex persona litigantis, si sit privilegiatus; & habeat proprium judicem. Ex tempore, si esset suspensus, aut penitus esset finita ejus jurisdictio; Ex genere causarum, vt puta si judex criminalis vellet judicare de causa civili, vel è converso, in ijs autem, quæ reddunt judicem incompetentem me remitto ad Bantium, *in rubrica de nullitat. ex deffectu jurisdictionis, num. 34. & 47. cum sequentibus.*

§. 3. *De Exceptione litis pendentiæ.*

9 Exceptio ista non solum procedit inter judices inæquales, sed etiam inter æquales, *Afflict. decis. 354. num. 1.* & eam debet Reus allegare coram eodem judice, *l. si quis ex aliena de judic.* Sed ante primum judicem potest illa allegari, vt faciat acta ad se remitti alterius judicis propter præventionem jurisdictionis, *vt in l. vbi cæptum, ff. de judic. l. si quis postea ff. eodem, capit. pen. de foro compet. l. cum quædam, & ibi Dec. ff. de jurisdict. omn. jud.* Nam, & continentia causæ dividi non debet, *l. nulli C. de judic. l. 1. ff. quibus rebus ad eundem Iudic. eatur.* Nam licèt plures sint hæredes unius debitoris, vel etiã unius creditoris, & per consequens plures sint actiones, ex eo tamen quia competunt ad idem, debent tractari coram eodẽ unoque judice ex eadem ratione, & idem fit in pluribus tutoribus unius pupilli, *l. omnes, C. arbitr. tutellæ, l. si quis ex argẽtarijs, §. 1. ff. de edendo, l. 2. ff. quibus rebus ad eundem judic.* Et idem erit dicendum si quis contra plures socios in dominio velit proclamare ad libertatem, cum enim eadẽ sit causa idem judex futurus est *l. si pariter, ff. de lib. caus.* 10

Sed non admittitur exceptio litis pendentiæ, si instantia primi judicij esset jam extincta, & perempta ex lapsu unius anni, *Cabed. Arest. 7. 1. part.*

APPENDIX.

De Advocatoria.

Advocatoria, aut conceditur à Principe ut *in Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 10.* aut ab alio superiori per precatoriam, ut est conservator in ijs rebus, & personis, quæ ex lege, vel privilegio, aut consuetudine ad ejus jurisdictionem pertinent, vel à Præside Provintiæ, *vt in Ord. lib. 1. titul. 58. §. 22. vers. salvo,* vel à Præside Curiali ad judices civitatis, *lib. 1. titul. 7. §. 31.* aut à judice Coronæ, vel Chancellariæ in ijs, quæ ad eos pertinent, ut judex incompetens desistat, & acta remittat. Nam per advocatoriam suspenditur jurisdictio inferioris, & ligantur ejus manus, ut ad ulteriora non procedat, aliàs omnia ab eo gesta erunt nulla, *Lancelot. de attentat. 2. part. cap. 10. num. 4. in fin. Gayl.* 11

Gayl. obser v. 41. *num.* 2. *in pract. Covarruv. pract. cap.* 9. *num.* 6. *Hyltropius*, *de process. judiciar. part.* 3. *tit.* 9. *de advocat. num.* 8. Sed si causa sit jam decisa non poterit ejus executio suspendi *Hyltropius vbi supra tit.* 30. *num.* 11.

Item ista advocatoria solum operatur effectum, quo ad partes litigantes, non vero quoad tertium, *Lancelot. vbi supra numer.* 15. *Borrellus. in summa decis. tom.* 2. *tit.* 29. *de causarũ advocatione, num.* 35.

12 Item si impetrans nolit uti promissione advocatoria, judex ordinarius poterit ultra procedere, *Covar. ubi supra nu.* 7. *Borrellus vbi supra, num.* 38. *cum sequẽtibus*, etiam si ipse advocationis notitiam habeat, *Milanensis decis. Ceciliæ* 4. *numer* 11. *lib.* 1. *quod dicit Magon. procedere reintegra decis. Florentina* 90. *quem refert Borrellus, vbi supra.*

13 Item advocatio causæ facta post conclusum in causa non valet, & cognitio nulla, *Roman. cons.* 176. *quem refert. Tuschus tom.* 1. *littera A. conclus.* 561. *num.* 5. Et illa irritatur si falsa causa in petitione allegetur, vel si de litis pendentia non fiat mentio *Rebuf. ad ll. Galliæ tom.* 1. *tit. de evocationibus*, *quæst.* 10. *num.* 86. vel quia causa jam erat affecta manu regia, *Phœbus decis.* 80. *& Arest.* 163. 1. *part.* Nam in causa commissa à Principe, nemo alius se intromittere potest, *l. fin. C. de Relation. Franciscus Niculaus allegat.* 1. *ex num.* 3. *Sesse. decis.* 77. *num.* 25. *lib.* 1. *Cabed. decis.* 85. *num.* 4. *tom.* 2. *Vallasc. consult.* 105. *num.* 63.

§. 4. *De Exceptionibus incidentibus, vel emergentibus, & præjudicialibus.*

14 Regulariter si in judicio sæculari causarum civilium incidat, vel emergat quæstio falsitatis tam in persona partis, quam in persona testium, debet supersederi in causa principali, *ex Bal. in l.* 1. *C. qui accusare non possunt Clarus lib.* 5. *§. fin. quæst.* 2. *num.* 4. *Menoch. cons.* 301. *nu.* 29. *Farinaceus in praxi criminali, quæst.* 100. *num.* 66. *cum sequentibus Stephanus Gratian. discept. forens. cap.* 394. *num.* 29. *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. *§.* 33. Et causa remittenda est ad judicem causarum crimin. & non impeditur cursus causæ, sed quando super causa principali ferenda est sententia adjungitur processus falsitatis, qui fulminatus fuit in actu separato coram judice criminali, in quocumque statu quo fuerit, ut causa principalis cum illo terminetur, *Phœbus Arest.* 121. 2. *part.* Si vero judex habet potestatem cognoscendi de utroque, tam de causa civili, quam criminali, tunc si coram eo incidat, vel emergat quæstio criminalis, ipse judex eam terminare debet *argument. text. in l. nullum. C. de testibus, l.* 3. *C. de judic. l.* 1. *ff. de conclus.* & sic est intelligendus *text. in l. pen. C. de Ordin. judic.* Nam ratione delicti, quis sortitur forum, *l.* 1. *C. ubi de crim. agi oporteat, explicat. Covar. pract. cap.* 18. *nu.* 8. *Hypol. in l.* 1. *§. præterea num.* 17. *de falsis* & hanc esse communem practicam testantur, *Bar. & alij, quos refert Farinaceus de testibus quæst.* 67. *num.* 27. *cum sequentibus Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 91.

Vnde in Clerico qui fuerit deprehensus de falso coram judice sæculari, capi, & remitti debet ad Ecclesiasticum *ut in cap. vt famæ de sententia excõmunicat. Ord. lib.* 5. *titul.* 117. *§.* 25. Nec potest puniri à sæculari, ut resolvit cum pluribus, quos refert, *Petrus Caballus resolut. criminal. casu* 261. *num.* 4. Et similiter si incidat quæstio de usura, fit remissio ad Episcopum, *Bar. in l. quoties, C. de judic.* eo quod crimen usurarum sit Ecclesiasticum, *glos. in cap. cum sit generale de for. compet. Rodolfinus in tractatu de usuris, quæst.* 114. & idem dicendum est, si in causa alimentorum, & filiationis emergat, quando de validitate matrimonij, tunc illa quæstio remittenda est ad Ecclesiasticum, *tradit Barbos. in l. titia ff. solut. matrim. & dixi supra lib.* 2. *de casibus mixti fori.* 15

Et

16 Et converso judex criminalis potest incidenter cognoscere de causa civili,& condemnare delinquentem non solum ad pœnam fisco solvendam, sed ad restituendam rem,vel ad sarcienda damna parti. Sed dubium est an hoc etiam procedat, quando delinquens non condemnatur pœna ordinaria delicti, sed alia mitiori extraordinaria, quam quæstionē excitavit *Franch. decis*. 460.*num*. 9. 3.*part*. Et nihil resolvit, *Caballus vero variar. resol. casu* 82. *num*. 15. videtur tenere, quod non possit condemnari ad interesse, nisi sit legitime convictus de delicto.

§. 5. *De Impedimentis in genere.*

17 DUbium est an impedimenta posita post diem à lege præstitum in §.16. de reformatione *da justiça*, sint rejicienda, & praxis est quod non, quia pœna dirigitur adversus advocatum, nullitas autem clientulum respicit, ideo actus non manet nullus, *ex Bar. in l. prætor ait. ff. nov. oper.* & multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, *l. patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui.*

18 Item aliquando judex super istis impedimentis objectis in causa summaria, si illa requirant altiorem indaginem reservat parti suam justitiam procedendo ad ulteriora, qualia sunt illæ de quibus, *Bar. in l. si is à quo ff. vt in possessionem legat.* & summariæ causæ sunt illæ de quibus idem *Bar. in extravag. ad reprimendum verb. summarie* 1. *colum. Bal. in l.* 3. §. *ibidem, ff. ad exhibend. & in l.* 2 *C. de edict. diu Eadem Toll.* Et tunc illa reservatio est tantæ importantiæ,ut si appareat impedimenta esse vera, & juridica, & quod vere obstabant processus redditur usque ad eo nullus, ut quicquid est postea factum habeatur pro infecto *glos. est singul. in capit. cum contingat, & ibi Butrio extra de officio delegati*, & in terminis dixit eleganter *Bal. quem sequitur Iass. in* §. *præterea Inst. de act.* Et quoties judex suspicatur impedimenta esse calumniosa, non debet ea recipere, ut est *doctrina Innocentij in capit. post electionem de concess. præbendæ, num.* 4. *Bal. in peremptorias, num.* 31. *C. sententiam recindi non poss. & est text. in l. satis aperte, C. ad legem Cornel. de falsis*, ne repetita lite, alterius fiat exordium *l. si quis C. de reb. credit.* & ne in infinitum causa protrahatur, *l. ult. in fin. C. de fid instrument.* nec enim convenit ut ex jam decisis lites novæ admittantur, *Valensuela Valasques cons.* 72. *num.* 34.

Et si impedimenta fuerint recepta plena probari debent, *l. in exceptionibus*, §. 1. *ff. de probat*, *l. Creditor C. de pignorat. actione*. Aliquando sufficiet minor probatio, veluti in causa favorabili, vel quando impedimenta sunt de purganda fama, vel quando sunt objecta adversus publicationem testium, quia solo juramento partis admittuntur, *ex text. in cap. ultra tertiam de testibus*, vel quando impedimenta sunt notoria de bello, peste, exercitu hostium, & alijs hujusmodi de quibus *Masc. concl.* 1281. *ex numer.* 11. Nam tunc cum aliqua certitudine probari dicuntur. 19

APPENDIX.

Quæ impedimenta ex materia veteri admitti, & recipi debeant.

ILla omnia, quæ licèt allegata sint, non fuerint disputata, rursus allegari, possunt, *l. si autem*, §. *fin ff. de negot. gestis, l. quod in diem*, §. 1. *ff. de compensat. Barb. in l. Maritum ex num.* 99. *ff. solut. matrimonio, & in leg. divortio.* §. *final.* 2. *part. num.* 55. *cum sequentibus, ff. eodem.* 20

Item illa quibus veteribus aliquid novum addatur, *l. duobus ibi, & nihil aliud novum, ff. de exceptione rei judic. Garcia de nobil. glos.* 46. *nu.* 6. *Gratianus discept. forens. cap.* 158.

Item illa quibus conjux admittitur ad probandum idem super eadem materia, quam maritus allegavit, & fuit in illis victus,

ctus, potest ejus fidejussor, vel creditor i terum illa allegare, vel de illis excipere, & recipi debent, vt est *text. notabilis. in l. si*
21 *cui, C. de nun num pecuniæ.*

Item licet impedimenta non fuissent admissa non prohibetur pars de materia illarum articulare per viam actionis, *Bar. in l. 1 vers nunc videndum. C. quando prouoc non est necesse num* 12. *Bantius in titul. quot modis, numer.* 38. Quod intellige quando judex rejecit: quia non probata, secus si fuissent rejecta, quia non vera *Castro in l qui Romæ. §. duo fratres, colu.* 4 *ff. de verb. Anton. Gabriel. communium lib* 2. *tit. de except. concl.* 2. *nu.* 13. *Magon. Rotta Florentina, decis.* 104. *num.* 24. Et rejecta exceptio si non appelletur præjudicat, nec amplius opponi potest, *Bursatus, cons.* 74. *num.* 112. *Carrosius de remedijs contra præjudiciales sententias, except* 47. *num.* 9.

§. 6 *De Declaratione facienda ab Actore.*

22 SOlet etiam Reus petere declarationem, antequam Reus veniat cum sua contraria responsione, quæ interrogatio fieri debet per Cottam, vel in voce, vt alij melius practicarunt propter *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. §. 40. quæ requisitio admittenda est, nam si libellus est obscurus interpretari debet, *Dec. in cap. consuluit.* 0 2. *num.* 5. *de appellat. Syluan. cons.* 105 *nu.* 2 & 3. *Cotta in memorabil. verb. libellus pagin.* 537. *Fr. Ludouicus Mirāda de Ordin. judiciali quæst.* 19.

SVMMARIVM.

1 *EXceptio peremptoria quando allegari debeat.*

Ibid. Exceptio peremptoria de nouo superueniens etiam post sententiam admittitur.

2 *Sententia, & res judicata, quando alijs noceat, vel prosit.*

Ibid. Exceptio rei judicatæ non obstat si noua causa superueniat.

3 *Veniens contra transactionem non auditur nisi restituto pretio, quod accepit.*

4 *Transactio non potest rescindi propter causam de præterito, vel de nouo superueniente.*

Ibid. Opposita transactione impeditur processus, & ingressus litis.

5 *Transactio habet vim sententiæ.*

Ibid. Ex transactione omnia ad litem pertinentia remanent euacuata, & non solum instrumenta præterita, sed & de nouo reperta.

6. *Transactio facta à possessore maioratus, quando noceat sequentibus vocatis ad successionem.*

Ibid. Transactio, quando dicatur vtilis etiam sequentibus.

7. & 8. *Transactio per Principem, vel per sententiam confirmata nocet omnibus sequentibus in successione.*

9 *In dubio judicandum est transactionem valere, & non esse rescindendam.*

10. & 11. *In præscriptione* 30. *annorum, quando sit necessaria tituli probatio.*

12 *Quæ articulanda sint in præscriptione*

Ibid Quælibet præsumitur esse præsens in suo domicilio, vbi agitur.

13. & 14. *Ex quibus contrariare posit actor contra præscriptionem.*

15 *Quomodo articulari debeat in præscribenda seruitute.*

Ibid. Qui vult probare quasi possessionem dignitatis, officij, quæ articulare debeat.

16 *In præscriptione rei incorporalis bona fides articulari debet.*

17 *In præscriptione seruitutis scientia aduersarij articulari debet, quæ habetur loco possessionis.*

18 *In præscribendis juribus spiritualibus, vel spiritualitati annexis requiritur spatium* 40. *annorum sicut in re Ecclesiastica.*

L *Ibid.*

Ibid. In præscribendo jure vassallagij, vel subjectionis 40. annorum tempus requiritur.

19 *In præscribenda seruitute negatiua idem tempus requiritur.*

Ad præscribendam seruitutem negatiuam necessaria est, quasi possessio, quæ inducitur ex prohibitione, & ex tunc incipit præscriptio.

Ad acquirendam quasi possessionem sufficit vnus actus prohibitionis.

Articulus quomodo fiet ad præscribendam seruitutem negatiuam rerum incorporalium.

CAP. IV. *De Exceptionibus peremptorijs.*

1 EXceptio peremptoria dicitur, quia jus actoris in totum peremit, §. *appellantur Instit. de exception* appellatur etiam litis finitæ, quia finem litibus imponit *Soar. à Pace* 1. *tom.* 1. *part.* 7 *temp.* Quæ opponi potest etiam post litem contestatam, vsque ad sententiam finalem, & non post *l. peremptorias, vbi Bald. C. sententiam rescind. non poss. Cabed. decis.* 210. *libr.* 1. Quanuis speculator nouem casus enumeret, in quibus exceptio peremptoria etiam post sententiam in executione opponi potest, speculator in quam de exceptioni, §. *dicto num.* 4. *cui suffragatur Ord. lib.* 3. *titul.* 50. *ad fin. & tit.* 87. *vers. saluo eod. lib.* Sed si opponatur ante litem contestatam ejus praxim in procedendo ponit *Ordin lib.* 3. *titul.* 20. § 15. Vt reus eam probet intra decem dies, & si fuerit minor, ciuitas, Ecclesia, Collegium, vel vniuersitas, vel alia similis persona poterit petere restitutionem, *Soarez à Pace, vbi supra*, sunt tres Principales de quibus suo ordine dicam.

(:|:)

§. 1. *De Peremptoria ex sententia, & judicata.*

IN primis noto, quod licet res judicata faciat rem notoriam, *Gama decis.* 110 *num.* 5. *Mascard. conc.* 1296 *à num.* 14. Et habet vim consuetudinis, & legis, *Gama decis.* 174. *num.* 10. & præsumitur juste lata, *Caldas de empt. cap.* 34 *num.* 40. *Ludou. Rodolphin. tom. vnico, num.* 9. In dubio tamen non obstare exceptione rei judicatæ pronuntiandum esse deffendit *Iurba decis* 20. *num.* 16. Item licet habita sententia cum legitimo contradictore, a quo aliorum jus pendet, omnibus præjudicet, vti præter DD. quos in prima parte allegatur, tradit *Jesse decis.* 4. *Aragoniæ Hylrop. de processu judiciario,* 2. *part. tit.* 11. *n.* 51. *Valensuela, cons.* 19. *Ramon cons.* 3. *Iurba decis.* 2. *num.* 15. & ideo sententia lata in causa nobilitatis pro vno fratre prodest alij fratri, *Valensuela, cons.* 92. *nu.* 63. *Jesse vbi supra*, non tamen nocebit sententia lata contra fratrem, vt est *text. in l. ad probationem à* 1. *C. de probat. tenet Garcia de nobilitate, glos.* 6. *numer.* 48. *Otalora de nobilitat. capit.* 8. *numer.* 5. & 6. Et ratio est quia sententia in possessorio non facit jus quoad omnes, quia non est reale, sed personale ejus, qui possedit ex ijs, quæ notat *Alex. in l. sæpe, numer.* 46. *ff de re judic. Garcia supra, vers. imo.* Nec sententia lata in causa summaria præjudicat ordinariæ, *l. si judex* 10. *ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni jur. l. si quis à liberis, §. meminisse junct. §. si vel parens, ff. de liber, agnosc. vbi Lara, num.* 36. *Surd. de aliment titul.* 1. *quæst.* 126.

Nec etiam obest exceptio rei judic. si noua causa superueniat, *l. si is qui hæres ff. de except. rei judic.* vbi si is, qui hæres non erat hæreditatem petierit, & postea factus hæres eandem hæreditatem petat, exceptione rei judicatæ non submonebitur, *Tyraq. de retract. linag.* §. 8. *glos.* 7. *nu.* 4.

§ 2 *De*

§. 2. *De Peremptoria ex transactione.*

3 IN primis, qui venit contra transactionem non auditur, nisi restituto omni illo, quod accepit ratione transactionis, *l. si diuersa, C. de transaction. vt ibi notant Paul. Bal. & Ias. num.* 1. *ad finem Afflict. decis.* 220. *num.* 4. *& alij Relati per Molinam lib.* 4. *de primogen cap.* 9. *num.* 43. *Mieres de Maioratu,* 4. *part. quæst.* 22. *in fin.* Et ita in Rotta fuisse judicatum asserit *decisio Rottæ* 440. *num.* 2. *in* 1. *part. nouissimarum,* & judicauit Senatus in causa Comitis de Alcaudate, in qua causa ego consului, & certissimum est, quod partes non possunt resilire à transactione celebrata, etiam si res sit integra, *l. quamuis C. de trāsact.* Quod odio litium fuisse inductum dicunt DD. ibi, vnde à fortiori recedere non poterunt, quando res non sit integra, vt quia data sit pecunia, & recepta *Angel. cons.* 94. *num.* 3. *Ioan. Bapt. Costa de re integra præludio* 3. *Valensuela cons.* 88. *nu.* 60. Etiam si propter enormissimam læsionē agatur aduersus transactionem, *Valensuela cons.* 38. *n.* 61. *Cabed. decis.* 37. *n.* 4. *part.* 1. *Valla, c. cons.* 85. *n.* 7. *Milanens. decis.* 7. *Ceciliæ ex n.* 11. *lib.* 2.

4 Item est certissimum, quod propter idem odium totum jus tribuit transactioni amplissimas vires, nam lex disponit, quod illa non posset rescindi propter causam de præterito, vel de nouo superuenientem, *l. in summa post princip. ff. de condictione indebiti, l. sub prætextu instrumentis, C. de transact.* & eleganter prosequitur *Aymon. cons.* 717. *nu.* 26 *lib.* 4. Præterea ex transactione adeo efficax exceptio producitur, vt ea opposita impediatur processus, & litis ingressus, *l. fratris, C. de transact. c.* 1. *de litis contest. vbi Abb. in* 6. *l.* 7. *tit.* 16. *part.* 3. *Sylua, cons.* 49. *num.* 49. *Vezinus in tom.* 2. *comm. lib.* 8. *tit.* 20. *n.* 20. *Muscatell. in praxi, part.* 4. *glos. transactionis pag.* 601 *Alex. Trintacinq. variar. resolut. lib.* 2. *tit. de except. resolut.* 1. *nu.* 12.

Et merito, quia transactio habet vim sententiæ, quæ transiuit in rem judicatam 5 *l.* 2. *ff. de jur. jurand. l. vnica, C de errore caculi, Dec. cons.* 216. *num.* 4. *ad fin* Maxime, quando transactio diu fuit obseruata, quia tunc difficilius rescinditur, *cap. contigit. de transact. Dec. cons.* 564. *num.* 15. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 10. *n.* 64. *Masc. concl.* 1228. *num.* 118. *Niculaus Ienoa tractat. de verbis enunciatiuis lib.* 2. *quæst.* 14. *nu.* 20. *&* 21. rationem assignat *Ancharran. cons.* 136. *ex consilijs, nu.* 2. & ea est natura transactionis, vt omnia ad litem, pertinentia sint ejus euacuata, & reuocata per partes, vt est *text. clarus in cap.* 1. *de transact. & ibi notat Bal. & Panor. ad fin. Dec. cons.* 216 *Visan.* 4. *& cons.* 479. *nu.* 10. Et non suum instrumenta præterita sed etiam de nouo reperta, *l. sub prætextu instrumenti, C. de transact.* Et quamuis regulariter transactio facta cum Auo antecessore actoris, 6 nihil nocere possit actori, qui ex proprio jure, & propria vocatione venit ad maioratus successionem juxta regulam, *l. si vnus, §. ante omnia ff. de pactis, & tenēt relati per Molin. lib* 4. *cap.* 9. *n.* 11. *de primogen.* Tamen ista Conclusio duas habet limitationes. Prima est, quando transactio fuit facta bona fide, & est vtilis non solum transigenti, sed pariter est vtilis omnibus sequentibus vocatis ad maioratus possessionem, tunc enim pariter hæc transactio ab omnibus sequentibus obseruanda est, *arg. c.* 1. *§ si Vassalus de beneficio suo tit.* Si de fæudo defuncti fuerit controversia, & post *Bal. & alios tradit Parisius cons.* 16 *n.* 41. *lib.* 1. *Alciat. responso* 3. *nu.* 9 *lib.* 3. *& tanquam verum agnoscit Pinel. l.* 1. *C. de bon. matern.* 3. *part. n.* 46. *ad fin. Amon. Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *n.* 88. Et in transigente semper præsumitur bona fides. *Bal. cap.* 1. *n.* 3. *de controuersia inter Vassal. & alium de beneficio, Aretin. cons.* 14. *n.* 10 Et fuit vtilis transactio, quia reus opponebat de ijs, quibus probatis omnibus præjudicabat, vnde ea transactio tanquam vtilis omnibus, ab omnibus seruanda est

L 2 *glos.*

glos. l. de fideicommisso, verb. transactio C. de transact. Anton. Natta cons. 465. num. 1. lib. 2. Maxime quando per transactionem nihil fuit dimissum, *Bald. vbi supra, Alex. cons. 41. num. 5. lib. 6. Aret. cons. 14. num. 10.* Et quia per transactionem receditur à litibus, quod in se magnam continet vtilitatem, *dicit glos. in cap. pen. de emptione, & vend.* quam ibi notat *Anton. nu. 3 ad fin. cui subscribit Alex. cons. 222. nu. 12. lib. 2. Decius, cons. 479. num. 10.*

7 Secunda limitatio est nisi transactio ex justa causa, vtpote quia lis erat inter nobiles, & potentes, per Principem fuerit confirmata, nam tunc etiam ab omnibus sequentibus pariter obseruanda est *cap. 1. in fin. de transact. cap. examinata de confirm. vtil. tenet Pinel. l. 1. C. de bon. matern. 3. part. num. 50 vers. sed hoc de transactione Molin. lib. 4. de primogen. cap. 9 num. 20. vbi ejus additionator. Mieres de maiorat. 4. part. quæst 22 à num. 5. & nu. 12. in fin. Anton. Peregrin. de fide. cómiss. artic. 52. n. 89. & ante eos Paris, cons. 16 n. 35. lib. 1.*

8 Nec enim contra transactionem per Principem confirmatam aliquis audiri debet, *cap. 1. ad fin. de transact. cap. ad audientiam o 2. cum glos. de Eccles. ædific. tradit Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 341. num. 12. ad fin.* Vel si præd. transactio sit confirmata per sententiam judicis, nam perinde est, ac si super lite, & recessu illius lata esset vera sententia, *l. si quis, & ibi Bar. C. de decurionibus, lib. 10. l. 9. tit. 20. part. 3. & ibi Gregor. glos. 1.* Plane sententia lata super successione maioratus omnibus sequentibus nocet, *l. ex contractu ff. de re judic. Bar. receptus in l. filius famil. §. diui ff. leg. 1 quamuis Menchaca quæst. vlu frequent. cap. 61. nu. 6.* existimet sententiam prædicto modo latam minime obstare sequentibus, neque ex se producere exceptionem rei judicatæ.

9 Item in dubio judicandum est transactionem valere, & non esse rescindendam, quia in dubio transactio præsumitur valida, & solemnis, & consequenter rescissioni non subjacere, *l. 1. §. fin. ff. ad Tertull. Abb. cons. 64. nu. 3. lib. 1 Aymon. cons. 151. num. 33.* & ex ijs ita decidit senatus pro Comite de Syruela.

§. 3. *De Peremptoria ex præscriptione.*

IN hac exceptione peremptoria tria requisita in praxi articulare debes ad obtinendum, scilicet titulum, bonam fidem, & possesionem per 30. annos in actionibus personalibus, & realibus, in alijs vero rebus quo tempore secundum consuetudines nostras illæ præscribantur vide in repertorio, verbo, *præscripção.* 10

Cæterum de titulo, & bona fide licèt articulari necesse sit, non tamen præcisse requiritur, vt probentur in præscript. 30. annorum, nam de jure ciuili currit absque titulo, & bona fide, vt constat *ex l. si quis emptionis, §. 1. l. cum notissim. l. sicut, l. omnes, C. de præscript 30. annor. Rom cons. 266. num. 8. Dec cons. 267. n. 5.* & alij quos refert *Masc. concl. 1219. num. 3.* Limita nisi jus commune resistat præscribenti, vel juris præsumptio sit contra eum. Nam tunc bona fides, & tempus præd. non sufficit, sed necessaria est tituli probatio, qui possessori causam tribuat præscribendi, nec sufficit, vt allegatur, sed necesse est etiam, vt probetur. Et similiter bona fides satis est, quod articuletur, etiam si non probetur, *Masc. vbi supra, num. 48* & ratio est, quia bona fides præsumitur, *glos. in l. super longi verb probetur, C. de præscript. longi temp. l. pen. C. de euiction. l. si quis emptionis titul. verb. tenuerunt, C. de præscriptione 30. ann. cum pluribus alijs adductis à Tyraquel. tract. de præscript. §. 1 glos. 2. Mascard. concl. 224.* Nec item bona fides auctoris à quo quis habet, non est necesse vt allegetur secundum *Bar. & alios, quos refert, & sequitur Masc. d. conclus. 1219. num. 57.* 11 12

13 Item de possesione 30. annorum articulari debet aduersarium fuisse præsen-

tem,

rem, seu habuisse domicilium in eadem Prouincia. Nam qui allegat absentiam debet eam probare, cum quilibet præsumatur esse præsens in suo domicilio vbi agitur, *Bar. in l. is potest colum. 4. post nu. 16. ff. acq. hæred. Masc. vbi sup. num. 69.*

14 Contrariare autem potest Actor huic exceptioni ex defectu rei, vel personæ, vt quia res est talis, in qua non cadit præscriptio, vt quia non sit alienabilis, vel non sit in commertio hominis, aut quia persona erat incapax præscribendi, aut quia titulus non potuit consistere propter impedimentum naturæ, exemplum habes *in l. 3. C. pro hærede, & in l. si is cum l. sequenti junct. glos. ff. pro legato*, & aliud exemplũ in spurio, qui non potest præscribere hæreditatem patris, aut sibi Relictum cum sit incapax Accurs. *in l. nemo, & ibi Salicet. & Bal. num 4. C. de rei vind. Masc. vbi supra num. 26. & 27.* & aliud exemplum esse potest in personis Ecclesiasticis, quæ non possunt habere bona nos Reguengos, *Ord. lib. 2. tit. 16.*

15 Item contrariare potest ex mala fide quæ probanda est, vel ex interruptione præscriptionis, vt quia citatio fuerit antea facta, vel petitio extrajudicialis, *vt per gl. in Ord. lib. 4. tit. 79.* in quo notabis malam fidem defuncti non nocere hæredi non venienti ipsius accessione *Tyraq. de præscript. § 1. glos. 2. vers. sunt enim.*

16 Cæterum si exceptio fuerit de præscriptione rerum, veluti seruitutis, Reus articulare, & probare debet se vsum fuisse jure seruitatis, idest eo animo, vt posset vti jure suo aduersario inuito, non jure amicitiæ, vel familiaritatis, *l. qui jure ff. de acq. possessione*, alia jura, & auctores citat. *Masc. concl.* 1220. Et qui vult probare quasi possessionem alicujus dignitatis, vel officij non sufficit probare exercitium actuum, sed etiam debet articulare illos actus ad dignitatẽ spectare, cujus rei exempla ponit, *Masc. vbi supra, ex num. 2. cum sequentibus.*

17 Secundo articulare, & probare debet de bona fide, quæ in incorporalitas non præsumitur, nam quælibet res præsumitur libera, *l. altius, C. de seruit. & aqua, tradit Bal. in l. 2. num.* 10 *eodem titulo*, quamuis alij contrarium teneant, quos refert *Mascard. vbi supra ex num. 19. cum sequentib.*

18 Præterea articulare debes in hac præscriptione seruitutis te vsum fuisse sciente, & patiente aduersario, *l. 2. ibi, sciente, C. de seruit. & aqua, notauit Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, num. 10 ff. de itiner. actuq; priuato, Masc. vbi supra num. 38.* Quia illa scientia habetur loco possessionis, nec enim sine possessione vsucapio. *proced. l. sine possession. ff. de vsu capio.* In juribus autem spiritualibus, qualia sunt jus ellegendi, & spiritualitati annexis, vt est jus patronatus non præscribitur minori temporis spatio, quam quadraginta annis, sicut res Ecclesiæ, siue habeant causam continuam, siue discontinuam *cap. de quarta de præscript.* & similiter, quando agitur de præscribendo jure vassalagij, vel subjectionis, vt *per Bar. in l. litibus, C. de agricol. & censit lib. 11. argum. l. cum satis §. 1. C. eodem.*

19 Et similiter cum agitur de seruitute negatiua præscribenda, *glos. & Bar. in l. qui luminibus ff. de seruit. vrb. præd.* Neque enim in hac requiritur quasi possesio, nisi per probationem, & ex tunc incipit præscriptio, & ad istam quasi possessionem sufficit vnus actus prohibitionis *glos. in l. 1. C. de seruit. & aqua, & articulus fiet hoc modo.* Intendit probare, se possedisse, 40. vel 50. aut 60. annos, vel plus, & tanto tempore, cujus initij, vel contrarij memoria non extat, quam praxim docuit *Abb. in cap. auditis, colum. 8. numer. 27. vers. & hæc sunt vtilia de præscript. & ibi Felin. colum. 4. explicat Mascard. concl.* 1221. In præscript. autem immemoriali non requiritur titulus, vel bona fides, quia illa pro ueritatẽ indubitabili habetur *glos. in l. 1. vers. & si consuetudo. C. de seruit. & aqua Bal. in capit. cum causam num. 5. de probat dicam infra libr. 4. titul. de confessoria, & negatoria.*

SUMMARIUM.

1 *Oppositio in ijsdem actis impedit processum causæ pendentis. Ius tertij opponentis in eodem processu examinandum est.*

2 *Intellectus legis si is à quo ff. de rei vindicat.*

3 *Tertius oppositor post conclusum in causa, vel post publicationem non admittitur in ijsdem actis, sed in actu separato, in causa violentiæ tertius admittatur in ijsdem actis.*

4 *Exceptio in competentiæ non admittitur respectu tertij oppositoris.*

5 *Minor assistens post publicationem testium testes producere non potest.*

6 *Tertius principali etiam inuito liti assistit, & eam assumit in eodem statu, quo eam inuenit.*

7 *Tertius assistens etiam post finitam causã, in qua Reus principalis fuit victus, potest opponere, exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

CAP. V. *De Tertio opponente se liti.*

1 Oppositio in ijsdem actis impedit processum causæ pendentis, vt non possit causa inter actorem, & Reum definiri, nisi etiam jus, & dominium hujus tertij oppositoris examinetur in eodem processu ita *Bal. in cap. 1. §. duo de Pace tenenda, Bar. in l. si alienam ex num. 17. & in l. maritum, num. 84. ff. solut. matrimon.* Nec obstat *text. in l. si is à quo, ff. de*
2 *rei vendicat.* Quia decisio illius text. procedit quando duo reali actione diversis judicis eandem rem ab vno Reo petunt, non vbi pendente lite super actione reali tertius se ipsum liti objicit; petens actorem ab ea actione reali excludendum fore, ac reum ipsum condemnandum, vt tertio huic oppositori rem petitam tradat, ac restituat ex *Innoc. in cap. veniens cap. 2. de testibus.* qui hanc opinionem probare videtur, quanvis contrarium existimet *Couar. pract. cap. 14. num. 4. colum. 2.* vbi alios refert, qui asserunt propter hanc oppositionem non differri litis diffinitionem inter actorem, & reum, nam præd. opinio 3
procedit, quando tempore hujus oppositionis conclusum fuerat in causa, vel facta esset testium publicatio, tunc Tertius admittitur in actu separato, *Giurba decis. 1. num. 28. 34. & 44.* Cæterum tertius oppositor in causa violentiæ admittitur in ijsdem actis, *Valasc. cons. 162.*

Item si lis fuerit inter clericum, & laicum in judicio seculari, & tertius se opposuerit, non admittetur exceptio incompetentiæ à clerico opposita respectu istius tertij oppositoris, *Pereira decis. 43. n. 9.* 4

§. 1. *De Tertio assistente.*

Assistens, quanvis sit minor post publicationem testium, testes producere non poterit *Cabed. 2. part. decis. 97. à nu. 13. Farinaceus decis. Rotæ. 441.* poterit autem appellare, *Couarru. pract. cap. 15. argument. text. in l. à sententia ff. de appell. l. 4. & 7. titul. 23. part. 3.* 5

Nam tertius principali etiam inuito liti assistit, *Iurba, decis. 1. num. 3.* Sed debet litem assumere in eodem statu, quo eam inuenit, *Cancerius, lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 5. text. in cap. vlt. vt lite pendente, vbi Barbos. num. 6. in collectaneo.* 6
Imo etiam post finitam causam cum Reo tertius potest opponere pro suo præjudicio exceptionem non numeratæ pecuniæ qua Reus vti noluit vel victus fuit *l. si cui C. de non num. pecun.* quod est notabile in praxi, & non alibi reperies. 7

SUMMARIUM.

1 *Ficta litis contestatio non opperatur omnes effectus quos opperatur vera*

vera litis contestatio.

Ibid. Per fictam litis contestationem cōstituitur aduersarius in mala fide.

2 *Per litis contestationem causa efficitur vsuraria, quæ antea non erat, & procurator efficitur domnus litis post litis contestationem, & potest alios substituere.*

CAP. VI. *De Litis contestatione.*

1 DIxi de ficta litis cōtestatione, quam lex regia inducit, quæ quidem non operabitur omnes illos effectus, quos vera litis contestatio producere solet, prout tradit *Phæbus, decis. 74. num. 5.* Nam ista non precludit viam opponendi exceptiones dilatorias, *l. pomponius §. ratihabitionis ff. de procurat.* Nec per istam perpetuatur actio personalis vsque ad 40. annos, sicut vera litis contestatio, *l. sæpe, C. de præscript. 30. vel 40. l. 1 C. ide annal. except. Tyraq. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. glos. 9. num. 83.* Interrumpit tamen quamlibet præscriptionem sicut, & citatio, *l. sicut, C de præscript. 30. vel 40. Barb. in l. 3. n. 257. C. de præscript. 30.* Et per illam constituitur aduersarius in mala fide, *l. certum l. more, C. de rei vend.* quantum ad fructus, & constituit eum in mora, ejusque moræ purgatio non admittitur, *l. alia in fin. ff. de nouat. Raynosus obseruat. 63. num. 6.* præsertim in ijs, quæ debentur officio judicis, *l. cum postulassent. ff. de damno infecto.*

2 Et per litis contestationem causa efficitur vsuraria, quæ prius non fuerat, *l. lite ff. de vsuris,* & per istam litis contestationem veram procurator constitutus efficitur dominus litis, nec reuocari potest nisi in certis casibus, *l. post litem cum l. sequenti. ff. de procurat,* & potest alios substinere *l. neq; C. eodem.*

(...)

SUMMARIUM.

1 IVramentum de calumnia præstatur à procuratore in animam suam, & sui Domini.

2 *Iuramentum calumniæ etiam si omittatur non ideo processus erit nullus.*

CAP. VII. *De Iuramento calumniæ.*

LIcet procurator debeat præstare alia juramēta in animam sui domini, *cap. procuratore. 38. de elect. in 6.* Tamen quando juratur de calumnia erit juramentum præstandum à procuratore in animā suam, & in animam domini, *cap. 2. §. 1. & ibi glos. de juramento calumniæ in 6. glos. in auth. principalis verbo, Migrauerit, C. de jure jurand. propter calumn.* Hodie autem istud juramentum non est de substantia judicij, nec si omittatur, non ideo processus erit nullus, quamuis de jure communi aliud esset, *Bantius sub titul. de nullit. ex defectu process. num. 29.* 1 2

SUMMARIUM.

1 REconuentio habet locum in causa summaria, & in officio judicis.

2 *Reus poterit reconueniri coram alio Iudice, si pars non opponat.*

3 *Etiam si actor desistat à sua actione, reconuentioni locus erit.*

4 *Reconuentio fieri potest vsque ad conclusionem, & vsque ad sententiam non quo ad effectum, vt pari passu ambulent.*

5 *Regulariter reconuentio non admittitur post litem contestatam parte contradicente.*

6 *Reconventio non datur in causa appellationis.*

7 *In causa spoliationis reconuentio non admittitur nec coram arbitris.*

 8 *Re-*

8 *Reconuentio non admittitur vbi reus dolo procuret ab aliquo pulsari coram suo judice exempto.*

9 *Actor reconuentus non potest reconuenire reconuentum.*

10 *Reconuentio non admittitur in executiuis.*

11 *Reconuentus potest recusare judicem in causa reconuentionis ex noua causa.*

12 *Quanuis conuentio, & reconuentio simul in vno processu ambulent, tamen si de vna prius liqueat, quam de alia, tunc vna per aliam non remoratur.*

13 *In criminalibus reconuentio locum non habet.*

14 *Accusatus criminaliter non potest reaccusare suum accusatorem coram eodem judice, nisi ille judex sit vtriusque partis competens.*

15 *Reconuentio coram omni judice locum habet, nisi expresse reperiatur prohibitus.*

Iudex deputatus ad certam speciem causarum potest cognoscere de reconuentione.

16 *Cessionarius ex causa lucratiua reconueniri potest, vel si causa fuerit cessa in fraudem creditorum.*

17 *Cessionarius ex causa necessaria reconueniri non potest.*

18 *Emptor hæreditatis non potest reconueniri à creditoribus hæreditatis.*

19 *Cessionarius ex causa lucratiua, si reconueniatur, potest æquitate compensationis vti.*

20 *Cessionario ex causa lucratiua obijci potest exceptio compensationis ex persona cedentis.*

21 *Cessionario objici potest exceptio, quæ sit exclusiua personæ.*

22 *Compensatio fit de specie ad speciem, & de quantitate ad quantitatem.*

23 *Compensatio non conceditur, nisi stante credito liquido. Prohibita compensatione non est exclusa retentio.*

24 *Compensatio non admittitur in alimentis futuris.*

25 *Opponens compensationem videtur debitum confiteri.*

Exceptio compensationis habet vim solutionis.

26 *Compensatio meliorationum fit cum fructibus perceptis.*

27 *Exceptio compensationis potest opponi contra cessionarium.*

28 *Successor singularis ex titulo lucratiuo agens contra eum, qui objicit compensationem, ipse suum auctorem, à quo habuit defendere debet.*

29 *Injuste possidens rē aliquam, si pro illa reconveniatur, non potest objicere compensationem.*

CAP. VIII. *De Reconuentione.*

VLtra ea, quæ dixi in prima parte addo, quod reconventio habet etiam locum in causa summaria, si utraque causa fuerit summaria. Si vero una causa sit summaria, & altera ordinaria valebit reconventio quò ad judicem prorogandum, non autem ad hoc, vt ambæ causæ eadem sententia terminentur, nisi parte volente, *Innoc. & communiter Canonistæ in cap. 1. de mutuis petit. legistæ in au. h. & consequenter. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. Alex. Trintacinq. variar. resolut. lib. 2. de mutuis petit. resolut. 1. à n. 13. Cancer. variar. resolut. part. 1. cap. 13. numer. 33. & 39.* Similiter etiam, quando officium judicis imploratur, habet locum reconuentio, *Maranta post Bar. & alios de Ordin. judic. 4 part. 6 distinction. num. 27. vbi ponit aliquas declarationes Alex. 35. resolut. 1 num. 34.* 1

Et similiter coram alio judice diuerso Reus poterit reconuenire actorem, si pars non opponat, quia tunc valebit processus, *Cald. resolut. emphyteus. cap. 17. num. 10. vers. in foro 15. quem refert Barbos. in collectaneo ad cap. 1. de mutuis petit. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 46. nu. 23.* 2

Canc.

Canc. var. resol. 2. part. cap. 13. num. 10.

Item, & reconuentioni locus erit etiam si actor desistat à conuentione, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 44. num.* 5. *Cardosus in praxi judicum verb. reconuentio num.* 28. *Barbos. in collectanea, num.* 10. *Alex. Trintacinque variar. resolut. lib. 2. demut. petit. resolut. 1. numer.* 33. Ubi loquitur in clerico reconuento coram judice seculari, qui si desistat à causa adhuc remanet reconuentio si tempore desistentiæ res non erat integra, *Afflictis decis.* 173. *Franch. decis.* 349. *num.* 3. *& decis.* 193. *num.* 12. *&* 13 *vbi additio Amendulæ ad decis.* 376.

4 Item reconuentio fieri potest vsque ad conclusionem in causa, & vsque ad sententiam ad hunc effectum, vt Actor teneatur stare juri coram eodem judice, quem ipse elegit, non tamen ad hoc, vt pari passu in vtroque procedatur, *Franch. decis.* 376. *num.* 1. *Arisnimio Tepati in compendio decis. tit.* 148. *de reconuentione cap.* 3. *§ quibus modis.*

5 Cæterum regulariter reconuentio post litem contestatam ex interuallo non admittitur parte contradicente, *Marta de jurisdictione, part. 4. casu* 107. *nu.* 6. Quod tamen intellige quoad hoc, vt pari passu ambulent in iisdem actis, & eadem sententia terminetur, vt *in Ordin. lib. 3. titul.* 33. *§. 1. Alex. Trintacinque variar. resolut. lib. 2. titul. demut. petit. num.* 1. *tenet Cardosus in praxi judicum verb. reconuentio, num. 2. Cancer. variar. resolut. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 6. Non vero quo ad prærogationem judicij, quia tunc tam conuentio, quam reconuentio procedent per suum cursum in actu separato *Iurba decis.* 74. *numer. 7. Friden Hyltropius de processu judiciario, part. 2. titul.* 10. *num.* 7. *&* 10. *Cardosus, vbi supra, num.* 4.

6 Nec etiam in causa appellationis, *l. 1. & 2 ff. qui & à quibus, l. 1. §. si apud, & ibi Angel. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind. Alex. Trintacinque vbi supra resolut.* 1. *num.* 29. Sed hoc fallit, quando appellatur ab interlocutoria lata ante contestatam litem, vt per *Natum cons.* 115. *num.* 4. quem refert *additio Amendulæ vbi supra, num.* 4. *Arisnimio Tepati in compendio decis. titul.* 148. *de reconuentione cap.* 2. *§. in causis fine.*

7 Nec etiam admittitur in causa spoliationis *cap. ex conquæstione de restit. spoliat. cap. vlt. de Ord. cognit. Frideric Hyltropius de processu judiciario part. 2 titul.* 10. *num.* 12. *& primum dicam libr. 4 capit.* 10 *§* 1. Nec etiam coram arbitris, cap. cum dilectus de arbitris quia extra compromissi limites, nullum cognoscendi jus habent, *l. 1. C. de recept. arbitr. Hyltropius de processu judiciario part. 2. titul.* 10. *num.* 17. *Alex. Trintacinq. variar. resolut. titul. de mut. petit. resolut. 1. num.* 49. *cum sequentibus.* Ubi distinguit inter arbitrium electum ex voluntate partium, vel ex necessitate juris, vel statuti.

8 Nec etiam reconuentio admittitur si Reus dolo procuret ab aliquo coram suo judice exempto pulsari, & conueniri, vt eum postea reconuenire possit, vt exemplificat *Cancer. variar. resolut. cap.* 13. *numer.* 44. *& sequent. 2. part. Pereira de Manu Regia, 2. part. cap.* 23. *num.* 4. *glos. lib. 2. Ordin. titul. 1. §. 1. numer.* 8. *Franch. decis.* 193. *nu.* 5. *Alex. Trintacinq. lib. 2. variar. resolut. titul. demut petit. resolut.* 1. *nu.* 33. *vers. præd. conclusio.*

9 Nec etiam reconuentio admittitur ab Actore reconuentio, nec enim actor reconuentus potest reconuenire reconuenientem, *Mendula addit. ad Franch decis.* 193. *num.* 11. *Alex. Trintacinq. vbi sup. numer.* 66. *Barb. in remiss. ad Ord. lib. 3. titul.* 33. *in princip. num.* 3.

10 Nec etiam in executiuis admittitur reconuentio, *Alex. Trintacinq. vbi sup. resolut. 1. numer.* 14. *Phœbus Arest.* 1. *in fin.* 2. *part.*

11 Nec etiam reconuentus potest recusare judicem in causa reconuentionis, nisi ex noua inimicitia, vel ex noua causa *Bal. in auth. & consequenter C. de sentent.*

12 Item quod supra diximus conuentionem

nem, & reconuentionem simultaneo processu ambulare, simulque esse decidendas vna sententia. Limita notabiliter nisi prius de vna, quam de alia liqueat, tunc vna per aliam non remoratur, sed de qua prius liqueat prius quoque terminetur *Marant. de ordine judic. part. 4. distinction. 6. nu. 8. Hystropius vbi supra num. 32. & nu. 33.*

13 Nec etiam in criminalibus locum habet reconuentio, *Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 2. numer. 3. Hypol. in pract. crimin. §. expediti. numer. 68. Gregor. in l. 4. verb. no lo podrian, titul. 3. part. 4. Muscatellus in praxi part. 3 glos. actore à num. 28. Barbos. in l. 2 §. legatis numer. 263. cum multis sequentibus, ff. de judic. & in l. qui prior à num. 51 ff. eodem, vbi num. 63.*

14 Tenet quod accusatus criminaliter non poterit re accusare suum accusatorem coram eodem judice, nisi ille judex sit vtriusque partis competens, de quo etiam late *Alex. Trintacinq. vbi supra resolut. 1. à n. 40. Hystropius etiam vbi supra, numer. 13. cum sequentibus.*

15 Denique reconuentio regulariter coram omni judice locum habet, nisi expresse reperiatur prohibitus *per cap. cujus in agendo 3. quæst. 8. l. cum Papinianus in fin. C. de sentent. & interlocut.* Etiam si judex sit deputatus ad certam speciem causarum *Alex. Trintacinque, lib. 2. de mut. petit. resolut. 1. num. 58.*

16 Notabis etiam, quod procurator in rem idest cessionarius potest reconueniri si ei fuerit cessa actio ex causa lucratiua, *l. seruum 33. §. æquum, & §. fin. in princip. ff. de procur.* vel etiam vbi actio cessa est ex causa nô lucratiua in fraudem creditorum, *l. si quis ff. eodem.*

17 Cæterum cessionarius ex causa necessaria reconueniri non potest *glos. notabilis, in dicta l. si quis, per text. ibi 34. ff. de procurat resoluit Surd. cons. 322. num. 16.* Sicut enim venditor hæreditatis transfert

18 in emptorem actiones actiuas sed non passiuas; nec enim emptor hæreditatis potest reconueniri à creditoribus hæreditarijs, *glos. in l. 2. C. de hæredit. vel action. vind. verb. tu respondeas, Gomez 2. tom. cap. 2. num. 3.*

Item casu quo cessionarius ex causa lucratiua potest reconueniri poterit, & ipse æquitate compensationis vti *l. in rem 18. ff. de compens. glos. in l. ejus qui C. eodem, vbi Bar. in l. si quis in principio ff. de procurat.* 19

Item cessionario ex causa lucratiua objici potest exceptio compensationis ex persona cedentis, *Thesaur. decis. 221.* Sed non potest vti alia exceptione doli auctoris, *l. apud celsum, §. si cum legitima, & §. auctoris, ff. de doli mali except. facit text. in l. doli 14. ff. nouat. Salcetus in l. qui stipendia numer. 6. C. de procurat.* Qui distinguit, inter exceptiones, quæ sunt exclusiuæ obligationis, & quæ sunt in personam vbi etiam *Bal. num. 2.* 20

21

APPENDIX.

De Compensatione.

Compensatio non fit de specie debita ad alteram speciem, nec de specie ad quantitatem, vel è contra, *l. si conuenerit, vt nomen in princip. ff. de pignor. action. l. si non sortem, §. si centum ff. de condict. indebiti, l. si ex pecunia, ff. de rei vendicat. l quod dicitur post princip. ff. de impens.* Sed bene erit admittenda de quantitate ad quantitatem, *l. si constat. C. de compens.* & ratio est quia in solutionibus est idem soluendum, & non aliud pro alio inuito creditore, *l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. l. promissor stichi, §. fin. ff. de constitut pecun. l. si se non obtulit, §. ait prætor ff. de re jud. explicat. Alexand. Trintacinque variar. resolut. lib. 3. titul. de compensation. resolut. 1. ex nu. 1. Surdus de aliment. tit. 6. quæst. 15. num. 12.* 22

Item compensatio non conceditur nisi stante credito liquido, *Gratian. discept. forens. cap. 734. numer. 14.* Sed prohibita com- 23

compensatione non est exclusa retentio, *Gratian. vbi supra cap. 734. num. 31.*

24 Item compensatio non admittitur in alimentis futuris, *l. ea quæ C. de compensatio Surdus de alimentis tit 7. quæst. 10. nu. 8. & titul. 8. priuileg. 43. per totum, Medius de compens. quæstion. 14. Iurba, decis. 4. nu. 48.*

25 Item opponens compensationem videtur debitum confiteri, *Rotta genuens. decis. 213. Boerius, decis. 43. num. 14.* Quia exceptio compensationis habet vim solutionis, & compensare, & soluere nihil differt l. amplius non apperi, ff. rem tantum habens.

26 Item compensatio meliorationum fit cum fructibus perceptis, *Ord. lib. 3. tit. 89. §. 5. & in Ord lib 4. tit. 48. §. 7. de quo infra latius decemus.*

27 Item exceptio compensationis potest opponi contra cessionarium, *Guid. Pap. quæst. 567. Cæpolla Tholosana, quæst. 93. Rotta genuens, decis. 120. Arismінius ne pasius vbi sup. dicto cap. 4.*

28 Item successor singularis ex titulo lucratiuo si agat contra debitorem, cujus nomen fuit sibi donatum, & ipse debitor objiciat compensationem donatarius debet defendere auctorem, *l. pater 70. ff. de procurator. Tapessius vbi supra dicto cap. 4.*

29 Item compensationem non potest objicere, qui retinet injuste possessionem alicujus rei, *l. fin. C. de compensat. Ludouicus decis. perusina 15. nu. 17. 1. part. Tepasius vbi supra, vers. quando, & quibus modis.*

SVMMARIVM.

1 R*Eus quæ inspicere debet antequã respondeat in sua contrarietate, ad libellum actoris.*

2 *Reus si petat tempus ad extrahenda instrumenta, quæ procul habet, juranti ei denegari non solet.*

3 *Prohibita est allegatio vulgo rezoar super receptione libelli.*

CAP. IX. *De Libello Responsorio Rei.*

ANtequam aduocatus rei respondeat in sua contrarietate videat si procurator Actoris habet mandatum, *l. procuratorem, ff. de procurator.* Et si pars habet qualitatem, vt faciat mandatum sua manu, item inspiciat si ratione præscriptionis actor repelli potest, de quo *Couar. reg. jur. in 6.* Et si forsan ante tempus intentauit actionem contra *text in § plus, Institut de action. & in cap. vnico de plus petit.* 1

Item inspiciat an Actor in libello posuerit causam sufficientem.

Item si faciat mentionem de aliquo instrumento, vt illud offerri debeat, alias articulus deleri debet, *Ordin. lib 3. titul. 20. §. 22.*

Aliquando procurator rei dicit per cottam cum juramento quod habet scripturas in longinquo, petit tempus ad eas extrahendas, quod denegari non solet *Phæbus Aresto 72. 1. part.* caueat aduocatus ne alleget super receptione libelli, quia multabitur, *Ordin. lib. 3. tit. 20 § 16 in fin.* 2

SUMMARIUM.

1 D*Ato termino ad aliquid faciendum, eo elapso, pars præjudicatur, & amittit omne jus.*

2 *Articuli repetitiui admittuntur, vt res dilucidior, & clarior fiat.*

3 *Libello replicationis addi non potest si causa fuerit posita in dilatione quamuis testes non sint recepti.*

Pars admittitur vt addere possit suo libello, si fuerit res integra.

CAP.

CAP. X. *De Libello Replicationis.*

1 SI pars ad primam audientiam non venerit cum replicatione rejicitur, nam dato termino ad aliquid faciendum, eo elapso pars præjudicatur, & amittit omne jus, *Valensuela, consi.69. num.* 108.

2 In hoc libello articuli sæpè repetitiui fiunt vt res in primo libello relata dilucidior, & clarior fiat, *Felin. in proœmio decretal.§ rex, num.* 11. Nam repetitio toleratur, vt res clarior fiat, *Tyraq. de retract. linagier.§.20 num.5.*

3 Item si causa fuerit in dilatione quanuis testes non sint recepti libello replicationis addi non potest, *Phæbus Aresto 6. 1. part.* Quanuis alias re integra semper admittitur pars ad addendum, *Mascard. conclus.* 133.

SUMMARIUM.

1 CLausula omni meliori modo, posita in triplicatione facit, vt si nõ sit seruatus ordo, non sit annullandus processus.

2 Terminus ad replicandum, vel ad triplicandum coarctari, vel prolongari potest à judice.

3 Qui non contradicit asseueratis per aduersarium, videtur fateri.

4 Post datum libellum triplicationis non potest pars ei aliquid addere quanuis res sit integra

5 Clausula optima, quæ poni potest in triplicatione.

CAP. XI. *De Libello triplicationis.*

1 IN omni libello optimum est ponere clausulam illam petit justitiam omni meliori modo, quia si in aliquo non fuerit seruatus ordo circa triplicationem, non erit annullandus processus *Peres in l. fin. titul.7. lib.3. Ordin.*

Item terminus ad replicandum, vel ad triplicandum coarctari, vel prolongari potest à judice pro negotij qualitate, *l. 2. vbi omnes, ff. de re judicat.* 2

Item qui non contradicit asseueratis per aduersarium videtur fateri, *l. cum olim de officio delegati cap. super de rescriptis.* 3

Item post oblatum libellum triplicationis statim in eadem audientia ponitur causa in dilatione, & non potest pars jam illi aliquid addere quanuis res sit integra *Phæbus Aresto* 6. 1 *tom.* Vnde si aliquid præjudiciale fuerit appositum in libello præcedenti aduersarij, quod in specie non fuerit negatum. Vel si ab ipsomet producente aliquid per incuriam, vel errorem in suo libello contrarietatis dictum fuerit, quod damnum ei inferret, optimum erit in hoc libello dicere in principio hujus duplicationis, vel in fine, quod negat omne præjudiciale quia per prædictam clausulam videtur illud reuocare, & recedere à sua confessione per errorem facta, *vt in l. error C. de jur. & fact. ignoran. & in l. non factus ff. de confessis, & in cap. fin. extra eodem* 4 5

SUMMARIUM.

1 PRorogatio dilationis concessa minori prodest alteri parti maiori.

2 Minori si renuntiauit dilationi sibi concessæ non poterit aduersarius ea vti.

3 In dilatione, vel prorogatione termini quando pars ipsa, vel ejus procurator citari debeat.

4 Probatio, quæ intra certum tempus fieri debuerat, si admissa sit parte aduersa non opponente valet.

5 Probatio facta post terminum finitum non valet.

6 Instrumenta in termino probatorio offerri

ferri possunt verbaliter si postea realiter offerantur.

7 *Ade negatione dilationis, quando supplicare liceat.*

8 *Casus in quo in excedentibus summam Ord. testes admitti possunt.*

9 *Scriptura priuata in excedentibus summam facta inter duos homines alicujus regni vbi jus commune seruatur, probatur in hoc regno per testes.*

10 *Scripturæ referenti ad aliam fides non adhibetur, nisi illa exhibeatur.*

11 *Quando contentis in scriptura referente standum sit, quanuis illa, ad quam relatio fit, non appareat.*

12 *Scriptura relata si contineat quid diuersum ab eo, quod est in scriptura referente, cui standum sit.*

13 *Duabus scripturis repugnantibus ab vna parte productis nulla fides adhibetur.*

14 *Duabus scripturis repugnantibus à diuersis personis productis digniori standum erit, scriptura dignior, quæ dicatur remissiue?*

15 *Scriptura exemplata quando probet.*

16 *Defectus instrumenti si non opponatur à parte, judex non potest ex officio illum allegare.*

17 *Non sufficit opponere in allegatione juris de effectu instrumenti, sed debet pars illum allegare in processu.*

18 *Vitiato instrumento originali, ejus exemplo fides non adhibetur. Instrumentum falsum præsumitur, ex quo originale non reperitur.*

19 *Instrumento non est detrahenda fides, quanuis ejus originale non reperiatur. Instrumentum proprium quantas vires habeat.*

20 *Quibus modis instrumentum argui potest.*

21 *Confessio minoris sine curatore est nulla, & confessio mulieris sine consensu mariti non est valida.*

22 *Quæ requirantur, vt confessio valeat*

23 *Confessio coram judice non suo non valeat.*

24 *Confessio de eo quod est cōtra naturam non præjudicat.*

25 *Confessio extra judicialis parte præsente plene probat, nec est necesse, ut pars acceptet, contrarium tamen tenent alij.*

26 *Quæ per inspectionem oculorum probari possunt remissiue?*

27 *Quæ negatiue difficilius probari possunt tunc ad inspectionem oculorum recurritur.*

28 *Quando à testatore cautum est, vt juramento Titij credatur, vel ejus libris, licet hoc casu non admittatur probatio de contrario tamen contrarium probari poterit per rei euidentiam, & aspectum.*

29 *Post dedicita, & testificata etiam admittitur probatio per oculorum inspectionem.*

30 *Sententia per euidentiam facti reprobari potest sine alia appellatione.*

31 *Si quis promittat non esse audiendum in judicio absque deposito, admitti poterit ad probandum per rei euidentiam.*

32 *Inspectio oculorum elidi potest per confessionem partis expressam, vel tacitam aut fictam, vel per indirectam.*

33 *Iuramentum suppletorium potest judex deferre sine partis petitione ex officio. Et viginti quatuor casus in quibus non est locus delationi juramenti remissiuè.*

34 *Quibus personis non potest defferri juramentum suppletorium.*

35 *Ex quibus impediri potest, vt non deferatur aduersario hoc juramentum suppletorium.*

36 *Semiplena probatio, quæ sit?*

37 *Fama, quando faciat aliquam probationem.*

38 *Confessio extrajudiciolis duobus testibus munita, qui non sint singulares faciunt semiplenam probationum.*

39 *Comparatio literarum facit sempleNam probationem.*

40 *Reus statim respondere debet oppositionibus, & non potest petere tempus ad deliberandum.*

41 *Articuli impertinentes, qui dicantur.*

42 *Simpliciter, & non qualificatè oppositioni respondendum est.*

43 *Respondens oppositionibus, si conuincatur de mendatio accusari potest deperjurio.*

44 *Conjuges ambo in causa rei immobilis respondeant oppositionibus quando habeatur pro confesso, & quando in hoc casu practicetur.*

46 *Moræ purgatio non admmittitur in eo, qui noluit in tempore respondere oppositionibus.*

CAP. XII. *De dilationibus, & quibus modis probatio fiat.*

1 ADdo hic quòd quemadmodum dilatio concessa vni parti est communis, & prodest alteri, ita & prorogatio etiam si illa sit concessa minori per restitutionem in integrum *Ozascus decis.* 97. *num.* 4. *Cardosus in pract. judic. verb. dilatio, num.* 8. *Amator Roder. in pract. cap* 7. *num* 25. *Curia Phillipp. part* 1. §. 16. *nu.* 9. *Cald. in l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo numer.* 22. quanvis *Menoch. consf.* 367. *numer.* 28. *contendat quod non sit communis, ei qui jam probationibus renũtiauit.*

2 Cæterum si minor renuntiasset dilationi sibi concessæ, non poterit adversarius ea vti *Caualcan. decis.* 21. *num.* 9 *Perez, in l. vlt. titul* 5. *lib.* 3. *Ordin. Burg. Ruland. de commissarijs, part.* 1. *lib.* 2 *cap.* 6. *numer.* 6. *Vallasc. consf.* 25. *num.* 11. Et in dilatione,
3 vel prorogatione citanda est pars, quæ si fuerit intra mænia civitatis, ipse, & non procurator citandus est, sed si ille nunquam apparvit in judicio, sed ejus procurator, tunc sufficiet citationem, ei fieri, *Cabed. Arest.* 35. *lib.* 2.

Et lapso termino probatorio confessio partis admittitur prout resoluit *Vallasc. de jur. emphyt. quæst.* 7. *num.* 29. quem refert *Amator Roder. in pract. cap.* 6. *num.* 5. Imo, & probationes, quæ intra certum tempus fieri debuerant, si admissæ sint parte adversaria non opponente valent ita *Cald. de extinctione emphyteus. cap* 17. *num.* 10. *vers. infero septimo*, nam alias probatio facta post terminum finitum est nulla *Boerint. decis.* 352. *Camillus Borrellus in summa decision. titul.* 47. *de dilationibus num.* 116. *Ord. lib.* 3. *tit.* 54 §. 16. 4 5

Item instrumenta offerri debent tempore dilationis, sufficiet tamen illa in termino probatorio verbaliter offerre, dummodo statim post lapsum terminum illa realiter offerantur, ita *Cad. quæstionum forens. lib.* 1. *quæstion.* 4. & praxis est apud advocatus, vt in libello actoris, vel responsorio rei dicatur, *protesto por tempo, & carta para fora, & dar papeis em proua.*

Item praxis est, vt à denegatione dilationis *da terra* non detur supplicatio nisi in actu processus, *Vallasc. cons.* 4. *numer.* 7 A dilatione autem extra regnum, vel longinquo vltra centum leucas supplicare licet per petitionem gravaminis, *Ordin. lib.* 3. *tit.* 54. §. 11. *& lib.* 3. *tit.* 20. §. 47. *& lib.* 1. *titul* 6. §. 9. *ibi, sobre dilação grande*, & juxta hanc praxim intelligi debet *Tyraq. in l. si vnquam verb. omnia, numer.* 33. *Menoch de arbitrarijs, quæstion.* 70. *numer.* 5. *Mascard. concl* 1229. *num.* 5. *Gonçales, ad regulam Cancellariæ, glos.* 9 §. 1. *in annotatione, num.* 191. In dilatione extra Regnum jurare debet pars, & nominare testes, alias rejicitur à præd. dilatione. Et concessa dilatione extra Regnum, si venerint testes, qui erant extra regnum, & juraverint venisse de novo admittuntur ex praxi ad justificandum. 7

§. 1. *De*

§. 1. *De probatione, quæ fit per testes.*

8 IN prima parte aliquos casus proposui, quibus etiam in excedentibus summam Ordin. testes admitti possunt, quibus addendus est, & ille casus notabilis. Nam in scriptura facta de venditione inter emptorem, & venditorem in excedentibus summam, quipiam tertius voluit probare emptionem factam fuisse ex sua pecunia, quæ probatio per testes admissa fuit à Senatu in lite Francisci de Sousa anno 1630. Scriba Amaro Ferreira, quia qualitates scripturæ, & extrinsecus adhærentia per testes probari possunt secundum *Barbos. ad Ord. lib. 3. tit. 59. in princip. num.* 6. vbi allegat auctores, qui nihil hoc probat.

9 Addo etiam noviter, vt si scriptura privata in excedentibus summam facta fuerit inter duos homines alicujus regni, vbi præd. lex non habetur, sed jus commune observatur super contractu in regno suo celebrato, aut super re mobili, vel immobili illius terræ, probatio fiet ex illa, quia lex illius Regni talem probationem admittit *glos. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & fid. cathol. vbi Bar. quæst.* 4 *& est text. in l.* 15. *verb. cap. entonce, tit.* 15. *part.* 3. Quanvis si præd. homines essent subditi huic Regno lex nostra ligaret eos, etiam in bonis, quæ essent extra territorium Regni, *Bar. vbi suprà quæst.* 6. *& 7. Alex. tom.* 128. 1. *vol. Socin. cons.* 74. *col.* 5. 1. *volum.*

§. 2. *De probatione, quæ fit per scripturam.*

10 NOtabis quod si scriptura est relatiua ad aliam necesse est, vt illa etiam exhibeatur ad quam fuit facta relatio, alias referenti fides adhibenda non est *auth. si quis in aliquo C. de edend.* Iudicauit Senatus in lite Antonij de Oliueira
11 cum Domino Ioanno Iranco. Limita nisi scriptura referens contineat quid certum, & specificatum, tunc illi standum est quantuncunque illa non exhibeatur ad quam facta fuit relatio, *l. pen. C. de instit. & subst. cap. Abbate de verborum significat. Bar. in l. eum qui. §. Iulianus, ff. de constit. pecun. eleganter explicat Bal. in l. in ciuile ad fin. ff. de legibus, & l. 1. ad fin. C. de Episc. & clericis. Aretin. cons. 76. à nu. 5. & est receptissima resolutio, vt per Dec. in dicta l. pen. n. 2. & cons. 152. ad fin. Ramonius cons. 82. nu.* 14. Et id magis sine dubio recipiendum est quando ille, qui refert se ad aliud poterat actum de novo facere, nam in hoc casu standum est contentis in scriptura referente quantumcunque non appareat scriptura ad quam facta fuit relatio *Bar. in l. admonendi, num. 7. ff. de iur. iurand. Dec. in l. 2. nu. 5. ff. de officio assessor, & in dicto auth. si quis in aliquo nu.* 40. *Garcia de nobilit. glos.* 41 *ad fin.*

Cæterum, si scriptura relata appareat, 12
& in ea invenitur quid diversum scriptum ab eo quod dictum est in scriptura referente standum est ijs, quæ scripta sunt in scriptura ad quam fuit facta relatio, *Alex. cons. 9. ponderatis lib. quinto, num. 12. Dec. cons. 63. nu. 6. Curt. Iunct. cons. 92. n.* 10.

De scripturis repugnantibus.

PRaxis communis hæc est, vt si scrip- 13
turæ repugnantes ab vna parte producantur, neutri fides adhibenda est, *Farinac. in praxi crimin. tit. de falsitate, quæst. 153. num. 121. Masc. concl. 240. nu.* 41. Quanvis sit confectæ per eundem notarium eodem loco, & tempore, & coram eisdem testibus, *Salicetus in l. scripturæ in fin. C. de fid. instr. Boer. decis. 252. Alex. Trintacinq. var. lib. 2. titul de fid. instrum. resolut. 5. Greg. in l. 111. verb. ninguna tit. 18. part. 3. Bal. in dicta l. scripturæ, num. 6. ad fin. vbi Paul. num.* 5.

Si autem à diversis personis producan- 14
tur, tunc digniori stabitur, *l. eum de ætate, ff. de probation. l. ob carmen, §. fin. de testi-*

bus resoluit Alex. cons. 190. *num.* 17. *lib.* 6. *Farinac. & Mascard. vbi supra*, & quæ in ijs terminis censeatur dignior scriptura explicat, *Bar. & Bal. in l. Sempronius, ff. de leg.* 2. *Boer. vbi suprà nu.* 8. *Felinus in cap. imputari, nu.* 8. *de fide instrument.*

De Scriptura exemplata.

15 REgulariter exemplum exempli non probat, *vt per Mascard. de probat. concl* 711. *& sequenti*, nisi contra producentem prout tradit *Vezin. libr.* 4. *commun. titul.* 11. *de tutell. pag.* 575. *num.* 141. *& dixi in prima parte lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 4. Cæterum si illud exemplum sit productum, & pars adversa non contradicat, illi fides adhibenda est, vt resolvit *Cald. de resolut. emphyt. cap.* 17. *num.* 10. *& de empt. c.* 35. *nu.* 26. *Gratian. discept. forens. cap.* 268
16 *num.* 15. *cum sequentibus, vbi cum Simoncel, resoluit.* Quod si defectus instrumenti non opponatur à parte judex ex officio, non potest illam allegare, aut opponere, &
17 num. 18. Quod non sufficit opponere in allegatione juris cum opponi debeat in processu. Vitiato autem originali non datur fides exemplo non vitiato, *Menoch.*
18 *remed.* 4. *adipiscend. nu.* 701. Imò instrumentum falsum præsumitur, ex quo originale non reperitur, *Menoch. de arbit. casu* 187. *n.* 31. *& vbi suprà num.* 735. *quæst.* 86. *Gratian. discept. forens. cap.* 187. *nu.* 11 *vbi à nu.* 13. *asserit.* Quod vbi non reperi-
19 tur originale, non tamen est detrahenda fides instrumento authentico ejusdem notarij cum solemnitatibus requisitis, & citat *Surd. cons.* 173. *nu.* 109. Igitur instrumentum proprium transcriptum ex originali facit magnam probationem, quia est probatio probata, *Menoch. cons.* 29. *Aldouin. cons.* 63. *& cons.* 70. *n.* 13. *Gama decis.* 297. *Masc. concl.* 906. *Calaas quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 3. & facit rem notoriam, *Vallasc. cons.* 154. *à num.* 26. & facit rem liquidam, *Surdus de alimentis tit.* 1. *quæst.* 110. *num.* 10. Et qui habet instrumentum pro se, habet intentionem fundatam, *l. cum precibus. C. de probat. Syluan. cons.* 63. *num.* 22. *Burg. cons.* 3. *num.* 76. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *quæst.* 44. *nu.* 3.

De impedimentis aduersus instrumentum.

PRimo opponi potest, quod sit defectuosum circa substantialia, *Masc. de probat. concl.* 1294. *nu.* 5. vel quod 20
sit nullum, *Menoch. cons.* 75. *nu.* 100. *Cald. de potestate eligendi, cap.* 5. *nu.* 8. vel quod sit Cancellatum, vel falsum *Rebuf. ad l. Galliæ titul. de literis obligat. artic.* 1. *glos.* 9. *num.* 15. *Parlador quotidian. quæst. cap. fin.* §. 11. *num.* 37. vbi quod instrumentum de falso suspectum habeatur pro falso. Vel quod sit instrumentum simulatum, *Tyraq. de retract. linag. glos.* 2. §. 1. *num.* 12. *& tit* 2. §. 1. *glos.* 2. *num.* 38.

§. 3. *De Probatione, quæ fit per confessionem partis.*

COnfessio minoris sine curatore in causa civili, sive criminali erit nulla, 21
Ordin. lib. 3 *tit.* 41. §. 8. *ibi Ciuil, ou crime.* Et similiter confessio mulieris, vt valida sit, debet esse cum consensu mariti, *Ord. lib.* 4. *tit.* 48. § 66. *Barb. in l.* 1. 1 *part num.* 39. *ff. sol. matrim.* Est autem duplex confessio vna, quæ fit in extra judicium, altera vero judicialis, prima quidem releuat ab onere probandi, & omnes alias probationes faciendas destruit, & inde dicitur in confessum nullas esse judicis partes in condemnando, *l. pro inde, ff. ad l. Aquil. l.* 1 *ff. de confessis*, Quæ tamen confessio, vt valeat debet esse à maiori facta, & sponte, 22
atque cum ratione, idest quod non sit per metum, vel vim extorta, *cap.* 1. *extra quod met. causa*, & scienter, nam erronea confessio ante sententiam potest revocari, *cap. fin. extra de confess. l. error. C. de jur. & fact ignor. l.* 1. *C. de falsa caus. adjecta, l. de ætate §. justo ff. de interrogat. act.* cujus rei exem-

exemplum habetur *in cap. in quibus 22. quæst. 2. l. si per errorem, ff. de juris dict. omn. judic.* qui error probari debet, *Bart. in l. non fatetur. ff. de confess.*

3 Item debet esse coram suo judice, alias confessio coram judice non suo est inutilis, nihilque præjudicij afferre potest *cap. at si extra de judic. cap. ad nostram de consuetudin.*

4 Nec debet esse de eo, quod est contra naturam, idest quæ naturalibus non conveniat, *l. confessionibus, & l. sequenti, § fin. ff. de interrogat. act.* de quibus omnibus copiose *Mascard. quæst. 7. à num. 15. cum sequentibus.*

5 Quod autem attinet ad confessionem extrajudicialem notandum est confessionem parte presente plene probare, *l. Publia Mæuia § fin. ff. depositi, l. cum de indebito, § fin. ff. de probat.* quam conclusionem ponit *Dueñas reg. 119.* & eam multis modis limitat *Masc. concl 246. Dambodertus in praxi ciuili, cap. 173. nu. 5.* Dixi parte præsente vel coram personis, qui de præd. confessione testificentur, etiam si pars non fuerit præsens, *ita Felin. in capit. at si clerici de judic. vbi multos adducit Tiraq. de retract. linag. §. 1. gl. 14 num. 55.* Et quanvis complures existiment esse necesse, vt pars acceptet, vt confitens obligetur, quos refert *soc. reg. 63. 2. ampliat,* & alij contrarium dicant, quos refert *Cotta in memorab. verb. confessio, o 2. in medio, Alc de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21. num. 6.* Quorum opiniones nititur ad concordiam reducere, *Purpur. in l. postquam, col. 9. C. de pact.* quem refert *Masc. vbi suprà, numer. 16.* quæ concordia in praxi recipitur.

§. 4. *De Probatione, quæ fit per euidentiam facti.*

26 MVlta, quæ quotidie per inspectionem oculorum probari possunt, *Mascard. de probat quæst. 8.* Nam si dicatur Titium non esse minorem id ex aspectu probatur, *l. minor 25. annorum, ex aspectu, ff. de minoribus,* vel si dicatur vulnus non esse illarum in tali loco ejus corporis, vel alia, quæ negatiuè difficilius probari possunt tunc ad inspectionem oculorum recurritur, *Barbacia in cap. euidenti in extra de accusat.*

Item inspectio occulorum admittitur in limitum controuersia, *l. si irrupto § ad officium, ff. finium regundorum Bar. in l. libellorum, ff. de accusat.* 27

Item quando agitur de impensis in aliquo loco factis, *Dambodertus in praxi ciuili, cap. 127. num. 4.* vel de damno illato, vel inferendo *Cotta in memorab. verb. damnum,* vel de noui operis nunciatione, de quibus suo loco dicam, vel quando timetur de damno domus. Nam hæc omnia exigunt inspectionem judicis oculorum, *l. 13. titul. 14. part. 3.* Sed exista inspectione, & evidentia facti sæpissime non fit plena probatio, sed tantummodo facit indicium, pro vt tradit *Mascard. vbi supra, num. 21.*

Et hinc est, quod si lege aut statuto, vel à testatore cautum sit, vt juramento Titij credatur omnimodo, vel ejus libris, licèt in isto casu non admittatur probatio in contrarium, adhuc tamen hoc non procedet, si contrarium probaretur per rei evidentiam, & aspectum, tradit *Tyraq. in tract. linag. § 4. glos. 1. num 37.* Et hinc etiam est, quod quanvis alias post dicta, & testificata non admittatur quis ad probationem, adhuc tamen potest admitti ad probationem, quæ fieret per evidentiam facti, & oculorũ inspectionẽ, *ita Bal. in l. si quis testibus ad fin. & ibi quoq; Salg. col. vlt. vers quæro an post C. de testib.* & hæc praxis ita apud nos obseruatur, vt etiam post conclusionem in allegatione juris, id est *no tempo de rezoar se pede à dita vistoria.* 28 29

Et hinc etiam est, quod per evidentiam facti potest reprobari sententia sine appellatione si credimus *Bal. in l. 1. in fin. C. sententiam rescind. non posse per legem* con- 30

confessionibus, ff. de interrogat. act. quem refert, & sequitur Tyraq. vbi supra, n. 38.

31 Item quanvis quis promittat non esse audiendum in judicio absque deposito, admitti poterit ad probandum per rei evidentiam, quia quoties statuto rejectæ sunt omnes exceptiones, ille tamen opponi poterunt, quæ apparent ex inspectione instrumenti, vel contractus, sive sententiæ, aut alterius, actus, prout *tradit Bal. in l. si ex prædijs C. de euictioni. Rom. cons. 51. Tyraq. vbi supra num.* 38. *Mascard. qui hoc exemplificat, quæst.* 8. *nu.* 18. *&* 19.

32 Cæterum inspectio oculorum elidi potest per confessionem partis expressam, vel tacitam, aut fictam, vel per indirectum *Additio ad Bart. in auth. sed jam necesse, C. ante nuptias, Tyraq. de retract. linag. §. 4. glos. 1. num. 40. & 41.*

§. 5. *De Probatione, quæ fit per juramentum suppletorium.*

33 ADdo quod judex etiam sine partis petitione ex officio potest hujusmodi juramentum defferre, quandocunque sibi videbitur, ita *Bal. in l. admonendi, quem refert, & sequitur Bellacomba, 1. tom. commun. lib. 4. tit. 1. numer.* 131. *vers. subjicit, pag.* 441. *Seraphinus de privilegijs juramenti priuileg. 33. numer. 195. Gratianus, decis. 36. num. 11. & 12. Muscatell. in sua praxi part. 7. glos. conclusio. num. 34. Vallasc. cons. 43. num. 18. cum sequentibus.* Nam per illam clausulam solitam poni in libello, scilicet *petit justitiam sibi ministrari, omni mel. mod.* virtualiter continetur vt sibi juramentum præstetur in supplementum, ita *Cotta memorabilibus, verbo juramentum suppletorium, Ant Gabriel, lib. 6. de clausulis concl. 4. nu. 25. Tursan. tom. 1. commun. lib. 4. tit. 1. pag. 443. Camillus Borrellus commun. titul. 54. num. 56. Gratian. vbi sup. numer. 12. & 13.* Et praxis est, vt ad istam delationem juramenti pars sit citanda, vt per DD. quos supra retuli, & notat *Mascard. conclus. 954. num. 6. Camillus Borrellus, vbi supra, num. 58. Menoch. de arbitr. casu 464. num. 26. & 27.* Et 24. casus in quibus non est locus delationi juramenti ponit *glos. in Ordin. lib. 3. tit. 52. num. 9. cum sequentibus,* & quod possit appellari, si non deferatur hoc juramentum *Mascard. vbi supra num. 1.*

Impedimenta.

34 SEd ad hoc, vt non detur hoc juramentum impediri potest ex sequentibus,

Primo quod persona, cui defertur juramentum non sit idonea, vt quia sit excommunicatus, infamis, *vt per Menoch. de arbitrarijs casu 190. num. 12.* Imo modicus defectus impedit, *Muscatellus in pract. part. 7. verb. conclusio. numer 21.* Et quælibet levissima præsumptio sufficit *ex Centelino, in addit ad Farinaceum, 4. part. decis. 32. Camillus Borrellus vbi supra numer. 49.*

35 Secundo quod testis non reddit rationem dicti sui vt per illius dictum deferatur, juramentum *Borrellus, vbi supra numer. 23. Ioss. in l. admonendi num. 186. Soc. reg. 252. fallent. 59.* vel quia non dixit veri similia, *Seraphinus de priuileg. priuilegio 33. numer. 58. Stracha de mercatura 2. part. num. 82.* Nec ex testibus singularibus defertur juramentum istud, *Mascard. conclus. 934. num. 20. Farinaceus in praxi crimin. quæst. 64. num. 550.*

Tertio quia est magna quantitas, super qua non debet deferri juramentum vt per *Carnaz. Lucensi decis. 68. num. 14. Ioseph Ludouic. Lucens. decis. 42. num. 3 & 4. Vicent. Carros. decis. 104. num. 6. Menoch. de arbitr. casu 464. num. 4. Mascard. conclus. 954. numer. 32.*

§. 6. *De Semiplena probatione.*

36 SEmiplena probatio est illa, per quam rei gestæ fides aliqua sit judici, non tamen tanta, vt jure debeat eam sequi

in

in sententia dicenda, ut per *Oldendot in compendio locorum communium, verb. probatio semiplena.* Hujus quatuor sunt species prima cum vnus testis idoneus, & habilis producitur *Menoch. de arbitr. casu 464. num. 12. Franciscus Marcus Delphinatus decis. 753. nu. 3. vol. 2. Baptista Costa de remedio subsideario, remedio 97. nu. 3. Camillus Borretus, in summa decis. tit. 54. num. 11. Franciscus Curt. qui melius, & latius hanc materiam tractat in repetitione, l. admonendi num. 188. cum pluribus sequentib. ff. de jur. jurand. Phillipp. Portius lib. 1. concl. 5.*

37 Secunda semiplenæ probationis species est illa, quæ fit per famam, quæ regulariter non facit plenam probationem, *l. 3. §. ejusdem, vbi gl. & Bar. ff. de testibus Dec. in cap. 1. numer. 36. de appellat. de qua Mascard. verb. fama, vbi latissime de iis, quæ ad uniuersam famæ probationem pertinent, late prosequitur.* Quæ ita facit aliquam probationem, si modo non sit inconstans, nec improbis auctoribus, vel etiam ignotis excitatis; nam sæpe fallax est rumor, *Paul. in l. vlt. ff. de hæred. instit.*

38 Tertia species est confessio extrajudicialis duobus testibus munita *Bortelus dicto titul. 54. num. 64.* Qui si fuerint singulares, non conjunguntur, secundum *Gratian. discept. forens. cap. 144. nu. 52.*

39 Quarta species est comparatio, & collatio literarum, quæ facit semiplenam probationem, vt per *DD. in l. admonendi, ff. de jur. jurand. vbi latissime Cotrasius, & in l. comparationes, cum aut. atli contrarius, C. fide instrument. Mascard. verbo comparatio literarum Menoch. de arbitr. centur. 114.* Et in hoc praxis est, vt judex faciat scribere patrem coram se, qui negat suam privatam scripturam, & faciat suo judicio comparationem, & collationem literarum, vt consuluit *Iustinianus in auth. de instrument. caut. & fide, §. in his.*

(∴)

APPENDIX. I.

De Positionibus.

Praxis est, vt Reus non possit petere tempus ad deliberandum *Gutiertes, practicarum, lib. 1. quæst. 59. num. 3, Azeued. cap. 2. num. 3. titul. 7. lib. 4. recop.* 40
Sed statim vt fuerit notificatus ad diem certum respondere teneatur cum juramento de veritate dicenda, *Amator Rodericus in pract. cap. 7. num 68. glos. & Bar. in l. 2. num. 23. C. de jur. jurand. propter calumn.*

Sed non tenetur respondere in articulis impertinentibus, dicuntur autem impertinentes, qui nullo modo causæ adminiculantur, *Vicent. de Franchis decis. 220. numer. 10. Flaminius de resignat. lib. 11. quæst. 10. nu. 6. Vicent. de Eonded. cons. 18. num. 11. vol. 1.* Adminiculari autem dicuntur, qui quo quomodo directe, vel indirecte ad causam conferunt, *Menoch. cons. 2. num. 364. Franciscus Monatel. consul. 38. Azinius in praxi florentiæ, pag. 19. cap. 19. Fulvius Patran. de probat. libr. 1. cap. 38. num. 15. Ordin. lib. 3. titul. 53. §. 2. cum sequentibus.* 41

Et simpliciter, & non qualificate positioni respondendum est *Galganet de cond. & dem. 2. part. cap. 1. quæst. 73. nu. 6. Anator Rodericus, in pract. cap. 7. num. 65. Menoch. de arbitr. casu, 251.* 42

Cæterum si respondens positionibus convincatur de mendatio accusari potest de perjurio, vt tradit *Decianus tract. criminali lib. 6. cap. 11. num. 26. Peres in l. 1. titul. 4. lib. 3. Ordin. Tulchus verbo perjurus concl. 288. Farinaceus in praxi crim. titul. de falsitate, quæst. 160. nu. 215. Gratian. discept. forens. cap. 109. num. 6.* Quanvis in supremo Senatu judicatum fuit querellam proponi non posse cōtra illum, qui falso respondit positionibus, *teste Phæbo decis. 69. in principio.* 43

Praxis etiam admitti vt conjuges am- 44

bo in causa rei immobilis deponant secus vero in re mobili nisi in articulis separatis, idest repartitis *teste Phæbo Arest.* 91.

45 Item praxis est, vt si pars, non semel, sed bis sub comminatione monitus personaliter facta, prius ab alterutra parte juramento calumniæ præstito noluerit positionibus respondere habebitur pro confesso, *Surd. cons.* 360. *nu.* 29. *Mansuer. in praxi de probat. numer.* 32. *vel si clare non respondeat positionibus, cap.* 2. *de confessis lib* 6. Defertur processus ad judicem, vt eum judicet pro confesso per sententiam propter ejus contumaciam, nam talis habetur pro confesso secundum *Montanum de judic. lib.* 1. *cap.* 3. *vers. pone Anton. Thesaur. quæstionum forens. lib.* 1. *quæst.* 6. *Reusnerus Senensis, decis.* 15. *num.* 27. *lib.* 3. *Arum. decis.* 12. *num.* 6.

46 Nec si ad respondendum terminus præfixus sit elapsus, purgatio moræ admittitur, *Soc. reg.* 331. *vers. fallit* 3. *Bellacomba, tom.* 2. *commun. lib.* 7. *titul.* 20. *numer.* 285. *in fin* Quod tamen multis modis limitat *glos. in Ordin. lib.* 5. *titul.* 53. §. 13. *num.* 5. *cum sequentibus*. Quæ confessio ficta est magni effectus, cum ob eam onus probandi transferatur in eum cui positiones ponuntur, & hoc solum habet locum in civilibus, secundum *Bar. in l.* 1. *C. de pœna judicis.*

SUMMARIUM.

1 *OBjectiones ut admittātur aduersus testes, quæ requirantur.*

2 *Cautella, vt dictum testis non noceat.*

3 *Objiciens repulsas à denegatione admissionis earum supplicare potest in actu processus.*

4 *Objiciens repulsas infamatorias, actione in injuriarum tenetur.*

5 *Inimicus præsumptus non admittitur dummodo subsit causa inimicitiæ.*

6 *Inimicus reconciliatus non recipitur in testem.*

7 *Causæ ad repellendum testem remissiuæ.*

8 *Testis habens consimilem causam rectè reprobatur.*

9 *Testis deponens de facto proprio quo ad alios, legalis est non vero quo ad sui commodum, nisi protestetur ante depositionem nullum velle commodum ex sua depositione.*

CAP. XIII. *De Repulsis aduersus personas testium.*

ADdo pro complemento earum, quæ pixi in prima parte, quod non sufficit si pars opponat contra testes, nisi opponat specialiter declarando causam; ad hoc vt admittantur objectiones, & repulsæ contra personas testium ad ipsorum reprobationem, *cap. presentium* §. *si quis de testibus, lib.* 6. *Bar. in l.* 1. *in fin. C. de testibus, Peres in l.* 1. *glos. Tachar. tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. Amator Rodericus in pract. cap.* 9. *num* 23. *Azeued. in l.* 2. *titul.* 8. *lib.* 4 *recopill.* Et si objiciat de inimicitia debet exprimere speciem, & causam ipsius, *Mascard. conc.* 692. *Menoch. lib.* 1. *de præsupt. quæst.* 89. *num.* 58. *Farinac. in praxi crim. quæst.* 49. *num.* 127. *cum sequentibus*. Et cautella est, vt si testis inique, & injuste dixit & velit se retractare, vt ejus dictum non noceat declaret se inimicum partis in plenario, quando ratificatio fit, nam tunc ejus dictum non valet, *Mascard. conclus.* 1050. *num.* 29. Vbi ad id plures refert Et quanvis repulsa sit odiosa tamen regulariter est admittenda, ac ideo pars objiciens appellare potest à denegatione admissionis, *Soar. à Pace,* 1. *tom. primæ part.* 9. *temp num.* 15. Apud nos tamen non admittitur appellatio, aut gravamen nisi in actu processus, *Ordin. lib.* 3 *titul.* 20. §. 33. *Vallasc. cons.* 47. *num.* 6. & 7. Et aduertat advocatus parti objicienti, vt si in articulis infamaverit actorem, vel accusatorem si infa-

(margin numbers in right column: 1 beside first line; 2 beside "recopill."; 3 beside "quanvis repulsa"; 4 beside "lasc. cons.")

infamatoriam exceptionem non probaverit, posse injuriarum actione teneri, vt tradit post alios *Cenedus ad Decretale collectanea 146. num. 4. Soar. à Pace, quem refert curia Philipp. 1. part. §. 17. numer. 13. glos. in Ordin. lib. 3. titul. 58 §. 5. num. 2.* Igitur inimicus, etiamsi sit præsumptus, vt
5 quia ejus inimicitia non sit manifesta, adhuc tamen non admittitur dummodo sub sit causa inimicitiæ, *Bar. in l. 1. in fin. ff. de ijs, quibus vt indignis, Hypol. sing. 128.*
6 *Mascard. de probat. concl.* 1050. Nam, & inimicus reconciliatus non recipitur in testem, *cap. accusatores 3. quæst. 5. glos. in cap. per tuas, vbi Felin. de Symon. Iass. in l. apertissimi, C. de judic. & plures refert Tyraquel. in tract. cessante causa 2. part. limit. 16. num. 7. & ex communi resoluit Couar. practicarum cap. 18. explicat Mascard. vbi supra num. 21*

§. 6. *Quibus ex causis testes repelli, ac contradici possint.*

7 OBjiciens repulsas, eas formare poterit ex ijs, quæ diximus in libro primo, tit. de examinatore testium, & ex alijs, quæ tradit *Bart. in tract. quem fecit de reprobatione testium*, causa autem illa omittenda non est, vt in ea lite, quam ex actu super quo testis de ponit, potest ille sequi aliquod commodum, optimè re-
8 pellatur, nam si testis habet consimilem causam recte reprobatur, quia præsumitur, quod ad favorem partis ejus, quam ipse in alia causa sustinet, sit depositurus, *ex cap. personas vbi Ioan. Andr. & Felin. extra de testibus, Campeg. in tit. de teste. §. 1. vers. item, quod habet causam consimilem, sequitur, Mascard. concl.* 1363. *nu.* 54. Nisi iste testis deponat de facto proprio,
9 quia quò ad alios, testis legalis est, non vero, quò ad sui commodum, cujus sententiam sequitur *Campeg. de testibus reg. 56.* Vel nisi ipse protestetur cum juramento, ante depositionem nullum velle commodum ex sua depositione, *ita Mascard. vbi supra num. 57.*

SUMMARIUM.

1 *INstrumenta quomodo etiam post dilationem finitam, & post publicationem vsque ad conclusionem præsentari possint.*

2 *Iudex ex officio in causis criminalibus, etiam post publicationem testium, & conclusionem potest testes recipere, non vero ad instantiam accusatoris.*

3 *Ad defensionem rei, & ad ejus innocentiam detegendam etiam post publicationem testium, & conclusionem in causa testes admittuntur.*

4 *In dilatione concessa extra Regnum, vel ad insulas, ea finita non datur copia parti* para embargos ao lançamento, *nec in causis summarijs.*

5 *Qui gaudent beneficio minoris impedire possunt publicationem testium.*

6 *Mulier, & rusticus ex probabili ignorantia admittuntur ex clausula generali ad impediendam publicationem testium.*

7 *Maritus quamuis maior ex capite vxoris minoris, quando restituatur?*

8 *Causæ ad impediendam publicationem testium remissiuè.*

CAP. XIV. *De publicatione testium.*

PEr publicationem testium præcluditur via probationis, quando probatio 1 facienda erit per testes, cæterum, si per instrumenta probatio facienda sit, non censetur præclusa tunc probatio nam instrumenta, vsque ad conclusionem causæ produci possunt, *cap. cum dilectus de fid. instrum. l. 34. titul. 16. part. 3. vbi glos. vlt.* Dummodo pars producens cum juramento asserat instrumenta de novo fuisse reperta, vel in ejus notitiam venisse, alioquin instru-

instrumenta tempore dilationis præsentanda sunt. In causis tamen criminalibus
2 judex ex officio ad offensam, & punitionem rei etiam post publicationem testium, & conclusionem in causa ad diffinitiuam sententiam poterit testes, & alias probationes recipere secundum *Bar. in l.* 1. *§. si quis vltro, col.* 2. *ff. de quæst. Ant. Gomes* 3. *tom. var. cap.* 13. *nu.* 34. *Iulius Clar. lib.* 5. *sententiarum §. fin quæst* 61. *num.* 2. At vero ad instantiam accusatoris hoc minime fieri poterit secundum DD. vbi supra. Similiter ad defensionem, & innocentiam rei post publicationem testium, & conclusionem in causa testes admittuntur, *Bar. in l. vnius, §. cogniturum, vers. quanuis, vbi glos. ff. de quæst. & infra dicam lib.* 5.
3

§. 1. *De impedimentis aduersus publicationem testium, & de restitutione in integrum.*

4 Finita dilatione praxis est, vt detur copia parti ad impediendam publicationem, vulgo (*para embargos ao lāçamento,*) idque parte aliqua requirente, si autem finita sit dilatio, quæ concessa fuit ad probationem faciendam extra Regnum non datur copia parti, sed statim fit publicatio sine alio, & idem est si data sit dilatio ad Insulas, quia tunc, *se tras certidão de Marquo do tempo que partio o nauio para ellas.* Et in summarijs causis idem obseruatur.

5 Impedire autem possunt publicationem omnes illi, qui gaudent beneficio minoris vt est Ecclesia, Monasterium, collegium, & causa pia, etiamsi pars contraria eodem privilegio fruatur, *Abb. in cap.*
6 *auditis de in integrum restitutione.* Et similiter mulier, aut rusticus ex probabili ignorantia admittuntur ex clausula generali, si qua mihi justa causa. *Felin. in cap.*
7 *intimauit, num.* 4. *de testibus.* Et maritus quanvis maior ex capite vxoris si fuerit illa minor restituitur, *Ordin. lib.* 3. *titul.* 42. §4. *Gama decis.* 162. *Barb. in l.* 1. 3. *part. num.* 63. *ff. solut. matrim. Phœbus decis.* 60 *&* 61. *tom.* 1. Quod tamen beneficium mortua vxore non transmittitur ad hæredes, *non obstante lege non solum, ff. de in integrum restitutione,* & vltra hæc omnia sunt plures causæ, ex quibus publicatio impediri potest, vt quia culpa, vel impedimento notarij testes, non fuerunt recepti, *Matienso Hispanes* 40. *causas ad jungit in dialogo Relatorum, cap.* 46. *& capit.* 51. *num.* 7. & plures alias ponit *Alex. Statiatius in pract. judiciali cap.* 18 *num.* 47. 8
Rojas singul. 203 Et quæ frequentius hodie apud nos sunt in vsu habentur in *Ord. lib.* 3. *tit.* 62. *& tit.* 63. §. 3.

SUMMARIUM.

1 *Disputando, & arguendo magis veritas illuscessit.*

2 *Ex breuissima casus mutatione totum jus euertitur.*

3 *Ex facti narratione jus oritur.*

4 *Nulla est regula, quæ non habeat aliquas exceptiones, & limitationes.*

Ibid. In applicatione, & adaptatione legum ad casus similes consistit vera legum virtus, & aduocandi scientia.

5 *Perfecta probatio non eliditur per aliam probationem minus legalem, & quæ plenior est præualet, Probatio debet concludere de necessitate.*

6 *Aduocatus efficacia argumenta vltimo loco proponet, vt ejus speciosas, & efficaces rationes melius judex memoriæ comendet.*

7 *Testis qui per verba dubia, & ambigua deponit, non probat.*

8 *Paria sunt nihil dicere, aut ita obscure dicere vt non intelligatur.*

9 *Testes, qui per vnum, & eundem sermonem præmediatum pronunt iant non probant.*

10 *Probatio eorum, quæ non faciunt ad causam non releuat.*

11 *Testes qui deponunt extra capitula non*

non probant.

12 *Numerus testium, dignitas, & fama, confirmatore, de qua quæritur, fidem.*

13 *Aduocatus Rei quo modo se habere debeat in allegatione juris pro sua parte dicens de intentione ejus bene probata?*

14 *Tenor instrumenti strictè est accipiendus, & quod non reperitur scriptum non censetur dictum.*

15 *Qualitas masculinitatis, vel legitimationis non censetur repetita.*

16 *Quanvis in linea descendentium fæmina sit exclusa à testatore, si in linea transuersali nihil dixit non censebitur in illa exclusa.*

17 *Clausula illa,* succedasse assi, & da mesma maneira, *includit omnes qualitates præcedentes.*

Ibid. Dictio (semper) importat idem, quod omni casu.

18 *Vna pars scripturæ aliam declarat Dictiones ampliant, & restingunt, & sunt exclusiuæ, vel inclusiuæ.*

19 *De clausulis testamentorum scripsit Spino, & de clausulis contractuum Fontanella, & de clausulis bullarum Barbosa.*

CAP. XV. *De allegationibus in jure faciendis, vulgo, (do rezoar em final.)*

1 CVm advocatus Actoris facit prius suam allegationem, ejus copia datur Reo in ijsdem actis juxta *l. is apud quem C. de edendo,* qui dispunget, ne ex falsis allegationibus judex decipiatur, *vt in l. 1. C. si ex falsis allegationibus, l. si quis obrepserit, ff. de falsis.* Et disputabit super jure illo, nam disputando, & arguendo magis veritas, illuscescit, *cap. graue 25. quæst. 9.* Et videbit si casus figuratio in rei veritate proponitur, & si alio modo in aliqua circunstantia alterari potest, anno-
2 tabit quia ex brevissima casus mutatione totum jus evertitur *l. si is. ff. de excusat. tutorum, l. hoc legatum, ff. legat. 3.* Et tunc dicet, quod casus non ita se habet, vt advocatus Actoris proposuit, sed alio modo diverso, quem ad literam proponet, nam 3
ex facti narratione jus oritur, *l. ex plagijs, §. in cliuo, ff. ad leg. Aquil. l. fin. in princip ff. de jur. jurand.* Et si jura, quibus nititur advocatus actoris, sunt certa, & vera, studebit pro limitatione, & fallentia illorum 4
jurium. Nulla enim est regula, nec lex, quæ non habeat aliquas fallentias, & limitationes, quam suo casui applicabit, quia in hoc consistit vera legum virtus, & advocati scientia, vt *in l. non solum. §. qui primi pilo. ff. de excusat. tutor.*

Deinde dicet suam intentionem esse 5
legitimè, & perfectè probatam per testes fide dignas, & omni exceptione maiores, nam perfecta probatio non eliditur per aliam probationem minùs legalem, nam quæ plenior est prævalet, *cap. in nostra de testibus.* Dicet etiam, quod probatio actoris non sit concludens, vt est necesse, *l. non hoc, C. vnde legitim. l. neque natales C. de probat.*

Curabit etiam advocatus efficacia ar- 6
gumenta vltimo loco proponere, vt ejus speciosas, & efficaces rationes melius judex memoriæ comendet, *argum. glos. in cap. 2. de consecrat. dist. 2. speculator in hoc tit. §. post hoc in fin.*

§. 1. *De modo videndi, & examinandi processum.*

VIdeat Advocatus attestationes, & 7
objiciat adversus personas testium, vt apparet ex eorum dictis (*no costume*) vel adversus eorum dicta, vt quia sunt varij, vel vacillent, aut si deponunt de auditu, vel sine causæ redditione, vt in prima parte dixi, vel quia deponunt per verba dubia, & ambigua, quia tunc non probant, *Mascard. conclus.* 1369. *num.* 6. 8
Paria enim sunt nihil dicere, aut ita obscurè dicere, vt non intelligantur, *l. de ætate, §. nihil,*

§. nihil, §. de interrogat. act.

9 Vel quia per vnum, & eundem sermonem præmediatum pronuntiaverint *l. testium, §. ideoque diuus, ff. de testibus.* Vel
10 quia testificantur in eo, quo probatio non relevat producentem, quia articuli non faciunt ad causam, *l. ad probationem, C. de probat. Bar. in tract. de reprobat. testium num.*48.
11 Vel quia deposuerunt extra capitula, de quo dixi in titul. de examinatore testium, quæ omnia non ita bene, sed satis confuse aduertit *Amator Roder. in sua praxi de hoc tit. cap.*10. *num.*17.

§. 2. *De modo allegandi,*

12 IN primis advocatus in suis dictis intẽdat benevolentiam judicis captare, & eum de justitia monere, vt consuluit, *speculator in hoc tit.* §.3. Et statim discurrat per articulos dicendo, quod per testes folio tali, & per tale instrumentum, vel jus probatur, primus, vel secundus articulus, & sic de alijs. Et quanto plures testes concordes habuerit, tanto melius erit, nam numerus testium, dignitas, & famæ consentiens confirmat rei, de qua quæritur, fidem, *cap. in nostra præsentia extra de testibus, l. fin. §. 1. ff. de probat.* Et inducat omnia jura, & rationes, quæ faciunt ad id, quod probare intendit, & simul cuncta jungat, vt omnibus simul junctis, & sibi invicem suffragantibus probetur fortius, quod intendit allegando, & inducendo leges, & Canones, & argumenta, exempla, & rationes, quæ suam fulciant intentionem, & si non habet casus legum expressos, argumenta, & similia inducat, *l. non possunt, ff. de legibus.*

13 Advocatus vero rei respondeat allegatis destruendo allegationes alterius partis per dicta testium, vel instrumentorum, vel per confessionem, seu alias probationes inducendo etiam pro se jura rationes, & exempla, & allegatis per partem alteram clare, & aperte respondeat distinguendo eorum jurium intellectum apertius exponendo.

§. 3. *Allegatio, quomodo fiet super clausulis scripturæ, quam pars pro se produxit.*

IN primis videat advocatus si instrumentum, aliquod oblatum fuit post testium publicationem, & tunc dicat, quod extrahatur à processu, & pars dicat cum eo, vt videatur ad quid illud produxit, & in quo illa pars de eo fundat suam intentionem. 14

Deinde advertet servandum esse tenorem scripturæ, vel instrumenti nihil ei addendo, vel supplendo, nec aliter accipiendo, quam quod in ea est expressum, quia stricte est accipiendum, *l. quicquid astringendæ, l. triticum, ff. de verborum obligat.* Et quod non reperitur scriptum, non censetur dictum, vnde fit, vt si concedens emphyteusim nominasset filios in secundo loco, & postea dixisset, vt secunda vita nominasset tertiam simpliciter, emphyteusim non esse habendam pro familiari declaravit Senatus in lite Francisci de Magalhaens, anno 1633. scriba Amaro Ferreira.

Et similiter si testator vocavit Titium sub conditione, si sine filijs masculis, vel legitimis, & in alia substitutione vocavit simpliciter sub conditione, si sine liberis, illa qualitas masculinitatis, vel legitimationis non censetur repetita, vti judicari vidi in lite comitatus de Buendia, quicquid alij contrarium defendant quos refert *Castillo lib.*3. *controuersiarum, cap.* 82. *numer.*46. *Molina lib.* 3. *de primogen. cap.* 5. *num.*6. *Surd. cons.*89. *sub num.*36. 15

Et similiter si instituens maioratum in linea descendentium exclusit fæminam propter masculos, & in linea transuersali, nihil de hac exclusione dixit, fæmina de linea transversali non erit exclusa, *Ruin. cons.*1. *vol.*2. *Mantica de conjecturis vlt. vol. lib.* 7. *tit.*15. *num.*10.

Cæte-

Cæterum hæc omnia ita procedent, ni-
17 si in casibus, in quibus lex jam prouidit *vt in l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* Vel nisi ex alijs clausulis ipsius scripturæ a iud evidenter constet de voluntate testatoris, vel contrahentium. Nam si dicatur *succedasse a si, & da mesma maneira*, per prædictam clausulam videntur includi omnes qualitates præcedentes in sequentibus successoribus, nam prædicta verba habent relationem ad præcedentes substitutiones factas primo nominato, vel si dicat perpetuo vel semper, quod inducit perpetuitatem. *gl. in l. fin. ff. ad leg. pomp. de parrecid. l. semper ff. de jur. jurand. Rom. consf.* 166. *col. pen. dicens dictum verbum* (semper) idem importare quod omni casu. Et idem erit si testator vsus fuerit aliqua dictione repetitiua, veluti supra dicta, *vt per Mant. de conjecturis, lib.* 6 *titul.* 13. *num.* 10.

18 Nam vna pars scripturæ aliam declarat, *Masc. conclus.* 1271. *num.* 31. Sunt enim dictiones, quæ ampliant, aliæ quæ restringunt idest exclusiuæ, & separatiuæ, aliæ vero inclusiuæ, de quibus, *Tyraquel. de retract. linag.* §. 1. *num.* 66. *& notat speculator in hoc loco*, §. 32.

19 Et quoad alias clausulas testamentorum tradit plura Spino non contemnendus Auctor in speculo testamentorum, & quo ad clausulas alias contractuum, multa videri possunt apud Fontanelam de pactis nuptialibus, vbi plures per ordinem annotauit clausulas, quæ generaliter applicari possunt ad alios contractus, & quo ad clausulas rescriptorum, & Bullarum Ecclesiasticarum complura cumulat Barbosa in speciali tractatu de clausulis. Et super clausulis maioratuum spero fauente Deo opus edere magnificũ si vita comes fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Minor post conclusum in causa admittitur ad probandum.*

2 *Iudex potest reuocare conclusionem, & quoad eum nunquam concluditur in causa.*

3 *Iudex recipiendo articulos censetur reuocare conclusionem.*

4 *Iudex non potest aperire, quod fuit cõclusum à partibus, nisi legitima causa interuenientibus.*

5 *Ius partibus quæsitum non potest ab eis inuitis auferri.*

CAP. XVI. *De Conclusione in causa.*

Minor si læsus est restitui solet aduersus conclusionem, vt *in l. minor autem* §. 1. *& in l. minor* 25. *annorum omissa ff. de minoribus tradit Franciscus Viuius, decis.* 291. *num.* 7. *Cæsar Vsill ad Afflict. decis.* 235. *in fin.* Vbi dicit ex sententia Senatus post conclusum in causa fuisse minorem admissum ad probandum. 1

Item præd. conclusio nocet ad hoc vt si quid postea allegatum fuerit transire non possit in acta publica judicij, *ex Bar. Bal & alijs in dict auth jubemus, C. judicijs, qui ita explicant dictum Innocent. in cap. pastoralis de caus poss. & propriet.*

Cæterum si quid postea fuerit allegatum recte potest prodesse ad animum judicis priuatim instruendum de jure, id enim quandocunque fieri potest, *vt innuit gl in cap. cum Ioannes, verb. postquam de fid instrum.* Et ad hoc talis renuntiatio non obstat, *ex l. ornamentorum, ff. de aur. & argent. leg.* quam ad hoc citat *Barb. vbi supra.*

Istam autem conclusionem reuocare potest judex cum sibi visum fuerit, vt dixi in prima parte, quia quoad judicem ipsum nunquam concluditur in causa, quia semper vrget ejus officium, vt ex pluribus docet Iason in repetitione, *l. admonendi, calumn.* 29. *numer.* 62. *vers. Item adde quod ff. de jur. jurand. quem refert. Masc. concl.* 1285. *num.* 18. Et sic ex causa potest judex 2

reuocare conclusionem, prout tradit *Me-*
3 *noch.lib.2.præsumpt.*63. Nam recipiendo
articulos censetur reuocare conclusionem
præsertim si illa fiat à judice sciente, quia
partes possunt facere conclusum etiam ju-
4 dice ignorante quod judex aperire non
poterit nisi legitima causa interueniente
præcipue in causis ordinarijs, quia per di-
ctam conclusionem, & renuntiationem
jus est partibus quæsitum, quod ab eis in-
uitis auferri non potest, *Amator Roderi-*
5 *cus in sua praxi de modo videndi process.*
cap. 11.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet ferri in scriptis.*
2 *Iudex non potest sententiam definitiuam reuocare nisi in continenti, sed tantum declarare.*
3 *Causæ cognitio debet esse secundũ qualitatem negotij.*
4 *Sententia sine causæ cognitione non valet.*
5 *Iudex debet esse instructus ex actis.*
6 *Sententia lata breui tempore ita vt propter breuitatem temporis non fuerit seruatus juris ordo, erit nulla.*
7 *Iudici non creditur sine probatione quãuis ille dicat in sententia visis testibus, & probationibus.*

CAP. XVII. *De Sententia judicis.*

1 IN primis sententia diffinitiua, vel, quæ
habet vim diffinitiuæ debet ferri in
scriptis *Barbos. in l. si debitori, num.* 138
ff. de judic. Alex. Trintacinq. variar. lib. 2.
titul. de sententia resolutio num. 2. Quam
2 tamen non poterit reuocare nisi in conti-
nenti, *Tyraq. de retract. 2. part.* §. 1. *glos.* 5.
num. 17. *poterit tamen eam declarare, vt*
infra dicam.

3 Item diffinitio judicis requirit causæ
cognitionem, & qualis illa esse debeat, *po-*
nit glos. in l. judices, C. de judicijs glos. in l.
3. §. *sed sciendum, ff. ad exhibend. Marant.*
de Ordin. jud. c. 4. *part. distinct.* 9. Et con-
stat debere esse secundum qualitatem ne-
gotij.

Cæterum an sine ea cognitione senten-
tia valeat dubitatum fuit, & *Bar.* tenuit 4
non valere, *in l. prolatam, C. de sententijs,*
& in l. 2. 2. *lectura, C. de edendo, vbi Alex.*
& Iass. dicit communem, tradit Marant.
vbi supra distinct. 7. *Abbas vero sentit*
contrarium in cap. tum ex literis, per text.
ibi, n. 10. *de in integr. restit. Felinus in cap.*
Eccles. Sanct. Mariæ do const. num. 17. *vbi*
Dec. nititur conciliare, & idem Dec. in di-
cta l. 2. *num.* 36. Veritas est, quod omisso
ordine judiciorum sententia lata non va-
let, *ex dicta l. prolatam, & ex doctrina. l.*
C. in l. cum ij § *si prætor ff. de transact.* De- 5
bet enim judex instructus esse ex actis non
aliunde *ex cap.* 2. *de officio Ordinat. & ita*
probat. text. in cap. cum Bertolus de re ju-
dic. dum innuit ex causa nullam fuisse sen-
tentiam, de qua ibi, & ita etiam *innuit text.*
in l. 5. *& l. fin. C. comminationes ep. & in l.*
fin. C. si per vim vel alio modo.

Aduerte tamen, quod præd. doctores
secure tenent sententiam latam breui 6
tempore nullam esse *ex Bar. vbi supra,*
quod tamen Bar. non dixit simpliciter,
sed tantum eo casu, quo propter breuita-
tem temporis constet non esse seruatum
juris ordinem. Si enim post conclusio-
nem ritè factam, feratur sententia breui
tempore valebit mero jure licet sit injusta
dicto cap. tum ex literis, quo casu debet
intelligi opinio Abbat. & aliorum, & hinc 7
est, quod judici non creditur sine proba-
tione, quanuis ille dicat in sententia visis
testibus, & probationibus, *Abb. cons.* 1.
column. 2. *Felin. in cap. quoniam*
contra de probationibus num.
3. *Cephal. cons.* 421. *nu-*
mer. 61. *Roland cons.*
89. *num.* 56.
(∴)

SUMMARIUM.

1 *SI citatio, & sententia non fuerint inuicem concordes impediri potest sententia in Chancellaria.*

2 *Sententia impediri potest in Chancellaria, si judex, qui eam tulit hoc tempore erat suspensus.*

3 *Impediri potest sententia in Chancellaria, si sit obscura, & indigeat declaratione.*

4 *Sententia est stricti juris, & stricto modo intelligi debet.*

5 *Sententia obscura interpretari debet juxta conclusionem libelli.*

6 *Declaratio, quæ sit in essentia obscura ita fieri debet, vt illa declaratio verbis sententiæ conueniat, & addat nihil, vel detrahat de sententia variando ejus substantiam in principali.*

7 *Iudex post sententiam à se latam potest in accessorijs ei addere in eadem die.*

8 *Iudex non potest bis suam sententiam declarare nec interpretationem, quam semel fecit non potest reuocare.*

9 *Tertius non potest impedire ne transeat sententia per Chancellariam, si non litigauit in causa principali.*

CAP. XVIII. *De Impedimentis in Chancellaria.*

1 SEntentia impediri potest, si citatio, & sententia non fuerint concordes inuicem, quia processus non valet *l. cui fundus ff de except. rei judic.*

2 Item impediri potest in chancellaria per exceptionem ex defectu jurisdictionis, vt quia judex tunc temporis, quando pronuntiauit, erat suspensus prout tradit *Aret. cons. 75. col. pen.* vbi dicit cōmunem, quanuis contrarium teneat *Carrosius de remed. contra præjudiciales sententias except. 22. quæst. 11.*

Item impediri potest si sententia judicis sit obscura, & indigeat declaratione, quam judex tenetur facere juxta tradita per *Gomez 3 tom var. cap. 13. num. 12. ad fin. Cald de nomina quæst 12. num. 60. Sygismund. Scacia de sententia, & re judic. lib. 1. cap. 1 glos. 14. quæstion. 17.* Durante tamen ejus officio *Bruñol. à Sole in locis communibus verbo judex Ant. Thesaur. Pedemont. decis. 253 Franciscus Marc. Delphinat. decis. 546. & 668. part. 1. Ant. Gabriel. Rom. lib. 6. sentent. titul de reg. jur. conclus. 3. num. 14. cum sequentibus, Alex. Raud responso. 50. numer. 191. & 196. vol. 1. Gam. decis. 110. num. 36.* Sed in hoc praxis est vt prius judex jubeat dari copiam parti, quæ lædi posit, *Barb. in l si quis intensione ambigua nu. 117. cum sequent. ff. de judic. Gratian. discept. forensium, cap. 66. nu. 26.* Quod adeo verum est, vt etiam posit appellari ab alterutra parte, vt *per Auiles in proœmio cap. prætorum nu. 19. & 20. Barb. vbi supra n. 106.* Nam cum sententia sit stricti juris *ex Aloys Ricci, in collectan. decis. part 5. collect. 206.* Et stricto 4 modo intelligi debeat *Surd. decis. 261. n. 7, Farinac. in praxi crimin. quæst. 25. nu. 65.* Si fuerit obscura debet interpretari juxta 5 conclusionem libelli *Masc concl. 110. n. 4. Gratian. Discept. forens. cap. 33 nu. 10. & Marchia decis. 214. num. 5. & 6.*

Dummodo tamen declaratio verbis sen- 6 tentiæ conueniat, *Tyraq. in l si vnquam, verbo libertis, num. 13.* Et dummodo non addat, nec minuat de sententia, variando ejus substantiam in principali, *l. judex ff. de re judic. l. 1. sententiam rescind. non poss. Bar. in l. 4. sub nu 8 ff. de appellat.*

Potest tamen judex in accessorijs adde- 7 re in eadem die, *l. Paulus 42. ff. de re judic. Bar. in l. hac lege sub num. 4. C. de sentent. ex pericul Scacia de sententia, & re judic. glos. 14. quæst. 17. num. 16 Surd. cons. 288. num 5. lib. 2. Barb. in l. eum quem temere, num. 177. ff. de judic.*

N 2 Sed

Sed non potest judex, nisi semel, & non bis suam sententiam declarare, & sic interpretationem, quam semel fecit non potest reuocare, *Tyraq in l. boues*, §. *hoc sermone*, *num* 40. *Surd. vbi supra*, *num*. 19. *Scacia*, *vbi supra num*. 52.

Item tertius non potest impedire transitum sententiæ per Chancellarium, si non fuerit pars in causa principali, ita voluit senatus in lite Jorge Rodriguez, cum Sebastiano de Araujo, oppositore Francisco Dias Mendes de Brito, scriba Joanne Baptista de Chaues.

SUMMARIUM.

1 *Causa vt subsit jurisdictioni judicis non attenditur condemnatio sed petitio.*

Ibid. Cabedus fuit sibi contrarius.

2 *Causa super jurisdictione, & super expensis, quanuis illæ expensæ sint in minori quantitate, & super juribus Regalibus excedunt jurisdictionem judicis.*

3 *In gradu appellationis allegari potest noua causa, & quæ illa dicatur.*

4 *Tertius oppositor potest in gradu appellationis testes adhibere, & producere.*

5 *Testes qui in prima instantia erant absentes, vel de eis non fuit pars recordata possunt produci super eisdem articulis in secunda instantia.*

6 *Si pars in prima instantia nullos produxit testes super articulis, poterit in causa appellationis producere.*

7 *D. Phæbus reprehenditur.*

8 *Pars supplicare potest per petitionem, de aliqua expeditione facta in relatione, quam Senator solus facere debuerat.*

9 *Grauamen ex incompetentia facit annullare totum processum, & sententiam.*

10 *Grauamen sententiæ interlocutoriæ expeditum per alios quam per illos, qui fuerunt in alia petitione grauaminis ejusdem causæ nullam judicauit Senatus.*

11 *Hodie in Senatu non cognoscitur de grauamine, nisi appareat grauamen fuisse interpositum coram judice à quo in ejus audientia.*

12 *Senator, qui apparuit suum votum recusari potest.*

13 *Si pars fuit cum judice alloquutus ad aurem, ille recusari potest.*

14 *Licet Senator sit recusatus, potest in audientia comittere.*

15 *Aduocatus tenetur actione injuriarum, si in libello recusationis dixerit verba injuriosa.*

16 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, suspitio de nouo potest opponi quocunque tempore.*

17 *Impeditus à parte facere probationem suspitionis intra 45. dies recurrere debet ad Senatum Palatij.*

18 *Recusans ineptè non prohibetur iterum rite, atque ordinate recusationem proponere.*

19 *Aduocatus in causa propria potest scribere suam recusationem*

Ibid. Paria sunt aliquid scribere, vel scriptis per alium se subscribere.

20 *Recusans non potest nominare plures testes, quam qui sunt nominati in petitione, nisi sit minor.*

21 *Ordinatio lib 1 tit. 5. §. 4. declaratur, quod ad praxim.*

22 *Quomodo practicari debeat Ord. lib. 1. tit. 1. §. 14.*

23 *Impedimenta posita in Chancellaria, quæ ostendunt sententiam, & ejus injustitiam arguunt, recipi non debent.*

24 *Ex serie sententiæ, vel ex ejus relatione, nullitas deprehendi potest.*

25 *Nullitas debet articulari in impedimentis ad Chancellariam.*

Ibid. Cessante fundamento sententiæ, cessabit etiam ejus virtus, & effectus.

Ibid. Si ostendetur per impedimenta posita in Chancellaria nullam esse sententiam, ex ijsdem actis, sententia reuocabitur.

26 *Quæ impedimenta nullitatis posita in*

in Chancellaria supplicationis ad sententiam quæ lata fuit in Senatu admitti non debeant.

27 *Sententia impediri potest in Chancellaria per instrumenta de nouo reperta.*

28 *Impedimentis positis in Chancellaria non possunt alij articuli eis addi de nouo.*

29 *Instrumentum vitiatum si penes partem reperiatur interesse ex eo prætendentem, præsumitur rasuram factam fuisse in præjudicium aduersarij.*

30 *Si vitium scripturæ est patens, proceditur contra producentem, sed illud vitium constare debet per claras probationes.*

31 *Sententia impediri potest in Chancellaria ex eo, quod terminus ad reprobandum testes ei fuit denegatus.*

32 *Incompetentia Senatoris allegari, & articulari potest in secundis impedimentis ad Chancellariam, & illa admitti debent.*

CAP. XIX. *De Praxi procedendi in gradu appellationis, aut supplicationis.*

1 IN primis, vt causa dicatur subesse jurisdictioni judicis, & appellationi locus sit, non attenditur condemnatio judicis, sed tantum petitio Actoris, quanuis Reus reconueniat de maiori summa, *Cabed. decis. 21. 1 part. num. 6. Giurb decis. 3.* Contrarium tamen videtur tenere idem *Cab. sibi contrarius Arest. 80. 1. part quem sequitur glos. in Ordin. lib. 3. tit. 70. §. 5.*

2 Sed sunt plura, quæ excedunt jurisdictionem, vt est causa jurisdictionis *Cabed. 2 part. Arest. 87.* Et causa expensarum si earum si omissa condemnatio, *Gama decis. 65. Cabed. 1. part. Arest. 78. Barb. in l. eum, quem temere n. 180. ff. de judic.* Dummodo causa principalis esset appellabilis Item, & causa super juribus regalibus, *Cabed. 2. part. Arest. 87.*

Item in hoc gradu allegari potest noua causa quæ tunc dicetur adhibita noua circunstantia, vel qualitate respectu rei, loci, temporis, vel personæ, quæ quidem nouum articulum ac nouam probationem facit *Garcia de nobilitate glos. 46. num. 6. Azeued. l. 4. tit. 9. lib. 4. recopill. Gratian. discept. forens. cap. 158. Amator Rodericus in pract. cap. 8. nu. 7. vers. nec etiam.* 3

Et tertius oppositor pro suo interesse etiam publicatis attestationibus non prohibetur ad sui juris probandi causam adhuc testes adhibere, & producere, *Azeu. vbi supra, num. 11. Gabriel Rom. tom. 3. commun. lib. 1. titul. de testibus concl. 21. à nu. 91. cum sequentibus Greua lib. 5. concl. 105. num. 44.* 4

Item testes, qui in prima instantia erant absentes, vel de eis non fuit pars recordata possunt produci super eisdem articulis in secunda instantia si credimus *Gregor. in l. 29. per text. ibi, titul 16 pag. 3. Soarez al legat. 5. num. 9. & 11. Amator Roder. cap. 8. num. 7. vers. veruntamen.* 5

Item si in prima instantia nullos produxit testes super articulis poterit in causa appellationis producere; *glos. vlt. in l. per hanc. C de tempor. appellat. Villalobos tom. 1. commun lib. 4. titul. 10. n 299. Menoch cons. 322 num. 1. Perez, in l. 4. titul. 11. lib. 3. ordinam.* 6

Illud autem non omittam, quod ille audaculus, *Phæbus tom. 1. Arest. 21.* Dixit quod non nisi in Senatu dabitur licentia ad articulandum de nouo in causa appellationis, & quod auditores dominorum non possunt hanc licentiam concedere, quod quidem est satis impertinenter dictum, & contra leges Regni, & jus commune. 7

§. 1. *De Forma expediendi appellationem, vel grauamen per Senatorem.*

QVando Senator in ijs, quæ expedire debuerat per se, ipse expediuit per 8

per relationem, vt euitaretur grauamen, nihilominus, ipsum admitti jubet, *Ordin. lib.1.titul 6.§.10.* Et quotidie ita practicatur, contrarium tamen judicatum fuit in causa hæredum Ferdinandi Jorge, scriba Amaral.

9 Item grauamen ex incompetentia etiam lata sententia in causa principali visum fuit in Senatu, & annullauit totum processum, & sententiam in lite Joannis Botelho, scriba Chaues.

10 Item grauamen sententiæ interlocutoriæ expeditum per alios Senatores, quam per illos qui fuerunt in alia petitione grauaminis ejusdem processus nullum judicauit Senatus in lite Gregorij Gomez Galego, scriba Emmanuel Guterrez.

1 Item hodie in Senatu non cognoscitur de grauamine, nisi appareat grauamen fuisse interpositam coram judice à quo in ejus audientia.

Item ijs, quæ expediri solent per Relationem, non potuit pars consequi à Senatu maximo, vt expediatur causa per suffragia.

§. 2. *De Recusatione Senatorum.*

12 QUanuis *Mascard.concl 951.Aloys. Ricc. in collectan. decision. 1.part. collectan.83.* Plures causas referat ad recusandum, & alias *Gratianus Forensium cap.100.ex num.13. & alias Valasc. de partit.cap.9.numer 18.* Illæ duæ magis in praxi frequentantur, scilicet inimicitia judicis, vel quia suum votum aperuit, quæ causa sufficiens est ad recusationem secundum *Menoch consil. 94. num. 14. Mayner. decision.94. Phæbus Arest.41.2.part Gratian.vbi supra numer.17.* & tenuit etiam *Viuius decision. 36. & Aloys. Ricc. collectan.1526 Giurb decis.54.*

13 Vel si pars fuit cum judice alloquutus ad aurem *Gregor. in l.8.verb.a las orejas, titul 4 part.3. Ludou Rodolphin de absoluta Principis potestate concl.8.per totam.* Vel si judex minatus fuit parti. *Rebuf. 4.tom.artic.9.numer.37.*

Et de styllo recusatus potest in audientia committere antiquiori advocato, vt jubeat, & deferat requisitioni partium, prout tradit *Phæbus, tom.1.Arest. 11.& decis.90.eodem tom.* 14

Item verba injuriosa in articulis deleri debent, imo aduocatus tenebitur actione injuriarum *Bajard.ad Clarum §.fin.quæst. 43.num.7. Farinaceus in praxi crimin. 3. part.quæst.105.num. 233.* Nec tenebitur recusatus deponere positioni injuriæ. *Gratian.vbi supra num.47.* 15

Item in quacunque parte litis, si suspitio de nouo veniat, judex recusari potest, *vt in Ordin.lib 3 titul.21. in princip.* ea enim, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio *l de ætate. § ex causa ff. de interrog.act. Gratian discept.forens.cap. 100 num 31. vbi num. 32.* Ampliat etiam post conclusionem in causa, dummodo causa recusationis habuerit ortum ante conclusionem. Notabis etiam 45.dies currere de momento ad momentum teste *Phæbo Aresto 67 1.part.* ita quidem, vt si recusans impeditus fuerit à parte contraria, adhuc currant, quicquid, *Cald. in l. si curatorem verb.læsis, num.19.* & ita obseruatur in praxi, vt constat ex epistola Regis, quam refert *glos.in Ordin.lib 3.titul. 21.§ 21.num 3.* Quod tamen limita ex ijs, quæ tradit *Cabed. 1.part Aresto 21.* Sed in præd. casu, quando à parte recusans fuerit impeditus, ille recurrere debet ad Senatum Palatij, vt dixi in prima parte, titul. de suspitione judicum, sed minor restituitur *ex præd Ordin §.22.vbi glos. num.2.* 16

17

Item si quis inepte, & non obtenta forma data recusauit, ob idque fuerit dicta recusatio rejecta, non prohibebitur postea ritè, atque ordinatè eam iterum proponere, *Paul de Castro, cons 313 lib. 2 refert, & sequitur Tyraq.de retractu linagier. §.8. glos 7.num.5.* 18

Item recusatio debet esse in scriptis, & scripta per aduocatum *ex Nouella Philip.* 19

lip. § 32. & *aduertit Cabed.* 1. *part. decis.* 45 *numer.* 8. *quicquid de jure teneat Azeued in l.* 1 *num* 3. *titul.* 16 *lib.* 4. *recopillat.* Sufficit tamen, si aduocatus subscribat, nam paria sunt aliquid scribere, vel scriptis per alium se subscribere, ex resolutis per *Anton. Gabriel. lib.* 1 *communium opinion titul de præsumpt. concl* 3. Et ipsamet pars recusans aduocatus poterit in causa sua propria subscribere, ita obtentum fuit à D. Francisco Lopez Brandão eminentissimo aduocato, quicquid alij contrarium senserint. Et intra ipsis articulis recusationis debet pars nominare testes, ex quibus probare intendit suspitionem, aliàs non admittitur *Ordin lib* 3. *tit.* 21 § 4.

20 Nec ad nominandum plures, quam, qui sunt nominati in petitione, *Phæbus Arest.* 60. *part.* 1. Si tamen fuerit minor, qui recusat, beneficio restitutionis vtetur, & poterit post primam nominationem alios testes nominare, & producere per restitutionem ex regula, *l. minor* 25. *annis, ff. de minor. cum notatis per Ozascum. Pedamontan decis.* 87. *num.* 3. *Azeued. in l.* 4 *titul* 9. *n.* 4 *lib* 4. *recopil, quicquid aliud velit Phæbus, qui sæpe mentitur Arest.* 60.

Item si Senator fateatur se esse suspectum, Rector in ejus loco alij causam committit ex decreto Senatus in lib. 8. Relationis fol. 108,

21 Notabis etiam, vt dum *Ordin. lib.* 1 *tit.* 5 § 4. Asserit Senatorem manere suspectum ipso jure, si Ordinationem non seruauerit, ita demum ejus praxim admitti, si pars in grauamine fuerit prouisus, nam cum certitudine *do ditto Acordão* de suspitione aget coram Chancellario, vt judicetur pro suspectu, sed si grauamen interponatur de duobus Senatoribus ex Ordinatione non seruata, qui judicarunt per Acordão, non credo præd. praxim admitti posse ex *Ordin. lib.* 3. *tit.* 20. §. 46. *Cabed. Arest.* 61. 1 *part.*

22 Sed quæro, quæ praxis deduci potest ex *Ordin. lib.* 1. *titul.* 1. §. 14. Qui textus difficilis est in duobus. Primo, quia Rector justitiæ cognoscit de suspitione, cujus cognitio tantum pertinet ad Chancellarium, deinde, quia ipse nominat alium senatorem loco suspecti, quod tamen, non nisi Chancellario conceditur, sed præd. Ordin. non procedet in senatore jam designato ex distributione, nec in eo, qui in primæua sẽtentia jam judicauerat, & votum dederat, sed præd. Ordin. procedit in senatore, quẽ Rector nominat in voce, vt solet.

§. 3. *De Modo admittenda, & expediendi impedimenta posita in Cancellaria supplicationis.*

Nullitas autem potest deprehendi ex multis, de quibus *Giurba, cons.* 10. *nu.* 9. *cum seqq.* Illa autem omnia impedimenta, quæ non sunt de nullitate, & offendunt sententiam, quatenus in re toties judicata arguunt injustitiam non debent admitti contra rectissimam Ordinationem *lib.* 3. *titul* 87 §. 1 *ad fin. consonat l. peremptorias. C. sent. rescind non poss. l. ex diuerso* § *si in judicio, vbi Bart. ff. solut. matrim & in l.* 1. *C de jur. & facti ignor. obseruat. Gam. decis.* 207. *num* 6. Ex 23
serie sententiæ, vel ex relatione deprehenditur admitti debent *Barb. in l. si prætor ff. de judicijs ex num.* 24. *cum sequentibus.* Nam si judex in sententia se refert expressé ad acta, & ex illis apparet de errore ipsius judicis, vitiatur sententia, & est nulla *Turan.* 2 *tom. commun. opin. lib.* 7. *titul.* 8. *num.* 11 *pag.* 242 *Tyraquel. de jure mariti glos.* 7 *num* 184. *Dueñas reg* 246. *Gam. decis.* 110. *num* 42. *Menoch. cons.* 11. & *cons* 67. *Gratian forens. cap.* 103. *ex numer.* 18. Et idem si se referat ad primam sententiam, à qua fuit appellatum secundum *Menoch. cons.* 345 *num.* 9. & 34. *Ord. lib.* 3. *tit.* 75. §. 1. Et de nullitate debet allegari, & articulari in ipsis impedimentis, 25
vt per Valasc. de jur emphyt. quæst. 9 *num.* 14. & *cons.* 65. *ad fin.* & *de partit. cap.* 39. *ex*

*ex num.72.Gratian. vbi supra cap.16. numer.35. Gam decis.238.numer.2.& decis.*324. Et eodem modo si ostendatur per impedimenta posita in Chancellaria cessauisse fundamenta sententiæ, cessabit etiam ipsa sententia, & ejus virtus, & effectus, *Valasc.cons.*56.*num.* 6.*Surd. decis.*163.*num.*14. *Tyraq.cessa.caus.numer.*240 Et idem erit si ostendatur injustitia sententiæ ex ijsdem actis *Scacia de sententiæ, glos.*14.*quæst.*20.*num.* 12.*Surd.cons.*99.*num.*21.

26 Impedimenta autem nullitatis in Chancellaria ad sententiam, quæ lata fuit in Senatu, ex eo quod judex in prima instantia erat incompetens, non admittuntur, prout tradit *Gama decis.*110.*num.* 6. *& decis.*238.*num.*3 *judicatum dicit, Cabed.*1.*part.decis.*48.*tradit Tyraquel.de jure mariti glos.*7 *num.* 192. Quamuis aliàs sententia à judice incompetenti semper nulla sit ex defectu jurisdictionis. *Ordin. lib.*3 *titul.*75. vt quia ejus jurisdictio prorogari non potuit. *Ord.lib.*3.*tit.*49. § 2.

27 Item sententia impediri potest per instrumenta de nouo reperta per viam restitutionis ex clausula generali *Frederic Hildropius de processu judiciario* 4. *part. tit.* 18.*numer.*67. Nam per illa impedimenta sententia rescindi potest, si constet ex malitia, & occultatione victoris non fuisse antea reperta, *Soar.*2.*tom.commun. lib.* 7 *titul* 8 *num* 5.*pag.* 287. *Gregor. in l.* 33. *titul* 14 *part.* 5. *Molina de justitia tractatu* 2.*disputat.* 568. *Peregrin. de jure fisci lib.*7.*tit.*4 *num.*4.

28 Item postquam impedimenta sunt posita in Chancellaria, non possunt in eis addi alij articuli de nouo, *Phæbus Aresto* 525.*tom.*1. Nec datur in eis Replicatio, vt dixi in titulo de replicatione.

29 Item dixi in prima parte num.37. quod si in actis aliquid vitiatum, vel falso commissum reperiatur, ex hoc impediri potest sententia in Chancellaria, in quo notabis, quod quando instrumentum rasum est penes partem interesse ex eo prætendentem, præsumitur rasuram factam fuisse in præjudicium aduersarij *Bald. l.si vnus nu.*3.*& ibi Ias. numer.*7.*C.de testament. Soc. Iunior.cons.*61.*num.*21. *lib.* 2. *Menoch. de adipiscend. possess.*4.*remed.num.*725. Unde si quis producat in judicio instrumentum chancellatū, vel aliter vitiatum, adeo vrgens præsumptio est contra producentem, vt debeat capi, & puniri de falso, *l. pen.junct.glos.*2.*C.de probat.* Quod tamen distinguit *Nata cons.*633 *num.*7.*lib.* 3. Ut si vitium scripturæ sit patens procedat dicta l.penul. si autem si latens constare debeat per claras probationes de falsitate, *glos.recepta in l.juris gentiū,§.quod ferè. ff.de pactis.* 30

Item potest impediri sententia in Chancellaria, quod sit nulla, ex eo quia Reus petijt terminum ad reprobandum testes, vel instrumenta, & ei non fuit concessus *Giurba decis.*26. *ex num.* 7. *cum sequentibus.* 31

Item addo, quod si in secundis impedimentis agatur de incompetentia Senatoris, illa admitti debent, *argum. text. in Ordin.lib.*3.*titul.*87.§.1.*Cabed* 1.*part. decis.*22.*num* 4. Et decisum fuit in causa de Britiz Nunez, cum procuratore regio, scriba Augustino Rabello. 32

Item casus omissus in sententia habetur pro omisso, *l. solemus,§.vlt.ff. de judicijs l.si de proprietate C.si à non compet. judic.*

SVMMARIVM.

1 REuisio alia est ex gratia, alia de justitia.

2 *Reuisio ex gratia differt ab illa, quæ de justitia conceditur, & in quibus differat?*

3 *Reuisio ex gratia concessa supplicanti, non prodest oppositori, reuisio vero de justitia prodest.*

4 *Tertius petens reuisionem sententiæ inter alios latæ admittitur.*

5 *Acta publica, & testes in alio judicio publi-*

publicati præstari possunt in judicio reuisorio.
6 *Supplicans potest recedere à sua supplicatione, etiam altera parte reluctante.*
7 *Sententia lata per superiorem in appellatione super interlocutoria, an dicatur definitiua?*
8 *Sententia lata super restitutione in integrum, si illa principaliter sit posita definitiua dicetur?*
9 *Sententia super alimentis lata, an sit definitiua?*
10 *Sententia super desertione appellationis erit definitiua.*
11 *Sententia, qua judex pronuntiat se competentem, dicetur definitiua.*
12 *In ijs, in quibus prohibita est appellatio, locus est reuisioni.*
13 *Reuisione semel denegata non amplius admittitur petitio reuidendi.*
Ibid. Concessa reuisione victor non recipit, nisi data fidejussione.
14 *Petitio reuisionis transit ad hæredes, & contra hæredes.*
15 *Pendente supplicatione reuisionis executio sententiæ non impeditur, nec ex rescripto Principis.*
16 *Ille, qui reuisionem impetrauit, potest sententiam exequi in alijs articulis, & rebus, in quibus non fuit erratum.*
17 *Qui non auditur supplicando in judicio reuisorio, minus audietur coram executore.*
18 *Fructus non adjudicantur victori in reuisorio judicio, nisi à tempore adeptæ possessionis.*
Ibid. Sententia lata in reuisorio judicio, habetur ad instar restitutionis ex gratia.
19 *Qui habet sententiam in reuisorio judicio, potest reuendicare rem ab aduersario venditam, obtenta sententia in secunda instantia appellationis.*
20 *Cautio amittitur, si sententia fuerit confirmata in reuisorio judicio, quamuis in alio sit moderata, vel correcta.*

CAP. XX. *De Praxi processus in causa Reuisionis.*

Dixi, quod alia est Reuisio, quæ conceditur ex gratia, nullo dato alio remedio juris, alia, quæ conceditur de justitia, *Ordin lib. 3. tit. 95. §. 1. ibi per graça special.* Differt autem vna ab alia, quia illa peti debet intra duos menses, hæc vero quandocunque, etiam post annum, nullum est enim tempus præscriptum, deinde, quia illa reuideri debet ex ijsdem actis, quod non est ita in reuisione ex justitia, quia in hac possunt partes allegare, & probare causas, ex quibus fuit concessa reuisio. *E seram ouuidos sobre ellas com seu direito. dicta Ordin.* Præterea, quia in reuisione ex gratia proceditur summariè, in hac vero proceditur ordinariè productis nouis instrumentis, & probationibus vltra jam producta in processu. Item ista in certis casibus tantum conceditur, vt in *Ordin lib. 3. titul. 95. in princ.* Illa vero in omnibus, quibus se in jure per sententiam grauatum supplicans allegat, vel ex causa suspitionis judicum, vel ex qualitate negotij, prout Principi notuerit. 1 2

Item differunt, quia in reuisione de justitia non requiritur illud præuium examen duorum judicum Senatorum, qui votum fuerunt, an sit casus dignus reuisione? prout requiritur in reuisione de gratia speciali, resoluit *Valasc cons. 51. à num. 10. cũ sequentibus 1. part.*

Item differunt, quia illa reuisio ex gratia non aliter conceditur, quam si deficiat omne remediũ ordinarium, vt dixi, in ista vero etiam agi poterit de nullitate, vt dixi in prima parte. Sed practici promiscuè vtraque reuisione vtuntur eodem modo, tam in vna, quam in alia in procedendo quos exprobat *Valasc. vbi supra, num. 10. in fin.*

Item adde, quod reuisio ex gratia supplican- 3

plicanti concessa non poterit prodesse oppositori secundum *Cab. decis.* 190. *Giurb. decis.* 3. Quod non erit in reuisione de justitia; vtraque autem reuisio non potest concedi sine speciali mandato Principis, *Ordin. lib.* 3. *tit.* 95. *tradit Valasc. vbi supra, num.* 12. *Cabed. decis.* 67. *lib.* 2.

4 Item tertiũ petens reuisionem sententiæ inter alios latæ admitti posse pro suo interesse tradit *Marius Giurba decis.* 90. *num.* 4. *& seqq.*

5 Item acta publica, & testes in alio judicio publicati præstari possunt in judicio reuisorio *Giurba decis.* 14 *nu.* 11.

6 Item supplicans potest recedere, & supplicationem deserere, etiam altera parte reluctante, quæ non supplicauit, & cautionem recipere, quicquid aliud, velit *Soarez à Pace in sua praxi* 3. *tom. cap. vnico, num.* 104.

§. 1. *Reuisio, quibus casibus non admittitur.*

7 DIxi in prima parte num. 12. reuisionem non admitti à sententia interlocutoria, sed tamen à sententia definitiua, vnde à sententia lata per superiorem in appellatione super interlocutoria dicetur definitiua, cum definiat id, de quo principaliter in illo judicio agebatur, ita *Calderin cons.* 6. *titul. de re judic.* Quod etiam tenet *Roman. cons.* 357. *Felin in rubrica, nu.* 14. *de re judic.* & pro illis est *tex. in cap. auditis. de procurat. adjuncto* communi intellectu Innocentij, & ibi expresse *Card. col.* 2. *ad fin.* Juxta quod venit explicandum dictum *Bal. in l cum & minores num.* 4. *C. si aduers. rem judic. & auth. hoc Sacramentum, num.* 8. *C. de jur. jurand. propter casum,* dum tenet, quod sententia lata in causa appellationis est definitiua, quoad judicem, & non quoad partes, & subscribit *Gregorius, in l.* 2 *titul.* 22 *part.* 3. *verb. de outras. post princip.* quia intelligendum est in hoc sensu, ut habito respectu ad causam principalem nõ dicatur definitiua, quia illam non definit, sed habito respectu ad articulum, de quo principaliter agebatur, dicetur definitiua tam respectu judicis, quam partium, *Bal. in dicto cap. auditis, num.* 1. *Calder. vbi supra.* Et 8
similiter sententia lata super restitutione in integrum, si illa principaliter sit petita, definitiua dicetur, vt agnoscit *Bar. l.* 1. §. *fin. num.* 3 *ff. de prætor. stipul. & ibi Paulus num.* 2. Pro indubitato tenet *Alex. in l. quod jussit. num.* 38. *& ibi Ripa num.* 45. *ff de re jud.* Et similiter à sententia super alimentis idem dicendum est, prout tradit *Lara de alimentis,* §. *si quis ex ijs. nu.* 13 *Surd. de alimentis titul.* 9 *quæst.* 7. *ante num.* 2.

Et similiter in sententia super desersione appellationis interpositæ à sententia diffinitiua, erit diffinitiua, *Bar. cons.* 22. *lib.* 2 *Ioan. Monachus, in cap. cupientes. nu.* 71. *de election. lib* 6 Nam hujusmodi sententiæ habet vim diffinitiuæ, & irreparabile damnum inferunt. Et similiter in sententia incompetentiæ, qua judex pronuntiat se competentem *Pereira decis.* 43 *ex num.* 2. Et ideo in eis datur reuisio, tradit *Bander. tractatu Reuisionis, concl.* 10. *num.* 28. *Rutger Rutland, de commissarijs,* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 21. *num* 6. *& sequenti, Gabriel Pereira vbi supra Cabed. decis.* 67. *num.* 4 *Valasc. consult.* 51. *nu.* 51. Quorum sententia hodie melius mihi deliberanti magis placet. Denique in ijs, in quibus prohibita est appellatio, locus est reuisioni *Vincent. de Franch. decis.* 148. *Capicius decis.* 144. *Menoch. remed.* 4. *adipiscend. nu.* 895. *cum sequentibus, Guido Pap. decis.* 50. *Surdus, cons.* 277. *Tyber. Decianus, responso* 47. *vol.* 1. *Bander dicto tract. reuision conclus.* 27.
(10 and 11 and 12 in margin)

13 Item reuisione semel denegata non amplius admittitur petitio reuidendi. *Valasc. cons.* 51. *num.* 49. *Cabed.* 1. *part. decis.* 12. *ex nu* 7. *Bander. in tract. reuision. concl.* 10. *num.* 31. *Aloys. Ricc. in collectan. decision part.* 5. *collect.* 1518. *Christophorus à Pace in scholijs ad ll stylli. l.* 171. *n.* 6.

Item

Item concessa reuisione victor recipere non potest nisi, data fidejussione, in lite Francisci Dias de Brito cum Georgeo Rodriguez.

§. 2. *De Effectu Reuisionis.*

14 PRimus effectus est, quod si Princeps rescribat ad partis supplicatione obtinet vicem *litis contestatæ*, *l.* 1. *C. de annal. exceptione l.* 1. *C. quando libellus Principi oblatus.* Secundus, quia supplicatio transit ad hæredes, & contra hæredes, *l.* 1. *l. constitutionibus, ff. de act. & o-*
15 *bligat.* Tertius, quia pendente supplicatione executio rei judicatæ impedienda non est, *Raynosius obseruatione* 6. *num* 1. *Borrellus in summa decisionum, tom* 1. *tit.* 32 *num* 3. Nec ex rescripto Principis supersederi debet, *Giurba decis.* 7. Nec enim in executione supersederi debet *Valasc. cons.* 51. 1. *part nu* 28. *Rebuf. tractat. de supplicat quæst* 7. *vbi numer.* 39. *asserit judicatum fuisse à Senatu Parisiensi.* Sen-
16 tentiam exequi pro illo etiam, qui reuisionem impetrauit, in alijs articulis, in quibus non dicit erratum, & sic sententia, de qua reuisio fuit concessa, exequi potest, tam pro impetrante reuisionem, quam etiam pro parte aduersa in illis tamen articulis, in quibus pars non proponit erratum fuisse. Quartus effectus est, quod
17 qui non audietur supplicando in judicio reuisorio, multo minus opponendo, vel excipiendo coram executore, tradit *Rebuf. vbi supra, num.* 99. Quintus effectus est, quod lata sententia in judicio reuiso-
18 rio fructus ad judicandi non sunt victori à tempore litis contestatæ in præd. instantia reuisionis, nisi à tempore possessionis adeptæ vigore prædictæ sententiæ latæ, eo quod sententia lata in reuisorio judicio habetur ad instar restitutionis gratiæ, *Ordin. lib.* 3. *titul.* 95 §. 1. *Valasc. consult.* 51. *num.* 5. & *nu* 49. in qua restitutione gratiæ fructus non veniunt, *auth. idem est Nestorianus, C. de hæreticis. Couar. qui alios refert. lib* 1. *variar cap.* 3 *num* 15 *Cabed.* Ubi dicit ita fæ. e. dicatom fuisse 1. *part. decis.* 134 *num.* 3. *Reynosius obseruat.* 6. *numer.* 31.

Sextus effectus est, quod ille, in cujus 19
fauorem lata est sententia reuisionis poterit reuendicare assertam rem; quam illi vendidit aduersarius obtenta sententia in secunda instantia appellationis, vel grauaminis.

Item si sententia, in reuisione fuerit 20
cōfirmata, amittitur cautio licet illa in fructibus, aut expensis modificata, aut correcta sit, *Rebuf. in tractatu de supplication. quæst.* 9. *num.* 60. *Soarez à Pace in praxi* 3. *tom. cap. vnico num* 131.

SUMMARIUM.

1 *EXecutio non fit ex sententia, quæ transiuit per Chancellariam, si ab ea sit appellatum, vel supplicatum.*

2 *Sententia non dicitur transacta in rem judicatam, à qua sit appellatum quamuis illa transiret per Chancellariam.*

3 *Sententia pro aliquo lata in parte, & in parte contra, potest ille exequi pro illa parte, quæ in ejus fauorem lata est.*

4 *Executio facta in vna re, in qua non fuit pars condemnata, sed in alia, non valet.*

5 *Executio sententiæ facta pro maiori summa, quam in prædicta sententia continebatur valida erit pro vero debito.*

6 *Calculatio rationum à judice confirmata habet paratam executionem, & si pars ab ea appellet.*

Ibid. Rationes semel calculatæ, non sunt vlterius reddendæ.

7 *Qui petit reuisionem, potest etiam exequi*

8 *Executio fit pro mercede domus locatæ, non autem pro tacita reconductione.*

9 *Debitor non incarceratur, si per tres menses retardetur executio à tertio possessore*

sessore.

10 Executio non fit ex sententia, quæ est in gradu appellationis in manu alicujus Judicis, etiam si sint transacti sex menses.

11 Procurator, absente Domino, citari potest ad executionem sententiæ.

12 Vxor mortuo marito, quando dicatur amittere possessionem bonorum, quam habet à lege.

13 Vxor amittit quartam, si sobripuerit bona.

14 Qui comittit in legem, non debet ejus beneficio gaudere.

15 Hæres ejus, qui habuit sententiam, habilitare se debet in executione.

16 Quando à sententia habilitationis appellare, vel supplicare liceat per petitionem grauaminis.

17 Si judex pronuntiat aliquem non esse procuratorem ab illo appellari debet.

18 Quando judicatur aliquem esse minorem, vel non esse minorem, quomodo appellatio, vel supplicatio interponi debeat.

19 Cesionarius ex causa onerosa habilitare se debet, non vero voluntarius.

20 Scriba, vt exequi possit pro suo salario, prius judicem requirere debet.

21 Executio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla.

Ibid. Liquidatio de eo solo fit, quod est expressum in sententia.

Ibid. Expressum quid dicatur?

22 Omissum in sententia, à judice pro omisso habetur.

23 In liquidatione potest intentari suspitio, sed non exceptio de transactione.

24 In liquidatione sufficit procuratorem citare, si Reus est absens.

25 Arbitrator, post acceptationem, & juramentum præstitum, compellitur, & incarceratur, vt arbitretur.

26 Tertius in discordia nominatur à judice.

27 Tertius in discordia duorum cum vno ex illis conuenire debet.

28 Laudum non extenditur extra illud, quod ei fuerit commissum.

29 Tertij arbitratores non dantur.

30 Mandatum speciale requiritur ad petendam reductionem arbitrij boni viri.

Ibid. Pendente reductione nihil est innouandum.

31 Sententia condemnatoria lata contra non possidentem exequitur superueniente postea possessione.

32 Sententia lata contra laicum, si postea efficiatur Monachus, exequitur contra eum.

33 Sententia contra administratorem Ecclesiæ lata non exequitur contra Ecclesiam.

34 Executio non fit contra syndicum.

35 Executio fit contra eum, qui habet bursam.

36 Executio sententiæ latæ contra principalem fieri potest contra eum, in quem translata est dolo possessio.

37 Et contra filium familias in bonis aduentitijs.

38 Executio quando fit contra fidejussorem sine nouo processu?

39 Et in eum, qui emit in fraudem?

40 Et contra singularem successorem, qui rem habuit ex titulo lucratiuo?

41 Et contra debitorem debitoris?

42 Executio fit prius in re mobili.

43 Executio rectè facta, sed non ritè sustinetur.

44 Reus, si alienat bona immobilia, ne in eis fiat executio incarceratur.

45 In executione rei immobilis vxorem condemnati citandam esse, tenent practici contra Caldas.

46 Magistratus, qui non seruauit juris ordinem in exequendo, condemnatur ad damnum.

47 Variatio permittitur in quocũque statu executionis, neque in ea procedit l. vbi cæptum ff de judic.

48 Litis pendentia non est in executiuis.

Ibid. Iudicium cæptum in uno loco, & coram vno judice, in alio loco, & coram diuerso

diuerso judice perfici, ac terminari potest.

49 *Lex vbi cæptum habet locum in executiuis, & summarijs secundum alios auctores.*

50 *In executiuis, vbi res est integra, permittitur variatio.*

Ibid. Per impedimenta executioni objecta fit litis contestatio.

51 *In executiuis datur instantia, & vbicũque potest esse contradictio ibi fit instantia.*

52 *Executio cœpta in certis bonis non potest fieri in alijs.*

53 *Debitor, qui habet fidejussorem idoneum, non incarceratur.*

54 *Idoneus fidejussor dicitur, qui habet bona immobilia sufficientia.*

55 *Fidejussor, qui non posidet immobilia, recusari potest.*

56 *Iudex, qui non idoneum fidejussorem accepit, tenetur parti ad interesse.*

Ibid. Executio non fit in die feriato.

57 *Executio non fit in rebus, quæ sunt in vsu nobilium.*

Ibid. Lectum nobilis, si non est in vsu, quia in eo non dormiebatur, fit in eo pignoratio, & executio.

58 *In libris Aduocati fit executio, si alia bona non reperiantur.*

59 *Executio fieri potest in bobus aratorijs, quos quis emit, & specialiter obligauit pro solutione, & si tempore cõtractus non erat agricola.*

60 *Pro pensione debita domino prædiorum possunt boues, & alia instrumenta aratoria retineri loco pignoris.*

61 *In melioramentis fundi factis à colono fieri potest executio pro pensione fundi.*

62 *In officijs publicis, deficientibus alijs bonis executio fieri potest.*

63 *Hypotheca fieri potest in officijs publicis, licet eorum locatio sit interdicta.*

64 *Renuntiatio officij publici non admittitur nisi in manibus Regis.*

Ibid. Cautella vt posit fieri renuntiatio officij publici, sine licentia Regis.

65 *Nomen debitoris capi potest in causam judicati.*

66 *Executio non fit in bonis tutoris, quãdo fuit condemnatus pro debito pupilli sui, quando executio fit pro condemnatione expensarum.*

67 *Procurator, quando exequi potest pro expensis condemnationis domini.*

68 *Executio fit in alimentis præteritis.*

69 *Pro debito vltimi possessoris fit executio in bonis maioratus si debitum fuit contractum pro impensa funeris.*

70 *Executio fit in bonis maioratus pro debitis vltimi posessoris exonerationem conscientiæ tangentibus.*

71 *Executio non fit in vestibus aduocati.*

72 *Executio fit in capellis, quoad jus sepeliendi.*

73 *Executio fieri potest in emphyteusi nominationis.*

74 *Executio fit contra clericum in ejus beneficij redditibus, relicta ei congrua portione, vnde se alat,*

75 *Pro debito vsufructuarij fit executio in comoditate fructuum.*

76 *Pro debito hæreditario defuncti non fit executio in re propria hæredis.*

77 *Hæres potest impedire executionem in suis bonis factam jure tertij pro ære alieno defuncti.*

78 *Pro debito fiscali à marito contracto constante matrimonio, etiam cum consensu vxoris nõ fit executio in ejus dote.*

79 *Ordin. lib. 1. tit. 1. §. 10. quomodo practicatur?*

80 *Executio fieri potest coram quocunq; judice habente jurisdictionem.*

81 *In executione, vidua potest eligere judicem, quem velit.*

82 *In executione cœpta cum defuncto, an posit vidua declinare judicium?*

83 *Arbiter non potest exequi sententiam suam, licet per compromissum ei esset talis facultas concessa.*

84 *Iudex, qui executioni mandauit sententiam contra fidejussorem, erit judex*

competens ad faciendam executionem pro fidejußore in Reo principali, pro quo ipse fidejussit.
85 *Executor, quando recusari possit.*
86 *Iudex non potest prorogare tempus executionis.*
87 *Sententia vsque ad 30. annos exequi potest, nisi sit conditionalis.*
88 *Restitutio in integrum suspendit executionem, etiam quoad illos, qui in lite consortes fuerunt.*
89 *Tertius impedit executionem, etiam si sint tres sententiæ conformes, quod ampliatur multis modis.*
90 *Executio non impeditur præstita cautione.*
91 *Constitutarius, cujus nomine dicit constituens se possidere ex clausula constituti, an impediat executionem?*
92 *Constitutum non est vera, sed ficta possessio.*
93 *Tertius si sciuit litem agitari, aut cõparauit rem letigiosam, non potest impedire executionem.*
94 *Creditor, qui paßus est causam super re pignori sibi data tractari à creditore, si is creditor succumbat, non poterit impedire executionem.*
95 *Tertius, qui habet præsumptionem calumniosam contra se, non auditur.*
96 *Casus, in quibus fieri potest executio contra tertium remissiuè.*
97 *Executio sistit propter impedimenta opposita adversus sententiam latam ex die apparitionis.*
98 *Executio sententiæ sistit per impedimenta ex instrumentis de nouo repertis per viam restitutionis ex clausula generali, vel ex prouisione Regia, aut si statim constet ex malitia, & occultatione victoris non fuisse reperta.*
99 *Solutum indebite ex sententia repeti potest, quando præcessit dolus aduersarij. Exceptio falsitatis facit supersedere in causa.*
100 *Debitor non restituet fructus earum rerum, quas meliorauit, donec meliorationes ei solutæ non fuerint.*
101 *Actor dando cautionem de soluendo pretium meliorationum potest prosequi in executione.*
102 *Exceptione, quis teneatur vltra, quam facere potest, opponitur in executione.*
103 *Exceptiones, quæ non offendunt sententiam, admittuntur in executione, & quæ illa sint ponuntur ibi per exempla.*
101 *Actor exequens si deponat, vel det fidejußorem depositarium pro sumptibus rei melioratæ, quos reus jurauerit, rem suam consequetur.*
Ibid. *Exceptio altiorem indaginem requirens in executione non admittitur, nisi in actu separato.*
102 *Melioramenta æstimari debent secundum tempus restitutionis non secundum tempus, in quo facta fuerunt.*
103 *Si melioratio fiat in plantatione arborum, vel vineæ, æstimatio facienda est secundum tempus, quo expensæ factæ sunt.*
Ibid. *Melioratio, si facta sit in ædibus per fabros, & architectos valor ejus attenditur secundum tempus, quo restituuntur.*
104 *Deterioratio compensatur cum lucro rei melioratæ, quanvis melioratio, & deterioratio sint in diuersis rebus.*
105 *Rudeta, & materies, quæ ex dirupto ædificio vendi poterant, æstimari debent, vt pretium meliorationum diminuant.*
106 *Miliorationes compensantur cum fructibus receptis.*
107 *Exceptio, ne quis teneatur vltrà, quã facere potest, opponi potest in executione.*
108 *Exceptio debiti non liquidati impedit executionem.*
Ibid. *Pignoratio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla.*
109 *Exceptio nullitatis impedit executionem, quando ipsa nullitas probatur in*

in ijsdem actis, & apparet ex actorum inspectione, nulla alia penitus probatione extrinseca requisita.

110 *Nullitas ex defectu jurisdictionis impedit executionem.*

Ibid. *Princeps tollens omnem nullitatem, non tollit eam, quæ venit ex defectu jurisdictionis.*

111 *Nullitas ex defectu citationis, siue illa sit omissa siue minus legitime facta impedit executionem.*

112 *Exceptio nullitatis sententiæ requirens altiorem indaginem, sinè opposita causa differendæ solemnis non impedit executionem.*

113 *Nullitas non admittitur contra tres sententias conformes.*

114 *Si ex inspectione actorum constet de nullitate, impeditur executio trium sententiarum conformium.*

115 *Impeditur executio in rebus ab alio judice arrestatis, nisi arrestum fieret opera, & fraude debitoris.*

116 *Exceptio falsitatis, si non opponatur animo calumniandi, & probetur in continenti impedit executionem.*

117 *Quando executio est irretractabilis, illa impeditur per impedimenta nullitatis probandæ.*

118 *Terminus à lege constitutus est peremptorius.*

119 *Lapsus termini renuntiationem inducit.*

Ibid. *Tempus legis formam inducit.*

120 *Exceptiones propositæ post sex dies pignorationis si reus non fuerit ab illis exclusus admittuntur.*

Ibid. *Multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent.*

121 *Minor aduersus lapsum temporis restituitur.*

122 *Reus, quomodo audiri possit post 6. dies pignorationis.*

Ibid. *Quæ de nouo emergent nouo indigent auxilio,*

123 *Nouatio, & compensatio admittuntur aduersus executionem in actu separato.*

124 *Exceptio erroris in ratiocinijs alicujus administrationis, vel negociationis impedit executionem.*

125 *Causa decisa sub velamento alicujus erroris restaurari potest.*

126 *Error calculi appositus contra sententiam, iterum allegari potest.*

127 *Quando per multas sententias supremi Senatus arbitrium, laudum & calculus est uniformiter confirmatus, ejus error allegari non potest.*

Ibid. *Vehemens præsumptio calumniæ resultat cõtra debitorem toties impedientem rem judicatam.*

Ibid. *Ciuilis prudentia non patitur infinitum processum.*

128 *Rationes à partibus approbatæ per transactionem prætexto erroris, reuideri non debent, nisi ille errore probetur.*

229 *Post redditam rationem, & obtantam liberationem, non potest reus compelli ad dictam rationem reddendam.*

130 *Reddita ratione, & obtenta liberatione error est retractandus, nisi error sit paruus, & in jure consistens.*

131 *Si in rationibus redditis interuenit dolus administratoris, liberatio, & definitio ab eo obtenta non valet.*

Ibid. *In omni dispositione semper dolus censetur exclusus.*

132 *Liberatio ratiocinij, quando dicatur dolo facta.*

133 *Ex intricatione rationum fraus, & dolus præsumitur.*

Ibid. *Dolus resultat ex enormissima læsione.*

Ibid. *Liberatio obtenta per persuationem censetur dolosa.*

134 *Exceptio peremptoria, si fuit semel opposita, non poterit iterum de illa opponi, etiam in actu separato executionis.*

135 *Exceptio diuisionis admittitur, vt hæres condemnetur in executione pro rata.*

136 *Exceptio cessionis actionis, & beneficium collationis, nec non & beneficiũ inuentarij admittitur in executione.*

137 *Nominis datis occidetur in solutum admittitur in executione.*

138 *Exceptio falsi procuratoris non rejicitur.*

139 *Si tertius se opponat in executione, datur replicatio.*

140 *Executor potest cognoscere de exceptionibus, quæ tangunt ipsam executionem.*

141 *Iudex deprecatus non tenetur exequi sententiam, quam judex deprecans pronuntiauit secundum statuta sui loci, non secundum leges.*

142 *Requisitoria Castellæ ad incarcerandum aliquem ex causa ciuili non fuit adimpleta in hoc regno.*

143 *Si judex nolit exequi precatoriam alterius judicis, superior requisiti eum compellet.*

144 *Iudex facit litem suam, qui neglexerit facere justitiam.*

145 *Iudex negligens, qui fuit condemnatus ad mulctam non poterit impetrare rescriptum remissiuum illius mulctæ.*

146 *Repræsaliæ, quando, & quomodo concedantur, & casu, quo denegatæ fuerunt.*

147 *Repræsaliæ non fiunt contra ciuem ciuitatis, etiamsi ille fuisset ciues illius ciuitatis, contra quam publicatæ fuerunt.*

148 *In re censuali prius fit executio, quã deueniatur ad alia bona, quæ ad securitatem obligata fuerunt.*

Ibid. Actor debet ostendere scripturam census.

149 *Licet emphyteusis infructuosior sit, & sterilis, non ideo pensio diminuenda est.*

150 *Censuarius potest rem dimittere inuito domino, si res reddatur infructuosior.*

151 *Exceptio opposita primæ solutioni, an iterum in executionibus sequentium annorum opponi possit?*

152 *Perempta in totum re emphyteusis excusatur Reus.*

153 *Præstationes præteritæ emphyteusis, vel census præscribuntur, & ipsa obligatio principalis, vt in posterum amplius annui redditus peti non possint.*

154 *Pensio solui debet hodie ad rationem de quinque pro centum, quæ pensio justa dicitur.*

155 *Census impositio super bonis maioratus nõ valet, nisi pro jure possessoris censum constituentis.*

156 *Census, licèt non posit constitui in minori pretio, quam in extrauaganti Papæ constituitur, potest tamen jam constitutus emi minori pretio.*

157 *Censuarius, requisitus non soluat pensionem, committit spolium.*

158 *Vnica præstatio census facta alicui constituit eum poßeßorem.*

159 *Contra negantem soluere pensionem, quæ soluebatur suo antecessori, potest intentētari à successore interdictum vnde vi.*

160 *Quasi poßeßio defuncti anteceßoris absque noua appræhẽsione, seu exercitio transit in successorem.*

Ibid. Poßeßorium insurgens ex actibus soluentis actiuè, & pasiue transit in successorem.

161 *Succeßor æstimatur pro persona antecessoris, & ejus mutatione non variatur jus actoris.*

162 *An in annuo censu sit locus remissioni ob bellum?*

163 *Quod annuum debetur principio anni præstari debet.*

164 *Creditor priuilegiatus præfertur illi, qui prior est tempore in executione.*

165 *Debitor, si habet plures negotiationes diuersas non præfertur ille, qui prius fecit pignorationem.*

166 *Priuilegiatus creditor præfertur alijs creditoribus personales habentibus actiones.*

167 Inter

167 *Inter priuilegiatos creditores primum locum obtinent illi, qui rem aliquam, vel pecuniam penes nummularios, argẽtariosvè, deponunt.*

Ibid. Inter creditores priuilegiarios præfertur semper, qui prior est tempore in sua hypotheca,

168 *Lex is a quo ff. de reiuendicatione declaratur.*

169 *Si plures creditores concurrunt eodem tempore in executione, & bona debitoris non sunt omnibus soluendo, pro rata uniuscujusque debiti bona diuidentur inter eos.*

Ibid. Creditor qui prior immissus est in possessionem rei ex causa judicati, potior est in jure, & præfertur alijs creditoribus.

170 *Creditor, qui habet actionem personalem priuilegiatam potest aduocare pecuniam salutam alij creditori non priuilegiato, & si prius ille habeat sententiam pro se, & peteret executionem.*

171 *Cessionarius primus præfertur secundo cessionario in exigendo solutione non facta.*

172 *Quid prior apprehendit possessionem, præfertur illi, qui sine apprehensione sola tantum nominatione à debitore facta fecit executionem.*

173 *Res empta ex pecunia mutuantis, & expresse hypothecata præfertur anteriori hypothecæ.*

174 *Res reparata ex sua pecunia præfertur hypothecis anterioribus, & etiam naulum, & res comparata ex rebus pupilli.*

175 *Tacita hypotheca dotis in bonis mariti præfertur alijs hypothecis anterioribus, & expressis.*

Ibid. Tacita hypotheca fisci non præfertur creditori anteriori habenti expressam hypothecam.

176 *Tacita hypotheca vxoris præfertur tacitæ hypothecæ fisci.*

177 *Hypotheca ipso jure contrahitur in boni condemnati post sententiam.*

178 *Impensa funeris præcedit omnes alias actiones, tam personales, quam hypothecarias, & etiam dotem.*

179 *Impensa facta in infirmitate defuncti præfertur alijs creditoribus.*

180 *Locator præfertur creditoribus pro sua pensitione in bonis inuectis, & illatis.*

181 *Qui fecit melioramenta præfertur alijs creditoribus, & pro illis habet retentionem.*

182 *Colonus non tenetur fructus perceptos ex melioramentis compensare cum sumptibus.*

183 *Sallaria doctorum, aduocatorum, & aliorum præferuntur alijs creditoribus.*

184 *Qui vendidit rem cum pacto de non alienando, dum solutum pretium non fuerit, præfertur alijs creditoribus.*

185 *Pia causa præfertur alijs creditoribus.*

186 *Qui habet sententiam ex confessione, quando præferetur?*

187 *Creditor antiquior præfertur fisco.*

188 *Officium primi pilare non est hodie in vsu.*

189 *Fiscus præfertur alijs creditoribus in bonis quæsitis post obligationem contractam cum fisco.*

Ibid. Fiscus non est priuilegiatus, nisi quatenus expressim reperiatur.

190 *Qui habet hypothecam antiquiorem præfertur alijs, & reuocat pecuniam, licet sit consumpta,*

191 *Qui prius fecit pignorationem non præfertur illi, qui impeditus fuit.*

192 *Qui in locum prioris creditoris succedit per sententiam, vel per jus offerendi, vel soluendo priori creditori præfertur, & potior est.*

193 *Addictio facta sine solutione pecuniæ de præsenti est nulla.*

Ibid. Si res est magna, & debitum paruum, non potest vendi.

194 *Debitor, cujus erant bona, quæ sub hasta*

hasta vendita fuerunt, tenetur de euictione.

Ibid. Factum judicis habetur pro facto partis.

195 *Forma subhastationis non seruata fructus restituendi sunt.*

196 *Ad subhastationem rerum immobilium faciendam necessaria est citatio mulieris.*

197 *In subhastatione, si non extante emptore, potest creditor licitare, & bona sunt ei addicenda justo pretio.*

Ibid. Ex addictione facta ipsi creditori gabella solui debet.

198 *In instrumenta additionis certitudo gabellæ solutæ inseri debet, aliàs subhastatio erit nulla, & nunquam supplebitur talis nullitas, nec præsumitur ex tempore.*

Ibid. Defectus scripturæ ex ea patens, & euidens non suppletur, ex tempore.

199 *Subhastatio est nulla ex defectu gabellæ non salutæ, si deficiat vnus nummus.*

200 *Transactio est nulla, si ex ea gabella non fuit soluta.*

Ibid. Gabella debetur ex transactione, & ex venditione facta per chyrographum.

201 *Gabella vbi, & in quo loco solui debet, in quo sunt contrariæ opiniones.*

202 *Gboella non debetur ex venditione nulla.*

Ibid. Gabellam non restituit venditor emptori, qui eam soluit, recisa venditione ob dolum, & circunuentionem emptoris, & si soluerit repetere potest.

203 *Subhastatio ex quibus rescindi possit.*

204 *Depositarius rei pignoratæ non tenetur eam portare suis sumptibus ad forum, vt vendatur.*

205 *Fructus omnes restituuntur annullata addictione, vel probata lætione enormissima.*

CAP. XXI. *De Praxis processus executiui.*

IN primis executio fit sententia, quæ transivit per Chancellariam, vt dixi in prima parte. Cæterum si à præd. sententia sit appellatum, vel supplicatum legitimo tempore, & translata appellatione ad Senatum, sistit executio ex praxi hujus Regni; & ita est de jure communi, secundum *Dec. in cap. Pastoralis §. verum, numer.* 33. *de appellat. Assinius in praxi, §.* 31. *cap.* 2. *ampliat.* 28. *limitat.* 3. *folio* 376. *Caluol. in praxi judic. §. executio sententiæ, num.* 20. Nisi notorium sit eum, contra quem fieri debet executio non posse appellare, tunc enim non nocet appellatio, & fiet executio, *Iassan. cons.* 60. *num.* 14. *lib.* 1. Vnde si pars impediat sententiam ire ad appellationem, non potest Actor ex sententia exequi, quia non dicitur illa transacta in rem judicatam, à qua appellari potest, quanvis transeat per Chancellariam. 1 2

3 Item sententia pro aliquo in parte, & in parte contra ipsum lata, à qua solus appellavit in quantum contra se faciebat, & in quantum pro se illam acceptavit, poterit in illa parte, quæ pro eo facit exequi, & executioni mandabitur *Boerius decis.* 73. *Salgadus* 3. *part. cap.* 15. *nu.* 1 *cum sequentibus, Borrellus in summa decisionum,* 2. *tom. titul* 33. *num.* 1053 *Alex.* 35. *lib.* 2. *tit. de appellat. resolut.* 1. *num.* 11.

4 Item si sententia condemnatoria facta sit super vna re, & executio fieret in alia re, executio non erit valida *Ioseph Ludou. in decis. perusina* 26. *num.* 16. *Couar. pract. cap.* 16. *Minsinger. obseruation* 73. *in fin. cent.* 3. *Borrellus in summa decis. tom.* 2. *titul.* 32. *num.* 12.

5 Item executio sententiæ facta pro maiori summa, quam promissa, in totum non irritatur, sed valida erit pro vero debito, *Can-*

Cancerius variarum resolution. part.3 cap. 17. num.350 vbi id declarat Fontanela de pact. nupt. tom.1. clausula 4. glos.18. part.4. num.106.

6 Item calculatio rationum à judice confirmata de jure communi habet paratam executionem, etiamsi pars appellet, *Gutierr. pract. lib.1. quæst.37. Gratia. discept. forens. cap.* 183. Nam rationibus semel redditis vlterius calculandas non esse resolvit *Menoch. de arbitrarijs casu* 209. *nu.* 37. *& cons.22. num.*10. Sed apud nos appellatio, vel supplicatio omnia suspendit præsertim in hac civitate.

7 Item executio sententiæ fieri potest, etiamsi ipse, qui exequitur petierit revisionem, quia ista duo tendunt ad diversum finem *l. nemo ex ijs, ff. de reg. juris, l. nemo probibetur ff. de except. Dyn. in l. nullus, ff. de reg. jur. Gracian. discept. forens. cap.*495 *num.*7.

8 Item de consuetudine Regni executio fit pro mercede domus locatæ, non tamen pro tacita reconductione, vt tradit *Gregor. in l.20. glos.4. limit.2. titul.8. part.5. Afflictis decis.* 265. *num.*15. *Peres in l.4. titul.8. lib.3 Ordin. pag.*360. *in fin. Masc. de probat. concl.*990. *limit.4. num.*8. Contrarium tamen practicatur apud nos, si colonus adhuc habitet in ipsa domo, vt pro reconductione pignorari, & exequi possit, sicut pro prima locatione ita tenet *Rebuf. de literis obligatorijs artic.2. glos.* 1. *num.*91. Sed ista executio non currit in tempore feriarum, & impedimenta quælibet recipiuntur in ijsdem actis.

9 Item si per impedimenta, debitoris executio retardetur intra tres menses, debitor incarcerabitur *Ordin. lib* 3 *titul.*86. §.18. nisi à tertio possessore vltra tres menses retardetur, *Phœbus 2. tom. Arest* 65.

10 Item fit executio de sententia, quæ est in gradu gravaminis, si transacti fuerint sex menses *Ordin. lib.3. titul* 84 §.14. *ad fin.* nisi ostendatur processum esse in manu judicis senatoris, ita decidit Senatus in causa hæredum de Bras Prorester cum Georgeo Bichimão, scriba Luis Gomes de Barros.

Item procurator absente parte citari potest ad executionem sententiæ, prout judicatum asserit *Phœbus decis.4. num.3. & idem dicit Aresto* 53. 1. *tom.* Præsertim si citatio prima ita fuisset facta ad omnia necessaria; ita decidit Senatus in lite Gaspar Xementes cum Ioanne Pereira Corte Real. 11

§. 1. *De Persona exequente.*

IN primis vxor potest exeque sententiam, quam habuit maritus, dum viveret contra suum debitorem, quia ex Ordin. censetur eadem persona cum marito, & remanet in possessione bonorum, *Ordin. lib.4. titul.*95. quæ constitutio similiter habetur Cathaloniæ secundum *Fontanelam de pactis nuptialibus tom. 2. clausula 7. glos.3. part.3. num.*1. & in Regno Valentiæ docet *Franciscus Hieronymus Leo decis. Valent.* 62. Cæterum si vxor mortuo marito bona amovisset, dilapidasset, & furtim occultasset, crederem illam amisisse privilegium possessionis bonorum, sicut amittit privilegium administrationis tutellæ filiorum, quando ad secundas nuptias transit, quia præsumitur, quod amore secundi mariti non benè administrabit bona filiorum, *text. in auth. matri, & aviæ, C. quando mulier tutellæ offic. & in auth. Sacramenta, eod. tit. & in auth. vt sine prohibitione matris debitricis collat.* 7. 12

13 A fortiori debet removeri à possessione bonorum, quando subripuit, & occultavit bona mariti, & pro hac parte facit bonus textus *in auth præterea, C. vnde vir, & vxor,* vbi Doctores dicunt vxorem amittere illam quartam, si subripuerit bona, prout notat *Fabian. de Pep. in auth. præterea, num.*26 *Socin. sen. cons.*121 *num.*52. *lib.*4. *Alciat. cons.*292. *alias* 18. *Alex. Raudens. cons.*40. *num.*39. *vol.*2. Deinde ex alia ratione, quia qui committit in legem, non debet ejus beneficio gaudere, *cap quia* 14

 fru-

frustra extra de vsuris Bald. in l. auxilium in fin. ff, de minoribus, & quia tunc beneficium possessionis fuisset ex clementia concessum, delinquens vxor, eo digna reputari non debet, quæ per delictum reddita est odiosa legi, & consequenter non potest dici inclusa in illius dispositione, ad quam personæ odiosæ non possunt aspirare, ita *Sard. in simili decis. 61. num. 16.* Vbi ita dicit decisum à Senatu, *resoluit Fontanela de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 11. num. 48. & sequentibus.* Denique pro hac sententia facit *optim. text. singularis, in l. aduersus, C. de crimine expilatæ hæreditatis*, vbi vxor ob ejus subreptionem bonorum removetur ob ejus possessione, & illa possesio ab alijs mariti hæredibus condici potest.

15 Item hæres ejus, qui habuit sententiam, potest eam exequi, sed habilitate se debet, super habilitatione pronuntiare debet judex, à quo supplicari potest per petitionem, vt decisum fuisse testatur *Phæbus, tom. 1. Aresto 9.* Contrarium tamen, quod supplicatio fiat per *Aggrauo ordinario* judicatum fuisse affirmat *idem Phæbus vbi*
16 *suprà.* Conciliari tamen possunt hæ duæ decisiones, vt prima procedat, quando sententia fertur pro habilitante, tunc altera pars supplicare poterit per petitionem, secunda vero decisio procedat, quando judex judicauit contra habilitantem, pronuntiando illum non esse partem legitimam, qui prætendit se habilitare, nam cum ista sententia imponat finem liti, appellari convenit ex ijs, quæ tradit *Franciscus Marcus decis. 314. numer. 1. col. 2. Bernard. Græue, ad Cancer. imper. lib. 1. concl.*
17 *130.* Et sic quando quis pronuntiat, quod non est procurator, vel quod non habet legitimam personam standi in judicio, quia ista sententia habet etiam vim diffinitivæ, proculdubio ab ea appellari debet *Alexand. Trintacinq. variar. resolut. lib. 2*
18 *titul. de appellat. resol. 13. num. 10.* Et similiter, quando judicatur aliquem esse minorem, gravamen fit per petitionem, si autem judicatur illum non esse minorem, appellatio interponitur *Gama decis. 159. Bella Comba, tom. 2. commun. pag. 322. numer. 4. quid quid Valasc. aliud sentiat cons. 47. num. 4.*

Item cessionarius ex causa onerosa debet se habilitare, quia tunc transit in eum 19
instantia *Giurba decis. 107. num. 2.* Cessionarius vero voluntarius, cum sit positus in locum cedentis sufficiet mandatum in rem suam.

Item scriba pro suo sallario processus 20
exequi potest, sed prius judicem requirere debet, vt faciat sibi solui, aliàs non procedet executio, vt declaravit Senatus in lite Francisci de Mattos, cum Georgeo Roderico da Costa, scriba Antonio Gonçalvez Monteiro, *ex Ordin. lib. 1. titul. 24. §. 41.*

§. 2. *De Liquidatione sententiæ.*

ANtequam deveniatur ad executionem fit liquidatio, quia exceptio 21
debiti non liquidi impedit executionem sententiæ, vt infra dicam. Quæ liquidatio de eo solum fieri debet, quod est expressum in sententia, expressum autem illud dicitur, quod verbis exprimitur, & per scripturam apparet, vel ex certa significatione, & vi verborum deprehenditur, non quod ex intellectu, & factis percipitur, *Tyraq. in legib. connub. glos. 7. num.*
81. Et quod omissum est à judice in sen- 22
tentia pro omisso habetur, *l. solemus, §. vltim. ff. de judic. l. si de proprietate C. si à non competente judic.* Cæterum, si aliquid contineatur incertum, quod deducendum esset prius, non ideo in eo, quod est liquidum, desinet executio fieri *Giurba decis. 60. num. 21. & 31.*

Item licet in causa executiua non ad- 23
mittatur suspitio contra judicem *Ordin. lib. 3. titul 23. §. fin.* Benè tamen admittitur, vt quando liquidatio fieret per articulos. Quia tunc illa liquidatio causæ cognitionem requirit, *Innoc. in cap. dudum*

de præsumpt. Phœbus Arest. 13. 1. *part.* Sed non admittuntur impedimenta de transactione, nisi in actu separato *Phœbus Aresto* 40.

24 Item si Reus absens fuerit, sufficiet citationem fieri procuratori ad liquidationem, qui si non consenserit, compelletur judicium suscipere, & Reum defendere *l. seruum* 33. *versiculo æquam, ff. de procuratoribus, l. sed, & hæ personæ* 35. *ff. eodem, l. qui proprio* 46. *vers. item quæritur, ff. de procuratoribus*, nec enim, vt inquit I. C. efficere potest procurator frustrando actorem, ne ad exitum controuersia deducatur *l. vlt. ff. de procurator.* Verum ex causa non debet compelli *l.* 8. §. *fin. cum legib. sequentib. ff. de procuratoribus.*

25 Item circa liquidationem, quæ fit in re æstimanda, vel in ratione calculanda per duos arbitratores ab vtraque parte electos, Actore scilicet, & Reo, si vnus ex illis non acceptaverit, vel recusetur, aut execusetur, pars cogitur alium nominare, sed post acceptationem, & juramentum præstitum, ipse arbitrator compelletur, & incarceratur *glos. in l.* 29. *titul.* 4. *part.* 3. *verbo encerrados*, nisi recusatio vel excusatio proveniat de novo. *l.* 30. *&* 31. *titul.* 4. *part.* 3. Et parte cessante, id est nolente nominare, judex nominat alium, vel laudat ipsum, quem altera pars elegit, & hæc est praxis *ex l. hac edictali, §. ijs illud C. de secundis nuptijs.*

26 Quod si inter illos duos fuerit discordia, nominatur tertius à judice, & non à partibus, vt perperam nonnulli existimāt. Nam idem practicatur in arbitratoribus, quod in arbitris, secundum *Bal. in cap.* 1. *col. fin. de inuestitura in mari facta*, vbi in arbitratoribus id ita dicit fuisse decisum per sapientes, scilicet tertium nominari à judice, & sequitur *Abb. in cap. fin de re jud. & in cap. suspitionis de officio delegat.* Et

27 iste tertius cum vno ex illis se conformare debet, nec potest ab vno illorum discrepare, *Valasc. de partit. cap.* 9. *num.* 7. *&* 10. Nec potest in tertiam opinionem deviare *Valasc. vbi supra, num.* 49. Quod si tertius, vel alius ex arbitratoribus dixerit calculationem non posse fieri sine certis documentis, & libris, Senatus censuit non esse audiendum, & sine eo debere fieri calculationes in causa Francisci Rodriguez cum Andrea Ximenes, scriba Petro de Pinna, & idem erit, si quid impertinens, & absurdum dixerit, vt judicium subterfugiat, & actorum frustretur, ne ad exitum controversia deducatur, vt dicit I. C. 28
in *l. vlt. ff. de procurat.* Nec enim laudum extendi potest ab arbitratore, extra illud quod ei fuerit commissum, *Gratian. discept. forens. cap.* 162. *num.* 10. *l. non distinguemus, §. de officio, ff. de arbitris.* Et tertij arbitratores nequaquam dandi sunt, vt 29
judicatum refert *Barbos. in Ordin. lib.* 3. *tit.* 17. §. 4. *num.* 2. Quod si pars sentit se esse aggrauatum potest adire judicem, qui nominavit æstimatores pro reductione ad arbitrium boni viri, vt colligitur *ex Ordin. lib.* 3. *titul* 17. §. 3. Quam praxim agnovit *Valasc. vbi supra, num.* 43. *P. Molina tom.* 6. *disput.* 38. *num.* 7. Et procurator 30
cum speciali mandato requiritur in petenda reductione, vt *per Magen. lucens, decis.* 51. *num.* 6. *&* 30. quem refert *Borrellus in summa decis. tom.* 1. *tit.* 63. *de compromiss. num.* 320. *vbi num.* 286. dicit pendente reductione nihil esse innovādum, & quod ab illis duobus dictum, & decretum fuerit executioni mandabitur sine vlla alia reclamatione, aut recursu, *Ordinat. lib.* 3. *titul.* 17. §. 4. *vbi glos. Valasc. vbi supra, numer.* 49.

§. 3. *Contra quas personas executio detur.*

Sententia condemnatoria contra non possidentem lata, tamquam si possedisset, deinde superueniente possessione, contra eum exequi potest *Paul. de Castr. Cuman & Soc. num.* 3 *in l. si dté, §. si quis, §. de except. rei judic.* per jura, quæ ibi allegant, & est casus *in l. sed, & si possessori,* 31

sori, ff. de jur jurand. quem text. de juramento loquentem, Bar. & omnes ad sententiam extendunt, tradit *Bertrand. cons.* 282. *num.* 5. *lib.* 1. *Assinius in praxi, §.* 31. *cap.* 2. *ampliat.* 25. *Niculaus Caluol. in praxi, §. executio sententiæ, num.* 7.

32 Item sententia lata contra Laicum, si deinde Monachus efficitur, contra eum nihilominus Monachum effectum exequi potest, explicat *Asinius, vbi supra, ampliat.* 30.

33 Item sententia contra administratorem Ecclesiæ lata, contra ecclesiam exequi potest, vt inquit *Abb. in cap. cum deputati. num.* 11. *de judicijs. Asinius vbi supra ampliat.* 32.

34 Item executio non fit contra syndicum municipij, vel vniuersitatis ex sententia lata in causa vniuersitatis, *l.* 4. *in fin. principij vers. Actor. vbi notat. Bart. Albericus, & alij, ff. de re judic. idem tenet speculator in tractatu de executione sententiæ, §.* 3. *num.* 4. *Asinius in praxi, §* 31. *cap.* 2. *limit.* 24. *Niculaus Lozaus in tract. de jure vniuersitatum part.* 2. *cap.* 1. *num.* 90.

35 Cæterum bene fit contra eum, qui habet bursam communem, quod si bursa non extiterit, cogendi sunt illi, qui sunt, de vniversitate, vt collectam imponant, vel illis reluctantibus judex imponet, vt ipsi per solidum, & libram solvant, resolvit *Bar. in l.* 4. *§ actor. num.* 6 *ff. de re judic. & in l.* 1. *vers. quod si nemo num.* 2. *ff. quod cujusque vniuersitatis, Bal. in l. etiam C. de executione rei judicatæ.*

36 Item executio sententiæ latæ contra principalem fieri potest contra eum, in quem dolo translata est possessio, *Bar. in l.* 1. *§. necessario, num.* 4. *ff. si ventris nomine mulier in possessionem, Neuisan cons.* 20. *num.* 13 *Caluol. in praxi judic. §. executio sententiæ, num.* 9.

37 Et contra filium famil. condemnatum in bonis, in quibus pater habet vsufructũ, *l. fin. §. alijs autem, C. de bon. quæ liber. Caluolus, vbi supra, num.* 11. *dixi in l. cum oportet* 2. *part.*

Item executio non fit pro sententia contra fidejussorem contractus absq; nouo processu, sed bene contra fidejussorem in judicio *Borrellus in summa decisionum, tom.* 2. *titul.* 32. *num.* 157. *cum sequentib. Hyltropius de processu judiciario,* 4. *part. titul.* 18. *num.* 38. *Cancerius variarum resolut.* 3 *part. cap.* 17. *num.* 301. *& lib.* 2. *cap.* 5. *de fidejussorib. à num.* 45. *vsque ad num.* 99. Et similiter contra expromissorem, qui assumitur, quando fidejussor non est satis idoneus, quicquid ineptè *Phæbus Aresto* 34. 2. *part. aliud existimet.* 38

Item executio fieri potest contra possessorem sine novo processu, qui in fraudem paratæ executionis rem emit *Borrelus in summa decis. tom.* 2. *titul.* 32. *nu.* 170. Quia licèt res non sit litigiosa, quia super illa non litigabatur, tamen si emptor inopiam condemnati, & litem agitari sciuit, præsumitur in fraudem rem esse distractam, non solum in fraudem creditorum, sed & judicialis auctoritatis, & futuræ executionis, pulchrè *Bal. in l. ob maritorum C. ne vxor pro marito, text. in l. executorem, C. de executione judic.* cui assentiuntur *Paul. & Iass. & alij, in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. re judic. Couar. in pract. c.* 16. *num.* 7. *Cancerius variar. resolut. part.* 3. *cap.* 17. *numer.* 461. *cum sequentib.* Vnde si emptor ignoravit inopiam debitoris, & litem agitari, quando emit, tunc non fiet executio contra eum, quia sententia lata super debito in actione personali non potest fieri contra tertium non citatum, & si alienatio fuisset facta lite pendente, *Crauet. cons.* 235. *Roland. cons.* 5. *vol.* 2. *Capicius decis.* 107. *quos refert. Arisminius Tepecius in compendio decis. titul.* 278. *de executionibus sententiarum, cap.* 6. *§. vel non fol.* 362. 39

Item executio fieri potest contra singularem successorem, qui rem habuit à debitore ex titulo lucrativo post sententiam jam latam, qui eam donavit nè in ea executio fieret, vt est *text. in Ordin. lib.* 3. *titul.* 84. *§.* 14. *Bar. in l. post contractum ff.* 40

de donat. Menoch. de præsumpt. lib. 3 *præsumpt.* 124. *P. Molin. de contractibus disputat.* 328. *Pereira decis.* 49. *&* 50. *Fontanella de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18 *part.* 3. *num.* 96. Quanvis aliàs contra singularem successorem non fiat executio, *l. si debitori, vbi Bar. C. si aduersus creditorem glos. in l. ea lege, C. de condictione ob causam, in gl. magna in fin. Jass. in l. quædam, §. nihil interest. num* 7. *ff. de edendo, l. ait prætor, à* 2. *num.* 10. *ff. de jur. jurand. Dueñas reg.* 277. *limit.* 2. *Capicius decis.* 128 *nu.* 8. *Asinius in praxi* § 31. *cap.* 2. *ampl.* 16. *in limit.* 2 *fol.* 365

41 Item contra debitorem debitoris potest fieri executio, *l.* 2. *C. quando fiscus, uel priuatus, Guid. Pap. decis.* 26. *num.* 2. *vers. Caluolus in praxi judiciaria executio sententiæ, num.* 113. Dummodo tria concurrant, videlicet condemnatio principalis debitoris, secundo ejusdem bonorum executio, tertio debitoris exigendi confessio, hujus autem vno deficiente executio contra debitorem debitoris fieri non poterit, vt notant *DD. ad l.* 2. *Bald. cons.* 204. *in fin. lib.* 3. *Asinius in praxi*, §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 20. *fol* 364.

§. 4. *De Modo qua executio fit.*

42 Executio prius fit in re mobili, antequam deveniatur ad immobilia, *l. à Diuo Pio, §. in vēditione, ff. de re judic. Parlad. lib.* 2. *rerum quot cap. fin.* 5. *par.* §. 3. *num.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 7. *num.* 23. *Ordin. lib.* 3. *titul.* 86. §. 7. Quod si in re immobili prius fiat executio non ideo annullabitur, *Gam. decis.* 199. *num.* 6. *Azeued. l. fin. uu.* 40. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recop. Gutierr. pract. lib.* 1. *quæst.* 131. *Aloys Ricci in collectan. decis.* 2. *part. collect.* 386. *Gratian. vbi supra num.* 25. *Alex. Trintacinq. variar. lib.* 2. *titul. de expensis resolut. numer.* 3. Contrarium tamen tenet. *Maranta de Ordin. judic.* 6. *part. actu* 3. *num.* 11. *Gabriel commun. opin. lib.* 2, *tit. de executione rei judic. concl.* 2. *Borrel. in summa decis. tom.* 2. *titul.* 32. *de sententiarum executione num.* 188. *& tenet Freder. Hyitropius, de processu judiciario,* 4. *part. titul.* 18. *numer.* 22. Tamen melior praxis est, vt si 43 executio fuit rectè facta, quia verè debitum erat, non tamen ritè, quia non fuit seruatus juris ordo, non sit retractanda solutio facta, nec debitor restituendus erit constituto, quod erat debitum, *l. fin. §. fin. ff. quod metus causa, tradit Gutierr. de juramento confirmat.* 3. *part. cap.* 19. *num.* 7. *Cotta in memorabil. verb. executio Surd. de alimentis, titul.* 6. *quæst.* 32. *num.* 35. *&* 36. *Coler. de process. executiuis*, Nam omnis circuitus evitandus est.

Item si Reus condemnatus alienaverit 44 bona immobilia, ne in eis fiat executio, poterit incarcerari, donec revelet personas, in quas ea alienauit *Barb. in l. alia §. eleganter num.* 55. *ff. sol. matrim.*

Item addo, quod si sententia lata est su- 45 per re immobili, practici tenent citandam esse simul ejus vxorem ad executionem; *Caldas vero de emptione, cap.* 8. *numer.* 14. existimat vxoris citationem non esse necessariam in executione ejus sententiæ, quæ lata est contra maritum, & vxorem, super qua fuit lis mota, & agitatus processus, sed tutior est praxis, quam supra retuli, nec sufficit si dicatur quod vxor erat præsens executioni, & habebat ejus notitiam, prout disputando, tradit *glos. lib.* 3. *titul.* 86. §. 27. *numer.* 7. *& cum sequentibus.*

Denique notabis quod si Magistratus 46 non servavit juris ordinem in exequendo, condemnabitur ad damnum etiam ob leuem culpam, resolvit *Borrellus in summa decis. tom.* 2. *titul.* 32. *de sententiarum executione, num.* 184. *Gama decis* 35. *nu.* 1.

Item hic dubitari potest in praxi. An 47 *lex. vbi cæptum, ff. de judic.* procedat etiam in executivis, & quod non imo, quod variatio permitatur in quocunque statu executionis tuetur magistraliter *Monter. à Cueua decis.* 23. *à num.* 10 *Cagrascus tit. de casibus Curiæ à num.* 40. *Alexand.* 25. *lib.* 2.

*lib.2.titul.de judicijs resolut.*10. Vbi concludit præd. legem non habere locum in executiuis, & sic quod possit quis in executivis diversos judices adire, & quod per transitum de vno judice ad alium, non amittit executio suum nomen, & privilegium *Iass. in l.* 1. *ff. si quis jusdicent. non obtemp. Gabriel in commun. lib.2. titul. de judic. conclus.*1. *num.* 35. *Natta in addit. ad Alex. cons.* 130. *num.*6. *volum.*4. *Lancelot. de attentat.* 2. *part. cap.*4. *limit.* 2. *nu.* 76. *vers. quinto similiter Neuiz. cons.*4. *nu.* 13. *Mandos. de inhibit quæst.* 93. *nu.*5. *& sequenti, & quæst.* 121. *num.* 2. Et sic patet, quod judicium cæptum in vno loco, & coram vno judice, in alio loco, & coram

48 diverso judice perfici, ac terminari potest, Nec tunc potest opponi de litis pendentia, nec de continentia causæ, quod sub dubio tenuit *Iass. in l. nulli, numer.*8. *C. de judic.* Sed decisive, & sine dubio idem Iasson tenuit *cons.* 28. *num.*3. *lib.*2. Quod in executivis non habeat locum dicta regula, ne continentia causæ dividatur, quam communem opinionem firmat *Thesaur. conclus.*976. *nu.*4. *ex Bonacosa lib.*1. *commun. fol.*439. *Paz in praxi.* 4. *part. cap.*3. *num.*4. *Castro, cons.*87. *lib.*1. *num.*3. Contrarium tamen scilicet, quod cæpta via

49 executiva coram vno judice, non possit peti coram alio; tenent *Ancharr. cons.* 40. *Azeued. l.*1. *tit.*22 *lib.*4. *Recopil. Parlad. lib* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §.11. *nu.* 19. *in fin. Giurb. decis.*10. *num.*5. *Milanensis, decis.*20. *num.*3. *Cerrat. decis.*63. *num.* 2. *Foller. de censib. glos. quæ quidem numer.* 36 *Ioan. de Euia.* 2. *part.* §.1. *Curiæ, num.* 3. *Amator Roderic. de Via executiua cap.* 6. *à numer.*19 *Lara de vita homin. cap.*27. *numer.*29.

50 Pro concordia dicendum est, quod prima opinio procedat vbi res est integra. Secunda vero, quando impedimenta sunt opposita à Reo. Et ratio est, quia per impedimenta fit jam litis contestatio *Garcia*

51 *de expensis cap.*9. *num.*82. *&* 93. Et quod in executivis detur instantia tenet Iasson, *in l properandum, num.*7. *&* 8. *C. de judic.* Nam vbicunque potest esse contradictor, ibi fit instantia. *Phæbus Aresto* 13. *in fin.* Atque ita cæpta via executiva pro debito 52
in certis bonis, non potest alia intentari pro eodem debito in alijs bonis in prima executione non contentis, fuit decisum à Senatu teste, *Capicio decis.*33. *quem sequitur Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens. quæst.*7. *num.*6. *Milanens. decis.*14 *num.*13. *Lara vbi supra, num.*38.

Item dixi, quod debitor, qui habet fi- 53
dejussorem idoneum, non erit incarcerandus, etiam lata sententia, *Valasc. cons.* 13. *Barbosa, in l. si constante, num.* 168. *ff. sol. matrimon.* Idoneus autem dicitur, qui ha- 54
bet bona immobilia sufficientia, *Farinac. in praxi crim. quæst.* 33. *numer.*79. *cum sequentib.* Quia fidejussor, qui non possidet bona immobilia recusari potest *vt* 55
Muscatell. in sua praxi aurea ciuili, part. 3. *glos. expensis, num* 48. Et judex, qui nō 56
idoneum fidejussorem recepit, tenetur tunc parti ad interesse, *Farinac. vbi supra quæst.*111. *num.*553.

Item executio sententiæ fieri potest, tempore feriato in vtilitatem hominum, *Alber. in l.* 1. *num* 4. *C. de jur. & fact. ignor. Bar. in l. omnes, C. de ferijs,* secus in tempore feriato in honorem Dei *Caluolus in praxi,* §. *executio, numer.*3. *cum sequentib. Alex. cons.*53. *num.*7 *lib.*5.

§ 5. *In quibus bonis executio fieri non potest.*

ADdo, decimò quod executio non fit 57
(vltra ea, quæ dicta sunt in prima parte) in rebus, quæ sunt in vsu nobilium, & qualia ista sint, relinquitur arbitrio judicis, Nam in lecto, quod fuit repertum absque stragulis, in quibus dormire solent, pignorationem fieri jussit Senatus *teste Phæbo,* 1. *part. Arest.*64. In libris autem scholaris, & advocati ex praxi fit executio, si alia bona non reperiantur, quicquid aliud sit de jure communi secundum

dum *Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 22.* Vndecimo non fit executio in bobus aratorijs *Ord. lib. 3. tit. 86. §. 24.* desumpta est *ex l. executores, & auth. sequenti. C. quæ res pignor, Carrosius de remedijs contra sententias exceptione 56. n. 6.* Tradit post alios *Bellacomba tom. 2. commentar. lib. 8. tit. 25. nu. 90.* Etiam si eos obligasset ad solutionem cum pacto de non alienando, *Ignatius del Villar. in Sylua responsorum, lib. 2. tit. de executione rei judic. responso 16. c. 14. n. 14. & n. 28. & ibi num. 37.* resolvit hujusmodi privilegium extendi ad agricolas, qui per substitutum, per suosque famullos agriculturam exercent contra *Collantes in commentarijs, quæ edidit in fauorem rei frumentariæ, & agriculturæ, lib. 2. cap. 2. à nu. 1.* Limita in ijs bobus, quos quis emit, & specialiter obligavit pro solutione, si tempore contractus non erat agricola, *argum. text. in Ord. lib. 3. tit. 86. §. 24. vbi text. intelligitur,* quando tempore contractus reus erat agricola, nec contradicit *Ignatius del Villar. dict. cap. 1. n. 36. Alex. Trintacinq. variar. lib. 2. tit. de expensis resolut. 2. nu. 2.* Limita etiam, vt pro pensione debita ipsis
60 dominis prædiorum possint boves, & alia instrumenta aratoria retineri loco pignoris *Collantes. dicto tractatu lib. 1. cap. 14. num. 3.*

61 Item in melioramentis fundi factis à colono, pro pensione fundi fieri potest executio, nam melioramenta possunt compensari cum mercede solvenda, *Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 442. n. 26.* in quo tamen videndus est *Paul. de Castro consil. 270. num 1. & sequenti, lib. 2.* Ita practicare vidi in lite Didaci de Sousa, scriba Ioanne de Azeuedo anno 1631.

62 Duodecimo non fit executio in officijs publicis, quæ licet rex possit vendere secundum *P. Azor. Instit. Moral. 2. part. lib. 11. cap. 5. col. 12. & 36. Bobadilla in politica, lib. 1. cap. 11. num. 11. & lib. 2. cap. 16. num. 209. Valasc. de partit. cap. 13. à num. 66. Cabed. decis. 24. num. 4. 2. part.* Tamen illa non possunt capi in causa judicati, nisi deficientibus alijs bonis, per ea quæ notat *Iasson. in l. pen. num. 3. & 4. ff. de re judic. Tyraq. de retract. linag. §. 1. glos. 14. nu. 14.* quicquid in contrarium faciant ea, quæ tradit *Mexia in tractatu tassæ pœnis conclus. 5. num. 133.* Nam super ijs posse cadere hypothecam asserit *Farinacius decis. 288.* 63 Quanvis eorum locatio sit interdicta apud Hyspanos, *ex l. 11. tit. 11. lib. 3 recop. & in l. 4. tit. 25. lib. 4. vbi Azeued.* & facit in argumentum, *Ordin. lib. 1. tit. 96. tradit Curia Philip. 1. part. nu. 10.* Nam renuntiatio, nisi in manibus Regis non admittitur, secundum *Cab. decis. 91. num 4. 2. part.* 64 Et ita per indirectum facta licitatione, & executione caute procederet renuntiatio. Et ideo pars, quæ exequitur, debet petere provisionem in Senatu Palatij, quæ cõcedi solet ex informatione judicis vt practicari vidi in lite D. Afonso de Faro cum Didaco de Sousa, scriba Antonio Veloso Anno 1637.

Item in actionibus executio fit, nam nomen debitoris capi potest in causam judicati pro pignore, *Guid. Pap. decis. 568.* tunc autem debitor debitoris actione personali cõvenietur, quod si debitor debitoris non opponat, executio procede in eo. 65

Decimo tertio executio non fit in bonis tutoris, quando fuit condemnatus in causa pupilli tutorio nomine, sed fit in bonis pupilli, *l. 1. & ibi Bal. C. quando fiscus, vel priuatus, Asinius in praxi, §. 31. cap. 2. limit. 22. fol. 382. col. 2.* Quod si constiterit tutorem, vel curatorem malè egisse competit actio ipsi pupillo contra eos de mala administratione finita tutela, *Iasson. in l. si se non obtulit, nu. 10. ff. de re judic. Beroius cons. 103. n. 4. lib. 3. Caluol. in praxi § executio sententiæ, nu. 19.* Vel si executio fiat pro condemnatione expensarum propter culpam, & moram tutoris, *l. non est ignotum ff. de re judic. Marant. in pract. 6. part. pag. 658. nu. 38.* Et idem dico de procuratore *ex Bar. in l. 1. § si procurator. nu. 5. ff. si quis jus dicenti non obtemper.* 66 67

68 Item 14. licet executio, vel sequestratio non fiat in alimentis futuris secundum *Coler. de aliment. lib. 1. cap. 13. nu. 20. quem refert Giurb decis. 4. num. 49.* Bene tamen fiet in alimentis præteritis *Cancerius variar. resolut. part. 1. cap. 16. nu. 1. Gratian. discept. forens. cap. 728. numer. 34. Gigas de pension. quæst. 71. nu. 28.*

69 Item 15. executio fieri potest in bonis maioratus, vltra quæ dicta sunt *in prima parte in hoc cap. num. 18.* pro debito vltimi possessoris, quando debitum fuit contractum pro impensa funeris sui prædecessoris *Padilla in l. vnum ex familia §. si de falcidia, num. 11. ff. leg 2.* Quam sententiam praxi dicit veriorem *Peregr. de fideicommiss. articul. 40. num. 19.* vbi asserit ita adversus Molinam obtinuisse, tradit *Garcia de expens. cap. 16. num. 33. Castillo tom. 5. cap. 16. à numer. 36. Valasc. de partit. cap. 19. num. 44. Spino in speculo testament. gl. 41. nu. 55. Stephan. Gratian. tom. 1. discept. cap. 94. ex num. 20. Mieres 4. part. de maiorat. quæst. 26. num. 37. Mastrill. decis. 203. Fusar. de substit. quæst. 670. ex num. 3.*

70 Et idem dicendum est pro debitis vltimi possessoris conscientiæ exonerationem tangentibus *Garcia vbi supra, numer. 35. quicquid Molin. lib. 1. cap. 10. numer. 34. cui addo Ordin. Reg. lib. 4. titul. 101.* & quæ tradit *Cabed. decis. 115. lib. 1. & decis. 110. lib. 2.*

71 Item 16. in vestibus advocati executio non fit, si credimus Ioanni de Carvalho Lusitano in tractatu de vna, & altera quarta 1. *part. num. 386.*

72 Item 17. executio fit in capellis, quoad jus sepeliendi, *Phæbus decis. 8. 1. part.* & tenuit antea *Bar. in l. Aufidius in fin. ff. de priuilegijs creditorum Molina de primog. lib. 1. cap. 24. ex num. 35. & nu. 39.*

73 Item 18. executio fieri potest in imphyteusis nominationibus, nec executio revocabitur, quanvis Reus ante aprehensionem possessionis à creditore præmoriatur, quia actor censetur nominatus à suo debitore, qui præferri debeat filio tacitè à lege nominato, nam vbi est expressa nominatio facit cessare tacitam, & in revisorio judicio ita judicatum fuit in causa *Balthezar* Pereira.

Item executio fit ex sententia lata contra clericum in ejus beneficij redditibus, si alia bona non reperiantur, relicta ei congrua portione, vnde valeat cum servis necessarijs juxta qualitatem suam alimenta percipere, *Roman. cons. 669. nu. 30. Gigas de pensionibus quæst. 39. nu. 4. Beller. de exquisitione clericali part. 1. tit. de clerico debitore, § num. 11. Con. lib. 2. cap. 2. n. 9.* 74

Item pro debito vsu fructuarij potest fieri executio in commoditate sui vsusfructus. *Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto. Asinius in praxi, §. 31. cap. 2. ampliat. 35.* 75

Item pro debito hæreditario defuncti executio fieri non potest in re propria hæredis, sed in re hæreditatis, imo hæres potest impedire executionem per impedimenta tertij possessoris, vel domini, vti censuit Senatus in lite Izabel da Motta, cum Izabel & Violante Correa, scriba Dominico Rodriguez ex *text. in l. fin. §. in computatione, C. de jure deliberandi.* 76 77

Item pro debito fiscali à marito contracto non fit executio in dote vxoris censuit Senatus in lite Antoniæ Velosa, scriba Balthazar Barreto, nam omnis alienatio fundi dotalis prohibita est, etiam facta cum consensu vxoris *text. in principio ad fin. Institut. quibus alien. licet, vel non l. vnica §. cum autem, C. de rei vxor. action.* Nec obstat Ordin. nostra, quia loquitur in dote facta secundum jus Regium. 78

§. 6. Quando in gradu appellationis expediri debeant impedimenta objecta adversus executionē sententiæ.

Dixi *in prima parte*, quod si in sententia, quæ mandatur executioni, fuerint quinque, vel septem Senatores in gradu appellationis, tunc de impedimētis adversus executionē prædictæ sen- 79

sententiæ cognoscunt solum illi Senatores, qui fuerunt concordes in sententia, quod tamen intelligitur in decisione causarum civilium (*em que se vota per tençoens*, quia in illis *assinam a sentença os vencedores, & não os vencidos*. Cæterum *nos feitos da mesa, em que se vota de palaura, os vencidos nampodem deixar de assinar a sentença com os vencedores sem differença, juxta Ordin. lib. 1. titul. 1. §. 14.* in hoc casu *todos tornam a ser juizes dos embargos postos a sentença*, & ita intelligitur *Ordin. §. 10. in dicto titul. 1.* quæ loquitur, & intelligi debet in causis expeditis in mensa per Relationem verbalem, & non procedit in causis, quæ expediuntur per vota, & suffragia Senatorum, quia in illis cognoscunt de impedimentis illis, qui sentẽtiam tulerunt, & victores extiterunt in sententia, & non illi, qui victi fuerunt secundum *Ord. lib. 3. tit. 87. §. 14* Sed hic occurrit quæstio, coram quo judice executio peti debeat, secundum praxim hujus Regni? de quo nihil *in 1. parte dixi.*

APPENDIX I.

Quis Iudex in executione esse possit?

80 NOtum est coram omni judice, qui habet jurisdictionem ordinariam, executionem sententiæ peti posse, vt per *Azeued. in l. 16 tit. 17. lib. 4. recopil. Vincent. de Franch. decis. 335. & dec. 110. numer. 9. Bender. de Reuis. concl. 23 nu 6. & 7. Gutierr. practicar. lib. 1. quæst. 97. & lib. 3. quæst. 95. numer. 14. Bernard. Greua ad pract. Camera Imperat. lib. 1. conclus. 113. considerat. 6.* Præterquam in aliquibus causis, quæ ex styllo exequi debent coram ejisdem judicibus, qui sententiam tulerunt, vt in judice Indiæ, & Minæ, & in judice Hospitalis Regij, & judice residuorum, & in Præside ciuitatis *Ord. lib. 1. tit. 49. 9. § 3. in fin.* & in judice *das sete casas*, qui vulgo dicitur *Contador*, vt tradit *Phæbus Aresto 68. 1. part.*

Item judex executionis contra viduam erit ille, quem ipsa vidua elegerit, quia habet privilegium eligendi in *Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3.* nam quanvis in executione non admittatur declinatoria fori, vt supra diximus *in lib. 3. cap. 3.* tamen ex generalitate Ordin. ita accipiendum esse existimo, quia in lite etiam cæpta cum defuncto vidua, & filius orphanus possunt eligere judicem *ex præd. Ordin. tradit Castillo lib. 3. cap. 25. à nu. 25. Valasc. cons. 136. Barb. in l. hæres absens ex num. 163. ff. de judic.* 81

Et sic perperam existimat audaculis ille Phæbus in executione cæpta cum defuncto non posse vidua declinare judicium executivum *Aresto 14. 1. tom.* nec enim per legem censetur derogatum privilegium viduæ, nisi expresse de eo fiat mentio *Castillo decision. 39. Vincent. de Franch. decision. 517.* quos refert *Aloys. Ricci. in collectan. decision. part. 5. collectan. 1846.* & praxis est, vt remittatur processus cæptus ad judicem viduæ, quanuis aliàs privilegiatus non possit declinare in executivis *secundum Cabed. decis. 210. 1. part.* 82

Item judex arbiter non potest exequi sententiam suam, etiamsi per compromissum ei esset talis facultas commissa *Bar. in l. non eis omnibus. ff. de recept. arbitris*, & sic vidisse judicatum *asserit Cabed. 1. part. decis. 210. num. fin.* 83

Item judex ille, qui mandavit executioni sententiam contra fidejussorem; & illũ compulit ad solvendum, erit judex competens ad faciendam executionem in fauorem fidejussoris contra Reum, pro quo ipse fidejussit, licèt aliàs non esset competens judex ipsius Rei, *ita Soarez in declarat. legum Regni titul. de los emplazamientos, § sed pene num. 23.* 84

Item judex executionis non potest recusari, quia potest ab eo, si excedat modum, appellari *Ord. lib. 3. tit. 76. vbi gl. l. ab executione C. quorum appellationes non recip.* quod practici intelligunt in executore sententiæ, non in alijs executoribus, qui- 85

quibus committitur executio collectarum, vulgo *de fintas*, quia isti recusari poterunt *teste Phœbo* 1. *tom. Arest.* 10.

86 Item styllus est, vt facta citatione ex sententia transactis 24. horis non solventi, statim fit pignoratio sine vlla dilatione, secundum *Cald. lib* 1. *quæst. forens. q.* 33. nec judex executionis potest tempus prorogare, vel minuere, imo debet sententiam, quã diligentissimè executioni mandare, *vt per Cabed.* 1. *p. decis.* 210. *n.* 1. *matheus Coller. in suo tractat. de processibus executiuis p.* 3. *cap* 7. *sub. nu.* 1. *Camillus Borrelus in summa decis. tit.* 44. *de citat. num.* 307.

87 Item sententia vsq; ad 30 annos potest mandari executioni *Soar. in l. post rem jud. notab.* 1. *n* 3. *vbi Valdes pag.* 99. *Gomes* 3. *tom. var. cap.* 14. *n.* 5. *Tyraq. de retractu linagier. in fin. n.* 32. *Rebuf. in tit. de sentent. executiuis, art.* 7. *glos.* 11. *n.* 9. nisi sententia fuerit conditionalis, aut post eã pars fecerit pactum de non petendo, nisi post tale tempus, vel post talem audientiam, quia in hoc casu tempus non currit *l.* 1. *C. de annali ex c.* cũ alijs, & ita quotidie practicatur.

§. 7. *Quibus impedimentis executio suspendatur.*

88 IN primis per restitutionem in integrũ jure minoris impeditur receptio, & suspenditur executio sententiæ, prout dixi *in prima parte*, quod amplia etiam procedere quo ad illos, qui ejusdem litis fuerunt consortes, si causa est individua *glos. verb. patrocinari. l.* 1. *C. si in communi, eademq; causa notat. in l.* 1. *C. de litium consortibus*, sed hoc non procedit in executione trium sententiarũ conformium, contra quas, sicut non admittitur nullitatis exceptio, vt in *Clement.* 1. *de re jud.* ita etiam non admittitur restitutio in integrum ab ecclesiastico posita *Bal. in l.* 2. *C. ne liceat* 3 *prouocare, Alex. in l.* 4. §. *condemnatũ, n.* 27. *ff. de re jud. Marc. Ant. Gonnẽsis in practicabilibus Ecclesiastic. quæst.* 421. Quia præsumitur calumnia, *Scacia de appellat. quæst.* 19. *remed.* 2. *nu* 95 quicquid teneat *Salicet. in dicta l.* 1. cui adscribunt plures, quos retuli *in prima parte*, quorum opinio etiam limitatur, si illa dolose petatur *Asinius in praxi*, §. 31. *cap.* 2. *limit.* 5. *Caluolus in praxi*, § *executio sententiæ nu.* 24.

Nec etiam restitutio in integrum impediet executionem jam cæptam vigore sententiæ; secus si antea petatur, vt ex pluribus declarat *Borrellos in summa decisionũ tom.* 2. *tit.* 32. *n.* 37. nec etiam executionẽ, quæ fit in judicio divisorio familiæ erciscundæ *Phœbus Arest.* 77. 1. *part.* qui dicit ita judicatum fuisse à Senatu, quanvis contrarium postea decisum fuisse ab eodem Senatu afferat ibi *idem Phœbus, vt dicam infra lib.* 4. *cap.* 4.

De tertio opponente se executioni.

ITem tertius dominus, vel possessor rei pignoratæ potest impedire executionem sententiæ, vnde si dominus directus non fuit citatus ad causam, potest impedire executionem sententiæ contra Dominum vtilem latæ *Ramon. cons.* 70. *nu.* 10. *Giurb decis.* 1. *nu.* 14. Quod amplia, etiamsi sint tres sententiæ conformes *Ant. Gabriel, tom.* 3. *commun. lib. titul. de executione rei jud. concl.* 1. *n.* 19. *Franciscus Viuius Neapol. decis.* 495. *in fin. Greuæ lib.* 1. *concl* 70. *nu.* 15. Contrarium tenet *Borrelus in summa decis. tom.* 2. *tit.* 32 *nu.* 107. *ex Clement.* 1. *de re jud.* Sed prima opinio in praxi magis recepta est. Amplia in executione, quæ fit à procuratore Regio, & fisci, & in illis, in quibus proceditur via executiua, vt sunt causæ de exigendis bonis defunctorum, & absentium teste *Phœb. tom.* 1. *Arest.* 15. Anplia 3. in judicio possessorio, vt sibi, & non spoliato res restituatur de domino suo agendo *Menoch. cons.* 488. *Fachineus lib.* 1. *controuers. cap.* 5. *Greua, dicta conclus.* 70. *consideratione* 1. Amplia 4. si tertius dicat, & ostendat rem, in qua fit executio, esse sibi hypothecatam *Natta, cons.* 552. *numer.* 1. *libr.* 3. *Caluolus* 89

lus in praxi, §. executio sententiæ num.25.
notat Augustinus Barb. in collectan. ad
cap quanuis de sent ent.& re judic. Salgad.
de reg.protect.part.4.cap.8.num.80. & nu.
363. Anton.Gabr.comm.lib.2.de exceptio-
90 *ne rei judic. concl. 1. num. 20.* Sed execu-
tio non impeditur præstita cautione de
restituendo *Ioseph. Ludouis, Pap. in de-*
cis. Perusina, 26.num.8. Chacheran. decis.
Pedamont.37.num.3.& 4. l. is aquo, cum
l. sequenti ff rei vend. quam cautionem ita
demum præstabit Actor, qui exequitur,
si tertius ante omnia doceat de suo inter-
esse *Felin. in cap. veniens, num. 13. de testi-*
bus, & in cap. cum super num. 16. de re ju-
91 *dic.* Limita in constitutario, cujus nomi-
ne dicit constituens se posidere ex clau-
sula constituti, nam iste non poterit impe-
dire executionem, quando non est verus
possessor, quia non quæritur possessio, nisi
ipse corpore, & animo vere, vel ficte per
se, vel per alium suo nomine possessionem
recipiat, *l. 3. in princ. l. quemadmodum, ff.*
92 *acq. possess.* nec enim constitutum est vera,
sed ficta possessio, prout referendo com-
plura *resol. Tyraq. de jur. constituti, 2. part.*
ampliat. 1. ex n. 5. cum seq. Limita 2. terti-
us impedit litem agitari, vt quia etiam fuit
93 citatus *Carrosius de remedijs contra præju-*
diciales sententias except. 69. n. 39. Giurb.
decis. 1. n. 31. Borrelus in suma decis. tom. 2.
tit. 32 n. 114. vel quia comparavit rem li-
tigiosam, quia tunc non potest impedire
executionem, vt per *Alex. Trintacinq. var.*
lib. 2. tit. de jud. resol. 17. n. 49. Menoch. cõs.
319. n. 4. vbi n. 5. asserit, quod debitor, qui
94 passus est causam super jure rei pignoratæ
tractari à creditore, si is creditor succum-
bat, non poterit impedire executionem.
95 Item limita, si tertius habeat præsump-
tionem calumniæ contra se, non auditur
cap. suscitata de restit. in integr. Carrosius
vbi supra, nu. 50. vbi num. 55. declarat. quæ
sit calumnia vera.
96 Item limita in possessore ex deposito,
vel locatione per ipsum facta *Carrosius*
tractatu de remedijs contra præjudiciales
sententias exceptione 29. num. 36. 97
Addo etiam, quod si executio fiat ex
sententia, quæ lata est ex die apparitionis,
quod ejus executio etiã sistat propter im-
pedimenta, quæ pars opposuerit adversus
sententiam, quo vsque in eis detur decisio
teste Phæb. 1. tom. Arest. 86. Et idem puto 98
dicendum, si pars opponat impedimenta
adversus sententiam, & ejus executionem
ex instrumentis de novo repertis per viam
restitutionis ex clausula generali, vel ex
provisione Regia, aut si statim constet ex
malitia, & occultatione victoris non fuisse 99
reperta nam solutum indebitè ex senten-
tia repeti potest, quando præcessit dolus
adversarij, prout tradit *Gutier. de juramen-*
to confirmatorio 3 part. cap. 7. n. 7. P. Mol.
de justitia tractat. 2. disput. 468. n. 6 Peregr
de jur. fisci. lib. 7. tit. 4. nu. 4.

De impedimentis meliorationum.

ITem impedimenta meliorationum im- 100
pedire dixi executionem, nam pro illis
datur jus retentionis, vt latissimè, & exactè
prosequitur *Gaspar de Hermosilla, in gl. 2.*
l. 9. tit. part. 5. Si tamen fuerint liquidæ,
aliàs si non fuerint liquidæ, executio sen-
tentiæ non retardatur *Gama decis. 4. nu. 3.*
Borrel. in summa decis. tom. 2. tit. 32. n. 336
Phæb. 2. p. Arest. 56. Nam tunc praxis est, 101
vt si exceptio ista requirat altiorem inda-
ginem Actor exequens deponat sumptus,
vel dando fidejussorem depositarium ad
quantitatem sumptuũ, quam juraverit Re-
us, rem suam consequitur *Phæb. Arest. 56*
2. p. Gam. decis. 4. n. 3. Cald. de empt. cap 23
n. 7. Valas. consult. 111. n. 21. Alciat. cons.
450. n. 26. Quia illa exceptio altiorem in-
daginem requirens non admittitur, nisi in
actu separato, vt tenuit *Paul. de Castr. cons.*
326. lib. 2. Menoch. de recup. remed. 15. nu.
568. Tunc enim in actu separato fit quasi 102
processus ordinarius, quia excipiens arti-
culare debet de valore, & æstimatione me-
liorationũ secũdũ tempus restitutionis, nõ
secundũ tẽpus illud, in quo factæ fuerunt

meliorationes, *vt sentit Bar. in l. de mor. ff. legat. 1. communit. receptus à Iass. ibi. & tenuit Capicius decis. 93. in fin. Ruyn. cōs. 38. in fin. lib. 1. Neguzant. de pignor. 4. membr. num. 16. vers. 6. conclus.* Quod egregiè declarat *Menoch. dict. remed. 15. n. 557. Bursatus cons. 71. num. 22* Quæ æstimatio articulanda, & probanda est per architectos, & in arte peritos, qui non sint illi, qui construxerunt, vt dixi *in prima*
103 *part.* cum illa tamen distinctione, vt si melioratio fiat in plantatione arborum, vel vineæ, æstimatio facienda sit secundum tempus, quo expensæ factæ sint, & trium annorum sequentium, quibus cultura pro earum conseruatione facta fuerit, si verò melioratio fiat in ædibus per fabros, & architectos, valor ejus attendendus est, secundum tempus, quo res restituenda fuerit, ita in causa Comitis de Villa nova,
104 scriba Andre Ribeiro anno de 1636. Sed in hac exceptione Actor contrariare potest de deterioratione rei, in qua Reus, qui meliorationes prætendit, rem deteriorasset ante facta melioramenta, vel postea, vt compensetur deterioratio cum lucro, & quod superest pro melioramento habeatur, etiamsi melioratio, & deterioratio essent in diversis rebus, vt declarat *Bar. in l. si negotia, ff. de negot. gestis, & probat Cur. Iun. cons. 166. num. 14. part. 2.*

105 Item contrariare potest, quod etiam æstimari debeant rudera, & materies, quæ ex dirupto ædificio vendi poterant, vt pretium meliorationum admittatur, & hanc esse magis communem opinionem dicunt plures, quos refert, & sequitur *Mascard. conclus. 1041. num. 20.*

106 Item contrariare potest A. vt compensentur meliorationes cum fructibus receptis, ex *Ordin. lib. 3. titul. 86. §. 5. Ordin. lib. 4. titul. 48 §. 7. & infra dicam*, sed debitor non restituet fructus eorum, quæ melioravit, donec meliorationes ei solutæ non fuerint, vt resoluit *Greua, decis. 366. num. 2. Barbos. in l. diuortio §. fin. 1. part. num. 48. ff. solut. matrim. Valasc. de partitionibus, cap. 6. num. 43 Cald. de emptione cap. 27. num. 69. & 75.* Et ita judicatum asserit *glos. in Ordin. lib 3 titul. 87. §. 1 nu. 6.* Sed in hoc etiam praxis est, vt actor det cautionem de solvendo meliorationum pretio, tunc non impedietur executio *Puteus decis. 471. lib. 2. Mastrillo decis. 98. 1. part. Aloys Riccius in collect. decis. 1. part. collectaneo 150. Barbos. vbi supra, num. 29. Borrelus in summa decis. tom. 2. titul. 32. numer. 337. Phæbus 1. part. Aresto 56.*

Item exceptio, ne quis teneatur vltra, 107
quam facere potest, opponi etiam potest in executione sententiæ, *l. Nesennus. §. fin. ff. de re jud. l. ex diuerso, §. vlt. ff. solut. matrimon.* Nisi fuerit antea opposita, quæ autem sint personæ, quæ non tenentur vltra, quam facere possint? *infra dicam.*

Item exceptio debiti non liquidati im- 108
pediet executionem, secundum *Bal.* & alios, quos refert *Gutierr. pract. lib. 3. quæst. 34. num. 15. Soar. à Pace in pract. 1. tom 4. part. cap. 5. num. 15. & cap. 2. num. 16. Farinacius in pract. crim. decis. siue quæst. 175. num. 240.* Et executio, vel pignoratio facta non præcedente legitima liquidatione est nulla, *Gratian. discept. forens. capit. 393. num. 8.*

Item exceptio nullitatis impediet exe- 109
cutionem sententiæ, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. l. si prætor. §. Marcell. ff. de jud. latè Carresius in tract. de remedijs contra præjudiciales sententias, vel damnosas executiones except. 47.* Quæ exceptio tunc admittetur in ijsdem actis, quando ipsa nullitas probatur ex ijsdem actis, & apparet ex actorũ inspectione nulla alia penitus probatione extrinseca requisita, *vt tradit Vantius post alios de nullit. in tit. quot. & quibus modis nullitas in judic. n. 32. Vrsil. ad Afflict. decis. 285. Maria Nonar quæstionum forensium 1. part. quæst. 101. num. 2.* Siue nullitas versetur circa 110
defectum jurisdictionis, *Trenizanus decis. 68. 1. part Carros. vbi supra. except. 22. num. 4. & quæst. 31.* Nam Princeps tollens

lens omnem nullitatem, non tollit eam, quæ venit ex defectu jurisdictionis *Gabriel in commun. lib. 4. titul. de statut. conclus. 3. Vant. de nullit. ex defectu jurisdictionis num. 5.* vbi dicit communem, & ita judicatum *in Rota Florentina testatur Borgnin. in repertorio decis. verb. nullitas, Magon. Rota Lucanæ 49. num. 6. decis. 36. num. 30. & decis. 22. num. 18. Milanens. decis. Ceciliæ 5. num. 25. lib. 2. Craßus de except. 20. num. 16. Carros. vbi sup. quæst. 1. num. 1.* Nisi prima sententia lata à judice incompetenti fuisset confirmata per superiorem, qui fuisset competens, nam aliàs vtraque sententia erit nulla, *Burgnin. decis. 25. num. 25 part. 1. Carrosus vbi supra, except. 47. numer. 38.* Vel nisi sit secunda confirmans transacta in rem judicatam, *Anton. Gabriel. cons. 49. lib. 1.*

111 Siuè nullitas sit ex defectu citationis, siue illa omissa sit penitus, sive minus legitimè facta, *l. 1. §. item eum ex edicto, ff. quæ sententia sine appellat. rescind. l. de vno quoque, ff. de re judic. Clement. pastoralis eod. titul. Vant titul. de nullitate ex defectu citationis, num. 1. Phæbus 2. tom. Arest. 77. & alij plures, quos refert Giurba cons. 18 num. 20.* Sed ex praxi hujus Regni necessarium est, vt de justitia simul alleg etur, *glos. in Ord lib. 3. titul. 75. in princip. num. 3 & libr. 3. titul. 21. § 10 Valasc. consult. 95. num. vlt. & de partit. cap. 39 n. 72. Thomas Valasc. allegat. 24 nu. 3. & 4.*

112 Secus erit si exceptio nullitatis sententiæ non possit probari incontinenti, sed requirat altiorem indaginem, quia tunc illa non potest impedire executionem, *Bar. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, num 3. ff. de re judic. Resoluit, Caluolus in praxi judiciaria §. executor sententiæ, num. 28.* Vbi ponit declarationes, & limitationes Nam & si probetur in continenti, si opponatur causa differendæ solutionis non impediet executionem sententiæ, *l. satis aperte, C. ad leg. Cornel. de falsis, Alexand. in d. §. condemnatum, num. 2. & ibi Ripa, numer. 14.*

113 Vel si sint tres sententiæ conformes, etiam si omnes dicantur nullæ, & offeratur probatio in continenti, non impeditur earum executio, *Bal. in l. ab executione, sub num. 8. vers. addo, quod si tres sententiæ, C. quorum appellat. non recipian. Castro in dicto §. condemnatum sub num. 2. vers. adde istum, & ibi Alex. num. 6. & Rip. num. 15. Caluol. vbi supra, numer. 37.*

Nisi ex inspectione actorum constaret de nullitate, vel in sententia esset expressus error juris, quia tunc per exceptionem nullitatis impedietur executio trium conformium *Bald. in l. vnica, num. 1. & ibi Salicet. num. 5. C. ne liceat 3. prouocare, Alex. in dicto §. condemnatum, nu 7. & ibi Rip. sub num. 15. vers. tu clarius sic distingue, ff. de re judic. Caluol. vbi supra, num. 36.* 114

Item impeditur executio in rebus abalio arrestatis vlgo, *embargados por mandado de algum Iulgador, Bart. in l mulier, ff. de lege commissoria Guid. Pap decision. 210. Cancerius variarum resolut. 2. part. cap. 6. num. 19.* Nisi si debitoris opera, & fraude dictum arrestum esset factum, *vt per Bal. in dicta l. mulier vers. ego crederem additio ad Guid. Pap. vbi supra, tradit Nata. cons. 235. Carrosius de sequestrat. part. 3. quæst. 10. num. 4. Cancer. vbi supra, numer. 23.* 115

Item exceptio falsitatis impedit executionem, si non apponatur animo calumniandi, & docetur in continenti, *l. 2. vbi Bald. C. de falsis, Bar in l. fin. C. si ex falsis instrum. Milanensis decis. 2. num. 141. & decis. 3. num. 13. part. 2. Amator Roderic. in praxi, cap. 9. num. 9. Alex. Trintacinq. variar. lib. 2. tit. de sententia, resolut. 3. ex numer. 29 Craßus de exceptione ad statuta except. 19. n. 3 Menoch. l b. 2. præsumpt. 48. num. 40. Asinius in praxi, §. 31. cap. 5. Borrelus in summa decis. tom. 2. titul. 32.* 116

Item impeditur executio sententiæ per impedimenta nullitatis probandæ, quando executio est irretractabil s *Bal in l. ab executione, num. 8. C. quorum appellat. non recip. Caluolus in praxi judiciaria, § executio sententiæ num 29.* 117

P 4 § 8. De

§. 8. *De Impedimentis, quæ aduersus executionem admitti debent in actu separato.*

118 IN primis impedimenta, & omnes aliæ exceptiones contra sententiam debent opponi, & præsentari in executione intra 6. dies à die, qua in bonis condemnati facta fuit pignoratio, *Ordin. lib. 3. titul. 87: Gama decis. 340. Soar. à Pace in pract. 4. part. tom. 1. cap. 2. numer. fin.* Vnde post illud tempus Reus audiri non debet, nisi dispensatione obtenta per prouisionem Regiam, *Reynos. Obseruat. 11. num. 2.* quia terminus à lege constitutus est peremptorius, *l. vlt. ff. de decret. ab Ordin. faciend. l. facta, §. si quis bonorum, ff. ad Trebel. Gayl.*
119 *lib. 1. obseruat. 140. num. 4.* Et lapsus termini renuntiationem inducit *Surd. decis. 189. num. 8. & cons. 97. num. 21. Cabed. 1. part. decis. 111. num. 2.* Quoniam tempus legis formam inducit, *auth. quæ supplica-*
120 *tio, C. de precibus Imperat. offerend.* Sed post sex dies, si Reus non fuerit exclusus, propositæ præd. exceptiones non ideo rejicientur, *ex Bart. in l. prætor ait ad fin. princip. ff. nou. oper. nuntiat. & Felin. in capit. 2. num. 1. de testibus*, quia multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent, *l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel ali-*
121 *eni jur.* Et si minor fuerit exclusus adversus lapsum temporis restituetur, *l. quod si minor. § restitutio ff. de minoribus*, & elapso termino 6. dierum per viam actionis Reus de nullitate agere poterit, vt *per Gam. decis. 340. num 2.*

122 Vel nisi pars excipiens juret se exceptionem propositam noviter habuisse, vel accepisse post terminum, tunc enim admittetur si excipiat, antequam bona subhasta vendantur, quia quæ de novo emergunt, novo indigent remedio *l 1. § Cæterum. ff. de ventr. inspiciend. cap. Cæterum de jurament. calumniæ.* Vel nisi excipiens post terminum opponat executionem, & addictionem nulliter fieri, & contra legis formam, hæc enim nullitas respiciens ipsam executionem, admittetur, & si opponatur post terminum, vt in præd. Ord. ibi, *ou quando allegar, que a execução, & arrematação se fez como não deue, & contra forma de nossas Ordenaçoens.* Vel nisi propositis exceptionibus à Reo, & lapso jam termino 6. dierum actor tacuerit, & nihil omnino opposuerit contra admissionem inpedimentorum adversus legis formam post lapsum termini, nec querellam interposuerit, quia in ea specie audiendus erit excipiens, ita *Reynosus obseruat. 15 num. 18 vb. dicit multoties fuisse judicatum, num. 19. & in simili lege Regia Castellæ tradit Gutierr. pract. lib. 1. quæst. 96. num. 11.*

Item exceptio novationis admittitur 123
in actu separato contra executionem, *Caluolus in praxi judiciar. §. executio sententiæ, num 42. Asinius in praxi, §. 31. cap. 2. limit. 16. & est text. in l. 1. C. de executione rei judic.*

Item compensatio opponi potest contra executionem rei judicatæ *Ozascus decis. 92. Gayl obseru. 17. lib. 2. nu. 101. Franciscus Marius, quæst. 148. part. 2. Afflict. decis. 121. Arisminius Tepascus titul. 160. de compensat. cap. 4.* Et dixi in prima parte num. 45.

Item exceptio erroris in rationijs alicu- 124
jus administrationis, vel negotiationis impediet executionem, quia ante calculationes, vel redditionem residui, non potest fieri executio, *Valensuela Velasques cons. 86. num. 41.* nisi super illis sententia feratur, *l. 2. C. de re judic. l. 12. responso, ibi si res judicatæ, C. de errore calculi, l. 2. in fin.*
C. quando prouocare, Causa enim decisa 125
sub velamento alicujus erroris, qualiscunque sit, restaurari non potest, *l. error facti, C. de juris, & facti ignor.* Nam res judicata pro veritate habetur, *l. res judicata, ff. de reg. jur.* Et hanc quæstionem disputat pro vtraque parte, *Muños de Escouar de ratiocinijs, cap. 38. & numer. 8. ver. sed*

præ-

prædictis non obstantibus, ita resolvit per duo fundamenta fortissima, vt per eum videre est, rebus enim judicatis standum est *Valençuela Velasques, cons.* 68. *num.* 2. Vbi plura jura ad id refert, censuit Senatus in lite Antonij Pereira Durão, cum Emmanuele Afonso Ribeito anno 1636
126 scriba Antonio Sarayva. Nam licèt calculi error oppositus contra sententiam, vtique iterum allegari possit, *ex l.* 1. *C. de errore calculi Rota Genuensis decis.* 176. *num.* 17. *Cabed.* 1 *part. decis.* 70. Tamen
127 præd. regula limitatur, quando per multas sententias supremi Senatus, arbitrorum, laudum, calculus vniformiter confirmatus est, vt tenet *Mascard. de probat. conclus.* 212. *num.* 7. *&* 8. *Castillo in l.* 27. *Taur.* Ex multorum enim sapientum judicio resultat vehemens præsumptio calumniæ contra debitorem toties impedientem rem judicatum, *Clem.* 1. *de re judic. Gratian. forensium. cap.* 581. *num.* 11. Nec enim jurisprudentia patitur infinitum precessum, *l. qui bonæ*, §. *vlt. ff. de damno infect. in specie Valascus de part. cap.* 9. *n.* 50. *Barb. in Ordin. lib.* 1. *titul.* 17. §. 7. Et
128 idem erit, si rationes sint à partibus approbatæ per transactionem, *idem Velasques, Cons.* 21. *num.* 42. Nec error reviderì debet, nisi probetur, *vt per Mascard. de probat. concl.* 253. *num.* 24. *&* 21. *Gutierres de juramento* 1. *part. cap* 40. *num.* 15. *Aymon. consult.* 108. *num.* 3. Igitur post redditam
129 rationem, & obtentam liberationem non posse reum compelli ad dictam rationem reddendam post alios tenet *Castillo in l.* 27. *Tauri, tractatu de ratione redenda, vers. fallit primo, num.* 19. *fol.* 124. *Roland. cons.* 49. *num.* 39. *vol.* 1. *decissio Genuæ* 24. *num.* 1. *&* 98. *nu.* 1. *Auendan, de exequend. Mandat.* 1. *part. cap* 9. *num.* 2. *& cap.* 10. *n.* 39. *part.* 2.
130 Contrarium tamen imo, quo ratione reddita, & obtenta liberat oneerror sit retractandus, tenet *Bar. & Pla ea in l.* 2. *C. de jure fisci, lib.* 10. *Parisius cons.* 89. *num.* 27. *Mascard. de probat. concl.* 253. *num.* 1. *&* 13. *Ploto de in litem jurand. num.* 527. *Gutierr. de juramento confirmat. part.* 3. *cap* 7. *num.* 1. *Surd. decis.* 239. Nisi error fuerit paruulus, & in jure consistens, quia tunc propter auctoritatem rei judicatæ retractare non debet *l. quanuis* 31. *ff. de condition. & demonstr. Scouar de ratiociniјs, cap.* 41. *num.* 10 vbi dicit ita fuisse judicatum in regia Chancellaria, *resoluit Berart. in speculum visitationis secular. cap.* 23. *num.* 170. *Bobadilla in politica lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 76.

Et idem erit si in rationibus redditis 131
interverit dolus administratoris, nam tali casu non valet liberatio, & definitio ab eo obtenta *Alex. cons.* 74. *vol.* 7. *Bar. in l. tutor, qui repertorium, ff. administration. tutorum in fin. Afflict. decis.* 360. *Menoch. de arbitr. casu* 209. *num.* 39. *Berart. in speculo visitationis secular. cap.* 23. *num.* 176. *& sequenti, Scouar. de ratiociniјs cap.* 41. *num.* 4. Et ratio est, quia in omni dispositione semper dolus censentur exclusus, *l. creditor* §. *Lutius, ff. mandati, l. si pater, ff. quæ in fraud. cred. Parisius, cons.* 107. *n.* 35. *lib.* 3. *Menoch. de arbitrar. quæstion.* 13. *num.* 18. *& sequenti, Scouar. vbi supra, cap* 40.

Dicitur autem dolo facta liberatio, 132
quando fuit data non viso libro rationum, qui ex consequentia actus administratorij venit ostendendus, vel si liber ostendatur cum rationibus intrincatis, quæ non facilè possunt intelligi, quia intrincata ratio non est ratio, nec data videtur, *l. cum seruus, ff. de condition. & demonstr. l. argentarios*, §. *edi, ff. de edendo*, & ex ipsa intrincatione rationum fraus, & dolus præsumitur, 133
l. summa, 22. *ff. de peculio, & ibi Bar. resoluit Berart. vbi supra numer.* 181. *cum sequentibus*; vel si fuerit enormissima læsio, ex qua dolus resultat *l. de meis*, §. *recepisse, & l. si seruum*, §. *si quis judex, ff. de arbitris*. Vel si per persuationem fuerit data liberatio *Corneus, cons.* 236 *col. fin. & cons.* 258. *lib.* 4. *Berart. vbi supra, nu* 186. *vide infra lib.* 4. *in actione tutelæ, n.* 47.

Item

134 Item omnis exceptio peremptoria, per quam non impugnatu sententia, aut ejus iniquitas arguitur, ea potest post sententiam opponi in ipsa executione, *Ordin. lib.3 titul.87. §.1.* Veluti exceptio compensationis, quam tamen non admittit Senatus, vt probaretur per testes, sed per instrumenta, in causa Ferdinandi Georgei, cum Georgeo Rodriguez da Costa, Scriba Amaral. Et alia hujusmodi, dummodo tamen illa non fuerit opposita, nam si semel fuit opposita, & rejecta, non poterit de illa iterum opponi in executione sententiæ, *Barb. in l. maritum numer.47. & 48. ff. solut. matrimon. & in l. diuortio, §. fin. 2. part. numer. 55. cum sequentibus. ff. eodem. glos. in Ordin. lib.3. titul.* 88. Item etiam post sententiam potest opponi, quãuis ea impugnet sententiam, si juraverit de novo ad sui notitiam venisse, *Ordin. lib.3. tit.87. §.2. & tit. 50. eodem lib.*

135 Item exceptio divisionis, vt hæres condemnetur pro rata in executione, opponi potest *DD. in l.1. C. si cert. petat.*

136 Item exceptio cessionis actionis, si fidejussor condemnatus sit insolidum *l. si fidejussores 41 §.1 ff. de fidejuss.* item beneficium collationis, *l. si Soror.8. C. collat.* & beneficium inventarij *Bal. in l. peremptorias, num.4. C. sententiam rescind. non poss. resoluit Hyltropius de processu judiciario, 4. part. tit.18. num.95. Alex. Trintacinq. variar. lib.2. titul. de except. resol. 1. ex nu. 9. alios refert Farinacius in decis. nouissima 280. num.2.*

137 Item nominis datio, si fiat in solutum admittitur in executione, *vt per Surd. cons. 145. nu.21. & 28. Pereyra decis. 104 num.3.* aut si Reus dicat se esse contentum cum illo nomine debitoris sibi cesso, *l. pupilli, 96. §. Soror. ff. solut.* Aut si Reus non habeat alia bona, non ideo executio fiet in persona dando nomen sui debitoris, vt infra dicam.

138 Item exceptio falsi procuratoris, quia reddit judicium retro nullum, in executione admitti potest, quanvis sit dilatoria, *l. licet, C. de procurat. glos. in l.1. verb. vti, vers. quintus, C. de jur. & fact. ignor.*

Item, & aliæ exceptiones admitti possunt in executione; de quibus *in 1. part. capit, 22. num.60.* Notabis receptis impedimentis non dari replicationem *Ord. lib.3, titul. 87.* Nisi tertius se opponat, *Phæb. 1. part. Arest. 50.* 139

§. 9. *De Impedimentis, an, & quando cognoscat judex executor, an vero ea debeat remittere ad judicem, qui sententiam tulit.*

QUanvis judex vnius jurisdictionis teneatur exequi sententiam alterius per precatoriam *l. à Diuo Pio, §.1. ff. de re judic. Bal. in l. fin. C. si à non compet. judic. Iass. in l. properandum, §. sin autem Reus, C. de judic.* Et regulariter impedimenta aduersus executionem remittantur ad judicem, qui precatoriam misit, præsertim, quia in requisitoria illa clausula poni solet, vt de impedimentis non cognoscat, sed, vt ea remittat, quia precatoria formaliter adimpleri debet, *vt in Ord. lib.2. titul.45. §.5. & lib.5. titul 119. §.4. tradit Cabed decis. 49. 1. part.* Tamen de illis exceptionibus, quæ tangunt executionem executor cognoscere poterit *Valençuela Velasques cons.9. num.1. & 5.* 140

Item illud, quod supra dixi, intelligitur, & declaratur, vt procedat si judex deprecans pronuntiavit secundum leges, secus, si pronuntiavit secundum statuta, & consuetudines illius loci ipsius judicis *Bal. in l. vnica in fin. C. de confessis,* quia statuta municipalia vnius territorij alter judex in executione sequi non debet secundum *Bal. in l.1. 4. quæstion. C. ne filius pro patre. Alex. in dicta l. à Divo Pio, §. sententiam, col.3. Hypol. sing. 138. judex vnius Iass. in l. cum quædam, col. vlt. ff. de jurisdict. omn. judic.* Et ideo requisitoria Castellæ, quia in ea non venerat inserta sententia condemnatoria, in hoc Regno non fuit 141

fuit adimpleta, nec exequuta, & impedimenta in ijsdem actis fuerunt admissa sine aliqua eorum remissione. Et hinc etiam
42 est, quod ex requisitoria Castellæ non fuit facta executio hic in persona condemnati ad eum incarcerandum, ex causa rationabili, quia non erat persona ex jurisdictione deprecantis vt judicatum refert à Senatu *Phæbus Aresto* 29.

43 Cæterum si Magistratus requisitus ad literas requirentis nolit exequi, superior requisiti compellet eum, *vt in cap. nullus de jure patronatus. Bar. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, num. 5. ff. de re judic. Gratian. discept. forens. cap.* 146. *num.* 10. *Cabed.* 1. *part. decis.* 49 *Barbos. in l. hæres absens, §.* 1. *ff. de judic. numer.* 97. Vnde, si precatoria mittatur ad districtum *do Porto*, tenetur Senatus Portuensis per petitionem gravaminis compellere præsidem, vt exequatur, & impedimenta remittat. Et judex facit litem suam, qui re-
44 quisitus neglexerit facere justitiam *l. pen. C. de pactis, l. si filius fam. ff. de judic. cap.* 1. *de re judic. lib.* 6. Et tenetur ad interesse parti *Bar. in dicta l. à Diuo Pio, §.* 1. *ff. de re judic. per textum in l. si judex. ff. de variar. & extra Ordin. cognit. Aufrerius decis. Tholosan. quæstion.* 411. Et talis judex
45 sic negligens, postquam fuerit condemnatus per superiorem ad mulctam non poterit impetrare rescriptum remissivum illius mulctæ *text. notab. in l. Mancipia. C. de seruis fugitiuis.*

De Repræsalijs.

46 Et si judex requisitus nullum habeat superiorem, vt est Rex Galliæ aut Angliæ, & isti requirantur à nostro Rege, & noluerint literis requisitorijs deferri, solent concedi repræsaliæ, quæ licitæ sunt de jure civili *Bar. in tractatu de repræsalijs quæst.* 4. Sed in hoc praxis est, vt ille, qui repræsalia petit, primò ipsum judicem requirat *auth. vt differentes judices, & in auth. de mandatis in principio, §. si tibi quoque testium*, & si judex requisitus denegat facere justitiam, nihil faciendo, aut justitiam deneget pronuntiando, vel aliquid faciendo contra justitiam, judex appellationis, debet adiri, vel Rex, *vt in l.* 1. *§. si quis in appellatione, ff. de appellat.* Et si sententia lata sit ob gratiam partis, vel ciuium, tunc posset peti restitutio *l. præfecti, ff. de minoribus, argum. l. absentem. C. de accusat.* & post hac poterunt peti repræsaliæ in consilio Regis, quia manus Regis in jis requiritur *Bar. vbi supra, quæst.* 3. *num.* 2. cum certitudine, & testimonio sententiæ, vel de negationis, vel alijs modis, de quibus *Bar. vbi supra, quæst.* 4 *num.* 12. Sed pro modico non dantur repræsaliæ, nam cum illud remedium repræsaliarum sit odiosum, vt *in cap.* 1. *extra de injurijs lib.* 6. & subsidiarium contra jus commune, non debet adire pro modico *vt in l. suo ff. de in integr. restit. l. si oleum, §. fin. ff. de dolo* Deinde necesse est, vt per præd. injustitiam jus partis lædatur, secus si aliqualiter lædatur *l. quoties, C. de precibus Imperat. offerend. vt si totaliter justitiam non faciat l. mancipia in fin. C. de seruis fuit.* Ad impediendam vero concessionem repræsaliarum solet Consul illius Regni admitti, & auditur, quia interest illius, nè repræsaliæ indebitè concedantur, ne forte ciuitas, contra quam conceduntur eodem jure vtatur, & faciat capi homines illius ciuitatis repræsalias concedentis, quibus autem exceptionibus vti possit *tradit Bar. vbi supra, quæst* 4. *num.* 10. Et illa exceptio admissa fuit, quia probavit navem Lusitanorum fuisse aggressorem, & in suam defensionem prædam fecisse Gallos, & ita denegatæ fuerunt repræsaliæ anno 1633.

Item repræsalia non fit contra ciuem 47
civitatis, etiamsi ille fuisset antea civis illius civitatis, contra quam publicantur repræsaliæ *Bar. de repræsalijs quæst.* 7. *princ. num.* 4. *Laudensis in tractatu de repræsalijs num.* 42. *inter tractatus de mercatura*, ita practicari vidi anno 1637.

§. 10. *De*

§. 10. *De ijs, quæ instar sententiæ habent paratam executionem.*

148 DIxi *in prima parte*, quod exactio redditus census instar sententiæ habet paratam executionem, nunc noto in praxi, quo actor prius debet facere executionem pro redditibus decursis in ipsa re, in qua census fuit impositus, & nõ compellitur in alijs bonis, quæ ad securitatem obligata fuerunt exequi, nisi posteaquam in re censuali executio facta sit *Auẽdan. de censibus cap.* 94. *Felician. de censibus* 1. *tom lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 3. *Consius de censibus* 2. *part. cap.* 2. *quæst.* 5. *artic.* 9. *nu.* 34. *vsque ad numer.* 46. Et tenetur actor scripturam census exhibere, aliàs potest à judice declarari emphyteusim esse finitam, *Valasc. de jur. emphyt.* 1. *part. quæst.* 8. *num.* 19.

149 Neque diminuitur pensio emphyteusis propter aliquod damnum contingens in re emphyteutica, ita vt si domus destruatur, & area remaneat, teneatur emphyteuta ad pensionem solvendam, quanvis sine ejus culpa domus corruisset, vt tenet *Angel. in* §. *lex itaque in auth. de non alienand. col.* 2. cum aurea sit potissima pars dominij *l. qui res*, §. *aream*, *ff. de solut.* & non dicitur tota res emphyteutica perire, cum area remaneat, vnde emphyteuta tenetur domum reficere, & pro solo tantum totam pensionem soluere tradit *Jass. in l.* 1. *num.* 13. *& num.* 44. *C. de jur. emphyt.* & hæc est communis opinio, licet *Bal. distinguat in dicta l.* 1. *lect.* 1. *num.* 10. *vers. modo reuoco in dubium*, *& Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 27. *num.* 2. sic resolvit *Cardos. in praxi judicum verb. emphyteus.*

150 §. 35. Cæterum in censu aliud habetur, nam censuarius potest rem censuariam dimittere invito domino census, si res reddatur infructuosior *Peregrin. decis.* 92. *nu.* 2. *Ceual os commun. tom.* 4. *quæst.* 899.

151 Sed dubium est, an exceptio opposita primæ solutioni annui redditus, & ea rejecta opponi iterum possit in executionibus sequentium annorum, in qua quæstione distinguendum est, an annua sit stipulatio pro annuis præstationibus, an plures? vt si vnica sit pro omnibus annis, nulla agenti creditori obstabit exceptio *l. egi secundo responso, ff. de exceptione rei judicatæ.* Si vero tot sint obligationes, quot sunt anni, sententia lata pro prima præstatione non parit plenum præjudicium pro sequentibus annis resoluit *Salgado de regia protectione part.* 4. *cap.* 7. *à num.* 135. *& numer.* 144. Vnde quando ad præstationem vnius, vel secundi anni debitor per sententiam condemnatus, & executus soluit, non opponens legitimam exceptionem, vel opponere omittens, poterit in qualibet ex præstationibus sequentibus opponere absque eo, quod sibi aliqua rei judicatæ exceptio possit obstare, & pro hoc est *glos. singularis, in auth. de instrum. cautel* §. *in his verb. insinuent*, *vbi Angel. nu.* 15. quem sequitur *Gregor. in l.* 115. *glos.* 1. *titul.* 18. *part.* 3. *Gaspar Rodericus de annuis redditibus lib.* 1. *quæst.* 15. *ex numer.* 28. Nam exceptio non opposita, vel non admissa per judicem in vna præstatione non impedit, quin possit in alijs præstationibus opponi non obstante exceptione rei judicatæ, *argum. text. in l. si in judicio* 23. *ff. de exceptione rei judic. Gaspar Rodericus vbi supra lib.* 1. *quæstion.* 16. *num* 28. *nec obstat text. in l.* 1. *C. de fideicommiss.* Nam ibi non agitur de præstatione, sed de re ipsa principali *Surd. de aliment. tit.* 3. *quæst.* 9. *& titul.* 8. *priuilegio* 29. *num.* 7. Quando autem vna sit stipulatio pro annuo redditu, vel plures, *dixi in titul. de annon. ciuil. num.* 41. *in princ.* Praxis autem ita se habet, vt si creditor petat debitorem damnati ad solvendum singulis successivis annis (quod consuluit *Simon de Pretis vlt. vol. lib.* 5. *dubit.* 3. *num.* 95) tunc creditor, non cogetur singulis annis litigare, & præjudicat sententia, & parit exceptionem rei judicatæ, *ita Lara de vita hominis, cap.* 27. *num.* 58. *Gratian. discept.*

cept. forens. cap. 151. *cui adde Ripam in l. ita stipulatus* 151. *num.* 193. *ff. de verbor. obligat. Imol. cons.* 130. *num.* 9.

152 Sed ultra alia, quæ dixi *in prima parte colum* 8. *cum sequentibus*, quibus emphyteuta excipere potest, addo primo, quod si res emphyteutica parierit, vel in fructuosior in totum reddacta sit, nam tunc etiam perimitur census, & emphyteuta ad ejus præstationem non tenebitur, optimè *Sarmento, lib. 7. selectarum, nu* 1. *cap.* 29. *Roman cons.* 412. *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 32. *num.* 16. *Gomes de contractibus, cap* 25. *num* 22. *Iulius Clarus, verbo emphyteus. quæst.* 8. *num.* 8 *adde Iass. in repet. l. quominus, numer.* 148 *ff de fluminibus*, censuit Senatus in lite Hieronymi Pimenta, & judicatum asserit *Phæbus*, 1. *part. decis.* 52.

153 Secundo Reus excipere potest ex præscriptione 30 annorum *in l. cum notissimi, §. in his etiam, C. de præscript.* 30 *vel* 40. Vbi prædicta præscriptio sufficit, non solum ad præscribendas præstationes præteritas, sed etiam, vt per eam præscribatur obligatio principalis, vt in posterum annuus redditus amplius peti non possit *Valasc. cons.* 49. *num.* 6. Adde quæ dixi *in l.* 1. *numer.* 40. *cum sequentibus, C. de annon ciuilibus lib.* 11.

154 Tertio Reus excipere potest dicens se non debere soluere, nisi ad ratione de quinque pro centum secundum legem promulgatam anno 1615. de qua *Phæb.* 2. *part.* quæ pensio justa dicitur, quando illa collecta in 20. annis continet rei æstimationem *glos. in auth. perpetua verbo justa, C. de sacrosanct. Eccles.*

155 Quarto excipere potest censuarius, quod census fuit nullus, quia fuit impositus super bonis maioratus *ex l, vltima*, §. *& quia C communia de legalis l.* 10. *titul.* 33. *part.* 7. nisi pro tempore vitæ possessoris maioratus censum constituentis *per text in cap.* 1. §. *quid ergo de inuestitura in re aliena facta, Pinel. in l.* 1. 3. *part. nu.* 81. *ad fin. C. de bonis mat. Padilla in l.* 3. *C. de seruitut. nu.* 13. *Anton. Gomes.* qui contrarium videtur sentire *in l* 40 *numer.* 85. *Tauri*, sed ista exceptio nullitatis non impediet possessorem interim perci, ere fructus *Franchus decis* 376. *Gratian. discept forens. cap.* 113. *nu.* 28 & 35.

Item quinto potest excipere, quod census fuit constitutus minori pretio, quam in extravaganti Papæ continetur census tamen postquam est constitutus. Potest enim minori pretio, eo quod in sui principio fuit creatus *Molina de justit. & jur.* 2. *tom. disput.* 393 *col* 925. *Michael Salon* 2. *tom. de justit. tractat. de censibus art.* 3. *controuersia* 9. *col.* 1326. *Felician. de Solis de censibus*, 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 9. vbi dicit ita practicari, & *lib.* 1. *cap.* 1. *Giurba decis.* 117. & ijs non relatis novissimè ita pro constanti tenet *Thomas Sanchez lib.* 1. *cons.* 7. *dubio* 19. *num.* 4. 156

Alio autem modo, vltra viam executiuam, poterit quis agere contra debitorem census, scilicet per viam spolij, si ab eo die, quo est requisitus, vt solveret, recusauit, juxta doctrinam *Innocentij in cap. querelam numer.* 13. *de electione, Thomas Valascus allegat.* 75 *num.* 6. *Barbos. in praxi exigendi pensionem fol.* 195. Et vnica præstatio sufficiet ad constituendum possessorem *Gratian. discept. forens cap.* 113 *numer.* 2. *Garcia de beneficijs* 1. *part. cap.* 5 *numer.* 450 *Mariscotus resolut. lib.* 1 *cap* 11. *num* 32. & 33. *Barbosa, vbi supra, quæst.* 2. *num* 39. *Thuscus tom.* 3. *litera, E. conclus.* 83. *numer* 5. *Couat. pract. cap.* 14. *numer.* 2. & *in reg. possessor. part.* 2 *in princ. cap* 6. *Reynosius obseruat.* 62. *num.* 10. & alios plures refert *Barbos. in collectan ad cap. cum Ecclesia Sutrina, num* 10. *de causa possess. & propriet. Botherius de re beneficiali tom* 1. *lib.* 1. *quæst.* 48. *num.* 102. *Cancerius variar. resolut.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 45. Igitur contra negantem solvere, potest intentari interdictum vnde vi, id est agere remedio spolij pro pensione sibi subtracta *cap querellam, vbi Barbosa in collectan. extra de electione*, quod etiã procedit contra negã- 157 158 159

Q tem

tem soluere pensionem, quæ soluebatur suo prædecessori, *vt per Gigan. de pension. quæst.* 47. *num.* 10. *Menoch. remed.* 1 *recuperand. num* 87. & *num.* 260. *Mascard. de probat concl* 1323 *num.* 19. *Ceuallos communium contra communes quæst.* 656 *Felicianus de censibus lib.* 3. *cap.* 1. *à numer.* 8

160 Et ratio est, quia quasi possessio defuncti antecessoris absque noua aprehensione, seu exercitio transit in successorem *Garcia de beneficijs* 5. *part. cap.* 5. *num.* 33. igitur possessorium insurgens ex similibus actibus solutionum actiuè; & passiuè transit in successorem, ita vt non possit successor excipere à se non exactum, nec successori

161 possit objici, quod non exegerit, quia successor æstimatur pro persona antecessoris, cujus mutatione non variatur jus actoris *l.* 2. §. *ex ijs. ff. de verborum obligat. Gratian. discept. forens. cap.* 113 *num.* 16 *Thesaur. de re beneficiali tom.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 38. *numer.* 109. *Barbos. in praxi exigendi pensionem, quæst.* 2. *numer.* 44. *in terminis Alexand. Ludouisius, aliàs Pap. Greg.* 15. *decis.* 275 *num.* 1

162 Item an in sensu annuo sit locus remissioni ob bellum, sicut in emphyteusi? *Griuellus decis. Dolani* 9.

163 Item illud, quod debetur annuum, principio anni debetur *l. nec semel* 12. *ff. quando dies legati, l.* 1. *C. quando dies legati cedat l. eum qui ita* 56. § *qui ita stipulatus, ff. de verborum, l. Senatus,* § *vlt. ff. de donat. causa mort.* aliàs in fin. anni solutio facienda erit, *l qui hoc anno* 42. *ff. de verbor. l. si in annos* 48. *ff de condit.* & *demonstrat.*

§. II. *De Præferentia creditorum in executione rei pignoratæ.*

164 NOtabis in praxi, quod licet ille, qui prius fecit pignorationem præferatur alijs creditoribus, quia melior est conditio occupantis, adeo quod si debitor solvisset vni creditori, iste securus erit, *l.* 9. *titul.* 15. *part.* 5. tamen hoc non habet locum, quando alius creditor magis priuilegiatus postea venerit, quia tunc ille præfertur, & rem condicet ab illo, *l. ex facto in fin. ff. de peculio glos. in l.* 11. *verbo que vence su deuda, titul.* 14. *ead. Petrus Bar. in l pupillus, ff quæ in fraud. cred. tradit Ioan. Cop quæst. jur. quæst* 62. *Mayrer. de priuileg. credit* 2 *part. art.* 1. *nu.* 1. *cum sequentibus Flores de Mena, variar lib.* 1. *quæst.* 6. §. 2. *Sayr. in claui regia lib.* 10. *titul.* 5 *cap.* 10. *nu,* 35. *cum sequentibus.* Cæterum si vterque primus, & secundus sint creditores hypothecarij præferetur qui magis priuilegiatus, vel qui prior fuerit tempore, *c. qui prior de reg. jur. in* 6. quod 165 si debitor habuit plures negotiationes diuersas, seu diuersorum rerum, nõ erit melior conditio illius, qui prius fecit pignorationem, nam ille cauere debet alijs creditoribus ejusdem negotiationis se refusurum pro rata, si appareant alij creditores ejusdem negotiationis, quia in illis negotiationibus non erit melior conditio occupantis, sicut est regulariter in alijs actionibus, quæ non dantur occasione negotiationis, nam quando sunt diuersæ negotiationes, non veniunt omnes creditores communiter ad omnia, sed quilibet ad suam negotiationem, *vt in l* 5 § *si plures vers. sed si duas tabernas, ff. de tributor.* Quod non est in alijs creditoribus, qui non contraxerunt occasione negotiationis, nam illi possunt ire ad quemcumque bona, vt declarat *Paulus de Castro in dicto* §. *si plures.*

Igitur creditor, qui priuilegiatus est, 166 aut priuilegiariam actionem habet præfertur alijs creditoribus personales actiones habentibus, *Amator Rodericus de priuileg credit.* 2. *part. de creditoribus priuilegiarijs artic.* 2. *num.* 1. Et inter priuilegiarios primum locum obtinent illi, qui rem aliquam, vel pecuniam penes numularios, argentariosve deposuerint *Mayrer. lib.* 2. *de priuileg. titul.* 11. *ex num.* 12. Et in- 167 ter priuilegiarios præfertur ille, qui prius fecit executionem, nisi ante dationem po-

possessionis alius priuilegiatus venerit, nam tunc differenda est traditio possessionis rerum, in quibus facta fuit executio, & solutio debiti prioris petentis, si secundus in sua hypotheca esset prior, seu priuilegiator, & hoc videtur probari *in Ord. lib 3. titul. 91. si bona inspiciatur.*

168 Neque obstabit ad hoc *l. is à quo ff. de rei vend. & l. pen. ff. de petit. hæred.* quia illud procedit, quando fuit actum actione reali, & sic de jure rei fuit cognitum, secus quando ageretur personali, & fieret executio in bonis debitoris, quia tunc ostendens de jure suo in re, in qua fit executio, impediet executionem secundum *Bar. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re judic.* Alij verò dicunt in hoc casu non impediri executionem factam à priori, licèt sit posterior in hypotheca, nec vẽditionẽ rei cæptæ in causa judicati impediri, sed ex pretio prius satisfiet priori creditori, & residuum conuertatur in solutionem secundi, qui petijt executionem, vt est casus, *in dicta l. à Diuo Pio, & illud ff. de re judic. glos. in l. 1. verb. No obligando, in fin. tit. 14. part 5. & sentit Ordin. nostra vbi sup.*

169 Quod si eodem tempore concurrant plures in petenda executione habentes plures sententias super diuersis debitis non priuilegiatis, vel pariter priuilegiatis, licet diuersis temporibus latas, omnes concurrent in bonis debitoris, quando bona non essent omnibus soluendo, & pro rata cujuscunque debiti, bona diuidentur inter eos, & si habens posteriorem sententiam prius petierit executionem, ille præfertur, ex præd. *Ord. & l. in Indicati actione, ff. de re judicata. & tenet glos. & DD. cõmuniter, in l. inter eos, verb. occupantis, ff. eodem, Bar in l. cum vnus in principio ff. de bonis auct. judic. possid. col. fin* vbi dicit quod ille, qui prior immissus est in possessionem ex causa judicati potior est in jure, & præfertur alijs creditoribus.

170 Cæterum ille, qui habet actionem personalem priuilegiatam, poterit aduocare pecuniam solutam alij creditori non priuilegiato, & si prius habuerit sententiam pro se & petierit executionem, vt *in dicta l. inter eos, & in l. 3. ff. quod cum eo, & in l. fin. § licentia vbi Ang. C. de jur. deliber. Adde Couar. pract. cap. 29.*

Item prior cessionarius præfertur secundo creditori cessionario in exigendo solutione non facta, *Giurba decis. 104.* 171

Item, qui aprehendit possessionem præfertur illi, qui sine aprehensione, sola tantum nominatione à debitori facta fecit executionem, & id censuit Senatus in causa reuisionis Georgei Rodriguez da Costa cum Procuratore fiscali, scriba Quintal, & in causa Didaci Gonçalues, cum Leonardo Francisco scriba Antonio de Freitas idem judicauit Senatus. 172

Quæ hypothecæ sint priuilegiatæ, & alijs hypothecis præferantur.

SI res sit empta ex pecunia mutuantis, & sibi expresse hypothecata, hujusmodi hypotheca priuilegium habet, & præfertur anterioribus hypothecis, *l. licet, C. qui potiores in pignor.* 173

Item res reparata ex tua pecunia censetur tibi tacite hypothecata, *l. 1. ff. in quibus causis pign. vel hypoth tacite,* quia reparator est fauorabilior, & ideo licèt res de nouo ædificetur non censebitur tacita hypothecata, *vt in l. quamuis 17. C. de pignor glos. 2. in fin. in l. quod quis 18. ff. de priuileg. credit.* tamen res reædificata, censetur tacita hypothecata, & hujusmodi hypotheca præfertur anterioribus hypothecis, & expressis, *l. interdum 5. ff. qui potiores, Iass. in l. creditor. num. 4. ff. si certũ petatur Amator Rodericus de priuil credit.* Et similiter Naulum, alijs creditoribus præfertur, *l. 6 ff. qui potiores,* res tamen cõparata ex numis pupilli potior erit, *l. 3. ff. qui potiores, l. 25. tit. 13. part 5.* 174

Item dos est priuilegiata, & habet tacitam hypothecam in bonis mariti, quæ præfertur alijs hypothecis anterioribus, & expressis, *l. assiduis, C. qui potiores,* 175

Q 2 latè

late Barbos. in l. 1. 6. part. ff. solut. matrim. Fiscus etiam habet tacitam hypothecam, sed non præfertur creditori anteriori habenti expressam hypothecam, *l. pignus* 8. *ff. qui potiori* Nam in hac materia præ actionis magis lex fauet mulieri, quàm fisco,
176 quod patet, quia communis fatetur hypothecam vxoris tacitam præferri tacitæ hypothecæ anteriori, & tamen fiscus non præfertur tacitæ hypothecæ anteriori *l. vnica C. rem alienam gerentibus ad Iun. l. pro officio, C. admin. tut. Bar. in l. si is qui. num. 1 ff. de jur. fisci recept ex Neguzant. de pignor. 2. menbr. 5. part. num. 42 & consuluit Alex. cons. 58. num. 5. lib. 7. resoluit Barb. vbi supra.*

177 Item contrahitur hypotheca ipso jure in bonis condemnati post sententiam *ex. Ord. lib. 3. tit. 84. §. 14. vers. 1.*

178 Item impensa funeris est preueligiata & præcedit omnes alias actiones, anteriores nedum personales, sed, & hypothecarias, vt per *Ioan de Sancto Blosio in tractatu de action. & ejus natura, actione* 117 & etiam dotem, *ex l. impensa ff. de religios. & sumptibus funer.* quæ loquitur per dictionem semper *argum l. pen ff. sol. matr. facit text. in l. fin. §. incomputatione, C. de jure deliberand. vbi præfertur etiam expressis hypothecis.* Et idem dico in impen-
179 sa facta in infirmitate defuncti per *text. in l. restituenda, vbi notat Bal. & Salicet, C. de petitione hæreditatis, Iass. in dicto §. in computatione Roland. à Valle, consil. 14. num 17. vol. 1.*

180 Item præfertur locator propensione in bonis inuectis, & illatis, creditoribus anterioribus, *Ioseph. Ludouic. Perusin decis.* 84. 2. *part.* nam inuecta, & illata in domum conductam sunt domino domus tacitè affecta, & hypothecata propensione, dicam infra in titulo de locato.

181 Item præfertur qui fecit melioramenta. Nam iste habet retentionem pro melioramentis in executione sententiæ, si sunt liquida, aliàs exequeretur cum cautione, *Puteus decis.* 471. *Benintendis decision.* 77. *Franchis decision.* 112. & 476. *Ioseph. Ludou. decision.* 34. *Fabius de Arena singul* 6. Quando autem non sunt liquida præstita cautione, in executione supersederi non debet, *Mastrillo decis.* 98 *part.* 1. *Borrelus in summa decis. tom.* 2. *titul.* 32. *numer.* 336. *Gama decision* 4. *num.* 3. *Phæbus* 2. *part. Aresto* 56. vbi declarat. Sed 182
non tenetur fructus perceptos ex melioramentis compensare cum sumptibus, *Afflict. decision.* 87. *numer.* 6 & 7. *Franch. decision.* 109. *numer* 4. *Rotta diuersorum,* 1. *part. decision.* 294. & 2. *part. decision.* 112. *Garcia de expensis, cap.* 23 *num.* 34. alios refert *Muños de ratiocinijs, comput.* 13. *numer.* 2. quicquid inuoluat *Raynosius obseruat.* 56. *numer.* 15. Nam colonus non restituet fructus ex melioramentis, dum meliorationes ei solutæ non sint, *glos. in Ordinat. libr.* 3. *titul.* 87. §. 1. *sub numer.* 6. *versicul. nota Tuschus practic. tom.* 5 *liter. M. concl.* 178. *numer.* 10. *cum sequentibus.*

Item salaria, doctorum, scholasticorum, judicum, literatorum, aduocatorum, 183
& similium habent priuilegium inter creditores, & æquiparantur doti, & fisco, & habent tacitam hypothecam inductam cum priuilegio prælationis in bonis sui clientuli, & præferũtur alijs creditoribus, *vt per Flores, lib. 1. variar. quæst.* 8 §. 1. *n.* 70. *Rebuf. de priuileg. scholast. priuil.* 118. *Amator Roderic de priuileg. creditor. part.* 1. *artic.* 3 *nu.* 18. *Gratian. discept. forens. cap.* 257. *ex num.* 17.

Item præfertur in illa re ille, qui eam 184
vendidit habita fide de pretio, si pactum fuerit, vt non transferatur dominium dum soluatur pretium, *Græua in practica ad Cameram imperialem concl* 5. *num.* 14. *Afflict. decis.* 338. *Franch. decis.* 506. *Viuius decis.* 135. *Magon. decis.* 9. *Marta decis.* 43. *Surd decis.* 157.

Item pia causa præfertur, quia dos, & 185
pia causa æquiparantur, *Tyraq. de priuileg. piæ causæ priuileg.* 158.

Item præfertur, qui habet sententiam 186
ex

ex confesione partis, si in præd. sententia concurrat aliqua conjectura probabilis, ex qua præsumatur vera confesio etiam in præjudicium creditorum *Menoch. cons. 17. num. 10. lib. 1 Barbos. in l. 1. 6. par. num. 40. ff. sol. matrim. Surd. decis. 55. n. 4.*

187 Item creditor antiquior præfertur fisco, vt dixi in prima parte, *ex l si fundum, vbi glos. 1. qui potiores, cui addo, l. generaliter eod. titul. & l. 1. C. rem alienam gerentibus, & l fin. cum §. fin. ff. qui potiores l. res quæ 22. §. res autem. ff. de jure fisci, l. diuersis, C. qui potiores, l. titius seæ §. fin. ff. qui potiores, l. pro officio 10 C. administr. tut. l si debitor 12. C. de distract. pign* nisi fiscus sit creditor in debito primi pili, quis autem sit primi pillus *tradit Peregrin. de juribus fisci lib 6. titul. 6. numer. 43. & gl.*
188 *2. in l 16 titul. 9. part. 2.* qui explicant quale sit istud officium, quod tamen hodie nō est in vsu, *Castro, in l. 1. C. de priuileg. fisci,* & in Regno Neapolis ita obseruari dicit *Aponte de potestat. proregis titul 4. §. 8. n. 17.* & in hoc Regno dicit *Franciscus de Alfaro de jure fisci glos. 16 num 94. refert. Ramonius, cons. 86. n. 10.* Vel nisi in bo-
189 nis quæsitis post obligationem cōtractam cum fisco, *l is qui ff. de jure fisci. cui adde l 1. C de conductoribus, & procurator. lib. 11. Matienso, in l. 5 titul. 16. & l. 7. gl. 5. n. 5. lib. 5. nouæ recopilat. Peregr. de jur. fisci lib. 6 tit. 6. art. 5. Barb. in l. 1. 6. part. n. 9. ff. solut. matrim. Neguzant. de pignoribus 2. membr. part. 5. n. 11. & 42.* Nam fiscus nō est priuilegiatus, nisi quatenus expresim reperitur, *glos. in l item veniunt, §. in priuatorem, verb. publica ff. de petit. hæred. cui adde Surd. cons. 199. num. 7. vol. 2.* & tenent alij, quos refert, & sequitur *Ægidius in l. ex hoc jure 2. part. num. 17 cap. 1. ff. de just. & jur dixi supra in lib. 1. tit. de judice fisci, & infra cap. 22. §. 6.*

Item qui habet hypothecam antiquio-
190 rem præfertur alijs, *l. 2. cum sequentib. ff. qui potiores, l. 2. & 3. C. eodem, Barbos. in l. 16 part num. 6. ff. solut. matrim. Dueñas regul. 168. Matienso, in l. 7. titul. 16. lib. 5. glos. 5. nu 3. nouæ recopillat. Giurba decis. 61.* & revocat[illegible] iam licet sit consumpta. *Gom. de Leon decis. 90.*

Item inpedito agere non currit præscriptio, nec tempus, *l 1. C. de annali excep-* 1
tione, & probat text. in Ord. lib. 3 titul 91. Pone enim quod tertius impediuit mihi facere pignorationem, & interim alius fecit executionem, ille non præfertur.

Item præfertur ille, qui in locum prio- 192
ris creditoris succedit, vel per sententiam, vel prius offerendo, vel solvendo priori creditori, *l 1. C. qui potiores in pignor. l fin. C. de ijs qui in priorem creditorum locum success. l. potior. § fin. ff qui potiores.*

§. 12. *De Subhastatione facienda.*

SVbhastatio fieri debet præsente pe- 193
cunia, licèt alius differens solutionem plus licitetur, *Gratian. discept forens. cap. 7.* Nam addictio facta sine solutione pecuniæ est nulla, *ex l à Diuo Pio. §. sed si emptor, ff. de re judic. Farinaceus, decis. 3 num. 1.* Et si res sit magna, & debitum paruum, non potest vendi secundum *Bar. in l alio hærede ff. de aliment. & cibar. legat. num. 4. Gama decis. 40. num. 2.*

Item bonis sic venditis, & euictis non 194
creditor, sed debitor, cujus erant bona tenetur de euictione, quia factum judicis habetur pro facto partis, *l si ob causam, C. de euiction. l. periculum, ff. de pignor. Cald. de resolut. emphyt. cap. 5. num 52 & de empti cap 31. n. 10. Tyraq. de retract. linagier. §. 1. glos. 14. num. 13 Hermosilla in l. 32. tit. 5. pag 5. num. 23.*

Item non seruata forma subhastationis 195
fructus restituendi sunt, tam percepti, quā percipiendi, idest, qui percipi potuerunt, *Gratian discept forens. cap. 7. num. 12.*

Item ad subhastationem facendam re- 196
rum immobilium, necessaria est citatio, mulieris, vt dixi *in prima parte,* quicquid *glos. in lib. 3. titul. 89. §. 15 numer. 3.* Nec sufficit tacite consentisset, vt quia mulier condemnati fuit præsens executioni, aut

aut habuit illius notitiam, aut longi temporis terminus transactus fuit, vt resoluit *glosator vbi supra*, §. 27. *nu.* 7. & 8.

197 Item non extante emptore creditor potest licitare si velit, & ei bona addicentur *Phæbus Aresto* 85. 1. *part.* quod si neglexerit, sunt illi pignora justo pretio, quod judex arbitrabitur, addicenda *Cald. de empt. cap.* 17. *num* 27. vbi extendit, quando inuenitur emptor minus justo pretio licitans, nec æquam æstimationem offerens, quo casu etiam admittitur creditor plus offerens. Sed ex addictione facta ipsi creditori gabella solui debet, quanuis in Regno Castellæ aliud sit, secundũ *Thom. Sanch. lib.* 2 *consiliorum cap.* 4. *dubio* 26.

198 Igitur in instrumento addictionis inseri debet certitudo gabellæ solutæ, aliàs si omittatur hæc incorporatio, venditio, & subhastatio erit nulla, & nunquam supplebitur talis nullitas, nec præsumitur ex tempore, quando enim vitium, & defectus scripturæ ex ea patet, euidens dicitur, & non suppletur ex tempore juxta tradita per *Seraphinum de priuilegijs jurament. priuileg.* 31 *num.* 72. *Menoch de præsumpt. lib.* 3 *quæstion.* 132. *num.* 79. *Mascard. de probat. conclus.* 1140. *num.* 25. & *conclus.* 1316. *num.* 33. *Velasc. cons.* 162. *num* 20. & *sequenti.* Igitur ex defectu gabellæ non
199 solutæ subhastatio est nulla, *argument. tex. in Ordin. lib.* 1. *titul.* 78. §. 14. *in fin. ibi. E isto mesmo se guardarà nos bens que se venderem empregaõ, tradit Thomas Sanchez in suis consilijs, lib.* 2. *cap* 4 *dubio* 26. Quod etiam tradidit *Gutierr. de gabellis, quæstion.* 22. & ita judicatum fuisse asserit *glos. vbi refert sententiam, ad literam lib.* 1. *Ordin. titul.* 78. §. 14. *num.* 46. quod ampliatur si desit vnus numus ex solutione integræ gabellæ, secundum *Bal. in l. res bona fide ff. de contrah. empt. sequitur Tyraq. de retractu conuent* §. 4. *glos.* 6 *num.* 32. Et
200 idem circa transactionem, quæ fuit facta inter partes; absque solutione gabellæ, decisum fuisse à Senatu affirmat *glos. vbi sup. num.* 31. nam ex transactione etiam debetur gabella, quando qui possidet rem dimittit pro pecunia, juxta, ea quæ tradit. *Parlador quotidian. lib. à cap.* 3. §. 2. *num.* 31. *Lasart. cap.* 7. *num.* 5. *Quarant in summa bullarum verb. alienatio, num.* 43. *Gutierr. de Gabell. quæst.* 45. *Cald. de resol. emphyt. cap* 16. *num.* 49. & *cap.* 9. *num.* 34. & 35. Et ex venditione facta per chyrographum *Phæbus Aresto* 61. 1. *part.* Quæ 201
quidem Gabella soluenda est in loco, vbi sita sunt bona, quæ venduntur, *Bar. in l. forma*, §. 1. *num.* 2. *ff. de censibus Gironda de Gabell.* 6. *part. num.* 27. *Cald quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 4. Contrarium tamen, scilicet, quod gabella solui debeat semper in loco venditionis, vbi res tradi debet, tenet *Cabed.* 2. *part. decis.* 113. *num.* 2. & dicit judicatum ita fuisse in supremo Senatu anno 1616. & 1617. *Phæb. decis.* 24. *num* 27 *Berthachinus tract. de Gabell.* 6. *part. num.* 4. & *probat Ordin. nos artigos das sizas fol.* 3. §. 34. Vnde si merces vendantur, & tempore nundinarum tradantur non debet pro illis solui gabella nisi attento tempore traditionis *Bal. cons.* 253. *lib.* 4. Gabella autem semel soluenda est, *Bar. in l fin.* § *quoties, ff. de publican. Dec. cons.* 457. *col.* 1. *facit bon. text. in l. pen. C de consulibus lib.* 12. quem ibi notat *Bar. Rom. cons.* 23. Cæterum gabella non de- 202
betur ex venditione nulla, *Thom. Sanch. lib.* 2. *consil. cap.* 4. *dub.* 37. 38. & 39. *Tyraq. de retract. linag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 7. Et idem erit si emptor circunuenit venditorem emendo infra dimidium justi pretij gabella erit *per conta do Comprador Thomas Sanchez lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 11. *num.* 3. *in consilijs*, & si fuerit soluta repeti potest, *Garcia de expensis cap.* 18. *respons.* 13. *numer.* 3 *in fin. Hermosilla, in l.* 56. *titul.* 5. *part.* 5. *gl* 11. & 12. *num.* 133.

§. 13. *De Impedimentis aduersus subhastationem.*

VLtra ea quæ dixi in prima parte; 203
subhastatio impediri potest antequam

quam detur possessio *da cousa arrematada* victori, *se elle lançou nella* 150. *não se deuendo mais que cento*, donec residuum per soluatur, ita decisum fuit à Senatu in causa Emmanuelis de Villalobos cum syndico Academiæ Conimbricensis.

204 Et illa rescindi potest, ex læsione vltra dimidiam, *vt dixi in prima parte, cui addo P. Rabellum de oblig. justitiæ, 2. part. lib. 9 quæst 3. sect. 2. num.* 8. *& alios plures refert gios in Ordin. lib.* 4. *tit.* 13. § 7.

Item quando fit pignoratio Reo, & ille dederit depositarium pignoris, qui degit in territorio ciuitatis, non compelletur depositarius suis sumptibus portare illa pignora ad forum ciuitatis, sed satisfaciet tradendo officiali in loco vbi se obligauit pro deposito.

205 Item annullata addictione omnes fructus indistincte restituentur *argument. text in l si prædium l. non solum, & l prædiorum, Cod. de prædijs minorum Tyber. Decian respons.* 30 *numer.* 9. *vol.* 1. *Reynosus, obseruat.* 56. *num.* 7. & idem erit probata læsione enormissima aduersus addictionem, quoniam in ea specie res alienata repeti potest cum vniuersis fructibus à tempore indebitæ occupationis perceptis propter dolum ex illa læsionis præsumptione *l. omnes §. Lutius ff. quæ in fraudem creditorum, tradit Pinel. in l.* 2. 3 *part cap.* 1. *num.* 7 *Gam. decis* 94 *à num.* 3. *& decis.* 198. *num.* 2. *facit Ordin. lib.* 4. *titul* 13. §. *vltim. ad fin* vbi Glosator tradit, quæ dicatur læsio enormissima, *Couar. lib.* 2. *var cap.* 4. *numer* 5. *Cabed. decision.* 70. *numer.* 1. *tom.* 1. *Valasc. de partit. cap.* 39. *num.* 57 qui dicunt arbitrio judicis relinqui.

SUMMARIUM.

1 *IN actione summaria decem dierum non admittuntur exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem.*

2 *Tempore feriarum non proceditur in actione decem dierum.*

3 *In actione decem dierum non requiritur, vt petitio sit solemnis, vel conclusio sit legitime facta.*

4 *Phœbus reprehenditur.*

5 *Cautio juratoria non sufficit, vbi requiritur fidejussio.*

6 *Appellatio, vel supplicatio non suspendit executionem sententiæ ex actione decem dierum.*

7 *Decem dies assignantur non solum pro eo, quod expressum est in instrumento, sed etiam in eo, quod virtualiter ex instrumento resultat.*

Ibid. Licèt tertius agat, vel opponat de nullitate scripturæ, tamen ex illa assignari debent decem dies contra Reum.

8 *Ex literis cambij acceptatis assignantur decem dies, si non fuerint acceptatæ scribens remanet obligatus.*

Ibid. Cambium siccum, quod dicatur?

9 *Ex instrumento societatis super capitulis etiam ante factum computum proceditur per assignationem decem dierum.*

10 *Si quantitas pretij non continetur in scriptura venditionis, ex illa non assignantur decem dies.*

11 *Ex certitudine officialium, veluti* da casa da India *assignantur decem dies.*

Ibid. Libri officialium faciunt plenam fidem, etiam contra tertium.

12 *Libri mercatorum non probant in excedentibus summum legis.*

Ibid. Libri societatis probant.

13 *Scriptura priuata si approbata sit in instrumento publico, assignantur ex illa decem dies.*

14 *Ex schædula priuata recognita assignantur decem dies.*

15 *Recognitio qualiter rectè fiat remissiue.*

16 *Causa si omissa sit in instrumento, an probari possit per testes.*

17 *Adjectus solutioni potest agere per assignationem decem dierum.*

18 *L. Caius, ff. solut. matrimon. intellectus.*

19 *Ex instrumento solum à marito facto agi potest contra vxorum eo mortuo.*

20 *Ille cui competit utilis actio, potest agere executivè.*
21 *Summatim agi potest ex illo, quod virtualiter continetur in instrumento*
22 *Si quis promittat pro se, & pro hærede, hæres conueniri poterit summatim.*
23 *Hæres potest conueniri intra tempus conficiendi inuentarium, si ipse alios eodem tempore conuenisset.*
24 *Ex exemplari ab alio exẽplo desumpto summatim agi non potest.*
25 *Et instrumento deperdito, cujus tenor probatus est petens agi non potest summatim.*
26 *Antequam terminus soluendi sit lapsus non potest summatim agi.*
27 *Sententia sine citatione facta, vel non legitima facta citatione, impediri potest.*
28 *Sententia ex falsa probatione lata impediri potest.*
29 *Pater, si faciat contractum pro filio incarcerato, vt soluatur, contractus rescindi potest.*
30 *Iustus metus etiam dicitur pro periculo futuro*
31 *Nullus affectus reperitur, qui vincat paternum.*
32 *Excipiendo potest quis suam turpitudinem allegare.*
Ibid. Species fraudis, & simulationis probari debet.
33 *Exceptio metus, & violentiæ admittitur in actione decem dierum.*
34 *Quæ dicatur exceptio altiorem indaginem requirens.*
35 *Conductor finita locatione potest agere de læsione sine deposito.*
36 *Clausula depositaria non habet locum in chyrographo.*
37 *Clausula depositaria transit in successorem particularem.*
38 *Proponens nullitatem in judicio auditur sine deposito si nullitas est probata non probanda vbi ponuntur exempla.*
39 *Nullitas in continenti probata impedit executionem.*
40 *Probatio in continenti facta, quæ dicatur?*
41 *Pars auditur sine deposito, quando agitur de validitate clausulæ depositariæ.*
42 *Depositi pœna non debet excedere quantitatem receptam.*
43 *Si pars promittat non audiri cum aliqua exceptione, debet intelligi de friuolis exceptionibus.*
44 *Filius hæres patris auditur contra cõtractum dotis à patre gestum sine deposito, si in illo fuerit læsus in sua legitima.*
45 *Clausula depositaria non habet locum in executione.*
46 *In liquidatione sententiæ auditur pars sine deposito datis pignoribus.*
47 *In liquidatione redditũum auditur pars sine deposito.*
48 *Si in continenti appareat de solutione, pars audietur sine deposito*
49 *Reus auditur sine deposito si actor passus sit vt respondeat.*
50 *Pars auditur sine deposito in habilitatione personæ.*
51 *In obligatione diuidua plurium quilibet suam partem deponens auditur.*
52 *Reus auditur sine deposito super eo, an liquidum sit instrumentum, vel si est impleta conditio.*
53 *Princeps facillimè dispẽsat super clausula depositaria, & illa qua quis promittit prouisionem non impetraturum*
54 *Clausula depositaria non debet poni à tabellione nisi de præsentia, & consensu partium.*
55 *Reus non tenetur ad depositum vltra id, quod recepisse constet.*
56 *Clausula vt pars non audiatur nisi deponat debitum in manu creditoris n̄ transit ad ejus hæredem.*
57 *Pactum personale non extenditur ad hæredem.*
Ibid. Confidentia, quæ habetur ad vnam personam non transit ad aliam.
58 *Minor hæres patris, quando restituitur*

tur aduersus clausulam depositariam à patre positam.

59 *Decem dies sunt peremptorij, & currunt, quanuis pars alleget causam esse ordinarie expediendam, non tamen currunt quandiu durauerint nouem dies infirmitatis.*

60 *Minor restituitur aduersus recognitionem factam in ejus contumatia, vel factam absque tutoris auctoritate.*

61 *Pars proponens exceptionem declinatoriam, ante quam assignentur decem dies, admittitur.*

62 *Fisco nocet maioris partis creditorũ pactio debitori concessa.*

63 *Fiscus, quando habeat tacitam hypothecam in bonis illius, cui succedit ex delicto.*

64 *Maior pars creditorum, quando dicatur?*

65 *Remissio fieri non potest totius debiti.*

66 *Debitor, cui induciæ conceduntur ad soluendum à maiori parte creditorum, non tenetur fidejussorem dare.*

67 *Debitor non potest facere cessionem bonorum, nisi incarcerare.*

Ibid. Qui committit crimen stelionatus non potest facere cessionem bonorum, nec ille, qui alienauit rem, ne in ea fieret executio.

68 *Debitor incarceratus ad petitionem vnius ex pluribus creditoribus cessionem facere potest, quæ omnibus præjudicat.*

69 *Debitor non obstante, quod renuntiauit beneficio cessionis, potest cedere bonis.*

70 *Reus, an possit facere cessionem bonorum in causa furti?*

71 *An Reus possit cedere bonis pro pœna pecuniaria, quæ parti pro interesse applicata fuit ex delicto?*

72 *Decoctores non possunt cedere bonis.*

73 *Creditor potest exigere suum debitum filijs illius, qui fecit cessionem bonorũ, si sint ditites.*

74 *Qui non tenentur, nisi in quantum facere possunt remissiuè.*

75 *Creditor non tenetur alere suum debitorem incarceratum, si ipse alatur ex confraternitate misericordiæ, vel si exerceat artem incarcere, qua alatur.*

CAP. XXII. *De Praxi processus in actione decem dierum.*

IN hac actione, quanuis summaria, ita judex se habere debet, vt nihil de substantia litis ommittat, sed tantum illa, quæ de solemnitate extrinseca in alijs causis ordinarijs admitti solent, *l. 3. §. præterea, ff. ad exhibendum,* nec enim admittuntur exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, vt infra dicam, siquidem possunt per alium judicem examinari, & reseruantur in aliud judicium, *l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad trebell. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum.* Tempore autem feriarum non proceditur in hac actione nisi incertis casibus expressis *in l. 1. & 2. ff. de ferijs,* & in ipso litis exordio facienda est petitio, vel sine illa in voce, quæ licèt non habeat omnia solemnia, quæ de jure requiruntur, vt notatur *in l. 1. ff. de edendo,* tamen sufficit, si est generalis, *argument. text. in l. fin. in princ. C. de annali except.* & non requiritur, vt conclusio sit legitime facta, *l. 1. § 1. ff. si mensor fals. mod.* vel si non petat Reum condemnari, sed petat Reum cogi, *Bar. in extrauag. ad reprimẽdum verb. & figura, col.* 1. Nec est necessaria testium publicatio, sed finita dilatione decem dierum datur processus vtrique ad allegandum de jure, & tunc potest pars allegare repulsas contra personas testium, vel contra eorum dicta. Nam si Reus probat suas exceptiones, absoluit eum judex, si autem non plenè probat, condemnat, sed recipit exceptiones, Actor tamen non recipiet aliquid ex condemnatione, nisi cum fidejussione, *vt in Ord. lib. 3. tit.* 86. §. 1

(margin numbers: 1 beside "judex se habere debet"; 2 beside "arum non proceditur"; 3 beside "text. in l. fin.")

§. 1. quam tamen Ordin. non practicari in executione ex sententia super actione decem dierum perperam dicit *Phœbus Aresto* 17. 1 *part.* loquitur enim contra *Ord. lib.* 3 *titul.* 25. *in fin. ibi, não será entregue.*

5 Nec sufficit juratoria cautio, quanuis fidejussorem inuenire nequeat, quicquid *Phœbus vbi sup. & in* 2. *part. Aresto* 7. ex ijs, quæ tradit *Barbos. in l. diuortio, §. interdũ, num.* 27. *vers. est tamen aduertendum, ff. solut. matrim.* & quicquid alij, quos refert *Giurba decis.* 4. *num.* 13. & 14.

6 Item appellatio, aut supplicatio non suspendit executionem, nisi sit interposita à tertio, vti judicauit Senatus in lite de Manuel Teues, opponente Dona Margaida de Vasconcellos; scriba Valentim da Costa, & in lite Belchior Vaz, cum Gil Fernandez, scriba Niculao Pereira.

§. 1. *Ex quibus scripturis actio summaria competat* 10. *dierum.*

7 EX scriptura publica statim in judicio ad petitionem partis asignari decem dies constat ex Ordin. quod intelligo non solum in eo, quod expressè in præd. instrumẽto habetur, sed etiam in eo, quod virtualiter ex instrumento resultat, *Gratian. discept. forens. cap.* 37 *num.* 46. & 47. *Surd. decis.* 253. *n.* 39. *Barbos. in l.* 1. 3. *part. à num.* 21 *ff. sol. matrim.* Amplia etiam si ab alio tertio super illius scripturæ nullitate lis mota sit, *Giurba decis.* 100.

8 Item ex literis cambij asignantur decem dies, si fuerint acceptatæ à parte teste *Phœbo Aresto* 73. 1. *part. Valasc. de jur. emphyteus. quæst.* 7. *numer.* 16. & *cons.* 177. *num.* 8 *Gratian. vbi supra cap.* 64. *num.* 13. & *tom* 3. *cap* 569. *num.* 21. Si autem literæ cambij effectum non habeant, vel non acceptentur ab eo, cui diriguntur, scribens adhuc remanet obligatus, *Pereira decis.* 126 *numer.* 4 *Strach de assecurat glos.* 11. *num.* 21 *Scacia in tractat. de comertijs, & cambijs,* §. 29 *à numer.* 6. Et ita quotidie judicatum fuisse asserit *Phœbus, tom.* 2. *decis.* 205. *num.* 5. In quo aduerti debet, vt si cambium nõ fuerit, *para fóra do Reyno,* erit illicitum, & reprobatum, *Scacia de comertijs,* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. quia dicitur cambium siccum *Ioan. de Heuia li.* 1. *cap.* 2. *nu.* 18. & 28. & est prohibitum, *Niculaus de Passeribus de scriptura priuata lib.* 3. *cap.* 3. *de literis cambij, nu.* 13.

Ex instrumento autem societatis super 9
Capitulis, etiam ante factum computum, & rationes calculandas proceditur per assignationem decem dierum *Gregor. in l.* 10. *titul.* 10. *glos. vlt. ad fin. part.* 5. *Baeça de non meliorand. filiab. cap* 36. *numer.* 20. quanuis contrarium resoluat. *Parlad. lib.* 1. *rerum quot. cap. fin.* 1. *part. limit.* 4 *nu.* 3. *Ceuallos communium contra communem quæst.* 297. *num. vlt.*

Item ex illo instrumento venditionis, 10
in quo non continetur quantitas pretij non asignari decem dies, tradit *Menoch cons.* 37 *num.* 8. *Mascard. concl.* 608. *à numer.* 9. *Græua ad practic. Imperial. lib.* 2. *concl.* 13 *per totam.*

Item ex libris officialium, veluti *da ca-* 11
sa da India, vel, da Alfandega, cum certitudine eorum procedi potest per asignationem decem dierum, quia prædicti libri faciunt plenam fidem, etiam contra tertium, vt probatur *in l. nuda ratio, ff. de donat* & *in l.* 1. §. *numularios. ff. de edend. Niculaus de Passeribus de scriptura priuata, lib.* 4. *cap.* 7. *Mascard. conclus.* 978. *num.*

2. Libris autem mercatorum, & eorum 12
scriptis non datur tanta fides in excedentibus summam legis, *Valasc. cons.* 177. 2. *part.* quanuis si libri fuerint alicujus societatis bene probent *Nicul. de Passerib. vbi supra lib.* 4. *cap.* 6.

Item schædula priuata, si approbata sit 13
in instrumento publico, vt si dicatur, & *aos escritos que se ham dado de parte a parte se dè tanta fee como a escriptura publica,* videtur ex illa procedendum esse per decem dies secundum, ea quæ tradit *Valasc. de jure emphyt. quæst* 7. *num.* 15.

Item priuata scriptura, si fuerit cognita 14
per

per scribam, vel alio modo *Valasc consi.* 170. *lib.* 2. In qua scriptura si non fuerint subscripti testes examinantur alij testes, qui recognoscant subscriptionem ad tractum, & literas; quia pluries viderunt illum scribere, quod probat *Bar. in auth. at si contractus, num.* 1. *C. de fid. instrument. Afflictis decis,* 181. *numer.* 7. *Borrellus in summa decis tom.* 2. *titul.* 23. *numer* 18. *Ioseph. Ludou. decis. Perusina* 7. *num.* 20. & alij quos refert *Menoch. de arbitr. casu,*
5 114 *num.* 20. *Pereira decis.* 79 Qualiter autem recognitio recte fiat, tradit *Niculaus de Passeribus de scriptura priuata, lib* 1 *cap* 8. *Coler. de processs. part.* 3 *cap.* 1. *ex num* 18. *Couar. pract. cap.* 22. *nu.* 1. *Menoch. cons.* 260. *numer.* 2. Quæ recognitio fieri debet in judicio, *Rebuf ad ll. Galia, tom* 1. *tract. de Chyrograph. in præfat. nu.* 68. Sed illa non probat in præjudicium creditorum, *Bar. in l. post contractum, nu.* 17. *ff de donat. Coler. vbi supra, num.* 102. *Niculaus de Passeribus. vbi supra, lib.* 1. *quæst.* 8. *num* 8.

§. 2. De ijs, quæ requiruntur ad actionem decem dierum.

16 DIxi *in prima parte*, quod instrumentum debet continere causam, sed dubium est, an causa ommissa in instrumento probari possit per testes in ijs, quæ fuerint maioris summæ, vt juncta præd. probatione procedatur per decem dies. Et videtur quod sit argumento eorum, quæ in simili tradit *Azeued. in l.* 1. *titul* 21. *numer.* 41. *lib.* 4. *Recopilat. Auiles in c. c. prætorum, cap.* 10. *glos. verb. executionis à num.* 49. *Menoch. de arbitr. cap.* 17.

17 Item si in instrumento dicatur, promitto tibi daturum, vel adjecto, dixi quod iste adjectus poterit agere per assignationem decem dierum, quod intelligo, sive adjectus ponatur clare in instrumento, siue subintelligatur ex dispositione contrahentium, vt in exemplo *legis quoties, C. de donat. quæ sub modo,* vbi secundus donatarius non aget actione directa, nec suo nomine (nec enim potest) *l. quæcumque gerimus, ff. de actioni, & obligat* Sed vtili, & nomine cedentis proposita quasi in rem suam factus procurator, & similiter in *l. Caius ff. sol. matrim.* vbi Auus maternus 18
stipulatus est dotem restitui nepti suæ nubenti, datur vtilis actio nepti, quia illa neptis tacite est adjecta solutioni, *l.* 1. *§. pen. vbi Bar. notat. ff de stipul. seruorum, tradit Ias. in l. si eum qui sibi, ff. de verb. obligat.* Cum ergo neptis fuerit adjecta solutioni respondat J. C. non solum posse ei solui, *ex §. plane, Institut. de inutil* sed vtilem actionem ad petendam dotem ei competere. Nam quanuis adjectus solutioni possit quidem recipere, quod ei fuerit solutum, *dicto §. plane. Strach. titul. de adjecto* 3. *part. pag.* 629. non tamen poterit agere, *l vero procuratori, ff. de solut.* tamen in casu illius text. favore dotis, & sanguinis præsumitur Auus neptem adjecisse animo donandi, quo casu adjectus solutioni recte potest agere, vt resoluit, *Strach. vbi supra num.* 155.

Item ex instrumento concepto nomine 19
mariti sine commemoratione vxoris mortuo marito agi potest summatim contra vxorem, & ejus bona, vt colligatur ex ijs, quæ tradit *Valasc consult.* 28. 1. *part. & consult.* 128. 2 *tom. & de part. cap.* 6. *num.* 14. *Phæbus Aresto* 1. 1. *part.* quicquid aliud perperam existimet *glos. in Ord. lib.* 3. *tit.* 25. *§* 10. *num.* 1. *vers.* Nota quoniam auctores quos allegat, loquuntur de jure Castellæ, quando vxor nubit per dotem, & arras, quod est diversum à nostra consuetudine vbi sunt maritus, & vxor socij divinæ, & humanæ domus, vt infra dicam, & è converso maritus potest conveniri ex contractu, quem fecit vxor ante matrimonium vt solvat ex bonis vxoris, *Cabed par.* 1. *decision.* 30. *num* 8.

Item legatarius, cui legatum est nomen 20
debitoris, an possit agere summatim contra debitorem defuncti? dubium est, nam *Bal. in l ex legato C. de legat.* dicit, quod lega-

legatarius, cui relictum est nomen debitoris, vigore instrumenti poterit agere contra eum executiue, sicut defunctus haberet, nam legato alicui nomine debitoris, licèt non competat ei directa non mandatis actionibus ab hærede, tamen competit ei vtilis suo nomine, & ille cui competit vtilis, potest petere executionem, *l.* 4. §. 1. & §. 2 *ff. de re judic l. nam, & postea, §. jus jurandi, ff. de jur jurand. Bar. expresse, in l 1. ff. de act. & oblig* 4. *col. sequitur Soarez in l. post rem, declaratione l. Regni extens.* 1. *num.* 12.

21 Item ex illo, quod virtualiter continetur in instrumento, agi potest summatim, quia debet intelligi esse scriptum in eo, *argument. l asse toto. ff. de hæred. Instit. l. ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. optime Bal in l. vnica in § & vt plenius ad fin. C. de rei vxor. act.* Unde si instrumento de confessione receptæ dotis, non dicat promitto restituturum, tamen illud intelligitur, vt est casus singularis, *in l si duo patroni, §. Marcellus, ff. de jure jurand. tradit Soarez in declaratione l. Regni, 2. extenctione, num.* 1.

22 Item si dicatur in instrumento promitto prome, & hærede meo tibi daturum, an hæres summatim conueniri possit, non obstante Ordin. nostra? credo quod sic quia hæres nominatur in instrumento *argument. text in l postulante, ff. ad Trebell.* & quod per illum tradit ibi *Bar.* Sed si hæres sit clericus in suo foro summatim etiã conuenietur, ex traditis à *Bar in l. euactis pupillos C. l. de summ. Trin. col.* 8. *Couarru. pract. cap.* 8. *num.* 5. *ad med. Soar. vbi sup.* 8. *ampliat.*

23 Cæterum addes hic, quod hæres non poterit conueniri intra tempus conficiendi inuentarium, *l fin. § donec, C. de jur. deliber.* nisi in rei vendicatione, vel si hæres alios inquietaret, quia poterit reconueniri, tradit *Soarez vbi supra, extens.* 1. *num.* 5. *cum sequentib.*

§. 3. *De Impedimentis, quæ objici possunt in actione decem dierum.*

Vltra ea quæ dixi *in prima parte* ado, quod Actio decem dierum, & ejus sententiæ executio impediri potest, si lata fuit sententia per exemplar ab alio exemplo productum *Soarez à Pace in pract.* 4. *part. tom* 1. *cap.* 1. *num.* 12. *Cald. de resolut. emphyt. cap.* 17. *numer.* 10. & *de emptione, cap.* 35 *num* 48. *Gratian. discept. forens. cap.* 363. *quæst.* 4 *nu* 10. *Parlador. lib.* 2. *rerum quotid. cap. vlt.* §. 12. *limit.* 2. *num.* 12. 24

Et idem est si instrumentum sit deperditum licèt probetur per testes, non habet 10 dies, ad quod allego, *Bar. in l.* 1 §. & *cum hæreditate in fin. ff. de ijs, quæ in testament. delent. tradit Roder. Soar. in l post rem judic. declar l. Regn. limit.* 3. 25

Item impediri potest ex eo, quod non sit lapsus terminus soluendi, *ex l.* 1. *C. de condict, ex lege, si mandauero in princip. ff. mandati, l eum qui calendas, ff. de verborum oblig. tradit Roder. Soar. vbi supra limit.* 7. 26

Item si lata est sententia sine citatione, aut non legitime facta, tradit *Valasc. cons.* 81. *num.* 2. *Barbos in l. alia, §, eleganter à num.* 6. & *in l. maritum, numer.* 63 *ff. solut, matrim. Cald. quæst. forens. cons.* 11. *num.* 5. Vel ex falsa probatione, *l.* 13. *titul.* 22. & *l.* 2 2. *titul,* 26 *part.* 3. *Gomes tom.* 3. *cap.* 1. *num* 5. *Amator Rodericus in pract. cap.* 9. *num* 9. & 10. 27 28

Item si contractus fuit factus ab incarcerato prætiniore carceris, non valet, *l. qui incarcere. ff. de eo, quod met. causa, Ordin lib.* 4. *titul* 75. & *l.* 15. *titul.* 29. *part.* & *glosatur in dicta Ordin.* aliàs concordan[...] adducit optime *Cabreiras lib.* 2. *de Metu. cap.* 46. *ex num.* 23. Et ideo potest pars impedire actionem decem dierum, & idem erit si pater faciat contractum pro filio incarcerato, quia par est motus de se, & suis *Bald. in l.* 1. *C. de indicta viduit tollenda* 29

Bar-

Bar. in l. de pupillo, §. si quis ipsi ff. noui o-
30 *per. nuntiat.* Ubi justus metu dicitur eti-
am, quando quis renuntiat timens pericu-
la suorum, & sic quando quis vult rescin-
dere contractum ex titulo, quod metus
causa. Sufficiet si est metus in persona fi-
lij, etiamsi non fuisset incarceratus consu-
luit *Rolandus à Valle cons. 2. volum. 1. nu.*
31 63. Nam magis parentes in liberos terren-
tur, *l. isti quidem, ff. quod metus causa in*
fin. Et nullus affectus reperitur, qui vin-
cat paternum, *l. fin. in princip. C. de curat.*
furiosi. Qui etiam affectus dicitur natura-
lis stimulus, *l. amicissimos, in fin. ff. de ex-*
cusat. tutor, multa de hoc, Tyraq. in l. si vn-
quam, C. de reuocan. donat. in præfatione
num. 7. cum sequentibus.
32 Item exceptio simulationis, vt dixi in
prima parte num. 24. admitti debet in hac
actione, neque obstat, quod allegans pro-
priam turpitudinem non auditur, *l. cum*
profitearis. C. de reuocand. donat. Quia ex-
cipiendo potest quis suam turpitudinem
allegare, *Tyraq. de retract. linag. § 1. glos. 2.*
num. 16. & §. 18. num. 20. & 24. & 72. Sed
præd. simulatio non sufficit, vt allegetur
in genere, sed quod species fraudis, & si-
mulationis allegetur, & probat *Bar. cons.*
65. Paul. in l. juris gent. §. pactorum, ff. de
pactis.
Et similiter exceptio metus, & violen-
33 tiæ admitti debet, *Gramaticus cons. 95.*
Antonius Amator resolut. 36. num. 11. Pu-
teus de censibus, num. 16. Zacharias de o-
bligation. Cameræ, quæst. 17. num. 80. Ca-
breus de metu, lib. 2. cap. 14. & cap. 29. nu.
70. cum sequentibus.
34 Omnis autem exceptio, quæ requirit
altiorem indaginem, non admittitur, sed
reservatur in finem præstita cautione de
reddendo, *Ludouisius decis. 24. Lucensi,*
Peponius, quæst. 215. Dicitur autem ex-
ceptio altiorem indaginem requirens, quæ
non probatur intra decem dies præter il-
las, quæ resultant ex actis, *Gayl. lib. 1. ob-*
seruat. 113. num. 7. Abbas Cons. 50. lib. 2.
Tepasius in summa decis. titul. 278. cap. 9.
prope finem, fol. 370.

§. 4. *De Clausula depositaria.*

VLtra ea, quæ dixi in prima parte ad- 35
do, quod si conductor agat de læsio-
ne, finito jam tempore locationis,
quod poterit petere, sine deposito, *Gama*
decision. 19. & 204. Valasc. de jure emphy-
teut. quæstion. 28. Phæbus Aresto 74. 1.
part.
Item clausula non habet locum in chy- 36
rographo, *Phæbus Aresto 75.* Præsertim
cum hodie necessarium sit, vt Tabellio det
fidem de recepto, aliàs non est locus clau-
sulæ.
Item clausula ista transit in successorem 37
particularem, *l. inconuenientibus ff. de*
verborum significatione, Phæbus Aresto
15. 1. part. & 2. part. Aresto 55. quicquid
Cardosus in praxi verb. clausula, num. 29.
Item proponens nullitatem in judicio 38
auditur, prætio non restituto, *Iubar. decis.*
103. Nam in contractu nullo, cujus nul-
litas est probata, non vero probanda, &
quæ ex testium depositionibus adhuc non
pendet clausula depositaria non habet lo-
cum, veluti quando gabella soluta non sit,
juxta *Ordin. lib. 1. titul. 78. §. 14.* Qui de-
fectus inducit insanabilem nullitatem,
quem non solum alij, sed & ipsæ propriæ
partes opponunt, veniendo contra factum
proprium. Vel si conjugatus sine vxore
vendiderit, juxta *Ordin. lib. 4. titul. 48. in*
principio, vel si fidejusserunt vir, & vxor,
& mulier, quæ beneficio Velleani se jurans
pro sua parte adhuc revocare studet, *Ga-*
ma decision. 131. numer. 2. Barbosa, in l. 1.
3. part. numer. 59. ff. solut. matrimon. Sicq;
procedent, quæ dicunt *Cabed decision. 37.*
numer. 4. Valasc. cons. 85. numer. 7. Pereira
decision. 34. num. 3. Raynos. obseruat. 45.
num. 25. cum sequentibus. Unde licèt quis
arguat contractum vsurarium, vel cum læ-
sione ænormissima gestum, quia hæc om-
nia adhuc à futura probatione pendent,
non excusant à deposito, quod secus erit

quando nullitatis ipsa est probata in continenti adeo, vt transferatur onus probandi in contrarium, pro vt est in omnibus casibus, in quibus pro excipiente est juris
39 præsumptio, cujus rei ratio est, quia nullitas incontinenti probata impedit executionem, *Phæb. 2. tom. Aresto* 77. *& DD. in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judicat.* Vnde cùm nullitas ex actis constet facilius recipitur, *Couar. pract. cap.* 25. *nu.* 2. *resoluit Pereira vbi supra, num.* 3. *Raynosus obseruat* 45. *num.* 6. Vbi idem dicit in omni alia exceptione, quæ probetur statim in continenti.

40 Dicitur autem in continenti facta probatio, cum quis habet instrumentum in manibus, illudque offert, & ostendit sine alia dilatione, *Dec. consil.* 424. *col.* 2. *Felin. in cap. licèt, numer.* 1. *& ibi Dec. de probat. Tyraq. in l. si vnquam, verb. libertis nu* 15. *& de retract. linagier. §.* 2. *glos.* 1. *ex n.* 20.

41 Item pars auditur sine deposito, quando agitur de validitate clausulæ depositariæ, an illi standum sit nene? *Pereira vbi supra, num* 5. *vers.* 5. *limitatur.*

42 Item depositi pœna non debet excedere quantitatem receptam, vti nouissima lege cauetur, ita vt in reliquo nullius momenti maneat clausula *Ægidius in l. ex hoc jure,* 2. *part. cap.* 13. *clausula* 1. *num.* 10. *Pereira, vbi supra, num.* 8.

43 Item si pars promittat non audiri cum aliqua exceptione, debet intelligi de friuolis tantum exceptionibus *Gama decis.* 260. *num.* 2.

44 Item si filius hæres patris fuerit læsus in sua legitima, vt quia pater fecit dotem inofficiosum, auditur contra contractum dotis à patre gestum sine deposito, vt optime fundat *Benedict. Ægidius in l. ex hoc jure,* 2. *part. cap.* 13. *clausulæ* 1. *num.* 5.

45 Item clausula depositaria non habet locum in executione sententiæ, idem *Ægidius vbi supra num.* 6 *Pereira decis.* 34. *num.* 1. *vers.* 2. *limitatur,* Contrarium tenet *Phæbus, decis.* 129. *num.* 6. 2. *tom.* Sed nihilominus valebit præd. clausula, si in instrumento dicatur, quod etiam in executione sententiæ pars non audiatur absque eo, quod deponat, prout aduertit *Ægidius vbi supra, num.* 6. Et similiter in liquidatione sententiæ à fortiori audietur 46
pars sine deposito datis pignoribus, quia liquidatio est pars, & præambula executionis *Pungit Scouar de ratiocinijs cap.* 36 *num.* 24. *Seua l. c. s* 4. *part. quæst.* 1. *n.* 935. *Cab. decis.* 37. *num* 3. *resoluit Pereira vbi sup. n.* 2. *Raynos. obseru.* 45. *n.* 4. Et in liquidatione instrumenti pro constanti tenet *Phæb.* 2. *tom. decis.* 129. *n.* 4. *Rayn. obseru.* 45. *n.* 20. vbi limitat, quando liquidatio offeratur incontinenti, *n.* 26. *versic. aliud* Et inde fuit decisum, quod licet in causa principali non audiatur Reus sine deposito, 47
tamen super solutione redditùum, quando super illis non fuit facta legitima liquidatio, nec etiam redditus fuerunt per sententiam adjudicati, cum præd. clausula hodie nō opetetur effectum vltra illud, quod apparverit per fidem tabellionis receptum fuisse; credo, vt Reus audiatur sine depositi, *ita Phæbus Aresto* 53. 2. *tom.*

Item pars auditur sine deposito si appareat incontinenti ex ijsdem actis solutionem debiti fuisse factam per scripturam, 48
vel quitationem, aut alijs legitimis modis, *Phæbus decis.* 12. 1. *part. num.* 4. *Raynos. obseruat.* 45. *num.* 49. Et ita censuit Senatus in lite Fernandi Rodriguez Lobo, cum Francisco Pereira, scriba Emmanuele Guterrez.

Item debitor auditur contra præd. clausulam, si actor passus sit, quod Reus respondeat, & excipiat non opponendo contra præd. clausulam, vti judicatum fuisse asserit *Phæbus vbi supra num.* 5. & ratio est, quia exceptio, vt non audiantur sine deposito est dilatoria, & opponi debet ante litis contestationem, & postea de illa opponi non potest, *cap. cum causam, de appellat. cap. inter monasterium de sentent. & re judic. l. qui procuratorem, ff. de procurat. Cardosus in praxi judicum, verb. clausula num.* 28. 49

Item

50 Item pars auditur in habilitatione personæ sine deposito, *Phæbus, vbi supra, numer.* 8.

51 Item si sunt plures hæredes, si vnus ex illis deponat suam partem, auditur in eo, quod ad eum pertinet, nisi sit obligatio individua *Phæbus, vbi supra, num.* 9.

52 Item auditur sine deposito, quando ventilatur, an liquidum sit instrumentum, aut si impleta est conditio inserta in dicto instrumento, *Phæbus decision.* 129. *num.* 4. 2. *tom.*

53 Item clausula per quam quis promittit se non impetraturum dispensationem, vel provisionem à Principe, non obligat dicta promissio, quia jus superiores, aut Principis, semper videtur exceptum, *cap. veniẽs de jur. jurand Phæbus, vbi supra, num.* 10 Et sic princeps facillime dispensat super præd. clausula, præsertim cum rusticis, pauperibus, & mulieribus, quæ facilius solent se subjicere prædictis clausulis incaute nimis, & nullo habito respectu ad summum illarum rigorem propter præsumptam in illis rerum, & juris imperitiam, *Cabed* 1. *part. decision.* 35. *in principio, Raynosus obseruatione* 45. *numer.* 1. Nam contra præd. clausulã multis rationibus invehitur doctissimus *Cardosus in praxi judicum, verb. clausula, numer.* 30. vltra eos, quos in prima parte retulimus, & si *Phæbus* non malus autor refert plures, cum quibus Rex dispensavit super præd. clausula, vt ea non obstante partes audiantur *in* 2. *part. decision.* 139. *numer.* 2. Nam præd. clausula est multum nociua, & præjudicialis, vt dixit *Cabed. decis.* 37. *numer.* 1. *tom.* 1. Et ideo postea ex nouella Phillipica sancitum est, vt præd. clausu-
54 la non apponatur à Tabellione, nisi de consensu partium præstito coram testibus ipsius scripturæ, cui adjicitur præd. clausula. Nam in præd. lege novissima, duo præcipiuntur, primum, quod Tabellionis præd. clausulam apponere non possint, nisi de partium consensu speciali ad præd. clausulam inserendam, qui consensus specialis per ipsius instrumenti testes probandus est, *vt per Ægidium in l. ex hoc jure* 2. *part. cap.* 13 *clausula* 1. *num.* 10. *ff. de just. & jur.* vbi dicit non satis esse a contrahentibus generaliter dici, vt omnes inserantur clausulæ, quibus contractus, & obligationes in eo contentæ firmiores, & securiores existant, & ideo sine expresso, & speciali partis consensu, censetur errantis calamo tabellionis scripta. Optime *Pereir. decis.* 34. *num.* 1. *vers. hac.* Secundum, 55
vt pars non teneatur ad depositum vltra id, quod recepisse constet de ipso instrumento, nam si tempore contractus is, qui sibi hoc onus clausulæ imposuit non recepisset nisi decem, etiamsi clausula sit in maiori quantitate, non tenebitur deponere, nisi de illa decem tantum, quæ recepit tempore contractus.

Item clausula hæc depositaria, vt non 56
audiatur pars debitor, nisi prius deponat debitum in manu creditoris, non transit ad hæredem creditoris, nisi in contractu exprimatur, quia licèt hæres vtatur jure, & vicibus defuncti, *cap. is qui de regul. jur. in* 6. *l. hæredem, & l. qui in jus. ff. de regul. jur.* hoc procedit in jure reali, & non in jure personali, vel obligatione personali *l. fin. § fin. ff. de contrahend. emptione l.* 1. *§. si hæres percepto fundo vbi Bar. num.* 1. *ff. ad Trebell l. fin. C. de hæreditate, vel actione vend. Dec. in l. qui in jus, dominiumve, numer.* 3. *ff. de regul. jur.* Quia pactum 57
personale non extenditur ad hæredem, *l. idem in duobus, § personale, vbi communiter DD. l. juris gẽtium, §. pactorum, & l. qui in futurum, §.* 1. *vbi Bar. num.* 1 *ff. de pactis, Cardosus, in praxi, verb. pactum numer.* 10 *glos. vnica, in cap. fin. extra de pactis.* Confidentia enim, quæ habetur ad vnam personam, non transit ad aliam, vt notat *Abbas in cap. fin. numer.* 4. *de arbitris, resoluit Cardosus in praxi judicum, verb. clausula num.* 29. Quicquid contrarium, & malè judicatum referat. *Gama dec.* 369. *num.* 2. & alij contradicant, vt per *Phœb. Arest.* 15. 1 *part.*

58 Et quanvis minor restituatur adversus prædictā clausulam, vt late fundaui in prima parte, non tamen restituetur adversus eam, quæ fuit posita in contractu principali facto per patrem defunctum, qui contractum non fuit cum minore celebratus, *ex regul. l. Æmilius ff. de minor.*

Cæterum si Pater contrahens in prædicto instrumento renuntiaverit suo foro cum prædicta clausula, tamen ejus hæres minor poterit intentare declinatoriam, non obstante prædicta clausula, & remittendus erit, vt dixi in prima parte *numer.* 45. Quia prædicta renuntiatio non intelligitur de privilegio clauso in corpore juris, *Couarruu. practic. capit.* 8. *numer.* 4. Quanvis aliud inepte dicat Phæbus parum sibi constans, 1. *tom. Aresto* 54. Nam huic privilegio minor renuntiare non potest, *Barbosa in l. alia §. eleganter. numer.* 50. *& in l. quia tale numer.* 20. *ff. solut. matrimon. & in l.* 1. *articul.* 4. *numer.* 69. *ff. de judic. Mexia in tractatu tasſ. pænes conclus.* 5. *numer.* 139. *Azeued. in l.* 9. *numer.* 8. *&* 12. *titul.* 3. *lib.* 4. *recopillat.*

§. 5. *De asignatione decem dierum.*

59 ADdendo ijs, quæ in prima parte diximus. Noto in praxi, quod si intra decem dies jam asignatos Reus petierit nouem dies, qui ægrotis asignari solent, decerni debent, nec interim current decem dies, quandui duraverint nouem dies infirmitatis, *ita Phæbus Aresto* 8. Cæterum prædictæ decem dies current etiam si pars alleget causam esse expediendam ordinarie, & non summariè, nam præd. decem dies sunt peremptorij, *Cabed.* 1. *part. decision.* Et currunt etiam si gravamen sit interpositum, & fuerit denegata provisio *Cabed.* 1. *part. decision.* 30.

60 Item schædula recognita, vel chyrograhum, aut epistola, vel liber rationis recognita, vel, habita pro recognita, habet decem dies. Et tunc habetur pro recognita, quando Reus citatus personaliter ad recognoscendum non apparuerit, *Valasc. cons.* 164. *Couar. lib.* 2. *variar. cap.* 11. *numer.* 4. Minor tamen restituetur aduersus recognitionem factam in contumatia, vel factam absque tutoris auctoritate *Gutierr. pract. libr.* 1. *quæstion.* 123. Sed si antequam asignentur dies, pars proponat exceptionem declinatoriam, proculdubio exceptio admittetur, vel supplicare poterit. 61

Item si isti decem dies asignati fuerint sabato palmarum, videtur, quod præd. dies non current, vt tradit *Maranta de Ord. judic.* 6. *part. titul. de dilation. num.* 18.

§. 6. *De Quinquenio, quod debitori præstari solet à maiori parte creditorum.*

CUm concessio induciarum à maiori parte creditorum debitori facta noceat alijs creditoribus, etiam habentibus privilegium, *in l. rescriptum ff. de pactis, l.* 6. *tit. fin. part.* 5. *Ram. conf.* 10. Ita quod fisco, etiam qui privilegium habet, noceat maioris partis creditorum pactio, *vt in dicta l. rescriptum*; vtitur enim jure privati, *l. item veniunt, §. priuatorum, ff. de petit. hæreditatis*, quod nonnulli intelligunt casu, quo fiscus priuato hypothecam non habenti successit, vel quādo fiscus alicui successit ex delicto, quo casu in ejus bonis non habet hypothecam, vt docuit *Accurs. in dicta l. rescriptum, verb. hypotheca, & in l. aufertur, §. fiscus verbo pignor. ff. de jure fisci.* Contrarium tamen tenet idem Accurs. [illegible] cet, fiscum habere tacitam hypothecam in bonis illius, cui successit ex delicto *in l.* 1. *C. de pænis fiscalibus creditoribus præferri, libr.* 10. Pro concordia dicendum est lata sententia contra delinquentem incipit fiscus habere tacitam hypothecam in ejus bonis, non ante, *Bar. in l. post contractum,* 62 63

ctum, num. 16. ff. de donat. vbi Alex. dicit receptum, nu. 9. Iass. in dicta l. rescriptum, num. 10. Fan. de pignor. 4. membr. nu. 115.

64 Maior autem pars non accipitur ex nomine personarum, sed ex modo quantitatis *l. maiorem, & l. fin, ff. de cession. bonorũ.* Quod si æquales in cumulo debiti fuerint, tunc plurium numerus creditorum præferendus est, sed si pares sint, ex debiti quantitate, & creditorum numero, eorum sententia prævalebit, qui dignitate præstabunt, quod si omnia sint paria humaniorem sententiam pro reo judex sequetur, *l. inter pares ff. de re judic. l. lege, ff. manu miss. l. si pars judicantium, ff. de in officio-*
65 *so testam.* Neque remissio fieri potest totius debiti, sed solum alicujus partis, vt voluit *glos. in dicta l. rescriptum, Roman. singul. 99. Gregor. in l. 6. titul. fin. part. 5.* vnde non poterit fieri remissio maioris partis, quam dimidiæ, *argument. l. nomen filiarũ 164. §. potioris, ff. de verborum signific.* sed hoc relinquitur arbitrio judicis, vt notat *Tyraq. in l. si vnquam verb. omnia, C. de re-*
66 *uoc. donat.* Sed debitor, cui præd. tempus conceditur, non tenetur præstare fidejussorem, nec etiam securitatem, *vt in l. fin. C. de cessione bonorũ vbi Alber. & tenet Greg. in l. 5. tit. fin. part. 5.* vbi *gl.* etiam docet vltra quinquenium posse præstari inducias ad solvendum, ex *dicta l. partitæ.*

APPENDIX

De cessione bonorum.

67 DEbitor in cessione bonorum extra carcerem non auditur, *Giurb. decis. 41. Sayr. in claui regia lib. 10. tract. 5. num. 1. Barb. in l. maritum,* & in lege alia *§. eleganter nu. 57 ff. solut. matrimon. Ord. lib. 4. tit. 74.* Nec ille, qui crimen stellionatus cõmisit, vulgo (*o bulrão, & illiciador*) potest cedere bonis *l. 1. & 2. tit. 15. par. 5. Ordin. vbi supra, §. 7.* Nec ille, qui alienauit rem, ne in ea fieret executio, *Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 16.* Nec etiam ille debitor, cui jam concessum fuit spatium quinquenij, & quod est jam transactum, *Ordin. vbi supra,* 68
§. 2. Debitor incarceratus ad petitionem vnius ex pluribus creditoribus cessionem facere potest quæ omnibus alijs creditoribus præjudicat, *l. 4. & ibi DD ff. de cession. bonorum, Couar. lib. 2. variar. cap. 1. n. 5.* Et quamvis debitor renuntiaverit huic beneficio cessionis, tamen non obstante ea pactione cessionem posse facere tenent communiter plures DD. quos refert, & sequitur *Couar. vbi supra, numer. 7. vers. 3* 69
Et cedens bonis si conveniatur post cessionem illius habetur ratio ne egeat *Rod. Soarez in titulo de las ganancias, num. 18. Ordin. 4. titul. 74. in primo.* Sed magis du- 70
bium est, an debitor possit facere cessionem bonorum in causa furti? & videtur quod non, *argum. Ord. lib. 3. titul. 37. §. 6. ibi roubos* Contrarium tamen tenent Hispani, *ex l. 9. tit. 16. lib. 5. nouæ recopilationis, ibi. Quando algunos fueren condenados por hurtos, & ibi, Aunque las dichas deudas desciendan de delito,* & hanc sententiam tenet *Baeça de inope debitor. cap. 11. numer. 6. in principio, fol. 167. in nouis. Azeuedus in dicta l. 9. ante numer. 4.* Et an 71
lex nostra in quolibet delicto procedat, pro quo pecuniaria pæna parti pro interesse applicatur, crederem quod sic, cum militet eadem ratio, & dispositio nostri text. idem tenet etiam *Matienso in relatione ejusdem legis 9. glos. 2. num. 3. circa finem,* ibi quare cessio admittitur, vt in hac lege, quæ in hoc corregit communem opinionem, vel eam limitat.

Item mercatores decoctores, & fraudatores non possunt bonis cedere, *Boerius decision. 215. numer. 6. Stracha de decoctoribus, 6. part. numer. 20. Bellacomba tom. 2. commun. opinion. lib. 7. titul. 29. numer. 2. Barbosa, vbi supra, numer. 54. Marta de jurisd. ct 4. part. casu. 123. num. 16. & idem Stracha in titulo de mercatura, titul. de decoctoribus 3. part. num. 9.* 72

Et licèt debitor faciat cessionem, potest

 73

teneatur tamen creditor exigere suum creditū
ab ejus filijs, si sint divites, vt dixi, *ex tex.
in l. ei qui ad fin. ff.* quod cum eo per quem
*lass. in l. his solis, ff. de condictione indebi-
ti* hanc quæstionem dicit esse decisam,
quam *Bar.* in decisam reliquit, subscribit
Gratianus discept. 107. *nu.* 2. *cum sequen-
tibus, & idem Gratianus discept. forens.
cap.* 94. *num.* 13. vbi dicit, quod filius te-
netur solvere pecuniam creditori, qui pa-
tri mutuavit ad alendos filios, & vxorem.
Facit ad propositum, quod tradit *Gama
74 decis.* 366. *nu. vlt.* Addo etiam quod abs-
que aliqua cessione bonorum sunt multi,
in quorum bonis executio fieri non po-
test, nisi in quantum facere possunt dedu-
cto eo ne egeant, *vt in l. sunt qui, ff. de re
judicata cum sequentibus, l. diuus l. in con-
demnatione, ff. de Reg. juris.*

Item licet creditor debeat alimenta 75
præstare debitori incarcerato, vt dixi in
prima parte, hoc tamen limita, nisi ipse
debitor alatur à confraternitate Miseri-
cordiæ, *vt tenet Nauarus, in quæst fo-
rensibus,* 1. *part. quæstion* 9. *quanuis con-
trarium velit Valasc. consil.* 1. *numer.* 8.
Vel aliunde se alat, vt quia possit exerce-
re artem incarcere, ex qua alatur, *Na-
uar. vbi supra, num.* 4. *Phillipp. Pascalis
de juribus patriæ potestatis, part.* 2. *cap.* 2.
num. 61. *Surd. de aliment. titul.* 1. *Quæstio*
112. *num.* 29.

SVMMA CAPITVM EX HOC LIB. IV.

Præfatio circa formulas actionum.
Cap. I. De primo genere actionum, id est de actionibus personalibus à jure ciuili descendentibus.
§. 1. De condictione.
§. 2. De actione factiua.
Cap. II. De actionibus realibus à jure ciuili descendentibus.
§. 1. De Reiuendicatione.
§. 2. De actione confessoria, & negatoria.
Cap. III. De actionibus mixtis.
§. 1. De actione familiæ erciscundæ.
§. 2. De actione communi diuidundo.
§. 3. De actione finium regund.
Cap. IV. De secundo genere actionum, quæ olim prætoriæ vocabantur.
§. 1. De actione reuocatoria.
§. 2. De actione seruiana hypothecaria, pignoratitia.
Cap. V. De Actionibus personalibus prætorijs.
§. 1. De constituta pecunia.
§. 2. De actione de peculio.
§. 3. De institutoria actione.
§. 4. De exercitoria actione.
Cap. VI. De tertio genere actionum prætoriarum, quæ ad pœnam competunt.
Cap. VII. De actionibus præjudicialibus.
Cap. VIII. De actionibus bonæ fidei.
§. 1. De actione ex empto.
§. 2. De euictionibus.
§. 3. De actione crhebibitoria.
§. 4. De actione quanto minoris.
§. 5. De actione ex vendito.
§. 6. De actionibus locati, & conducti.
§. 7. De actione pro socio.
§. 8. De actione depositi.
§. 9. De actione mutui.
§. 10. De actione commodati.
§. 11. De actione mandati.
§. 12. De actione negotiorum gestorum.
§. 13. De actione tutelæ.
§. 14. De actione petitionis hæreditatis.
§. 15. De actione pro dote.
§. 16. De actione ex l. 2. C. de rescindenda.
Cap. IX. De actionibus arbitrarijs, personalibus in rem scriptis.
§. 1. De actione quod metus causa.
§. 2. De actione ex dolo.
§. 3. De actione ad exhibendum.
Cap. X. De Interdictis.
§. 1. De Interdicto possessorio recuperandæ vnde vi.
§. 2. De interdicto retinendæ vti possidetis.
§. 3. De interdicto adipiscendæ.
Cap. XI. De actionibus, quæ ex maleficijs descendunt.
§. 1. De actione injuriarum.
§. 2. De actione legis Aquiliæ.
§. 3. De actione noxali.

PRACTICÆ LUSITANÆ

DE ACTIONIBUS, ET DE IJS, QUÆ IN Vnaquaque earum de styllo requirantur, vt Actor concludat intentum, & quibus modis Reus illis per contrarium respondere, & excipere possit.

LIBER QUARTUS.

PRÆFATIO.

CVm sine actione reperiri nemo possit, quæ libello proponi debet, ideo de eo pauca dicam. Nam ejus naturam, & originem explicauit *Correa ad Ordin. in principio, numer.* 13. Libellum igitur à libra significante justitiam dixerunt nonnulli dirivari, quia in omni judicio justitiam habere necesse est, *l. obseruandum, ff. de officio Præsidis, l. respiciendum* 11. *ff. de pænis,* siue à libro, vt diminutiuus, sit, *l. fin. §. in refutatorijs, C de appellat.* quia Jure Consulti breui scripto significantes libello vtebantur, *l. si ego* 9. *§. dotis ff. de jure dotium, l. si publicanus ff. de publican.* Et supplicatione Principi molesta foret, brevis libellus offerabatur, *l. fin. ff. de officio procurat. Cæsar.* In qualibet autem actione, quam necessarius sit libellus. Patet Primo propter sententiam, quæ debet esse conformis libello, *l. vt fundus, ff. communi divid. cap. licet heli de Symon. cap. sæpe de verb. signific.* Secundo, quia sine libello incerta, & innutilis redditur actio, *l.* 1. *&* 2. *C. de sententijs, quæ sine certa quantit. §. curare, Instit. de action.* Tertiò, quia ex libello debet Reus sibi consulere, cedere, an contendere debeat, *l.* 1. *ff. de edendo, auth. offeratur, C. de litis contestatione.* Quarto, vt judicij ordo observetur, *cap.* 1. *de mutuis petit.* Quinto, vt inde Iudex animum informare possit, *l.* 44. *titul.* 2, *part.* 3. vbi additur, ne in petitione aliquid mutetur, vel velli possit. Et quanvis sint plures tractatus de actionibus, & de earum formulis à plerisque editi. Tamen nullus huc vsque posuit contrarietates ad illas actiones, vt nos favente Deo fecimus, & ideo spero hunc laborem à bonis omnibus esse benignè accipiendum, & æstimandum, pro cujuslibet dignitate, & nobilitate, nam sicut vnus est nobilis, ita bonus & pius censendus est, conjuncta est enim bonitas cum nobilitate, vnde post 40. annos, quos consumpsi in advocando, tam in hac civitate, quam in Curia Madrid circa regia Consilia, hæc ita scripsimus, omnibus Hispanis accomodata, vt tam junioribus, quam veteranis non inutilia, & injucunda censeantur, nec enim fictilia, aut trivialia, sed quæ à multis sunt abscondita in ijs scriptis inserimus.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Pactum sine causa, nec vestitum cohærentia contractus, nullam producit actionem.*

2 *Ratio ob quam jus ciuile denegat actionem ex pacto nudo.*

3 *Pactio de constituta pecunia, est jure ciuili approbata.*

4 *Ex policitatione actio non oritur, nisi reipublicæ facta sit.*

5 *Hiperbolica locatio, non obligat.*

6 *Promissio simulandi causæ facta non producit actionem.*

7 *Reus dicens aliter esse actum, vel fuisse tractatum, sed non expeditum, impedit actionem.*

8 *In præscriptione salarij in actione personali, aduocatus quo modo se habere debeat?*

9 *Actio furtiua est persecutoria, & transit ad hæredes, & contra hæredes.*

CAP. I. *De Actionibus personalibus, Iure ciuili descendentibus.*

§. 1. *De Condictione, id est, de actione condictitia, & personali.*

1 VLTRA ea, quæ dicta sunt in prima parte, Reus excipere potest, illud esse pactum nudum, id est pactionem sine causa, nec vestitam esse cohærentia alicujus contractus, & ideo nullam actionem producere, *l. juris gentium, §. igitur nuda, & in §. quinimo, ff. de pactis. l. si tibi, C. locati, l. legem C. de pactis, glos. in princip. Instit. quibus modis re contrahitur oblig.* Cujus nudi pacti aliqua exempla proponit *Acurs. in dicto §. igitur nuda.* Nam quanuis naturaliter æquum sit pacta servari, vt dixi, id accipiendum est si modo data fuit fides, id est si quis serio, & ex animo pactus sit, nam si leviter; & sine causa quis promisit, magis est, vt re vera non sit pactum, sed loci, & jactantiæ potius verba proferri, quam animi deliberationem. Cú 2
enim omnes actiones sint de jure civili, *l. 2 §. deinde ex ijs, ff. de origin. jur.* Potuit jus ciuile denegare actionem ex pacto nudo, sic enim reipublicæ expediebat, & cóueniens fuit, quia hujusmodi promissiones ex leuitate quadam multoties fiunt, & oriri poterant plurimæ lites, quas jus ciuile resecare voluit, quod tamen aliud est in 3
pactione de constituta pecunia, ex qua obligatio, & actio oritur, *vt in §. de constituta Instit. de action.* quia jure prætorio est approbata *l. legitima. ff. de pactis*, sicut, & pactum pignoris, *l. si ibi, §. de pignore, ff. de pactis.*

Item excipere potest illam pactionem 4
esse quandam policitationem, ex qua actio non oritur, *l. pactum jun. glos. ibi ff. de policitatione.* Policitatio enim est solius offerentis promissio facta absenti, vel præsenti non acceptanti, tacitè, vel expresse, quæ policitatio, nisi reipublicæ facta sit, neque naturalem, nec ciuilem producit obligationem, *Bar. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis*, communiter receptus per *Couar. in cap. quanuis pacta 2. part. §. 4. num. 15. Castill. in l. 22. Taur.*

Item excipere potest, quod illa fuit, 5
quædam hyperbolica locutio, quæ in hominum dispositionibus non obligat, *l. ea quæ commendand. 42. ff. de contrahend. emptione l. sciendum, ff. de edelitio edicto*, Est enim certa jactatio, & non seria promissio, quæ pactum non inducit, *l. litteræ, ff. de jure codicill. explicat. Iass. in l. 1. §. si quis ita, num. 11. ff. de verborum oblig. Tyraq. de priuilegijs piæ causæ, num. 51.* quáuis contrarium probari videatur, *in l. si quid venditor 18. ff. de edilit. edict.*

Item excipere potest, quod simulandi 6
causa illam promissionem fecit, quam imaginariam appellamus, *l. contractus imaginarij*

narij 53. *ff. de action. & oblig. l.* 1. *C. plus valere, quod agit*, quam quod simulatè concipitur.

7 Item excipiet aliter esse actum, *Bar. in l qui cum tutoribus*, §. *ei qui*, *num.* 2. *ff. de transact.* vel quod fuit tractatum, sed non conclusum, nec expeditum, *Surd. decis.* 7. *numer.* 1. *& decis.* 191. *nu.* 11. *Mascard. cons.* 618.

8 Item excipere potest de præscriptione, quæ in actione personali etiam admittitur, vti in præscriptione salarij famuli, *Ord. lib.* 4. *tit.* 32. *& lib.* 1. *tit.* 91. §. 18. *& lib.* 1. *tit.* 83. §. 30. Sed cautus aduocatus, non debet se fundare solum in præscriptione, sed in solutione præscripta, *Giurba decis.* 13. *Gam. decis.* 334. *num.* 4. *Brito*, 1. *part. rubr. de locato* §. 4.

§. 2. *De actione furtiua.*

9 Actio ista persecutoria est, & transit ad hæredes, & contra hæredes, *l.* 1. *vbi DD. C. ex delictis defunct. l. pro fure* §. *fin. ff. de condict. Furtiua.* Odio autem furum non modo furti actione pænali, sed etiam ad exhibendum, & reivendicatione, & ex condictione furtiua, cum illis agi potest, *dicta l. si pro fure* §. 1. *ff. condictione fur.* §. *sit itaque vers. plane*, *Instit. de action.* In hac actione venit interesse, & æstimatio quanti plurimi, & omne id, quod interest agentis rem subreptitiam non fuisse, & partus, & fructus, & quidquid ex re quæstus, haberi potuit, *l.* 3. & 8. § *fin. ff. hoc titulo*, *Vbezembechius in pandectis*, differt autem hæc actio ab actione furti, quia ista pænam legitimam, illa vero rem ipsam petit, nec vna per aliam tollitur *Blanca in exposit. titulorum hoc titulo.*

SUMMARIUM.

1 *Dominium non probatur ex scriptura emphyteusis, nec ex libro cẽsuali, nec ex solutione facta à colono.*

2 *Possessor maioratus, si rem aliquam alienauit de maioratu, potest eam reuendicare.*

Ibid. Qui lege prohibetur alienare, si contrauenia, dominium retinet.

3 *Si in bonis vinculatis non adsit expressa prohibitio alienationis, ita vt statim in casu alienationis transeat maioratus in sequentem in gradu, & possessor eorum bonorum alienationem fecerit, non potest sequens in gradu statim admitti, sed expectare debet mortem alienantis.*

4 *Reus poterit rem maioratus sibi venditam retinere, donec sibi soluantur meliorationes in præd. re factæ.*

Ibid. Faciens impensas in re aliena, non potest eas repetere.

5 *Emptor sciens rem sibi venditam esse restitutioni subjectam non habet recursum aduersus venditorem, sed contra fidei Commissarium, qui rem euincit, vt sibi soluat pretium meliorationum.*

6 *Præsentia, vel absentia in præscriptione quomodo consideretur?*

7 *Reus, quando excipere potest de jure tertij.*

8 *Ad actionem confessoriam, quæ datur pro jure incorporali, veluti pascendi, piscandi, venandi, requiritur quasi possessio ex scientia, & patientia aduersarij.*

Ibid. Lex si quisquam. ff. de diuersis, & temp. præscript. explicatur.

9 *Cautella ad acquirendam quasi possessionem juris piscandi, venandi, &c.*

10 *Nulla potest esse præscriptio, quanvis immemorialis sine possessione.*

Ibid. In juribus negatiuis, ante prohibitionem nulla dicitur quæsita possessio.

11 *Prohibitus piscare in mari, vel venari in syluis communibus potest agere actioni injuriarum.*

12 *Ex consuetudine acquisita per multos annos prohibendi alios cessat injustitia, & injuria.*

Ibid.

Ibid. In consuetudine inducenda, non requiritur titulus, nec bona fides, sed sufficit tacitus consensus populi, vt sibi præjudicet.

13 *In actibus, qui communiter non solent fieri causa familiaritatis, sed ex jure debito, ad acquirendam quasi possessionem sufficit vnicus actus.*

14 *In interdicto de itinere non requiritur probatio seruitutis, sed sufficit nudum factum.*

15 *In interdicto de aqua quotidiana, sufficit nudum factum, sine scientia aduersarij*

16 *In omnibus interdictis requiritur, quasi possessio, & consequenter scientia aduersarij.*

CAP. II. *De actionibus realibus à jure ciuili descendentibus.*

§. 1. *De actione reiuendicationis.*

1 QUanuis *text. in l. judicia, C. reiuendicatione,* dicat dominium probari posse per indicia, tamen ad hoc, vt reivendicatio directo domino detur; ejus probatio plena requiritur, *Bal. in l. cum res, C. de probat.* alias Reus erit absolvendus, *l. fin. C. de reiuendicatione.* Nec enim ex scriptura emphyteusis probatur dominium, *Valasc. de jure emphyteus. quæ. 9. num. 6. Menoch. cons. 708 Mascard. concl. 542. num. 3.* Nec libro censuali, *l. 1. l. si functiones, C. de donat. l. censualis, C. eodem, Valasc. vbi supra num. 29. Masc. conclus. 544. num. 2.* Nec ex solutione facta à c[...]no, *l. solemnibus, C. de reiuendicatione.* Nec sufficit si alleget Actor dominium de præterito, nisi probet de præsenti, *Masc. conclus. 1406. num. 3.*

2 Item possessor maioratus, si rem aliquã alienavit de maioratu poterit reuendicare, ita *Paulus, in l. filius famil. §. Diui, numer. 3. ff. de leg. 1. Ambrosius, numer. 8. per tex. in l. quemadmodum, C. de agricol & censitis, lib. 11.* Nam qui lege prohibetur alienare si contraveniat, dominium retinet, *ex l. non dubium C. de legibus,* nisi cum solemnitate requisita alienaverit, *vt in cap. nulli cum materia de rebus Ecclesiæ, non alien. l. 1. & per totum, ff. de rebus eorum l. 1. & per totum, ff. de fund. dotali.* Sed tu dic, quod non ipse, sed sequens in gradu poterit alienationem revocare, qui sit inuitatus in casu contraventionis, *l. peto §. fratre, l. cum Pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Quod si in bonis vinculatis non adsit expræssa prohibitio, ita vt statim in casu alienationis transeat maioratus in sequentem, & possessor eorum bonorum alienationem fecerit, non potest sequens in gradu statis admitti, sed expectare debet mortem alienantis, *l. 3. §. fin. autem auaritiæ, C. communia de legat. Molina lib. 1. de primog. cap. 13 num. 33.* 3

Sed in hoc casu Reus poterit rem maioratus sibi venditam retinere, donec sibi soluantur meliorationes in præd. re factæ, nam quanvis faciens impensas in re aliena non possit repetere, quia juris fictione censetur illas donasse, *l domum. 5. l. si quis sciens. 11. C. reiuendicatione, §. ex diuerso, & § certe Instit. de rerum diuision.* Tamen faciens impensas in re restitutioni subjecta, & sic quæ potest esse aliena, deducere illas potest, & ratio est, quia tempore, quo facit dominus erat, *l. non ideo minus 66. ff. de reiuendicat.* Unde cum licitè fecerit, non habet locum illa ficta donatio, atque ita merito repetet ex *reg. in l nam hoc natura, ff. de condictione indebit, ita Iaß. in l. domos 61 ff. de legat. 1. Anton. Gomes, 1. tom. cap. 12. num. 40. vers. ex quibus.* Vnde licet emptor sciens rem esse restitutioni subjectam, non habeat recursum adversus venditorem pro meliorationibus, *vt in l. si fundum, C. de euiction.* Tamen emptor poterit retineri rem donec fideicommissarius, qui rem euincit, solvat pretium meliorationum, *l fin. §. fin. C. commun. de leg. Couar. resolutionem lib. 3. cap. 17 num. 1.* 4 5

Menoch.

Menoch. de recuper. 15. *remedio num.* 508. Quod intelligendum est, quando alienatio facta est, antequam veniret dies restitutionis, nam si postea emptor sciens, videtur possessor malæ fidei, & consequenter inducetur, *l. si quis sciens C. de reiuendicat. quicquid sentiat. Corn. cons.* 180. *nu.* 8. *lib.* 4.

6 Item dixi in prima parte numer. 5. in hac actione reum se tueri posse ex præscriptione, quæ quidem præscriptio spatio 30. annorum inter præsentes terminetur, *Ordin. lib.* 4. *titul.* 79. Nunc addo in praxi, quod ista præsentia, & absentia non consideratur respectu rei præscribendæ, sed præscribentis, & ejus, per quem præscribitur, quanvis res alibi sita sit, vt satis probat *text. in l. vltim. C. de præscrip. long. tempor. junct. vers. de rebus, Abbas, in cap. de quarta, num.* 30. *de præscript. Barb. n.* 6. *in leg.* 1. 4. *part. de præscript. Ord. vbi supra ibi morarem.* Nec attenditur præsentia, vel absentia personarum, sed domicilij, ita si vterque præscribens, & adversarius habeant commune domicilium, dicantur præsentes, quanvis personaliter ibidem alter non existat, & è contrario, si in diversis locis habeant domicilium, licet ambo in eodem personaliter non existant *dicta l. vltim. C. præscript. long. tempor.* Ibi domicilia habeant, *Ordin. vbi supra, ibi, ambos morarem,* scilicet ratione domicilij, nec attenditur domicilium respectu ejusdem loci, sed respectu ejusdem Provintiæ, *vt in dicta l. vltim. ibi nam in ciuitate.* Et qui habet domicilium in duobus locis *l. assumptio, §. juris, ff. ad municipalem verb. inter.* Nec præsentia, vel absentia domicilij in proposito præsumitur, sed cum sit facti, probanda est ab eo, qui in ea se fundat *Tyraq. præscript. §.* 1 *glos.* 6.

7 Item Reus excipere potest de jure tertij, quando est exclusiuum juris agentis ipso jure, tunc enim licèt de jure tertij opponere *Cancerius variarum resolut. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 14. Et sic agenti reiuendicatione potest opponi, quod ipse non est dominus, sed quidam tertius, & hoc probato ipso jure agens excluditur *l. fin. C. de reiuendicat.*

§. 2. *De Actione confessoria, & negatoria.*

HÆc actio, quæ competit pro seruitute, & jure in corporali, distinguitur ab interdicto retinendæ, quia in confessoria articulari debet de dominio, vel quasi. In interdicto vero retinendæ sufficit articulare possessionem, & ita potest ista concurrere cum interdicto, vti possidetis vtili *Castro Cons.* 113. *lib.* 2. *nu.* 2. *Thuscus practicarum liter. A. concl.* 111 *numer.* 2. Dicitur autem confessoria, quia Actor dicit habere illud jus, veluti pascendi, piscandi, venandi, & alia similia, & perturbari ab aduersario. Et negatoria, quando Actor negat aduersarium posse habere jus altius tollendi, pascendi, piscandi, & alia hujusmodi, & prohibet illum facere, ad quam actionem requiritur quasi possessio ex scientia, & patientia aduersarij, & præscriptione. Quo non incipit, nisi à tempore prohibitionis, vt per *glos. in l. qui luminibus,* 10. *verb. formam ff. de seruit. verb: ibi, & in prohibuisti, quam glos. exornat Ripa in cap. cum Ecclesia sutrina, numer.* 50. *de causa possession. Balb. de præscription.* 4. *part.* 5. *princip. quæst.* 5. *Boer. decision.* 125. *numer.* 5. Ex quo infertur elegans explicatio *ad dictam l. si quisquam, ff. de diuers. & tempor. præscription.* Ut non sufficiat te solam pluribus annis piscare ad acquirendum jus prohibendi alios, nisi ex parte tua interuenerit prohibitio, & prohibiti acquieuerint. Antea enim quasi possessio non potest videri qua[illegible] ita *Faber in §. flumina numer.* 2. *de rerum diuisione, Ruyn. cons.* 28. *numer.* 11. *lib.* 1. *Coßan. in consuet. Burgundiæ rubr.* 13. *§.* 2. *numer.* 13. *& Aymon. de antiquitate temporum pagina* 214. *num.* 8. *Mascard. conclus.* 123. *num.* 18. Vnde cautella est, quod domini terrarum faciant hujusmodi prohibi- 9

hibitiones per proclama generale, ne fa-
ciant venationem in tali fundo, nam ex
tunc constituitur in quasi possessione, &
incipit præscribere, & ita consuluit *Dec.*
cons. 107. Unde ne subditi sibi præjudi-
cent, debent hujusmodi prohibitionibus
contradicere *Ripa. in l. quominus, numer.*
133. *ff. de fluminibus, Menoch. de arbitr.*
10 *Iud lib.* 2. *casu* 160 *num.* 11. Nam cum in
hujusmodi juribus negatiuis ante prohibi-
tionem nulla sit quæsita possessio, ita eti-
am nulla potest prætendi præscriptio,
quamuis sit immemorialis *cap. sine posses-*
sione de regul. jur. in 6. *tradit Cæpola de*
seruit. Vrban cap. 50. *numer.* 2. *Cassan vbi*
supra, numer. 15. *Ripa responso* 194. *ad fin.*
& in dicto cap. cum Ecclesia, numer. 68.
Ruin. cons. 28. *ex numer.* 14. *libr.* 1. nisi
probetur intra tempus immemoriale ali-
quas interuenisse prohibitiones, tunc e-
nim præsumeretur retro, & ab initio in-
teruenisse, *argument. leg. quicumque Cod.*
de apoch. public. libr. 10. *ex leg. ex persona,*
Cod. de probat. ita Couar. cap. possessor. 2.
part. §. 4. *num* 6.

Reus vero excipere potest, quod in ijs
11 rebus ita vsus communis est, vt nemo alios
possit prohibere *l. Imperatores, ff. de ser-*
uit rusticorum. leg. nemo, ff. de rerum diui-
sione. Imo prohibitus potest agere actio-
ne injuriarum, *leg. injuriarum* 13. §. *si quis*
me, ff. de injurijs, leg. 2. §. *si quis in mari ff.*
ne quid in loco publico.

Sed replicari potest, te per multos an-
12 nos esse in possessione prohibendi alios,
atque ideo acquisitam fuisse consuetudi-
nem, ex qua cessat injustitia, & injuria *ar-*
gument. text. in leg. si quisquam ff. de di-
uers. & tempor. præscript. leg. sane 14. *fuct.*
sed. 1. *ff. de injurijs, tradit Angel. in* §. *flu-*
mina, num. 12. *ad fin Institut. de rerum di-*
uisione. Nam in consuetudine inducen-
da, non requiritur titulus, nec bona fides,
sed sufficit tacitus consensus populi, vt si-
bi præjudicet *Iass. in leg. de quibus numer.*
44. *ff. de legibus Rebuf.* 3. *tom ad ll gallic.*
tractatu de consuetudine numer. 24. Quæ
consuetudo omnibus præjudicat dum-
modo prohibitio deueniat ad notitiam
totius populi, vel maioris partis *Aymon*
de antiq. tempor. pagin. 215. *numer.* 8. *ad*
faciunt, quæ eleganter tradit *Molina*
de primogenijs, libr. 2. *capit.* 6. *ex nu-*
mer. 16.

Item si Reus objiciat jure amicitiæ, & 13
familiaritatis actorem vsum fuisse prædi-
cta seruitute, (vt dixi in prima parte) huic
objectioni replicari potest ex quadam re-
solutione *Bar. in leg.* 1. §. *hoc interdicto,*
num. 1. *ff. de etiner actuque priuato*, quod
in actibus, qui communiter non solent fi-
eri causa familiaritatis, sed ex jure debito
ad acquirendam quasi possessionem, suffi-
cit vnicus actus *l.* 1. §. *quod autem, ff. aqua*
quot. & æstiua, ibi, vel vna die, notat Ri-
pa. in cap. cum Ecclesia ex num. 51. *extra*
de causa possessor, & proprietas. in illis ve-
ro, qui promiscuè fiunt, & jure familiari-
tatis, & jure debito ad acquirendam qua-
si possessionem plures actus requiruntur
dicto §. *hoc interdicto.* Quæ resolutio
communiter recipitur ex *Ruin cons.* 191.
numer. 6. *lib. primo, Aymon. cons.* 124. *nu-*
mer. 7.

Quibus addes, quod licet in rebus in- 14
corporalibus non censeatur acquisita qua-
si possessio, nisi probetur aduersarij scien-
tia *l.* 2. *C. de seruit. & ibi Bar. numer.* 8. ta-
men in interdicto de itinere non requiri-
tur probatio scientiæ, sed sufficit nudum
factum *leg.* 1. §. *hoc interdicto ff. de itiner.*
actuque priuat. & ibi Bar. numer. 10. *Ri-*
pa in dicto cap. cum Ecclesia, numer. 64. 15
ad fin. Quod etiam pariter recipitur in
interdicto de aqua quotidiana *Ruin.*
consil. 191. *numer.* 4. *libr.* 1. Atque ita 16
contigit mirabile, quod licet in omnibus
interdictis requiratur quasi possessio, &
consequenter scientia aduersarij, tamen
in ijs omnibus sufficit nudum factum sine
scientia aduersarij, & consequenter sine
quasi possessione *Ægidius Bossius de*
aquis, & fluminibus, numer. 29. Quæ
autem requirantur articulari in libello
S harum

harum actionum ponit Soarez de Paz in praxi 3. *tom cap* 1. § 4. *num.* 23. & 40. *cum sequentibus, Villa diego in Pollitica, cap.* 8 *num* 4 *cum sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 D*Iuisio fructuum pendentium rei maioratus, quomodo fiet inter uxorem ultimi possessoris, & ejus successorem in maioratu.*

2 *Fructus collecti ex rebus maioratus communicantur inter conjuges.*

Ibid. Fructus est, quid diuersum à rebus maioratus.

3 *Dominium rei maioratus Regiæ Coronæ transit ipso jure in successorem.*

4 *Ex maioratu constituto instrumento inducitur fideicommissum successiuum in futuros successores.*

5 *Fundus ex cujus redditibus dicendæ sunt missæ perpetuo pro anima institutoris diuidetur per æstomationem, & vni adjudicari.*

6 *Actio* de sonegados *non datur contra hæredem hæredis, nisi in quantum ad eum peruenit.*

7 *Vidua in diuisorio judicio potest declinare, nisi partitio fuisset jam cæpta.*

8 *Impensæ factæ præsenti corpore antequam sepulturæ mandetur, ex communi aceruo deducendæ sunt.*

9 *A partitoribus ellectis à partibus appellari potest.*

10 *Pars, quæ poscit executionem fieri ex charta diuisionis, non tenetur satisdare, quamuis sint contra executionem objecta impedimenta.*

11 *Donatio regia facta marito, an sit cõmunicanda vxori inter lucra constante matrimonio acquisita?*

12 *Uxor habet præcipua ea bona, quæ emit ex pecunia,* que lhe sobejou do gasto da casa que lhe daua o marido.

13 *Donata vxori à consanguineis mariti, & ejus contemplatione remanet præcipua apud vxorem in judicio reuisorio.*

14 *Medietas expensarum, quas maritus fecit in re maioratus ex bonis lucratis, pertinet ad uxorem.*

15 *Ad partitiones faciendas non est necessitare omnes hæredes absentes.*

16 *Partitiones factæ inter maiores coram judice ophanorum nullæ judicatæ fuerunt.*

Ibid. Partitiones factæ coram prouisore, quæ fieri debeant à judice orphanorum reuocatæ fuerunt.

17 *Fructus aduentitiorum, quos pater recepit sine confectione inuentarij, mortuo patre, non veniunt ad collationem.*

18 *Officia à magnatibus concessa non conferuntur, nec imputantur.*

19 *In executione, quæ fit per chartam diuisionis non datur retentio pro melioramentis.*

Ibid. Executio ex charta diuisionis non impeditur propter restitutionem minoris.

Ibid. Ex solutione, quæ in continenti probatur, impediri potest executio.

20 *Si res communis mansit apud vnum ex cohæredibus sine titulo præscribi nõ potest.*

Ibid. Tenens rem alienam domino sciente & patiente non propterea acquirit dominium.

Ibid. Error cohæredis non sibi præjudicat.

21 *Ad præscriptionem non sufficit, quod possidens dicat jure successionis obtinuisse.*

Ibid. Socius, non obstante præscriptione, suam portionem omni tempore vendicare potest.

22 *Ex lege* 12. *tabularum statim fit diuisio inter successores in suis portionibus; & ideo quilibet hæres potest omni tempore eam vendicare, nisi tertius eam rem possideat cum aliquo titulo.*

23 *Minor sine decreto non potest diuidere rem communem.*

14 *Vnus*

24 *Vnus, ex socijs, quando possit vendere rem communem extraneo.*
25 *Facientes sal in proprijs salinis tenentur illud vendere fisco, vel ejus conductoribus.*
26 *Pro finibus quatuor remedia competunt.*
27 *In actione finium regundorum, quæ praxis habeatur.*
28 *Agrimensores debent jurare aliàs non valebit eorum mensuratio.*
29 *Mensuratio, quibus modis impediri possit?*
30 *Regulariter finibus antiquis standum est.*
31 *In probandis finibus antiquis sufficit semiplena probatio.*

CAP. III. *De Actionibus Mixtis.*

§. 1. *De Actione familiæ erciscundæ.*

1 IN hoc judicio solet controverti, quæstio de dividendis fructibus inter successorem maioratus, & inter vxorem vltimi possessoris super divisione fructuum pendentium ipsius maioratus, quam quæstionem eleganter disputat *Valasc. de partit. cap.* 30. Resolutivè dico fructus pro rata temporis esse dividendos inter possessorem maioratus, & hæredes defuncti, prout tradit *Couarruu. lib.* 1. *variar. cap.* 15. *ad fin. Molin. libr.* 3. *cap.* 11. *numer* 12. *de primogenijs Ioann. Bautist. Costa in tractatu de quota, & rata, quæstion.* 114. *Scouar. de ratiocinijs tom.* 2. *capit.* 24 *numer.* 5. *cum sequentibus, Molina Theologus de justit. & jure, tractat.* 2. *desput.* 635. *numer.* 1. Nam licet maioratus bo-
2 na non communicentur inter conjuges, fructus tamen collecti ex rebus maioratus communicari debent inter eosdem, *Palat. repet. rubricæ* § 62. *numer.* 10. Quia fructus est, quid diversum à rebus maioratus, *l. in ædibus* 9. §. 1. *de donationibus.* Quod si maioratus fuerit constitutus ex bonis Regiæ Coronæ, tunc cum ex mente ordinationis dominium ipso jure transferatur in successorem maioratus, vt aduertit *Costa de successione Regn.* 3. *parte, numer.* 14. Videtur, quod res reducatur ad terminos de quibus *in l. modestinus, ff. de vsuris, Gama decision.* 356. *&* 308. 3
Et idem dicunt nonnulli admittendum esse si maioratus fuit constitutus in testamento, quia tunc videtur inductum fideicommissum quoddam successionem in futuros successores *ex l. peto* §. *fratre, ff. de legat.* 2. *inducetur decisio text. in dicta l. Modestinus, ex ratione, quam ponit Iason. in l. g. apud. Iulian* § *fructus, numer.* 8. *ff. legat.* 1. *tradit Gomes in leg.* 40. *Taur. numer.* 74 *Barbosa in l. g. diuortio* 2. *part. ff. soluto matrimonio num.* 1. *vers. sed ijs non obstantibus.* Ita judicatum fuit Castellæ in causa Marchionis de Villena cum fratre suo, *sobre los alumbres.* 4

Item si testator jussit, vt ex reddibus talis fundi, certæ missæ pro ejus anima perpetuo celebrarentur, quia ex hoc non videtur induxisse vinculum maioratus vti notatur *in l. nihil proponi, ff. de leg.* 1. *Valasc. cons.* 82. *Gam. decis.* 30. *& decis.* 48. *& decision.* 224. *num.* 6. *& decis.* 286. Ille fundus dividi debet per æstimationem, & vni adjudicari. Nisi ex verbis testatoris colligatur fuisse institutum maioratum, vti in casu *de quo Cabed. Aresto* 97. 1. *part. tradit Molina de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *Valasc. vbi supra.* 5

Item in illa quæstione, de qua nuper fui consultus an partitione facta cum hærede, eo mortuo detur actio *desonegados*, contra hæredem hæredis, dixi non esse dandam, nisi in quantum ad eum pervenerit, *argument. text. in l. de rebus, ff. rerum amotarum*, quod notabis in praxi, quia quotidie potest contingere, *& dicam infra cap.* 9. Sed si sint plures cohæredes, & vnus agat contra illos pro bonis substractis. 6

Vnum libellum sufficere, & non plures requiri judicauit Senatus in lite hæredum Antonij Dias Franco cum Violanto Esteues, & hæredibus Manuel Rodriguez Neto, scriba Antonio Pinheiro Freire, *ex leg. licet.* 42. §. *si plures, ff. de procurat. & l. si familiæ, ff. famil. ercisc und.*

7 Item notabis, quod in judicio diuisorio potest vidua declinare judicium ex suo priuilegio viduitatis, quanvis in eo essent minores, nisi partitio fuisset jam cæpta in judicio competenti, cui vidua consensisset, vti pro constanti tenet *Cabed. Aresto* 31. 1. *part. quem refert glos. in Ordin. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *num.* 27.

8 Quando autem fit partitio, expensæ factæ præsenti corpore, antequam sepulturæ mandetur, ex communi à ceruo deducandæ sunt, *vt per Valasc. de partit. cap.* 19. *num.* 48. *glos. in Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 13. *Ayora de partit.* 2. *part. quæst.* 20.

9 Item non solum à partitione facta, & judicata per judicem ordinarium appellari potest, sed etiam à partitoribus, & æstimatoribus electis à partibus, *Valascus de partition. cap.* 39. *num.* 30.

10 Item quanvis aliàs objectis impedimentis in executione res pignorata tradatur parti cum satisdatione, *Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 3. Tamen objectis impedimentis ad carthas diuisionis in terminis, *Ordin. lib.* 4. *tit.* 96. §. 2. pars, quæ petit fieri executionem per cartham diuisionis non tenetur satisdare, ita judicatum fuisse asserit glosator, *in Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 2. *num.* 11. *Phæbus Arest.* 52. *tom.* 2. *vers. & alia fuit.* Quibus autem modis partitio impugnari, & rescindi possit tradit *Valasc. de part. c.* 39.

11 Cæterum illa quæstio etiam vertitur in hoc judicio, an donatio regia facta marito sit communicanda vxori inter lucra constante matrimonio acquisita? Et nonnulli tenent, quod non per regulam, *l. cum multa, C. de bonis, quæ liber. tradit Anton. Gomes, in l.* 51. *Taur. num.* 72. *vers.* 2. *casus, Ordin. lib.* 4. *titul.* 97. §. 12. Et hanc quæstionem disputat latè per multa *Didacus Burgens. in quæst.* 11. *fol.* 262. Contrarium tamen, si donatio fuit facta propter seruitia facta constante matrimonio ex sumptibus communibus illam esse comunicandam inter conjuges tenent *Palat. in rubrica*, § 62. *num.* 21. & 22. *Xuares in titul. de las ganancias in* 3. *limit. vers. succedit Gregor. in l.* 3. *tit.* 10. *par.* 5. *verb. igualmente Gutier. pract. lib.* 2. *quæst.* 119. *numer.* 6. *Ioann. Garcia Gallecus de conjugali acquæstu ex nu.* 123. *distinguit Barbos. in l.* 1. *part.* 1. *nu.* 35. Quod si deficiat, existimo consumptam ex bonis communibus in dimidietate esse imputandam hæredibus defuncti, & aliam dimidietatem esse soluendam vxori ex bonis defuncti, quod tantumdem desijt acquirere, & de hoc excipere potest vxor mariti.

Item excipere potest vxor defuncti *que do dinheiro, que o marido lhe daua pera o gasto de casa adquirio certa bona*, quæ debent ei esse præcipua, *l. si mulier, ff. de don. inter. l. si fructus C. de don. inter l. ex annuo, §. si maritus vxori l. ff. eodem.* Nec etiam ea bona, quæ vxor emit, *com o dinheiro q̃ lhe sobejou, l. si ex ea pecun. C. de reiuendicat.* 12

Item donata vxori à consanguineis mariti ejus contemplatione non sunt communicanda, sed apud vxorem remanere debent præcipuè per mortem viri, ex *l. si mater, C. de donat. ante nuptias l. si seruus communis, ff. de donat. inter l. si consentiente, C. de donat. ante glos. in l. vt liberis, C. de collat. l. socium, qui in eo, §. fin ff. pro socio Garcia de conjugal. acquæstu, à num.* 101. *Paul. de Castro, in l. sed si plures, §. in arrogato, & ibi Iass. ff. de vulgar. Roland. cons.* 10. *vol.* 1. *Masc. concl.* 564. 13

Item excipere potest vxor contra hæredes mariti, vt sibi soluatur medietas expensarum, quas maritus fecit in re maioratus ex bonis lucratiuis, de quo videndus est *Burgos de Pace Salon. quæst.* 8. 14

Addo ad partitiones faciendas non esse necesse citare omnes hæredes absentes, sed sufficit citare illos, qui sunt in regno, *Phæbus Aresto* 28. 1. *part.* 15

Item

16 Item partitiones factæ coram judice orphanorum inter maiores nullæ judicatæ fuerunt, *teste Phœbo Arestõ 36. 1. part.* Sicut illæ factæ à provisore, quæ fieri debebant à judice orphanorum revocatæ fuerunt, *Phœbus Aresto 37. 1. part.*

17 Item fructus adventitiorum filij, quos pater dum viveret recepit sine confectione inuentarij, mortuo patre non veniunt ad collationem, quia necessaria erat sententia contra patrem, vt eo vsufructu priuaretur, in lite Ludovici de Sousa cum filijs Ioannis de Brito, scriba Antonio de Freitas.

18 Item officia à Magnatibus concessa non conferuntur, nec imputantur, etiam si contemplatione patris concedantur *Ioan. de Caruallo de vna, & altera quarta part. cap. 1. n. 100. Pinel. Iun. lib. 1. select. cap. 5.*

19 Item in executione, quæ fit per chartam divisionis non datur retentio pro melioramentis. Nec executio suspenditur *Phæbus Aresto 52. tom. 2.* Nec executio impediri potest ex restitutione minoris *Valasc. consl. 112. à num. 6. & de partit. cap. 39. n. 44. Molin. Theolog. tract. 2. disputat. 460. Phæbus Aresto 77. 1. part.* nec alijs impedimentis, *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 22.* Nisi ex solutione probata in continenti intra triduum in lite Domini Ludouici de Moscoso cum Domina Antonia de Sousa, censuit Senatus.

20 Item si res communis mansit apud vnum ex cohæredibus sine titulo præscribi non potest aduersus judicium familiæ ercifcund. *text. est singularis per quem ita tenet Bal. in l. seruum communem 22. C. fam. ercifcund.* ex quo Paulus de Castro deduxit, quod tenens rem alienam Domino sciente, & patiente non propterea acquirit dominium, nam error cohæredis non sibi præjudicat *l. re tua 18. C. de rei uendicat.* Nec sufficit ad præscriptionem,

21 quod possidens dicat jure successionis obtinuisse, *l. diutina, C. de præscriptio. long. temp.* Et ideo socius non obstante præscriptione suam portionem omni tempore vendicare poterit, vt est *text. notab. in l. 3. C. in quibus causis cessat longi temporis præscriptio.* Nam ex *l. 12.* tabularum statim fit divisio inter successores in suis portionibus, *l. pacto successorum, C. de pactis,* 22 nisi tertius eam rem possideat cum aliquo titulo, veluti pro dote, quia tunc eam præscribere potest, *l. fin. ff. pro dote,* quæ omnia bene nota, quia non ita alibi reperies.

§. 2. *De Actione communi diuidundo.*

23 Vltra ea, quæ dixi in prima parte, & quæ notavit doctissimus *Valasc. in tractatu de partit. cap. 27. cum sequentibus.* Addo, quod cum ista diuisio sit species alienationis *l. 1. C. communia vtriusque judic. prout etiam tradit Simoncellus in tractatu de decretis libr. 2. titul. 4.* propterea minor non poterit sine prætoris decreto diuidere, *vt tenet Menoch. libr. 2. de arbitr. casu 171. numer. 36. Simoncellus, vbi supra numer. 6. & 37.*

24 Item vnus ex socijs potest vendere suam partem rei communis extraneo, ante divisionem factam, *l. falso, C. communia rerum, l. 1. C. communi diuid. Gaspar Thesaur. decis. 64.* Si vero lis sit contestata non poterit vendere irrequisitis alijs consortibus, *dicta l. 1. in fin.* sed si consocius velit, poterit eam retrahere, *Castillo in l. 27. Taur. glos. magna, & Cifuentes quæst. 22. Palatius, num. 30. Gomes in l. 70. Taur. num. 2. Couar. lib. 3. variar. cap. 11. num. 4. Matienso, in l. 13. tit. 11. Recept. glos. 3. n. 3. & est text. in argumentum in l. 1. vbi notat. Bar (si is est) & Platea C. de Metellarijs li. 11.* Ex quo infert Lucas de Pæna, 25 quod facientes Sal in proprijs Salinis tenentur illud vendere fisco, vel ejus conductoribus, *Gregor. in l. 55. titul. 5. part. 5. Barbos. in l. diuorsio, §. si vir. num. 29. vers. quinimo, ff. solut. matrimon. Hermosilla in dicta l. partitæ, glos. 1. & 3. num. 12.* Et de salinarum redditu videndus est *Regnarus sixtinus in tract. de regalibus, lib. 2. c. 19.*

Barbos. vbi supra, num. 28. cum sequent.

§. 3. *De Actione finium regundorum.*

26 NOtum est, quod pro finibus competunt quatuor remedia. Primo actio finium regundorum. Secundo condictio, *ex l. si constiterit, C. finium regund.* Scilicet, quando post litem contestatam in hac actione finium regũdorum, ante tamen sententiam quis inuadit, & vsurpat rem propria auctoritate, qui punitur pœna illius legis. Tertio competit accusatio criminalis, & pœnalis in personam contra eos, qui remouent, & auellunt terminos jam positor, *vt in titulo de termino*
27 *moto.* Quarto est pœna legis Agrariæ, *juxta leg. Agrariam ff. de termino moto.* In hac actione praxis est, vt judex vadat, vel mittat mensores ad mensurandum, assignando terminum partibus, vt sint tali die, & hora in tali loco cum talibus, magistris; colligitur hæc praxis ex *Bar. in l. qui bona, § fin. 1. col. ad fin. ff. de damn. infecto.*
28 Qui agrimensores debent jurare, aliàs non valebit eorum mensuratio secundum *Bar. in l hac aedictali, §. ijs illud. C. de secundis*
29 *nupt.* Quæ tamen mensuratio impediri, & oppugnari etiam potest ex ijs, quæ diximus in prima parte lib. 3. de liquidatione sententiæ. Nam si pars dicat in præd. mensuratione se esse deceptum, debet iterum talis fundus mensurari, *teste Bar. in l. 1. §. 1 ff si mensor. fals. modicum dixer. facit text. in l. 1. C de errore calculi, vbi Bar.*
30 *in 1 notab.* Et regulariter finibus antiquis standum est, nec enim in dubio mutatio confinium præsumitur, sed vt olim fuerunt termini, & nunc esse præsumuntur, *l. finalibus vbi Bal. & Florianus, ff finium regund. Mascard. concl. 393. num 8. & 10.*
31 Et ideo in probandis finibus antiquis sufficit semiplena probatio *Mascard. vbi supra, num 7. & 14.* Et praxis est, vt quilibet tam Reus, quam actor tenetur edere, & exhibere alteri instrumentum, quod habet suæ possessionis; tradit Hieronymus de Monte tractatu de finibus, *cap. 82. nu. 2.* In confinibus autem probandis articulari debet: De fama, & communi opinione, & exercitio per refectione aggerum, & per custodiam locorum, & per instrumenta directiua, vel enuntiatiua, *Mascard. concl. 394. cum sequentibus, vsque ad concl. 404.*

SVMMARIVM.

1 F*Raus eo ipso præsumitur in alienante, qui scit habere creditores, & ejus bona non sufficere ad solutionem.*
2 *Fraus præsumitur in eo, qui cito post condemnationem sua bona dedit in solutum.*
3 *Ex sententia, mota lite ex obligatione, & hypotheca contra Reum, actio competit in factum contra possessorem.*
4 *Creditor hypothecarius potest repetere solutum à suo debitore.*
5 *Actio in factum ad reuocandum proponi debet intra annum à tempore venditionis.*
Ibid. Actio reuocatoria aduersus possessorem ex titulo lucratiuo perpetuo datur & in hæredes, & contra hæredes.
6 *In actione reuocatoria execussio facienda est, & sufficit si sit notorium.*
7 *Ius hypothecæ præscribitur decem annorum spatio, nisi actor fuisset impeditus.*
8 *Successor in re hypothecata non potest se tueri ex præscriptione decenali sui antecessoris conjungens vnum tempus cum alio ad complendam præscriptionem.*
9 *Secundus creditor non potest præscribere, nisi spatio 30. annorum.*
10 *Si Rex vendidit rem hypothecatam pro ære alieno sui debitoris, quo tempore emptor illam præscribere possit?*
11 *Si rex vendidit rem litigiosam vt suam, emptor nulla temporis præscriptione*

tutus

tutus erit.

12 *Venditio in præjudicium minoris, vel dotis potest reuocari.*

13 *In actione hypothecaria probari debet de dominio, vel possessione debitoris.*

14 *In hypothecaria execussio, quomodo fieri possit, & qualis sufficiens sit?*

15 *Debitor si constituat possidere nomine creditoris nulla facta execussione agi potest contra tertium.*

16 *Ratione hypothecæ potest agi contra debitorem in loco vbi contractus fuit celebratus.*

17 *Reus, qui possidet rem hypothecatam, si offerat actori quantitatem ei debitam, liberatur.*

Ibid. Ius offerendi competit cuilibet etiam extraneo, & quilibet potest soluere pro debitore, & eo inuito, & inuito creditore.

18 *Si possessor pignoris offerat quantitatem, quam res valebat tempore, quo eam acquisiuit an audiatur?*

19 *Pactum vt pignus maneat emptum arbitria boni veri, si intra certum tempus pecunia debita soluta non sit, validum est, sed creditor debet imputare fructus perceptos medio tempore.*

CAP. IV. *De Secundo genere actionum, quæ olim prætoriæ vocabantur.*

§. 1. *De Actione reuocatoria.*

1 QUando alienatio in fraudem creditorum reuocari posit dixi, nunc addo, quod fraus eo ipso præsumitur in alienante, qui scit habere creditores, & ejus bona non sufficere ad solutionem *ex Bar. in l. si prius quam, numer.* 10. *C. de jure*

2 *fisci lib.* 10. Vel si condemnatus sua bona tam cito post condemnationem in solutum dedit, vt decidit *Bellamera decis.* 261. *Paul. Castrens. in l. post contractum de donat. num.* 2. *vers. sunt. vbi Bart. numer.* 17. *Mascard. conclus.* 815. *numer* 60. Nam, & in hoc casu per actionem in factum, & executiuè agi potest aduersus possessorem, vt tenet *Bal. in l.* 1. *C. de alienat. judicij mut. causa fact. Palador. quotidian. quæstionum lib.* 2. 4. *part.* §. 5. *num.* 14. *Ceuallos pract. quæst.* 82. *à nu.* 20. facit quod tradit, *Bar. in l. creditores* 2 *lect. num.* 23. *ff. de pignor. & in l. à Diuo Pio*, § *si super rebus num.* 7 *ff. de re judic. Caualcan. lib.* 1. *decis.* 16. *num.* 7. *&* 8 Imo sententia mota lite ex obligatione, & hypotheca bonorum competit actio in factum contra possessorem, *vt in l.* 14. *titul.* 13 *part.* 5. *in fin. glos.* 1. *in fin. in auth. hoc si debitor, C. de pignor. recepta secundum Soc. regul.* 177. 2. *Fallentia.* Nam creditor hypothecarius potest repetere solutum à suo debitore *l. ex facto, ff. de peculio, Bar. in l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. Gregor. in l* 9. *tit.* 15. *part.* 5. *verb. que torne, l. fin.* §. *& si præfatam, vers. si vero creditores, ibi, vel in debiti condictione vti, C. de jur. deliber. l. non est nouum, ff. de condict. indeb.* 3 4

Item actio ista in factum proponi debet intra annum à tempore venditionis bonorum, *l.* 1. *l. qui autem*, §. *fin. & l. ait prætor*, §. *annus, ff. quæ in fraudem creditorum.* Cæterum ex eo, quod ad eum peruenit ex titulo lucrativo perpetuo actio datur, & in hæredes, & contra hæredes, successores, *l. ait prætor* §. *hæc actio ff. eodem.* 5

Item execusio facienda est, *Iaß. in* §. *item si quis in fraudem ex num.* 68. Sufficiet tamen si sit notorium, & *ibi Angel. num.* 6. *&* 8 vbi dicit pendente lite in actione in fraudem fieri posse judicium execusionis. 6

§. 2. *De actione seruiana hypothecaria.*

7 DIctum est *ex Ordin. lib* 4. *titul.* 3 §. 1. Quod jus hypothecæ præscribitur spatio decem annorum, nisi Actor fuisset impeditus agere, *ex l.* 1. §. *si quis*

quis autem, ff. de itinere, actuque privato, Alex. cons. 58. vol. 5. Tyraq. de praescript. §. 1 glos. 4. vers. verum, cui adde Sarmientum lib. 2. Selectarum, Covarruv. reg. possessor. 3. part. §. 3. Aub. cons. 22. lib. 2. Gama decis. 96. num. 4. Pinel. in auth. tricenalae num.
8 48. *Pat. Molina tractat. 2. disput.* 99. Sed quod, si debitor rem mihi hypothecatam dedit in solutum suo secũdo creditori, & iste secundus vendidit titio, an iste titius possessor poterit se tueri ex praescriptione decenali sui antecessoris, conjungens vnum tempus cum alio ad complendam praescriptionem? Tu dic, quod non, quia secundus creditor nō potuit praescribere,
9 nisi spatio triginti annorum, *l. cum notissimi, §. 2. C. de praescript. 30. vel 40. l. 27. tit. 29. part. 3. in fin. vers. obligando otra vez, Bal. in l. 1. C. si aduersus venditionem,* & quia ex venditione facta titio fuit interrupta praescriptio, *l. non solum §. qui pignori necessario, 1. ff. de vsucapion. vbi Bar.* id expresse notat, & tenet *Paul. de Castr. in l. si rem quã; ff. de vsucap. pro emptore Gregor. in dicta l. 27. glos. 2. vbi allegat. text. in l. fin ff. pro soluto per quem dicit Bar. in l. sequitur, §. si rem, ff. de vsucapion.* quod res hypothecata mihi, data in solutum secundo creditori non potest praescribi respectu hypothecae, quia remanet, quasi res furtiva, quae vsucapi non potest. Et hinc est, quod licèt jus dominij praescribatur, saluum tamen remanet jus hypothecae, *Barbos. in l. 3. C. de praescript. numer.* 175.
10 Sed dubium est, si Rex, vel fiscus prodebito fiscali vendidit titio rem sui debitoris, quae mihi erat hypothecata, an emptor ex quadrienij praescriptione securus sit. Tu dic, quam si Rex vendidit rem alienam jure proprio, tunc de jure ciuili emptor securus erit, *l. 2. C. de quadrien. praescript. §. fin. Instit. de vsucapion. l. 53. titul. 5 part. 5.* non vero de jure Canonico, vt est *gl. in verb. irrita, in cap. 2. de rebus Eccles. non alienan. Iass. in auth. quas actiones nu. 5. C. de Sacrosanctis Ecclesi.* Quod apud nos seruari debet in praxi, quia concernit materiam peccati secundum nostram Ordin. Si vero, Rex vendidit jure creditoris, emptor securus non est, ita *Dueñas reg. 238. vers. 7. per plura jura, & DD. quos ibi allegat.* Et idem dico se Rex rem pignoratam litigiosam, vt suam vendiderit, 11
tunc est mala fides, & emptor nulla temporis praescriptione tutus erit, *Bal. in l. fin. num. 2. C. si contra jus, vel vtilit. publ. glos. in l. 1. verb. distrahatur, C. de venditione rerum fiscalium lib. 10.* & est communis secundum *Afflict. in cap. primo in fin. verb. & bona committentium numer.* 168. *quae sint regalia in vsibus faeud. Soarez, allegat.* 11. Et quia res litigiosa non potest alienari, nec praescribi. Dicitur autem litigiosa si debitor fisci objecerit impedimenta adversus executionem. Et idem 12
dico si venditio fuerit facta in praejudicium minoris, & in rebus suis *glos. notab. in l. fin. verb. debiti. C. si aduersus fiscum gl. in §. fin. verbo emit, Instit. de vsucap. Balb. quaestion 8. num. 2 in fin.* Vel in praejudicium dotis, seu jurium dotalium, *Iass. in l. 1. num. 9. in fin. ff. solut. matrim. & ibi Rip. num. 15. Balb. vbi supra, Tyraq. de retract. linagier. §. 1. glos. 14. numer. 91. in fin.* & probatur ex ijs, quae dixi *in 1. parte lib. 3. cap. 21 num. 66 junt, glos. in l. 2. C. de priuileg. fisci.* vbi fiscus non vtitur privilegio contra dotem.

Item dixi *in prima parte num.* 10. quod 13
nonnulli existimant in hac actione hypothecaria opus esse, vt ab actore articuletur, & probetur debitorem fuisse dominum rei obligatae, quod dominium probatur per famam solam diuturni temporis, *glos. in l. atqui natura §. cum me absente, ff. negot. gest. Tyraq. de praescript. §. 1 gl. 4 vers. decimo quinto.* Et sufficiet probare debitorem tempore contractus rem pignoratam possedisse *Bernab. Cornaz. decis. 159. num 6. Viuius decis. 316. sub num. 11. Graeua ad pract. Camer. Imperial. lib. 2. conclus. 26.*

Item dixi executionem fieri debere, sufficiet tamen si possessor rei pignoratae 14
citetur,

citetur, vt ostendat bona debitoris, & ei terminus assignetur, quo elapso procedi potest sine vlla execussione *Fuluius Patianus in tractatu cui incumbat onus probandi, lib. 1. cap. 45. num. 12. & 13.*

15 Item si debitor se constituat possidere nomine creditoris, si rem alienaverit, nulla facta executione, agi potest contra tertium, *Cassan. in consuet. Burgund. rubrica 5. §. 3. num. 3. Tyraq. de Constituto 1. part. nu. 45. Neguzant. de pignor. 6. part. membr. 1. num. 36. Menoch. remed. 5. adipiscend. n. 145. Viuius, tom. 2. commun. opin. lib. 7. & 33. num. 5. pag. 332.*

16 Item ratione hypothecæ potest agi contra debitorem in loco, vbi contractus hypothecæ fuit factus, licèt res alibi sit posita *glos. optim. & singul. in auth. vt omnes obediant, §. hæc considerantes, verb. hypothæca.*

De Iure offerendi.

17 SEd dubium est, si Reus, qui possidet rem hypothecatam, offerat Actori quantitatem ei debitam, an liberetur? & resolutiuè dico, quod sic, ex *l. Paulus in fin. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.* Nam jus offerendi competit cuilibet penitus extraneo, & nullum jus habenti in re, & quilibet potest etiam soluere pro debitore inuito, & ipsum liberare *l. si soluendo ff. de negot. gestis, l. solutionem, ff. de solut. Intentum,* quod etiam potest fieri talis solutio inuito creditore, & per ipsam obligationem impeditur creditor agere, & repellitur ab executione, ita post alios *Iass. in l. tale pactum, §. post diuisionum per illum, text. ff. de pact. vbi Paul. de Castr.* dicit istud perpetuo esse mente tenendum, quod & voluit, *Neguzant de pignoribus, 5. part. in 4 membr. numer. 39. tradit Valasc. cons 14. vol. 1. n. 10.*

18 Sed quid si possessor pignoris velit præstare quantitatem, quam res valebat eo tempore, quo eam acquisiuit, an audietur? *Bar. in l. 2. C. de prædijs Nauicular. lib. 11.* dicit quod sic, quem cæteri sequuntur, & dicunt esse mirabile auctoritate illius textus de quo tamen ego dubio.

De Pignoratitia actione.

SI pactum sit, vt si intra certum tempus pecunia debita soluta non sit, pignus remaneat emptũ creditori pretio tũc arbitrio boni viri definiendo (quod pactum validum est ex ijs, quæ tradit *glos. in Ordin. lib. 4. tit. 56. in princip. num. 3.*) debet creditor impurare fructus perceptos medio tempore *Neguzant de pignor. 3. part. membr. 1. num. 30. & part. 5. memb. 5. num. 11. & part. 7. membr. 2. num. 14. & membr. 3. num. 7. Lup. Gemin. de vsuris cõment. 1. §. 4. num. 76 Alex. Trintacinq. variar. resolut. lib 3. de pignor. resolut. 2. Ozacius Pedemont. decis. 113. Ruiz. Letuan. decis. 5. Peregr. cons. 100. num. 9. & 33. lib. 1. Menoch. cons. 57. num. 12. & cons. 110. n. 13. Surd. cons. 243 num. 33. & 38. Aldouin. cons. 84. num. 5. Aloys Rici in collectan. decis. part. 4. collect. 976. & collect. 1164. Castillo lib. 3. quotidian. cap. 23. à num. 5 Barbos. in l. diuortio, §. ob donationes, num. 26. ff. solut. matrim. Valasc. cons. 8. Cabed. 1. part. decis. 123. Card. in praxi judicum, verb. vsura, num. 5.* 19

SUMMARIUM.

1 *ACtio datur contra eos, qui nudo pacto constituerunt se soluturos, quod ipsi, vel alij debeant.*

2 *Constitutum in quo differat à fidejussione?*

3 *Ex quibus Reus excipere possit in actione de constituta pecunia?*

4 *Sciens se nullo modo teneri, constituens donare videtur.*

5 *Pater conueniri non potest ex contractu filij familias, nisi quo ad vires peculij.*

6 *In actione de peculio articulari debet filium ex voluntate patris habuisse peculium*

lium separatum à rationibus paternis.

7 *In actione de peculio prius pater deducit, quod sibi debetur, vel illis, qui sunt in sua potestate tutella vel cura.*

8 *Pater non conuenitur in castrensi, vel quasi, sed filius, & eo mortuo pater, vt hæres.*

9 *Pater de peculio aduentitio conuenitur insolidum, tanquam legitimus administrator.*

10 *Pater ex quibus excipere possit in actione de peculio?*

11 *Pater non conuenitur ex contractu inito cum filio impubere, nisi quatenus peculium locupletius factum fuerit.*

12 *Institutor, quando teneatur, vel dominus institutoris de mutuo recepto, vt soluat de suis bonis finito officio institutoris.*

13 *Exercitoria actio pro mercibus amissis, vel deterioratis culpa nautarum datur, vel contra magistrum, vel dominum nauis, quem ipse actor velit.*

Ibid. Qui spem malorum hominum vtitur, culpæ Reus est, & qui minus idoneos ministros posuerit in re sua, an teneatur?

CAP. V. *De Personalibus actionibus prætorijs.*

§. 1. *De constituta pecunia.*

1 Cum de jure civili nulla daretur actio ex pacto nudo *juxt. l. juris gentium, §. sed cum nulla, & §. igitur nuda. ff. de pactis*, prætor naturali æquitate motus, hanc actionem introduxit, vt ex nudo pacto actio oriretur contra eos, qui nudo pacto constituerunt se soluturos; quod ipsi prius, vel alij debebant *§. de constituta. Instit. de actionibus.* In qua actione primò requiritur, quod constitutum fiat per pactum nudum, alioquin, si per stipulationem fieret, actio ciuilis ex stipulatu competeret, vt docet *Bar. in l. 1. §. ait prætor ff. de constitut. pecun.* Secundo requiritur ad hoc, vt competat actio de constituta, quod præcedat aliquod debitum civile, vel naturale, quicquid aliter explicent *Iass. in dicto §. de constituta num. 33, Gomesius num. 21. & 28. Minsingerius num. 9.* Tertio requiritur, quod constitutum 2 fiat post obligationem contractus, vt infra dicam, in quo differt à fidejussione, quæ ante, vel post obligationem fieri potest, vt notat *glos. in auth. de fidejussoribus §. 1. verb. fidejussore, quam notat Iass. in l. 1. in princip. ff. de lib. & posthum. Hypolit. in rubr. à numer. 2. ff. de fidejussoribus.*

Huic autem actioni ex multis excipere 3 potest Reus. Prima quia A. fecit pactum aliquod liberatorium, *vt in l. stichum 95. §. naturalis, ff. de solut.* vel quia habet reus exceptionem de non numerata pecunia *l. in contractibus Cod. de non numer. pecun:* vel quia juravit debitor se non debere, *vt in leg. fin. de jure jurando*, vel quia reus constituit ex causa, quam subesse credebat, quæ non suberat, *vt in l. 2. §. 1. ff. de exceptione doli*, vel quia per ignorantiam facti ex promiserat, *vt in l. vlt. ff. ad Senatus cons. Macedonian.* Quanvis si quis consti- 4 tuat sciens se nullo modo teneri, tenebitur, quia donare videtur *l. cujus 64. ff. de regul. jur. l. si quis delegauerit ff. de donationibus.*

§. 2. *De actione de Peculio.*

Cum pater ex contractu filij conue- 5 niri non posset de jure civili, *vt in titul. C. ne filius pro patre*, quanvis filius esset vna, & eadem persona cum patre, *vt in l. fin. C. de impub. & alijs.* Tamen prætor æquitati fauens introduxit, quod illa regula non procederet, quando pater aliquam pecuniam concedit filio cū qua in mercantiam exerceret. Nam tunc potest pater conveniri ex contractu filij hac actione de peculio ne contrahentes

bona

bona fide deciperentur, & compelletur soluere pater ex contractu filij obligati, quatenus fuerit in ejus peculio.

6 Cæterum, vt hæc actio alicui competat requiritur primo, quod articuletur, & probetur filium ex voluntate patris habuisse peculium separatum à rationibus paternis *l. depositi vers. finali, ff. de peculio*, quod procedit solùmodo in peculio profectitio

7 vsque ad vires peculij, & quatenus est in peculio § *actiones Instit. de actionibus*, & prius deducit pater, quod sibi debetur, vel illis, qui sunt in sua potestate, tutela, vel

8 cura, *vt in l. sed si damnū, & l. peculium* 10. *ff. de peculio*. In castrensi autem, & quasi castrensi pater (viuente filio) non conuenitur, sed filius ipse conuenitur, *vt in l.* 4. *& l. actionum, ff. de castrensi peculio*, & filio mortuo pater conuenitur, tanquam hæres, *vt in titul. C. de hæredit. action. & in titul. vt ab hæred. & contra hæred.* Cæterum in

9 aduentitio pater conuenitur in solidum, tanquam legitimus administrator, & non peculio tenus, vt *l.* 1. *Cod. de bonis matern. leg. fin. §. vbi autem Cod. de bonis quæ liber.*

Contrarietas.

10 Pater excipere potest, quod peculium non extat apud se, quia non potest conueniri, nisi vsque ad vires peculij, & quatenus est in peculio, *vt in dicto §. actiones, & §. sunt Institut. de actionibus*, & quia prius deducere debet, quod sibi debetur, aut illis, qui sunt in sua potestate, tutela, vel cura, *vt in l. sed si damnum, & in leg. peculium*, 10. *cum suis §. §. ff. de peculio*. Deinde excipere potest; quod

11 debitum contractum fuit cum filio impubere, quo casu pater non conuenitur, nisi quatenus peculium locupletius factum fuerit, *vt in leg.* 1. *§. sed cum impubere, ff. de peculio*.

Et quod dixi de filio, intelligi etiam debet in seruo, cui dominus concesit pecuniam, vt cum illa negotium faceret, *vt per gestores in §. actiones.*

§. 3. *De Institutoria actione.*

Addo, quod licèt institutor non teneatur, sed dominus institutoris de contractu cum eo gesto, ita vt finito officio non teneatur de mutuo, quod recepit in taberna, quia solum officio durante conueniri potest *l.* 1 *§. est autem, ff. de extre. actione*. Tamen hoc intelligitur, si ex mandato domini præponentis accepit, & in causam in quam præpositus est *l. cuicunque §. non ff. de institut. l.* 1. *&* 2. *C. de exercit.* Nam institutor in sua persona non tenetur, vt soluat de bonis suis pro eo, quod gessit, tamquam institutor, *vt in l. fin. & ibi Bar. ff. de institut. actione. l si pupilli, § fin. ff. de negot. gestis.* Amplia etiam si mandatum ad hoc non haberet institutor, si tamen mutuum in vtilitatem domini conuertatur notabiliter Socinus *cons.* 154. *vol.* 2. *quod vt singulare dicit Greg. in l.* 7. *titul.* 2. *part.* 5. Limita si de recepta pecunia ex mutuo non constiterit, nisi per confessionem institutoris, nam tunc non tenebitur ipse institutor, licèt haberet mandatum *Angel. in l.* 4 *in principio, ff. de re judic. Soc. vbi supra, vers. octauus casus.* Secundo limita, si institutor specialiter se obligasset, seu fidem suam adstrinxisset, vt *in l. in eum §. tabernæ. ff. de instit. Soc. vbi supra.* 12

§. 4. *De exercitoria actione.*

Dominus mercium habet electionē, nam potest agere contra magistrū, vel dominum nauis, licèt præpositio certam legem det contrahentibus *l.* 1. *§. igitur præpositio, ff. de exercitoria.* Nihilominus, vbi merces sunt amissæ, vel deteriores redditæ culpa nautæ actionem dandam puto, & aduersus magistrum nauis, & dominum nauis, nam in potestate, ac manu conductoris erit aduersus quem velit experiri, vt enim ex quasi maleficio tenetur 13

tur exercitor propter dolum, vel furtum *vt in titul. ff nautæ caupon. & titul ff furti aduersus nautas, & in §. item exercitor. Inst. de obligat. quæ ex quasi delicto,* ita & pari modo ex culpa *Stracha de mercatura, titul. de nautis, vltim. part. fol.* 280. Nam exercitor, qui opera malorum hominium vtitur, culpæ reus est *l. 1. § familiæ. ff. de publican. l. si seruus, § Proculus. ff. ad l. Aquil.* Et similiter tenetur dominus nauis, si minus idoneos ministros in naui posuerit, *l. vtique §. culpæ, ff. de reiuendicat. leg. 1. § magistrum nauis. ff. de exercitoria,* notat *Strach vbi supra alia jura id allegans.*

SUMMARIUM.

1 Actiones pænales, quæ sint? & earum exempla.

2 *Actio ex albo corrupto, quomodo hodie practicetur.*

3 *Casus, quibus filius familias parentes suos in judicium vocare possit.*

4 *Filius incidit in pænam quinquaginta aureorum, qui citauerit patrem suum sine venia, tam de jure communi, quam Regio.*

CAP. VI. *De actionibus personalibus Prætorijs pænæ persecutorijs.*

PEr has actiones persequimur pænam
1 propter aliquod delictum, quia in eis rem non petimus, tamquam principale debitum, sed tanquam pænam; de quibus *in §. pænales Instituta actionibus.* Vbi earum tria exempla proponit Justinianus; scilicet de actione in factum ex albo corrupto, & de in jus vocando, & de actione in factum contra eos, qui in jus vocatos vi, aut fraude eximunt, & alia exempla ponit *glosa fin. ibi.* Actio autem ex albo
2 corrupto praticari potest hodie in eo, qui chartam edicti corruperit, vel mandauerit, *vt in leg. si quis id quod, ff. de jurisdictione omn. judicum,* vel deleuerit, aut interlineauerit, cotrolerit, siuè releuerit, *vt in lege qui tabulas, ff. ad legem Aquiliam, & in leg. si quid. ff. de falsis.* Quæ pæna applicatur parti, non fisco, secundum *glos. in dicta leg. si quis id, quod, receptam à Bart. ibi num. 3.* Actio vero de in jus vocando est contra vocantem in jus parentem, aut patronum sine venia, nam licet filius familias regulariter conuenire non possit parentes suos etiam cum venia, *vt in leg. lis nulla ff. de judic. & in l. fin. Cod. de in jus vocando.* Sunt tamen aliqui casus, in quibus filius benè potest eos in jus vocare, quos re- 3
censet *glos. in dicta leg. lis nulla, & glos. in cap. fin. verb. regulariter de judic. in 6. & probatur in leg. 2. & 3. titul. 2. part. 3 veluti super peculio castrensi, vel quasi Ordin. lib. 3. titul. 9. §.* 3. Dummodo in prædictis casibus filius prius à judice, petat veniam conueniendi suos parentes, secundum *glosam in § pænales Instituta de action.* quam veniam etiam filius emancipatus tenetur petere *Ordinat. lib. 3. tit. 9. §. 1. leg. 4. titul. 7. part. 3.* Et qui absque venia vocauerit in judicium parentes suos tam de jure communi, quam regio incidit in pænam quinquaginta aureorum, *leg. in eum ff. de in jus vocand. § fin. Instituta de pæna temerè litigunt, Ordin. lib. 3 titul. 9. §.* 1. Et ista actio pænalis intentari solet in
libello responsorio rei, à qua tamen pæna 4
filius liberari poterit ex pænitentia ante litem contestatam, vt in prædicta Ordin. vel si pater vocatus in termino coràm judice non comparuerit, aut si comparuerit, pænam non petierit *glos. in dicto § pænales verbo in jus vocasset, & ibi Iass. num. 85. per text. in leg. quanuis ff. de in jus vocando.* Actio vero, ne in jus vocati vi, aut fraude eximantur, datur in quantum actor jurauerit in litem sua interesse vocatum non venisse, *leg. 1. cum sequentibus ff. ne quis eum qui in jus vocatus,* quæ tamen actio cessabit si sine, vi aut dolo exemerit vocatum, vt notat *Minsinger. in dicto §. pænales num. 53. Institut. de action.* Igitur

tur in hoc libello, A. persequi potest pœnam. Nam quemadmodum ex contractu quis remanet obligatus, ita ex delicto *text. in princip. Instituta de obligation. quæ ex delicto nascuntur.*

SUMMARIUM.

1 *Actio præjudicialis quare sic dicatur.*

2 *Actio præjudicialis est illa, quæ præjudicat causæ inter actorem, & reum, & decidi non possit, donec quæstio status finiatur.*

3 *Pendente lite super filiatione, si filius fuerit in quasi possessione filiationis alendus erit à patre.*

CAP. VII. *De Actionibus præjudicialibus.*

1 Præjudiciales actiones dicuntur, quæ in cognitione alicujus causæ habent præcedere, si cum alijs concurrunt. Nam quanuis varijs modis actio præjudicialis dicatur, vt docet *Bar. in l. fundum, ff. de exceptionibus, & in l. sive contra §. 1. ff. de liberis agnoscend. & late Iass. in § præjudiciales Institut. de actionibus à numer.* 1. attamen in nostra specie actio præ-
2 judicialis dicitur, quando agitur de statu alicujus personæ, nuncupatur præjuditialis, quia præjudicat illis quæstionibus inter actorem, & reum, vt dicidi non possint, donec quæstio status finiatur, vt probatur in *toto titulo C. de Ord. cognition. & in cap. tuam extra eodem titulo.* Cujus rei exempla ponit *glos. in dicto §. præjudiciales,* veluti, quando quæritur, an quis sit filius nec ne? de quo agitur, *in titul. ff. de liber. agnoscend.* In qua actione requiritur, quod filius dicat se esse in quasi possessione filiationis, & in libello concludat, quod judex declaret eum legitimum filium, & à tali parente genitum, agnoscendumque esse à suo parente, nec in posterum perturbandum esse in suo jure. Et pendente 3
lite super filiatione, si filius fuerit in quasi possessione filiationis, per patrem alendus erit, alioquin per judicis officium alimenta petenda erunt, & cum causæ cognitione summaria præstanda vt docet *Bar. in leg. si neget ff. de liber. agnoscend. Minsinger. in dicto §. præjudiciales num. 29. Institut. de actionibus.*

SUMMARIUM.

1 *Venditor tenetur rem tradere cum omni suo emolumento, licet illud sit emolumentum fortunæ, & cum fructibus, quos percepit.*

2 *Res vendita transit in emptorem cum suis accessionibus, vt rota, per quam aqua trahitur, & vasa subterranea.*

3 *Venditor, si cælauit seruitutem, aut tributum, tenetur ad damna, & interesse.*

4 *Si res erat prohibita alienari, restituitur pretium.*

5 *Emptor potest expellere colonum rei sibi venditæ, quanuis in contractu locationis esset hypotheca.*

6 *Venditor hæreditatis non tenetur rerum singularium evictionem præstare.*

7 *Venditor hæreditatis tenetur de evictione, si tota hæreditas euincatur.*

8 *Si omnes res, quæ erant in hæreditate euincantur, tenetur venditor hæreditates de euictione.*

9 *Venditor tenetur ad interesse, in quo veniunt litis expensæ.*

10 *Venditor, quando non teneatur de evictione.*

11 *Qui vim, vel spolium committit, non potest alium nominare, vt ei assistat, vel defendat.*

12 *Secundus emptor non potest agere de euictione contra primum venditorem, nisi ei cessa sit actio de euictione à pri-*

à primo emptore.

13 *Propter vitium animi non redhibetur seruus, sed emptori competit actio quanto minoris, si venditor ignorabat vitium animi.*

14 *Si vitium est patens, & manifestum, & illud emptor cognouit cessat redhibitoria.*

15 *Venditor si dicat, quod vendicat cum omnibus vitijs, non sufficit, sed debet exponere vitium latens.*

16 *Testes, qui dicunt seruum esse morbosum præferuntur testibus, qui dicunt esse sanum, quanuis sint æquales in numero.*

17 *Ex breuitate mortis præsumitur animal fuisse morbosum.*

18 *Redhibitione facta, fiscus reddit gabellam.*

19 *Actio quanto minoris, in quibus casibus practicatur.*

20 *In emptione de retrouendendo cogitur emptor præcisé ad tradendum, nec liberatur soluendo interesse.*

Ibid. *Per stipulationem pœnalem non nouatur actio ex vendito ad reuendendum.*

21 *Venditor cum pacto de retro poterit agere contra tertium, cui emptor vendidit, & contra secundum emptorem vtili reiuendicatione.*

Ibid. *Res transit cum suo onere.*

22 *Pactum de retro cum modicitate pretij arguit contractum esse fœneratitium.*

23 *Bona fama, & consuetudo loci faciunt vt non præsumatur contractus fœneratitius.*

24 *Contractus cum redditu quinque pro centum non est vsurarius.*

25 *Res vendita cum pacto de retro minus valet.*

26 *In pacto de retro, si apponatur pactum de non redimendo intra certum tempus, præsumitur vsura.*

27 *Solitum fœnerari, quomodo articuletur, & probetur?*

28 *Venditio facta vi, vel motu dissoluetur, etiamsi juramento vallata sit.*

Ibid. *Metus, vel minæ non in genere, sed in specie articulandæ sunt.*

29 *Contractus principalis, cum non valet, nec aliæ clausulæ positæ ad ejus firmitatem valere debent.*

30 *Venditio dolo facta dissoluetur.*

Ibid. *Dolus, quando dicatur in venditione?*

31 *Dolus ex sequentibus præsumitur in venditione.*

32 *Dolus præsumitur ex personæ qualitate, veluti si est multum sagax, si contrahit cum minore, vel muliere.*

33 *In locatione datur etiam læsio vltra dimidium.*

34 *Fidejussor in locatione non tenetur de tempore prorogato.*

35 *In re duobus locata præfertur ille, cui prius facta fuerit locatio.*

36 *Conducens rem à fisco non potest expelli per ejus rei emptorem.*

37 *Inuecta, & illata sunt tacitè obligata pro pensione domus, vel fundi, quanuis bona sint venalia, & aliena.*

38 *Conductor non liberatur si de consensu domini locantis alij sublocauerit.*

39 *Locator potest expellere conductorem à domo, vel fundo, si pensionem non soluerit.*

40 *Conductor redditum regalium propter bellum, remissiones mercedis obtinere potest, etiamsi renuntiasset casus inopinatos.*

41 *Societas, quibus casibus transeat ad hæredes?*

42 *Prorogatio societatis non nocet fidejussori.*

43 *Societati intempestiuæ renuntiari non potest.*

44 *Priuilegia veri, & actualis depositi, non habent locum in deposito confessato.*

45 *In deposito confessato non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ.*

46 *In deposito confessato admittitur compen-*

pen-

pensatio, & reconuentio.

47 *Depositarius potest opponere exceptionem dominij.*

48 *Expensæ factæ in deposito erūt illius, qui deposuit inuito creditore, qui justam causam recipiendi pecuniam habuit.*

49 *Creditor habet justam causam recipiendi, si debitor totum pretium non consignauerit etiam in paruo defectu vnius numi.*

Ibid. Fraus, & dolus nemini patrocinari debet.

50 *Qui facit promissionem de mutuando, tenetur ad interesse.*

Ibid. Quando imminet necessitas ciuitatis, diuites compelluntur mutuare.

51 *Debitor non soluens mutum in tempore constituto, condemnatur in damno, & interesse, & non excusatur ex casu fortuito.*

Ibid. Pœna posita in contractu mutui præsumitur vsura in fraudem legis si mutuans solitus fuerat fænerari.

52 *Debitor, qui se obligauit restituere mutuum præfixo termino in tali loco, illud restituere debet secundum valorem temporis petitionis in judicio factæ, & loci, vbi petitur, & crescit æstimatio à tempore moræ, vsque ad executionem.*

53 *Debitor non tenetur mutuum restituere, si mutuans non erat dominus pecuniæ numeratæ.*

54 *Ecclesia, vel minor non tenetur de mutuo, nisi probetur illud fuisse versum in ejus vtilitatem.*

Ibid. Filius familijs non tenetur ex mutuo, nec ejus pater, vel fidejussor, & ibi [illegible]lentiæ.

55 *Ex commodato licite aliquid sperari potest, & in quo differat à precario?*

56 *Commodatarius, si misit rem commodatam cum familiari legali, & diligenti, non tenetur de ejus perditione.*

57 *Commodatarius potest excipere de necessarijs, & vtilibus expensis, & potest compensare.*

58 *Si mandaui, vt acciperes pecuniam sub cambijs, non poterit mandatarius recambiare, nisi constituens ita facere solebat.*

59 *Mandatarius, cui merces commissæ sunt ad transportandum ad alias regiones, liberatur ex naufragio, vel rapina pyratarum.*

Ibid. Testes de naufragio, etiamsi sint domestici probant.

60 *Si vnus ex correis soluit totum, cujus vtilitas ad alterum pertinebat habet contra illum actionem mandati.*

61 *Actio negotiorum gestorum datur cōtra gerentem nouum negotium absentis, quod ille non erat solitus facere pro ejus damna.*

62 *Damnum in vna re compensatur cum lucro in alia re.*

63 *Gestor in dubio præsumitur gerere negotium nomine proprio, & sua pecunia quærere.*

Ibid. Natura insitum est, vt charitas à se ipso incipiat.

64 *Qui per aliquos menses negotia alterius gerit, non præsumitur voluisse negotia illa tractare perpetuò.*

Ibid. Actus voluntarij non extenduntur plusquam viget ipsius actus necessitas.

65 *In partitis magnis non statur libro tutoris, sed tantum in paruis, quæ fuerint verosimilia.*

66 *Si tutor non ostenderit librum, juratur in litem.*

67 *Minor potest reuendicare à tutore rem, quam ipse emit de ejus pecunia.*

68 *Actus gestus à tutore præsumitur tutorio nomine gestus.*

69 *Si tutor reddidit rationes tutellæ, & de ea habuit quitationem, an ex aliquo agi possit contra ejus hæredes?*

Ibid. Paria sunt non reddere, vel eam insufficienter reddere.

70 *In actione partitionis hæreditatis, quomodo libellus concipiendus sit?*

71 *Melius, & vtilius est agere petitione hæreditatis, quam reiuendicatione.*

72 *Petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, quem acquisiuit Reus post mortem testatoris, non verò contra titulo possidentem ante obitum defuncti.*

73 *Hæres, si fuerit conjunctus cum alio, qui portionem suam non agnouerit, per jus accrescendi erit hæres in totum, nisi conjunctus habeat substitutum.*

74 *Pater tenetur dotare filium attenta quantitate bonorum, & numero filiorum.*

75 *Pater non tenetur dotare filiam diuitem, nec alere.*

76 *Fauore dotis stipulatio fingitur, sed non fingitur, vbi solum interuenit pollicitatio.*

77 *Pollicitatio facta piæ causæ efficaciter obligat.*

78 *Actio legis secundæ C. de rescindenda, habet locum etiam in transactione, & in venditione facta per procuratorem.*

79 *Actio ex l. 2. de rescind. habet etiam locum in nimia constitutione dotis.*

80 *Actio ex l. 2. non habet locum in locatione gabellarum.*

81 *Actio ex lege secunda competit genero pro læsione in æstimatione rerum dotalium.*

82 *Actio ex l. 2. quando datur contra tertium, & contra emptorem, quando res nõ est jam in ejus potestate.*

83 *Iudex debet inquirere de justo valore rei, etiam post conclusionem in causa.*

84 *Clausula illa, quod si plus valebat res, venditor emptori donauit pro benemeritis, & seruitijs, est parui effectus.*

85 *Si emptor dolo venditorem persuasit ad vendendum, venditio etiam infra dimidium rescinditur.*

Ibid. Mulieres facilius seducuntur minis, blanditijs, & pollicitationibus.

Ibid. Dolus præsumitur ex proposito, si quis mulieri persuasit aliquid facere aduersus ejus commodum.

86 *Venditio facta per procuratorem, quãuis læsionem sit infra dimidiam rescinditur, si læsio fuerit in sexta parte.*

87 *Læsio in 6. parte arbitramenti sufficit, vt illud non valeat.*

88 *Valor rei minuitur, vel augetur ex qualitate, & conditione rei.*

89 *Valor rei attenditur secundum tempus anterius, vel posterius, quando res vendita fuit.*

90 *Valor rei probatur ex instrumento vẽditionis ejusdem rei.*

91 *Valor rei probatur per inspectionem oculorum judicis.*

92 *Iustum pretium rei probatur per æstimatores electos.*

Ibid. Peritis magis creditur, quam testibus.

93 *Bona emphyteutica æstimanda sunt in 3. parte minus, quam æstimarentur, si essent libera.*

94 *Pretium augetur ratione dilatæ solutionis.*

95 *Læsio ænormissima, quæ dicatur?*

96 *Quilibet præsumitur scire valorem rei suæ, quam vendit.*

97 *Venditor ignorans pretium rei, si vilius eam vendidit, ita quod ænormis læsio sequeretur.*

Ibid. Error prætij debet articulari in libello à venditore, licet non probetur.

98 *Venditio cum decreto judicis, & causæ cognitione non rescinditur ex læsione vltra dimidium.*

99 *Valor æstimari debet secundum tempus contractus, vt legi secundæ de rescind. locus sit.*

Ibid. Fundus ciuitati propinquus carius æstimatur.

100 *Iusta rei æstimatio, quæ dicatur.*

101 *Non attenditur pretium, quod daret quilibet emptor, sed æstimatio communis.*

CAP.

CAP. VIII. *De Actionibus bonæ fidei.*

§. 1. *De Actione ex empto.*

1 VLtra ea, quæ dixi *in prima parte* circa istam actionem, quæ datur emptori contra venditorem ad rem tradendam, addo quod venditor tenetur eam tradere cum omni suo emolumento *l. 3. C. de periculo, & commodo rei vend.* etiam si sit commodum fortunæ *l. habitationem in princip. ff. eodem, & tradit Bal. in rubr. C. eodē ad fin.* & cum fructibus, quos venditor percepit. Nam perfecto contractu venditionis fructus pertinent ad emptorem *l. fructus, ff. de action. empt.*

2 Item cum suis accessionibus, quæ consueuerunt accedere ad ejus seruitium, vt tigna, etiam separata, quæ prius in opere domus stabant *l. lomes, l. labra ff. de action. empt. & venit etiam rota*, per quam aqua trahitur, *vt in l. qui fundum, §. fin. ff. de contrah. empt. l. 28 titul. 5. part. 5.* & cum alijs, ut sunt vasa sub terra posita, *l. fundi ff. de act empt. explicat Hermosilla in glos. 5. l. 15. tit. 5. part. 5.* Reus excipere potest de pretio non soluto, *Ramon. cons. 7. numer. 30.*

3 Rescinditur tamen venditio ex multis, veluti si venditor cælauit servitutem, & tributum, vel censum *l. 1. §. 1. de action. empt. l. & si sterilis, §. 1. ff. eodem, & l. si minor. C. eodem l. 63. tit. 5. part. 5. Giurba. decis. 113.* Erit autem in electione emptoris, si velit stare emptioni, & agere ad damna, & interesse, vt in dictis juribus, vel etiam eam dissolvere, ut tradit *Gregor. in dicta l. 63. verb. des fazer.*

4 Item per hanc actionem rescinditur, venditio, & pretium emptori restituitur, si res erat prohibita alienari per testatorem cum causa, vel respectu familiæ, juxta *text. & ibi tradita in l. 44. titul. 5. part. 5. l. filius familias, §. divi, ff. de leg. 1. vbi notant DD. & in l. pater filium, §. Iulius Aggrippa, & l. Lucius, ff. de leg. 2.*

Item per hanc actionem potest emptor expellere colonum, *l. emptorem, C. locati, l. 19. titul. 8. part. 5.* refert plures, *glos. in Ord. lib. 4. titul. 9.* Quanvis de contractu locationis fieret instrumentum, in quo esset apposita hypotheca bonorum, dummodo colono satisfiat cum pœna, & interesse *Bar. in dicta l. emptorem. & l. qui fundum, ff. eodem*, & ita per plura disputando consuluit *Roland. cons. 6. vol. 1.* & in fortioribus terminis dicit decisum fuisse *Carpan. decis. 399. sub titul. de re locata, Gam. decis. 243. Barb. in l. filio, §. fin. num. 31. ff. solut. matrimon.* quicquid alij aliud teneant, quos refert *glos. in Ord. supra allegata in princip. num. 12.* 5

§. 2. *De Euictione.*

QVanuis in venditione hæreditatis omnes res singulares veniant *l. 2. in princ. de hæred. vel action. vend. l. si quis cum totum 7. vers. pen. de exception. rei judic.* Nam, & hujusmodi res etiam si alienæ sint in petitione hæreditatis veniunt *l. 21. de petit. hæred. l. si de eo §. si forte de acquir. possessione. Iass. in §. actionum, num. 272. de action. Gom. in l. 45. Taur. numer. 157.* Tamen venditor hæreditatis non tenetur rerum singularium evictionem præstare; *l. 34. titul. 5. part. 5. vbi Hermosilla additionator in glos. 1. & 2. Gom. in 2. tom. cap. 2. num. 43.* Et ratio est quia, ut valeat hæreditatis venditio sufficit hæreditatem esse, quanta vero sit non refert, *l. cum hæreditatem 7. l. filij 14. vers. 1. de hæredit. vel action. vend.* Vnde si tota hæreditas euincatur, ita vt emptor hæres non remaneret, tenebitur venditor de evictione, *l. si nulla de hæred. vel action. vēd.* vel quia omnes res, quæ in hæreditate reperiũtur, sint evictæ, *gl. in l. 1. verbo in singulis, C. de euict.* & in hoc casu dabitur repetitio pretij, tanquam causa non secuta 6 7

propter quam illud datum fuit, *argument. l. 1. de condict. ob causam. facit text. in di-*
8 *cta l. cum hæreditate.* Contrarium tamen tenent *Bal. & Angel. in dicta l. 1. C. de euiction.* Nam hæreditas in solo jure succedendi, & repræsentandi personam defuncti consistit, *l. hæreditas, ff. acquir. rerum dominio.* & ideo euictis omnibus corporibus, quæ in hæreditate reperiuntur, adhuc est hæreditas, & ejus potest consistere venditio, *Bar. in rubr. num. 2. de acq. hæreditate Paul. & Angel. in l. hæreditatis de petit. hæred. Iaß. in leg. Cornelia, n 5. de vulgar. Alciatus, in l. 119. de verb. signifi.*

Dixi *in prima parte*, quod emptor pe-
9 tet in libello æstimationem rei venditæ cum suo interesse, & sumptibus, datur enim actio ad interesse, *l. empt. 21. C. de euiction. l. venditor 8. l. si in venditione 60. l. si cum venditor 66. ff. eodem,* in quo interesse necessario veniunt litis expensæ *glos. in l. 1. C. de euict.* Sed si res non sit euicta, eo quod emptor obtinuit. *Accurs. in dicta l. 1. verb. sumptuum* docet, venditorem non teneri, *& in l. si status, verb. non posse, C. eodem, l. venditores de verbor.* Cujus sententiam dicit receptam *Fulgos. in dict. l. 1. num. 1. Zatius in dicta l. venditores.* Contrarium tamen tenuit *Bar. in dicta l. venditores,* testantur communem plures, quos refert, & sequitur, *Gomes. 2. tom. cap. 2. numer. 47. Gregor. in l. 42. titul. 3. verb. los daños part. 5.* tenetur enim venditor emptorem defendere, *l. 74. §. Mota ff. de euictionibus, l. qui absentem de procurat.* explicat *Couar. pract. cap. 13. num. 2. & cap. 15. num. 4.* tenetur enim venditor assistere ad effectum instruendi causam testibus, & instrumentis, *l. si parentes cum l. sequenti, l cum successus, C. de euict.*

Cæterum euictio cessat, quando res non
10 ideo euincitur, quod non sit venditoris, sed jure speciali, non tenetur venditor emptorem defendere per notata *in l. minor in princip. ff. de euict.* vel quando res euincitur ex persona emptoris, non venditoris, propterea non tenetur venditor de euictione, *argument. l. si per imprudentiam,* & ibi notatur, *& l. hoc jure, cum l. sequenti, & l. si seruum, & l. si fundum, & l. mancipium ff. de euict.* Quia etsi ex persona vtriusque res euincatur, non debetur, euictio, *l. sed & si, & ibi not. eodem titul.* vel si emptor fundum alienum sciens comparauit. Neque enim is de euictione aget, nisi expresse de euictione sibi prouiderit, *l. si fundum, C. de euict.* vel si res euincatur ex natura negotij, siue rei, non dabitur euictio, sed sibi debet imputare, qui sic contraxit, *glos. notab. in l. si familiæ, & ibi Bar. C. familiercisc und. Tyraq. de retract. linagier. §. 1. glos. 9. num. 34. & sequenti.* Denique si emptor sua culpa cadat à possesione, non potest agere de euictione, *Hermosilla in glos. 4. & 5. vbi supra,* vel si fuerit cõtumax tempore sententiæ, idem *in gl. 7.* vel si facto Principis res euincatur, *Hermosilla glos. 2. 3. & 4. titul. 37. part. 5.* Nec etiam minor obligari potest de euictione per curatorem vltra vires hæreditarias *Thesaur. lib. 3. quæstion. 15. Hermosilla in l. 32. tit. 5. part. 5. num. 49.*

Item in causa violentiæ non datur eui- 11
ctio, nec enim qui vim, vel spolium commisit, potest alterum nominare in judicio *Gama decis. 259. numer. 2. Valasc. de jure emphyteu. quæst. 18. num. 24. Gregor. l. 29. titul. 2. part. 3. Menoch. remed. 15. recup. n. 485. & remed. 16. num. 65. Hermosilla, vbi supra.*

Item secundo, emptor non potest age- 12
re de euictione contra primum venditorem, nisi ei cessa sit actio de euictione à primò emptore *Giurba decis. 71. num. 5.* In reliquis me remitto ad ea, quæ scripsit latè, & nouissimè Gusmanus peritissimus aduocatus in Curia Madrid, qui tractatum edidit de euictionibus.

§. 3. *De actione Redhibitoria.*

Dixi *in prima parte*, quod propter 13
vitia animi non redhibetur seruus, sed emptori competit actio quanto minoris

minoris *l. ob quæ vitia ibi animo ff. de ædilit. edict.* Hoc tamen intellige, quando venditor ignorabat vitium animi, nam si sciens tacuit, omnis actio degenerat, & ideo potest venditor conueniri, vt pretium reddat cum damnis, & rem accipiat *Bal. in l. 1. C. de ædilit. action. col. 4. tradit Gregor. in l. 6. 64. titul. 5. part. 3.*

14 Dixi etiam, quod si vitium, erat patens, & manifestum, & illud emptor cognouit, cessat redhibitoria, *l. 1. § si intelligatur, ff. de ædilit. ædict. Mascard. concl. 615. num. 8. & 9.* Quod tamen si emptor supinè ignorauit, venditor autem sciuit *Bal.* tenet, quod adhuc teneatur venditor *in l. 1. col. 2. in princip. C. de ædilit. action. post glos. ibi.* Contrarium tamen tenet *ibi Cyn. sequitur Abb. in cap. injustum. in fin. de rerum permutat.* Quia dolus venditoris præpodderare debet culpæ emptoris, vt *in l. si obstetrix, ff. ad legem Aquil.* & hoc dicit esse verius, & æquius *Gregor. in l. 66. glos. 1. titul. 5. part. 5. cui adde glos. in l. quæritur. § si venditor. ff. de ædilit. ædict. & quod notat. Ioannes Andr. in addit. ad Speculat. in rubricas de empt. & vendit. vers. ponit autem. tenet Surd. decis. 146. num. 23.*

Item dixi, quod etsi venditor dicat se
15 vendere cum omnibus vitijs non sufficit, sed debet exponere vitium latens, nam si venditor sciuit vitium, & non expresit, non juuare *argument. l. tenetur in fin. & l. quæro. ff. de action. empt. tenet Abb. in cap injustum. vers. sed de rerum permutat. Cabalin. de euict. cap. 1. & 2. Menoch. de arbitr. casu 150. num. 5.* Et idem erit si fraudulenter vitium vna cum alijs, quæ non erant in re, dixit *argument. text. in l. quæritur, § si venditor, ff. de ædilit. ædict. Abb. vbi supra, Gregorius.* qui alios refert *in dicta l. 66. verb. (em voltas) Viuius communium lib. 4. tit. 5. num. 45. Gom. 2. tom. variar. cap. 2. num. 49. Surd. decis. 146. num. 9. Peres, tit. 7. lib. 5. Ord. Greg. in l. 45. verb. Porque. titul. 18. part. 3.* Et quanuis pro-
16 batio, sit æqualis, præferuntur testes, qui dicunt seruum esse morbosum *Cæpolla in l. quæro, § fin. ff. de ædilit. ædict. Cotta in memorabil. verbo actio redhibitoria, Gregor. in l. 40. verbo (iguales) titul. 16. part. 3. Nicellum in concordat, glos. 26.* Et ex 17
breuitate mortis præsumitur animal fuisse morbosum *Gomes de Leon in sua centuria decis. 40. num. 2. Mascard concl. 92.* Sed
an redhibitione facta debeat fiscus reddere gabellam? vide *Bal, in l prædium col. 2. C. de ædilit. action.* 18

§. 4. *De actione quanto minoris.*

Hanc actionem in multis casibus practicari vidi, nam si quis emat merces inclusas in dolio, aut cista, vel aliquo fardolo; quæ in ejus principio erant bonæ, postea vero in fine apparuerunt non esse illas ejusdem bonitatis, quia erant falsó fabricatæ, vel maculatæ, nominantur arbitratores ab vtraque parte, & quod per illos æstimatum fuerit minoris valore, tantundem restituentur, & res semper remanebit penes emptorem *Gabriel Pereira decis. 74. num. 20. Gomes 2. tom. variar. cap. 2. num. 46.* Idem judicatum fuit in fundo oliuarum dato in dotem Valentino Brandão, qui postea apparuit illum esse emphyteusi, vel censui subjectum, & ideo minus valere anno 1637. 19

§. 5. *De Actione ex vendito.*

Si fuerit pactum de retrouendẽdo, vel de reddendo per hanc actionem cogetur emptor præcisé ad tradendam rem, neque liberabitur soluendo interesse *Bar. in l. si fidejussor. § fin. ff. de legat. 1. Soc. cons. 253. vol. 2.* Quod procedit, etiam si in contractu poneretur pæna quia adhuc, si venditor nolit agere ad pænam, sed, vt res vendita sibi reddatur ex pacto, quod posset; & ita est dicendum, quia per stipulationem pænalem non nouatur actio ex vendito ad reuendendum, & poterit venditor eligere, quam velit *text. in l. prædia,* 20

21 *dia,ff.de act.empt*. Quod si emptor vendidit rem alij, poterit venditor vtili rei vendicatione agere contra secundum emptorem *argument.text.in l.si cum venderet,ff. de pign. action.* per quem ita tenet *Paul. de Castr.& per l. lex vectigali. ff. de pign.* & defendit *Gregor.in l.41.titul.5.part.5. verbo.(El comprador)* quicquid alij aliud teneant, quos glosa ibi refert, & idem tenet *Fabian. de Monte tract. de empt. & vendit.2.quæst.7. quæst.principal.* Nam res transit cum suo onere *l. is cui opus, vbi Iass. num.6.ff.noui oper.nuntiat. Tyraq. de retract.linagier.§.1.glos.9.num.10.Cabed. decis.52.nu.1.part.2.Cald. de extinct. emphyteus.cap.7.num.33.* Et idem dicendum est in pacto de in die in adjectione *l. eum qui. § melior,& l.necesse,ff.de judicem adject.* In quo tamen semper præferetur primus emptor, si tantundem offerat, vt *per Gregor. per text.ibi in l.4.titul.5.part. 5.glos.1.*

22 Item per hanc actionem dissoluet venditor venditionem cum pacto de retro, si dicat illum fuisse vsurarium, nam licet pactum de retrouendendo sit licitum, tamen quando cum eo pacto est modicitas, vel injustitia pretij, arguit contractum fæneratitium, *Afflict.decis.65.& 339.* vbi refert sacrum consilium ita votasse, & plures citat. *Valasc.cons.96.* Et erit in justitia pretij, si quartam partem excedat, secundum *Afflict.decis.40.num.19. Veronensis de simulatione contract.in 6.casu.* Præsertim si emptor sit solitus fænerari, vt præter antiquos tradit *Cornazan,decis.41. Gam.decis.138.chircuius tom.1.commu.lib.4.titul.5.de obligat.nu.36. Mozi. de contract. titul.ex quibus causis annulletur emptio num.31.Achiles cons.36.num. 82. Fachineus lib.2.controuers.cap. 12. Gaspar Roderic.de annuis redditibus,lib. 2. quæst.3. n.8.Gratian.discept.forens.cap.258. nu.1. Valasc.cons.70.num.3.& 9.Cald.in l.si curatorem verb.sua facilitate,num. 58.*

23 Sed huic actioni contrariare potest emptor de bona fama, & ex consuetudine loci,& patriæ, vbi tales contractus fiunt, quia illa consuetudo excusat à pæna in foro temporali *glos.notabilis in cap. denique 4.distinctione.Iass.in l.3.§.jurari, col.pen. de jur.jur.nam Bal.in l.1.in 6.col.3.quæst. C.de ijs,quæ pænæ nom.* inquit quod emẽs pro mille cum reddditu quinque pro centenario annuatim non esse vsurarium contractum, si in regione illa contractus prædictus frequentatur, & inter bonos seruabatur, sequitur *Iass.cons.153.colum.5.in principio Crauet.cons.6. num.* 103. & sanè,quo ad modicitatem pretij, res vendita cum illo pacto minus valet, notabiliter 25
Abb.in cap.in aliquibus,2.notabil.de decimis Cagnol.in l.2.C.de pact.inter,num.16. & quæst.36. Couar.lib.3. variar.cap.10. nu.1.Tyraquel.de retract. conuent. in præfat.num.20. A priori tamen sententia nõ 26
est discedendum in praxi, præsertim si fuerit pactum de non redimendo reddita intra certum tempus pecunia, *Peres in l. 1. titul.2.lib.8.Ordin.pag.41.Azeued.l.4. num.35.& sequenti titul.6.lib.8. Recopil. Geminian de vsuris commento primo, §.1 numer.40. Felician.de censibus,lib.1.& 7. num.7.Mantica de tacitis libr.4.titul.20 num. 33. Castillo, qui plures refert, lib.1. quotidian.quæst.cap.25. num.9.*

Dixi quod emptor sit solitus fænerari, 27
quod articulari debet eo modo, quo tradit *Menoch.lib.3. de præsumpt.quæst.122.nu. 29.& 105.Mantic.vbi sup.lib.8. titul.20. num.34.Cald.de resolut.emphyteut.cap.15. num.27.Valasc.consult. 56. num.2.* vbi dicit, quod sufficit, si vna vice tantum fænerauerit, qui emptor condemnabitur in fructibus, *vt per Soto de justit. & jur. lib. 6.quæst.1.articul.4. Couar. lib. 4. variar. cap.3.num.6.Pater Molin.de just. tract.2. disputat.326.num.4 Cald.quæst. forens.ad l.vnic.C.ex delict.defunctor. 4. part. num. 6.tradit Gratian.quæstion.forens. cap. 26. numer.20. cum sequentibus.*

Dissolvetur etiam venditio, si illa fuerit 28
facta vi, vel metu, *l. 1.C.de rescind. l.si vi, vel metu, l.si per vim,C.de ijs, quæ vi, metusue*

tusue causa fiunt, tradit *Cabreros lib. 2. de metu cap. 11. num. 63. Ramonius, cons. 66.* & metus, vel minæ non in genere, sed in specie articulanda sunt *Ramon consil. 21.*
29 etiam si juramento vallata sit, quia cum non valet principalis contractus, non debent valere omnes aliæ clausulæ positæ ad ejus firmitatem *l. non dubium, C. de legibus, l. cum principalis, ff. de reg. jur. l. Seius & augerius ff. ad l. falcid.* & sic petita absolutione potest rescindi, *Gregor. in l. fin. titul. 11. part. 3. Paul. de Castr. in auth. sacramenta puberum, col. 1. in fin. C. si aduersus venditionem.*

30 Dissoluetur etiam, si dolo fuerit facta venditio *l. si dolo, C. de rescind. l. 57. titul. 5. part. 5.* dicetur autem dolo facta venditio, si quis dolosis persuasionibus induxit alium ad vendendam rem, quam aliàs ei non esset venditurus, vt in *dicta l. 47. ibi (enganosas palauras)* vbi ita declarat *Hermosilla glos. 1. numer. 28. Cardosus in praxi verb. contractus num. 18.* Præsumitur do-
31 lus in venditione, si quis dicit plura de re, eam vituperando, *glos. in l. si voluntate, C. de rescind. vend. Mascard. concl. 532. nu. 111.* vbi dicit, quod si emptor sciebat valorem rei, seu bonitatem, quam ignorabat venditor, esse in dolo, si emat rem ab illo *Scacia de comercijs §. 1. quæstion. part. 2. ampliat 10. nu. 13.* Et præsumitur ex persuationibus, quando alium persuasit, vt aliquid faceret, qui quidem dolus dicitur ex proposito *l. cum quis, & ibi Bar. ff. de dolo, glos. 1 in l. apud Celsum, C. de doli mali except. Roland. cons. 57. numer. 7. Masc. concl. 53. nu. 39. vbi plura refert Farinac. de pæn. tempor. quæst. 89. num. 107.* vbi tenet dolum ex falsa persuasione resultantẽ dici dolum verum.

32 Item præsumitur dolus ex personæ, qualitate, veluti si est multum sagax, & contrahit cum pupillo, minore, vel muliere, vel simili persona, quorum fragile est judicium *Crauet. cons. 282. numer. 2. Bal. cons. 312. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 10. Hieronym. Leo decis. 9. num. 8.* vbi ponit exempla.

§. 6. *De actione locati, & conducti.*

IN hac actione potest reus excipere ex *l. 2. C. de rescind.* quæ etiam habet lo- 33
cum in locatione *Ordin. lib. 4. titul. 13. §. 6. Pinel hic. 1. part. cap. 1. num. 17. Menchac. frequentium cap. 61 nu. 12. Gratian. discept. forens. cap. 185. Ceuallos commun. quæst. 535. num. 26. Gutier. practicarum lib. 2. quæst. 138. Bellacomba tom. 1. comm. lib. 4. titul. 30. num. 58.*

Item per hanc actionem procedi potest 34
aduersus fidejussorem, qui tamen non tenebitur de tempore prorogato, *l. item quæritur. § qui impleto ff. locati tradit Carros. de locato 3. part. titul de fidejussoribus, Anton. Gabriel lib. 3. commun. titul. de fidejussoribus, concl. 3. Mascard. qui neminem allegat. concl. 1246. num. 15. Camillus Borrel. decis. 11. num. 19. Tyraquel. de retract. conuent. §. 1 glos. 7. num. 32. Alex. Raudensis decis. 4. numer. 63. Gratian. discept. forens. cap. 68. num. 38. Anton. Faber in Codice. titul. de fidejussoribus diffinitione 25. Didac. de Brito, 1. part. rubr. de locato, § 3 num. 53.*

Item, si duobus res locata fuerit, præ- 35
feretur ille, cui prius facta fuerit locatio, *Couar. lib. 2. variar. cap. 19. nu. 8. Gregor. in l. 50. verbo, dos vezes, titul. 5. part. 5. Bellacomba titul. 1. commun. lib. 4. titul. 26. num. 131. Gama decis. 130. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 14. numer. 7. Pat. Rebello de obligat. justitiæ part. 2. lib. 7. cap. 8. n. 17. Aloys Ric. collectan. 439. Marta in votis, voto 25. num. 13. Didac. de Brito, 2. par. rubr. §. 1. de locat. Giurba decisio. 59. n. 6. qui optime distinguit.*

Item conducens rem à fisco, non po- 36
test expelli per ejus rei emptorem *Couar. lib. 2. variar. cap. 15. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 68. C. de bonis mater Surd. cons. 331. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 29. num. 28. Cald. de empt. cap. 26. num. 38.*

Item inuecta, & illata sunt tacitè obli- 37
gata

gata pro pensione domus, vel fundi, *l. item quia, ff. de pactis*, *§. item Seruiana de action. l. 5. tit. 8. part. 2.* tradit *Donat. à Finibus tom. 1. commun. lib. 4. titul. 43. num. 34. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 20. num. 17.* explicat *Gabriel Pereira decis. 127. Phœbus 2. tom. decis. 22.* quanuis bona sint vænalia secundum *Menchac. vsu frequentium cap. 16. Ceuallos commun. quæstion. 780.* imo licet sit aliena, quia domino patiente censentur esse obligata pro pensione, *glos. verbo nam ea quoque, in l. certi juris, C. locati, Neguzant. de pign. 2. part. membr. 4. num. 152. Gratian. discept. forens. cap. 68. nu. 11. & 16. Ceuallos commun quæst. 202. à nu. 7.* distinguit *Afflict. decis. 184.* & in distincte tenet *Morla in emporio jur. 1. part. titul. 10. dolocat, quæst. 4. num. 8. Menchac lib. 3. de succession. progress. cap. 56 num. 11.* nisi illa bona fuerint posita in domo ex deposito, vel pignore, vel nisi fuissent data, veluti sutori ad aliquid fabricandum in eis, *glos. in Ord. lib. 4 tit. 23. ad fin.*

38 Item non liberatur conductor, qui de consensu domini locantis sublocauit domum conductam *Marian. Nouar. in quæstionibus forens. 1. part. quæst. 64.* vbi dicit ita fuisse judicatum.

39 Item locator potest expellere conductorem à domo, vel fundo, si pensionem non soluerit *Valasc. de jur. emphyt. quæst. 22. num. 8. Seraphinus de priuileg. juram. priuileg. 13. n. 20. Lud. Rodolphinus concl. 1. num. 4. Aldouin. cons. 69. nu. 39. Carroscius de locat. 4. part. tit. de recusat. quæst. 14. ex num. 16.*

40 Item conductor redditaum Regalium propter bellum, remissionem mercedis obtinere potest *Bar. in l. Cottem ferro, §. qui maximos, ff. de publican. Menoch. cõs. 27. num. 26.* etiam si renuntiasset casus inopinatos *Valasc. de jure emphyteut. cap. 27. numer. 3. Bocias in titul. de remissione mercedis, num. 66. Mohedan. decis. 5. de locato Ægidius in l. ex hoc jure, cap. 9. nu. 69.* debet enim fieri renuntiatio casuum fortuitorum in specie *Cabreros, libr. 2. de metu cap. 32. num. 37.* Quod notandum est, quia quotidie contigit in praxi.

§. 7. *De actione pro socio.*

Societate finita datur hæc actio, finitur 41
autem, si vnus ex pluribus socijs moriatur naturaliter, aut ciuiliter, *l. actione, §. societas solvitur, ff. pro socio l. 1. titul. 10. part. 5. l. adeo, & l. nemo, & l. hæres socij ff. eodem,* tradit *Seraph. de priuileg. juramen. priuileg. 58. Surd. cons. 20. num. 3. & 4. Gratian. discept. forens. cap. 276.* Nec enim transit societas ad hæredem, *l. furti, §. fin. ff. de ijs, qui notantur infam.* neque valet pactum, vt transeat *Ordin. lib. 4. titul. 4.* nisi contracta sit societas sibi, & hæredibus juramento hinc inde apposito, vt per *Sosiam in repetitione, §. actionum, cap. 4. part. 4. nu. 55. & sequenti,* vel nisi testator præcipiat in testamento hæredi, vt ad certum tempus perseueret in societate *Bal. in l. 4. ff. de condict. indeb, 2. notab. Dec. cons. 441* vel quando societas coita est super vectigalibus Regijs, *l. verũ in hæredem, ff. pro socio, Valasc. cons. 63. num. 5. Matien. l. 2. glos. 1. nu. 18. titul. 9. lib. 5. recopil* vel quia hæredes non contradicunt, tunc videntur eam renouare. *l. planè 37. ff. pro socio, Bar. in l. si id quod §. si seruus ff. eodem Menoch. cons. 122. ex num. 50. Valasc. cons. 34.* sed
ista prorogatio in nihilo nocet fidejussori, 42
l. cum hermes, C. locati, Tiraq. de retract. tom. 2. §. glos. 7. numer. 32. Menoch. cons. 120. num. 29. & lib. 3. de præsumpt. quæst. 85. num. 54.

Item societati intempestiuè renuntiari 43
non potest *leg. actione, §. 1. vers. labeo, ff. pro socio, Mascard. conclus. 1311. num. 7. Barbos. in rubr. 2. part. ff. solut. matrimon. numer. 52. Pater Molin. de justit. tract. 2. disput. 414. num. 14.*

(:/:)

§. 8. *De*

§. 8. *De Actione depositi.*

44 Actio ista datur etiam pro deposito confessato, nam quamuis priuilegium veri,& actualis depositi non habeat locum in deposito confessato, vt post *Bald.* & alios tradit *Tyraq. titul. 2 de retract.* §.4 *glos.*6 *ex num.*8.*Socin.cons.*143. *col.pen.lib.*1. tamen priuilegium, de quo *in l.si hominem*,§. *quoties, cum l. sequenti ff.depositi*, competit etiam deposito, quod fuit consumptum, & per consequens, vbi fuit translatum dominium, quod etiam voluit *Angel.in* §.*praterea*, *Instit. quibus mod.re contrah.obligatio*,vbi dicit, quod si deposui penes camplorem centum numerata, quibusque vtatur, quod licet sit translatum dominium in depositarium, tamen est depositum *l.dies sponsaliorum*,& *l.Mutius*,*l.*1.*ff.depositi.* Et inde est, vt in de-
45 posito confessionato non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ *per l.in contractibus*.§.1.*C.de non num.pecun.Iass.*& *Curt.Iun.in l.*2.*ff.si cert.petat.Roland. à Vale Cons.*17.*lib.*1. *addo Molin. de justit. tract.*2.*disput.*302.*n.*6.*Barbos. in l. hæres absens*.§.*proinde*,*num.*18 *ff.de judic. Hermosilla glos.*5.*l.*5.*titul.*3.*part.*5. Et secúdum eam decisum à Senatu dicit *Phæbus decis.*186.

Cæterum in deposito confessionato ad-
46 mittitur compensatio,*glos.in dicta l.* 5.*tit.* 3.*part.*5. *Chircouius, tom.*1. *commun.lib.* 4.*tit.*23.*de deposito num.*14.*Barbos.in l.diuortio*,§.*ob donationes nu.*14.*ff.solut. matrimon.Gratian.forens.cap.*223.*numer.*11 *sentit Mascard.concl.* 520.*num.*7. Et similiter admittetur reconuentio *Barbos.ad Collectan.cap.fin.numer.*6. *de deposito*, *declarat Alexand. Trintacinq. variar. resolut. libr.*2.*titul. de mut. petit.resolut.*1.*numer.*15.

Imò depositarius veri depositi poterit
47 apponere exceptionem dominij *glos.*2. *in l.*12.*titul.*10.*part.*7.*Barbos.in l.si alienam à num.*23.*vbi distinguit ff.solut. matrim.* aliàs depositarius nihil potest allegare contra depositi exhibitionem, & traditionem, *regul.si is qui*,*C.deposit*,*cap.*1.*eodem titul.* nec vlla compensatione auditur, *Phæbus sibi contrarius*, *decis.* 89.

Item expensæ factæ in deposito, erunt 48
illius, qui deposuit inuito creditore, qui justam causam recusandi,& recipiendi pecuniam habuit, vt ex *Bar. tradunt Bocasius de censibus*,*part.*2.*nu.*116. *Intrigol. eodem tit.quæst.*71. *Ludouiceus eodem tract lib.*3.*cap.*1.*quæst.*3.*articul.*9.*nu.*63. *Hermosilla*,*glos.*4.*l.*2.*titul.*3.*part.*5. Erit autem justa causa recusandi,si debitor totum 49
pretium non consignauerit, etiam in paruo defectu numi vnius, ex ijs, quæ tradit *Tyraq.de retract. conuent.*§.4 *glos.*6.*num.* 31.*adde l.creditrici*,& *l.acceptam*,*ff.de vsuris*,vel quia creditori prius non fuit facta notificatio, nec illa redacta in actis, *Tyraq.de retract linag.*§.36.*glos.*2.*num.*26. & 43. vel si dolosé debitum deposuit, nam fraus, & dolus nemini patrocinari debet, *l.nec ex dolo*, *ff. de dolo*,*l.ita demum. ff.de arbitr.*

De actione mutui.

In primis quamuis nemo compelli pos- 50
sit ad mutuandum, tamen si quis fecit promissionem de mutuando, tenebitur ad interesse *l.si pœnam*, *ff. de verb. oblig. Bar.in l.si fidejussor. creditori quæst. pen. ff.de fidejuss.* Vel quando immineret necessitas ciuitatis. Nam possunt compelli ditiores mutuare. *Guillerm. de Cuno*, *in l.neminem*,*C.Sacrosanct.Eccles. Gregor. in rubr. tit.*1.*part.*5.

Item reus obligatus ex mutuo, si non 51
soluerit in tempore constituto, condemnatur in interesse *l.vltim. titul.*1.*part.*5. & in pæna posita in contractu, nisi mutuans sit solitus fænerari, quia tunc præsumitur pæna adjecta in fraudem vsurarum *l.cum allegas*,*C.de vsuris*,*l.fin.tit.*11.*part.* 5.*resoluit Greg.in l.vit.tit.*1.*part.*5. *verb. aquella pena.* Præterea, quia si debitor se 52
obli-

obligauit restituere mutuum præfixo termino in tali loco, illud restituere debet secundum valorem temporis petitionis in judicio factæ, & loci, vbi petitur, *l. datio §. si per venditorem, ff. de act. empt. glos. fin. in l. vinum ff. si cert. pet.* & crescit æstimatio à tempore moræ, vsque ad sententiam, & executionem, facit *text. in l. fin. ff. de triticar:* Cæterum si esset petitio extrajudicialiter, tunc esset in mora, & à tempore moræ, crescit æstimatio, vt tenent communiter DD. *in dicta l. vinum, Greg. in l. 8. titul. 1. part. 5. verb. en juizio*, vt est expressum in contractibus bonæ fidei, *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff de action. empti.*

53 Sed reus aduersus hanc actionem objicere potest, quod mutuans non fuit dominus pecuniæ numeratæ, nam in hoc casu non tenetur restituere, sed doli exceptione repelletur, præsertim si domnius pecuniæ eam ante consumptionem reiuendicaret, ita colligitur *ex Bar. in l. nam et si furt.* 13. *ff. si cert. petat.* cum quo DD. communiter transeunt secundum *Greg. in l. 1. verb. el señorio, titul. 1. part. 5. vbi additionator Gaspar de Hermosilla.* alios auctores nouiores adjungit *in glos.* 2. Replicari autem potest, quod postea superuenit dominium, quo casu mutuum reconciliatur, idem Additionator *glos. 1. l. 2. titul. 1. part. 5. numer.* 18.

54 Item Ecclesia, vel minor non tenentur de mutuo, nisi probetur fuisse mutuum conuersum in eorum vtilitatem *l. 3. vbi gl. titul. 1. part. 5.* nec etiam pater tenetur soluere mutuum filijs in ejus potestate cõstitutis, nec ipsi filij, aut eorum fidejussores tenentur *Mozz. de contractibus tract. de mutuo, tit. quomodo resoluatur à num.* 14. *Pater Molina de justitia tract. 2. disput.* 301. *Ceuallos commun. quæst.* 76. Nisi negauerit se filium familias, vel nisi exerceat publicum officium, vel mercantiam, aut arteficium, vel militiam, tunc tenetur mutuo, vt pater familias *leg. 1. ff. de Macedon. Strach. de mercatura, 3. part. in fin. Mantica de tacitis lib. 8. tit. 7. num.* 19. *l. 4. tit. 1. vbi Gregor. par. 5.*

§. 10. *De actione commodati.*

Vltra alias differentias, quæ sunt cõmuniter inter mutuum, & commodatum, illa etiam adjicitur, quod in contractu mutui nihil debemus sperare, quia alias esset vsura, quæ est prohibita, ex commodato autem licitè aliquid sperari potest, secundum *Bal. in l. singularia ad fin. prima lect. ff. si cert. pet. Gregor. in l. 2. titul. 2. part. 5. Anton. Gom. 2. tom. cap. 7. Ioan. Martins da Costa in addit. ad tract. libellorum annot. 11. num. 2. Mantic. de tacitis, lib. 9. titul. 1.* Distinguitur à præcario, quia illud non datur ad certum vsum, vt est in commodato, vt notauit *glos. & Bar. in l. in commodato, §. sicut ff. commodat. Couar. lib. 3. cap. 15. num. 7. Mantica, vbi supra, Rebuf. tract. except. num.* 820. Reus vero se defendere potest ex casu fortuito. *glos. in Ord. lib. 4. titul. 53. §. nu. 1. cum sequentibus. Gregor. in l. 3. titul. 2. part. 5.* vbi ponit plura exempla de casibus fortuitis *Hermosilla in glos. 6. l. 9. tit. 2. part. 5.* 55 56

Secundo potest excipere, quod ille misit rem commodatam cum familiari, quem aliàs legalem nouit, & diligentem, aut cum eo, cui commodator mandauit, & sic non tenetur de ejus perditione *l. 4. titul. 1. part. 5. glos. Bar. & alij in l. eum qui 8. fin. & l. qui non ff. commodati,* vbi hoc limitant, & declarant DD. quos refert *Gregor. in dicta l. 4.* vel etiam potest excipere de necessarijs, & vtilibus impensis, *glos. in Ordin. lib. 4. titul. 54. §. 1. numer. 1. cum sequentibus.* Nam commodatarius potest retinere rem commodatam propter expensas, & melioramenta facta *glos. 2. in l. 9. titul. 2. part. 5.* vbi alios auctores in id refert *Hermosilla*, vel etiam potest objicere compensationem, *Gregor. in l. 9. verb. de prenda titul. 2. part. 5. Medices de Compensatione 1. part. q. 18. nouissimè Nicolaus Genue in cõciliatione legũ in jure ciuili contrariũ p.* 402. 57

§ 11. De

§. 11. *De actione mandati.*

58 ADdo ijs, quæ dicta sunt *in prima parte*, quod actio ista datur contra mandatarium, qui negligenter mandatum non expleuit articulando, quod mandatarius potuit facere, & non fecit *Bar. cons.* 102. & articulando negligentiam, prout tradit *Herculan. in tract. de probanda negatiua, num.* 206. Et quia formam mandati non adimpleuit, actio datur pro interesse, nam si mandaui, vt acciperes pecunias sub cambijs non poterat mandatarius recambiare, vt tenuit *Paul. Parisius, cons.* 91. *volum.* 1. Contrarium tamen tenuit *Dec. consil.* 562. *viso puncto*, quem sequitur *Strach. de mercatura titul. mandati, num.* 20. Nam in generali mandato veniunt ea, quæ constituens facere solebat, *l. vel vniuersorum, ff. de pign. act.* vel si ex consuetudine loci id existat. *Bar. in l.* 1. *C. de pascuis publ. lib.* 11.

59 Item mandatarius, cui merces commissæ sunt ad transportandum in alias regiones, se defendere potest ex naufragio, vel rapina pyratarum, *Crotus consil.* 122. *num.* 34. Examinando testes, vbi illi casum successit, *Mascard. de probat. concl.* 272. *n.* 6. Vbi dicit, quod prædicti testes faciant fidem coram judice, suo quanvis sint nautæ, & domestici ipsius navis, secundum *Palat. in l.* 2. *C. de naufragijs lib.* 11. *Gabriel, titul. de testibus, conclus.* 7. & 9. *num.* 87. Sed non ob id fuit relevatus Stephanus de Viana, quia apparuit ex naufragio saluasse plures adamantes, quos asportauerat sibi comendatos ex India Orientali.

60 Item ista actio datur contra correum, quando ambo se obligaverunt pro centum Titio in solidum, si vtilitas pertinebat ad alterum, & vnus soluit. *l.* 2. *C. de duobus reis*, & *est recepta solutio ex Alex. cons.* 66. *num.* 4. *lib.* 4. *Aret. cons.* 33. *nu.* 8.

(:|:)

§. 12. *De actione negotiorum gestorum.*

ACtio ista datur etiam contra illum, 61
qui nouum negotium gessit, quod non sit solitum ab absente fieri, vt puta venales vitulos emendo, vel aliquam ad negotiationem, quam dominus non consueuit. Nam si aliquod damnum ex ea re secutum fuerit, gerentem sequetur, lucrum vero absentem, quod si in quibus- 62
dam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum, absens compensabit lucrum cum damno, vt eleganter J. C. ait, *in l. si negotia ff. de neg. gestis tradit Strach. de mercatura titul. Mandati, num.* 52. In du- 63
bio autem gestor præsumitur gerere negotium nomine proprio, & sua pecunia quærere *Mascard. de probat. conclus.* 1094. Nam prius quis præsumitur negotia propria curare quam aliena *leg. quæ seruandarum, ff. de præscript. verbis, cap. qui vult de pænit. distinct.* 3. *scribit Alciat. tract. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 52. Qui rationem subjungit, quia natura insitum est homini, vt charitas à se ipso incipiat, *l. præses, C. de seruit. & aqua.* Et hinc est, 64
quod ille qui aliquos dies, & menses negotia alterius gerit, non præsumatur voluisse perpetuo negotia illa tractare, sed solum quandiu sibi placuerit *l. voluntarie, C. de excusat. tut. simile est ex l.* 2. *§.* 1. & *l.* & *habet in princip. ff. de precario*, nam actus voluntarij non extenduntur plusquam vrget ipsius actus necessitas *l. vlt. C. ne vxor pro marito.*

§. 13. *De Actione tutelæ.*

IN hac actione contra tutorem ad red- 65
dendam rationem tutelæ, prius actor curare debet, vt tutor compellatur librum rationis exhibere, in quo continentur expensæ pro alimentis, & alijs necessarijs, quæ si fuerint partitæ magnæ, non stabitur libro tutoris, sed tantùm in parvis,

V &

& in ijs, quæ fuerint verisimiles *Menoch. de arbitr. casu* 85. *nu.* 2. *& casu* 173. *Surd. decis.* 55. *num.* 3. *Gregor. l.* 26. *verb. cuenta titul.* 12. *part.* 5. *& l.* 54. *titul.* 10. *part.* 6. *verb. dar cuenta, Auend. de exequend. man dat.* 2. *part. cap.* 10. *n.* 33. *Surd. de aliment. titul.* 6. *quæst.* 8. *nu.* 76. *& decis.* 103. *Mascard. de probat. concl.* 723. *num.* 2. *& concl.* 973. *ex num.* 60. *Gabriel Berart. in speculo*
66 *vilitation. secular. cap.* 27. *num.* 135. Quod si tutor non ostenderit librum, juratur in litem contra eum *Mascard. de arbitr. casu* 208. *num.* 16. *Gregor. in l.* 6. *verb. cuenta, titul.* 11. *part.* 3. *Lara in l. si quis à liberis.* 8. *item rescriptum, num.* 69. *cum sequentibus de liber. agnoscend.* Quia præsumitur in dolo non conficiens librum rationis *Mascard. concl.* 1397. *num.* 8. *Gutier. de tutelis. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *&* 17.

67 Item minor potest reuendicare à tutore, si velit rem, quam ipse emit suo nomine de pecunia minoris, *glos. notab. & ibi Bar. & Bal. in l. idemque ff. qui potiores adde l. curator, C. arbitrium tutelæ. l.* 2. *ff. quando ex fact. tut. Gregor. in l.* 49. *verb. enguarda, titul.* 5. *part.* 5.

Item tutor, qui continuauit negotia, & mercantiam patris pupilli, præsumitur nomine pupilli continuasse *Reminald. cons.* 300. *n.* 71. *vol.* 2. Nam in dubio actus
68 gestus, qui potest pertinere ad pupillum, præsumitur gestus à tutore tutorio nomine *l. post mortem §.* 1. *ff. quando ex fact. tut. vbi Bar. & Caualcan. in tract. de tut. n.* 343

69 Sed dubium est, si tutor reddit rationem tutelæ, & de ea habuit quitationem, & liberationem, an ex aliquo agi possit contra ejus hæredes, vt iterum rationem reddant? Et videtur, quod sic ex sequentibus. Primò, si in inuentario non posuit omnes res, vel illas obscurè posuit, ex quo est in dolo præsumpto, *vt per Bart. in l. tutor, qui repertoriũ. ff. administr. tut.* Et juratur in litem contra eum *l. fin. C. arbitr. tutelæ.*

Secundò, quia non exhibuit librum rationis, quem conficere tenebatur *l.* 1. *§. officio ff. de tutel. & ration. distrah.* Et idem si exhibuit, sed minus legitimè, & legaliter, vt quia multos redditus percepit, & pecunias exegit, quas non posuit ad introitum in libro rationis, vel in eo dixit soluisse pecunias pro pupillo, quas verè non soluit *ex l.* 1. *ff. de dolo. Facit, quod notat Bar. in l. comperimus, C. de nauicular. li.* 11 Neque obstat, quod semel reddita ratione non tenetur quis eam de nouo reddere, vt dixit *Cardinal. in Clement. quia contingit de Religios. domibus, l. semel. C. de apoch. publ. lib.* 10. *Gratian. discept. forens. tom* 4. *cap.* 76. *numer.* 2, *Scouar. de ratiocinijs. cap.* 41. *num.* 28. *Mascard. concl.* 252. Quia paria sunt non reddere rationem, vel eam reddere insufficienter *argum. l. quoties, ff. qui satisdare cog.* & ideo non potest præjudicare, *Vale. cons* 49. *num.* 49. *&* 53. *vol.* 1. *Resoluit Gutier. de tutelis* 3. *part. cap.* 1. *num.* 113. *cum sequentibus, & juram. confirmat.* 1. *part. cap.* 40. *num.* 18. *cum sequẽtibus, Mascard. vbi supra conclus.* 1257. *num.* 17.

§. 14. *De actione petitionis hæreditatis.*

OMisi *in prima parte* dicere, quod ista actio petitionis hæreditatis est vniuersalis, & mixta in rem, & in personam, vt in *§. quædam Institut. de action. l. hæreditatis petitiones. C. de petit. hæred.* & ad hoc tendit, vt quis declaretur, ac pronuntietur hæres ad quamcunque hæreditatem, idest vniuersitatem pertinere, *l. ex diuerso, §.* 1. *ff. de reiuend.* & id circo libellus ita concipiendus est absque vlla rerum expressa mentione, vt declaretur hæres, & reus condemnetur ad restitutionem omnium rerum ad hæreditatem illam pertinentium, neque enim *glos. in cap.* 2. *de libelli oblatione* hoc satis percipit, dum scribit libellum in hac actione ita concipiendũ esse A. petit talem hæreditatem, cum potius antea peti debeat, vt pronuntietur hæres, & cõsequenter petet hæreditatis, & rerum hæreditariarum restitutio- 70

tionem, quod si reus titulum allegauerit, ex quo etiam si actor hæres sit, nihilominus res petita ad eum non pertineat, tunc reiuendicatione agendum erit, quo in judicio actor probare poterit, se dominum esse rei petitæ, quia ejus dominium, quod defunctus habuit, in eum fuerit translatum, nam hæc actio datur aduersus eum, qui siue bona, siue mala fide putat se hæredem, & pro hærede possidet *l. regulariter, l. pro hærede. ff. de petit. hæred.* Neque actor tenebitur in hac actione probare dominium illius rei habuisse tempore mortis, sed satis erit rem illam in ejus hæreditate mansisse *text. celebris in l. & non tantum, ff. de petit. hæredit. Bar.* & communis
71 pro vt resoluit *Couar. pract. cap.* 12. *col.* 5. *vers. erit equidem.* Vnde melius, & utilius est agere ex actione petitionis hæreditatis, quam ex reiuendicatione, in qua necessario probare debet dominium, aliàs non obtinebit *l. officium. l. in rem, ff. de reiuend. l. fin. C. eodem.* Et hinc est, quod
72 præd. actio datur etiam contra titulo possidentem, quem acquisiuit reus post mortem testatoris defuncti, non verò datur contra possidentem titulo ante obitũ defuncti, de cujus hæreditate agitur, acquisito, *ita Bal. in l. vlt. oppos.* 9. *C. de edict. Diui Hadr. Tollend.* quem dicit magis cõmunem *Couar. vbi supra vers.* 4. licet ab ejus sententia discedere videatur.

73 Item in libello debet actor dicere si est vniuersalis hæres, aut conjunctus cum alio, qui si non agnouerit, in totum erit hæres per jus accrescendi *l. vnica, C. quando non pateat partes,* nisi conjunctus habeat substitutum, quia is præferetur *Doctor Emmanuel Gomes Cardoso de jure acresce in diŭtione,* 34. *& est text. in l. si ex pluribus ff. de suis, & legitim. hæred.*

§. 15. *De actione pro dote.*

74 Licet hæc actio detur etiam contra patrem, qui filias per legem tenetur dotare *l. qui libros. ff. de ritu nupt.* tamen id intelligitur attenta qualitate bonorum, & numero filiorum *l. cum post.* 70. *§. gener. ff. de jure dotium ad junct. l. si filiæ.* 41. *ff. de leg.* 3. vnde semper relinqui debet locero, ne egeat, *l. in condemnatione,* 133. *ff. de reg. jur.* attenta qualitate ejus personæ *argum. l. sed et si quid.* 19. *§. sufficienter, ff. de vsufruct.* judicauit Senatus in lite dominæ Catalinæ cum genero suo Antonio de Olíueira.

Item socer excipere potest, quod filia 75
habet bona, vnde se possit dotare *argum. text. in l. cum post. §.* 1. *ff. administr. tutor. l. nec enim.* 16. *ff. de neg. gestis.* nec enim pater tenetur filias diuites dotare *Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur, num.* 3. *ff. ad Trebell. Iasson. in §. fuerat. num.* 110 *de actionib. Alciat. lib.* 8. *Parergon. Couar. de sponsal.* 2. *part. cap.* 3. *§.* 8. *numer.* 8. Nam quemadmodum pater non tenetur alere filios si habeant vnde se alant *l. si quis à liberis, §. sed si filios, ff. de liber. agnosc.* ita non tenetur eos dotare, vt expresse tenet *Bart. vbi supra n.* 3. *& in auth. res quæ n.* 6. *C. communia de legat.*

Item excipere potest nullam fuisse pro- 76
missionem dotis, sed quandam pollicitationem, quæ pollicitantem non obligat. *l.* 1 *ff. de pollicitat.* nam licet fauore dotis fingatur stipulatio *l. vnica. in princ. C. de rei vxor. action.* tamen ea non fingitur, vbi solùm interuenit dotis pollicitatio, vt post alios tradit *Anton. Gomez. in l.* 50. *Taur. num.* 19. Contrarium tamen censuit Senatus in lite Antonij Ximenes cum fratre suo anno 1631. idque ex eo, quia pollicitatio facta fuit mulieri nobili, & pauperi, nam tunc dos consideratur, vt causa pia, juxta communem resolutionem, de qua per *Iass. in l. cum is, §. si mulier, ff. de condit. indeb.* & pollicitatio facta piæ causæ efficaciter obligat. *l.* 2. *ff. de pollicit.* 77
Bar. in l. illud. 16. *C. de Sacrosanct. Eccles. in fin. quem sequitur. Gallaus, in rubr. nu.* 61. *ff. de verbor. obligat.*

Item adde, quod filia nupta à patre dotata, non potest petere dotis supplemen-

tum *Ramon. cons. & decis. 1. Cathelonia*, vbi ita dicit fuisse decisum pro Duce de Cardenæ.

§. 16. *De actione ex l. 2. C. de rescind. venditione.*

78 Remedium hujus legis in omnibus contractibus, tam per viam actionis, quam exceptionis, & in transactione admittitur, vt per *Gregor. in l. 56. verb. menos de la mitad titul. 5. part. 5 Ord. lib. 4. titul. 13. vbi glosator. tradit Ioannes Copin. quæst. 58. numer. 5. Nicolaus Reusner decis. 6. num. 11. libr. 2. Musculus in tract. de success. conuent. Class. 1. membr. 3. num. 152. Gama decis. 10. Cald. in l. si curatorem, verb. læsis. numer. 153. Valasc. cons. 18 num. 8.* Sed ad rescindendam prætextu læsionis transactionem, non solum læsio probari debet juxta rei valorem, sed etiam considerato dubio litis euentu *Ramonius cons. 61. num. 64.* Et habet etiam locum in venditione facta per procuratorem, vti notatur *in l. si voluntates ibi filius tuus, C. de rescindenda, & tradit Gabr. in communibus lib. 3. titul. de emptione, & venditione, concl. 1. nu. 27. & 29. Cremensis, in l. 2. nu. 70. ampliatione 2. C. de rescindenda nu. 166. Faquineus controuers. lib. 2. cap. 29.* In quo tamen sufficit minor læsio,
79 quam in medietate, vt infra dicam. Et habet etiam locum in nimia constitutione dotis, secundum *glos. in l. si ex causa, §. in dotis, ff. de minoribus*, & tunc non debet concludi in libello alternatiuè, sed tantum, quod dos reducatur ad justam mensuram secundum *Bal. Nouell. in tract. de*
80 *dote fol 20. col. 1. vers. & hoc enim.* Limita tamen istam legem, vt non procedat, nec possit allegari ista deceptio in contractu locationis gabellarum, potest tamen læsus petere restitutionem, *gl. in l. postquam liti C. de pactis, Bal. in l. 1. C. si aduersus fiscum.*
81 Item hæc actio competit etiam pro læsione in æstimatione rerum dotalium *Barbos. in l. si æstimatis, numer. 21. & 22. ff. solut. matrimon. Ceuallos commun. quæstio. 535. num. 11. & 12.*

Item dixi *in prima parte*, quod actio 82
ista datur tantum contra emptorem, licet ipse non possideat, non verò contra tertium, vt colligitur ex *Ordin. lib. 4. titul. 13. §. 4.* Quod tamen intellige, nisi tertius rem habuerit titulo gratuito, & lucratiuo, vel ex titulo oneroso eodem vitio læsionis laborante, quo emptor, tunc haud dubio competit auxilium *dicta l. 2.* etiam aduersus tertium singularem successorem *Tyraq. in l. si vnquam. verb. reuertatur, nu. 329.* Sed contra emptorem, quando rem, quæ jam non est in ejus potestate, reddere non potest, saltem agi potest, vt justi pretij defectum compleat, *l. 56. tit. 5. part. 5. Barbos. in l diuortio §. 2. num 33. ff. sol. matrimon. Morla in emporio juris. 1. part. titul. 9. in prædijs numer. 102. P. Ioannes de Salas de contractibus titul. de empt. dub. 27. num 9. Cald. de extinctione emphyteusis cap. 4. numer. 8 P. Molina de justitia, tract. 2 disput. 349. P. Rebello de obligat. just. 2. part. lib. 9. quæst. 3. sect. 2. numer. 9. Menoch. de arbitr. casu, 217. nu. 2. & cons. 63. num. 21 Moz. de contract. titul. quibus casibus annulletur emptio, num 14. ubi nu.* 16 quando perempta re actio detur læso?
Quod si A. intra dilationem de læsione 83
justi pretij nihil satis plenè probauerit, potest petere à judice, vt ex officio inquirat verum valorem ipsius rei, qui debet hoc facere, etiam post conclusionem in causa, secundum *Gratian. discept. forens. c. 258. nu. 44.* vbi etiam *n. 46.* ampliat ad alios casus, vti in judicio reddẽdarũ rationũ inter tutores, & pupillos, prout eũ refert, & sequitur, *gl. in Ord. l. 3. tit. 54. §. 16.* [illegible]

Item clausula illa solita apponi à nota- 84
rijs, videlicet quod si plus valebat res, venditor emptori donauit pro benemeritis, & seruitijs, est parui effectus, vt declarat ibi *Angel. col. pen. circa fin. vers. sed aduocati*, & de illa agit *Cæpolla de simulat. contract. præsumpt. 7. Surd. cons. 122. n. 17.* Gas-

Gaspar Rodericus de annuis redditibus, quæst.8.num.10.& quæst.11.num.6.Moria, vbi supra, num. 9. quæst. 29.

APPENDIX. I.

De Rescisione ex læsione infra dimidium.

85 QVanvis læso infra dimidium non detur actio ex hac lege, tamen si emptor dolo venditorem persuasit ad vendendum, venditio rescindetur *Bargalius de dolo lib. 2. num.20.& 21.fol.150. l.57 titul.5.part.5. ibi Le n. ouiessen razones engañosas.* Vnde quia mulieres facilè seducuntur, quandoque minis, quandoque blanditijs, & pollicitationibus, vt inquit *Bal. in dicta l. 2.quæst.9 & probat.text.in auth. de æqual.dotis.§.his cõsequens vers. volumus collat.7.* facilius venditio rescindetur, vti testantur plures, quos refert *Tyraquel.in l.1.conubial.numer.75.& 78.* Nam dolus præsumitur ex proposito, si quis mulieri persuasit, vt aliquid faceret aduersus ejus commodum *Masc.de probat. concl.352. num. 39.*

86 Item in venditione facta per procuratorem, quanvis læsio non sit vltra dimidium justi pretij, illa rescindetur, quia in venditione per procuratorem sufficit læsio in 6. *parte*, vti docuerunt *Castrensis in dicta l.2.num.5.Angel.in l. qui fundum, §. procurator num.2.ff.pro emptore, Barbatia in cap. cum causam num. 11. de emptione, Alex. in l.si quis arbitratu,ff.de verb. obligat.ex text.in l.vnde si Nerua ff. pro socio.*

87 Item læsio *in 6. parte* arbitramenti sufficit, vt illud non valeat *Ordin. lib. 3. titul. 17.§.6.Pinel.hic 2 part.cap.1. nu.3. Bar. in l.societatem,§. arbitratorũ, ff. pro socio, num. 25.Guid.Pap. decis. 519. nu.3. Fulgosius cons. 50. Borrelus in summa decis. tom.3.titul.63.num.312.Valasc.de partit. cap.9.numer.45.cap.39.num. 10. Menoch. de arbitr.casu 73. numer. 2.*

(:!:)

APPENDIX II.

De probando valore rei.

IN primis cum agitur de probatione valoris alicujus rei, debent inspici, & perpendi qualitates augentes, aut diminuentes ejus valorem, nam pretium aliquando minuitur, & aliquando augetur ex qualitate, & conditione rei, vt aduertit *glos. in l.56.titul.5.part.5. verb.pudiere prouar, vbi Hermosilla,* nam ex oneribus, & conditionibus, & alijs circunstantijs res pluris, vel minoris æstimatur, *l. quod sæpe, §. in his, ff. de action.empt.l.1.§.si hæres, vbi late Rip.& Claud.ff. ad Trebel.* cum alijs per *Pinel.in l.2.3.part.cap. vltim. numer. 19.C.de rescind.Valasc. de partit.cap. 11. numer. 13. in fin. & sequenti.* Et ad probandam læsionem, non solum pretium, sed totus contractus considerari debet *Surd. decis. Mantuæ 217.& 250.Scacia de comertijs, §.1.quæstio.7.part.2. ampliat.10. num. 4.vers.sub declara,* & ob id DD. instruunt aduocatum emptoris, vt faciat articulos de qualitatibus, & conditionibus, quæ habent, diminuere, & extenuare valorem rei, & aduocatum venditoris de ijs qualitatibus, & conditionibus, quæ augent. 78

Valor igitur rei immobilis fieri potest per testes, non solum ad tempus celebrati contractus, sed etiam anterioris, vel posterioris temporis, nec probatio æstimationis consistit in momento temporis, quod esse non debet, *Gratian. discept. forens. cap.461. numer.5.& 6.* Quia simul stare possunt, quod probatio fiat de tempore anteriori, & posteriori, & quod valor rei inspiciatur tempore contractus, vt Rottam respondisse constat *decis. 65. nu. 15.part.2.diuersorum,& tradit Masc.conclus.657 à n.64.Farinac.decis. 648. nu.4. & decis.209.num.20.lib.2.in decis. criminalibus,& in nouissimis decis.165.nu.13. & 14.part. 2. Pinel. in l.2.C.de rescind.* 79

3. *part. cap. fin. numer.* 8. Et judex, si velit quoad referendos testes ad tempus contractus potest officium suum interponere, & eos ex officio suo interrogare, an de tali tempore intelligant, ne justitia partis pereat, vt ex *Bar. in l. si quod Pamfiliæ ff. leg. 2. voluit Pinel. n. 15. in fin. Matienso in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopillat. glos. 2. num. 19. in fin. Valasc. consult. 43. in fin. Gutierr. de Gabellis quæst.* 147. *nu.* 22.

90 Item valor rei probatur ex instrumentis venditionis ejusdem rei, quæ in pretio corresponderet *Cagnol. in l. 2. C. de rescind. num. 233. Bursatus cons. 99. vers. quinimo, Mascard. conclus.* 658. *numer.* 1. & 8 Sed hoc intellige præsumptiuè probari, nó verò plenè, & substantialiter ex *Bal. in l. 2. C. de rescind. num. 27.*

91 Item valor probatur per inspectionem oculorum judicis, nam peti potest, vt judex ex officio se informet ad eam accedendo impensis partium *Angel. in §. si quis agens, nu. 1. Institut. de action. Alex. in l. pretia rerum n. 6. ff. ad l. falcid. Masc. concl.* 653. *Hermosilla in dicta l. 56. tit. 5. part. 5. num. 22.*

92 Item justum pretium rei probari potest per æstimatores electos *Gomes 2. tom. var. cap. 9. num. 5. in princ. versiculo 4. infero, Pinel. in dict. l. 2. part. 3. cap. 4. n. 2. & 13. & ibi Cagnol. num. 258. Gratian. discept. forens. cap. 604. num. 21.* vbi hunc modum probandi valorem à jure approbatum esse dicit *Seraphinus decis.* 655. *num.* 2. *Masc. concl.* 654. *num.* 1. & 1405. *nu.* 25. *Hermosilla, vbi alios refert, in dicta l. 56. glos. 6. n.* 23. Ita tamen, quod æstimatores dicant de tempore contractus *Masc. dicta concl.* 654. *n.* 3. *Cancerius variar. resolut. 1. part. cap. 13. num.* 8. *Garcia de expensis cap. 24. num.* 19. & istis peritis magis credendum est, quam testibus *Seraphinus dicta decis.* 655. *num.* 7. *Garcia vbi supra num.* 23. & 26. *Masc. concl.* 1174. *num.* 14.

93 Item, si res est emphyteutica, ista qualitas minuit pretium rei, dubium enim non est bona emphyteutica æstimanda esse in 3. *parte* minus, quam æstimarentur, si essent libera, ita *Fontanella de pactis nuptialibus. lib. 1. tom. 1. clausula 4. gl.* 18 *part. 1. num* 79. 80. & 81. ubi dicit, quod ratione retentionis dominij directi, quod remanet penes dominum, communiter in Catalonia æstimantur hæc bona *in 3. part.* justi valoris *Surd. cons.* 452. *nu.* 76. & 77. & dicit, quod qualitas emphyteutica diminuit 6. *partē valoris rei*, & ita placuisse *Rottæ testatur Beltaminus ad Alex. Ludouisium decis.* 573. *litera H. sub n.* 15.

Item augetur pretium ratione dilatæ solutionis, *l. eum qui, §. melior, l. si pretio in diem in fin ff. de in diem adjectione.* Nam minus dicitur solvere, qui post tempus soluit, *l. circa legem, ff. ad leg. falcid. §. plus Instit. de action. Tyraq. de retract. lineg. §. 1. glos. 18. num. 34. Pinel. in hac leg. 2. 3. p. cap. 4. n. 34. Gam. decis.* 256. vbi sic judicatum fuisse dicit, & ibi *Mena; Hermosilla, vbi supra glos. 6. num.* 113. *Mantic. de tacitis, & ambig. lib. 4. titul. 20. n.* 46. 94

De Valore læsionis enormissimæ.

LÆsio enormissima dicitur, quando res valens duo millia, & trecentum aureos, pro mille fuit vendita, hoc est res valens, 25. pro decem, *Cassadorus decis. 1. de emptione* vbi sic fuisse decisum ait, & idem in Granatensi Senatu judicatum testatur *Covar. lib. 2. variar. cap. 4. numer. 5. & in cap quanuis pactum 3. part. §. 3. num. 5. & eum sequitur Gama decis.* 95. *num.* 3. & *decis.* 198. *in fin. Cabed. decis.* 70 *lib. 1. Gutier. de juramēt. confirmat. 1. par. cap. 26. num. 7. & 16. Hermosilla, in l. 56. titul. 5. part. 5 glos. 11. & 12. num.* 8. Læsio enormissima dicitur si recepta quantitas ad dimidium ejus non ascendat, quod recepturus quis erat, *Giurba decis. 110. num. 5. ponit exemplum Greg. in 56. l. glos. vltim. si res valeret* 15. & daretur per quatuor, vel quinque. 95

(:!:)

Im-

Impedimenta, quæ opponi possunt contra venditorem.

96 PRimo, quod venditor sciuit justum pretium, & ideo ei non competit hoc remedium, vt notat *Azon. in summa, C. de rescind. vendition. ibi scienter enim, & l. 1. ff. de action. empti, reg. scienti de reg. jur. in 6.* & quilibet præsumitur scire valorem rei suæ, *l. quisquis C. de rescind. vend.* Sed hæc exceptio non videtur tuta, quia sic nunquam haberet locum remedium hujus legis, *Couar. lib. 2. variar. cap. 4. num. 2. Sarmiento lib. 1. selectarum, cap. 11. num. 6. Morla in emporio juris tit. 9. quæst. 24. Ioannes de Salas de contract. tit. de emption. dubio 27. num.* 8. Et vbi quis paulo vilius vendit præsumitur, quod emptor sciuerit pretium rei, & ita procedit *l. quisquis vt ibi pat.* Sed vbi multo
97 vilius, ita quod enormis læsio sequeretur, ignorare præsumitur, *argument. l. cum de indebito, ff. de probat. & tenet Salicet. in dicta l. 2. in fine*, debet ergo secundum eũ error in libello narrari, licet non sit necesse probari.

Secundò excipere potest reus, quod
98 contractus venditionis fuit confirmatus per judicem, & tunc non potest agi remedio hujus legis, *vt in l. 1. & ibi Bar. & Platea C. de prædijs decurionum lib. 10. & idem Platea, in l. si quos C. de decurionibus eodem lib.* quod intellige, quando decretum fieret cum causæ cognitione, & nõ esset interpositum ex falsa causa, *vt in l. cum vero, §. subuentum, ff. de fideicommiss. libert. tradit Dec. cons. 351. col. fin.*

Tertiò quia non est probatus valor
99 tempore contractus, vti requiritur *in l. si voluntate, C. de rescind. vendit. cap. cum causa, de empt. & vendit. glos. in cap. cum dilecti eodem titul. l. non intelligitur, §. Diui fratres, & ibi Bar. ff. de jure fisci, Peres in l. 2. tit. 22. lib. 2. Ordin.* Nam testis, qui dicit anno ante venditionem tantum valere non probat, vt tradit *Alberic. ibi col. 5.* In quo notabis, quod fundus ciuitati propinquus carius æstimatur, secundum, *Bal. in l. si quis argentum in princip. C. de donat. Greg. in l. 56. tit. 5. part. 5. gl. 6.*

Quartò excipere potest reus, quod ju- 100
sta rei æstimatio dicitur, quæ ex pensionibus, vel redditibus, seu fructibus 20. annorum simul collectis deductis expensis constituitur *Pinel. in l. 2. C. de rescind. pag. 154. num. 29 Couar. lib. 3. variarum, cap. 9. num. 5. & est glos. in auth. perpetua, verb. justa C. de sacrosanct. Eccles. Hermosilla l. 56. titul. 5. part. 5. glos. 6. num.* 8. Sed hoc non probat concludenter verum valorem, sed præsumptiuè, & hæc probatio est subsidiaria, quando aliter valor rei non potest probari, *Mascard. concl. 657. num. 4. Fontanella de pact. nuptial. tom. 1. conclus. 4. glos. 18. part. 1. à num. 39. Hermosilla vbi supra num. 10.*

Nec item attenditur pretium, quod 101
daret quilibet emptor ex affectione, vel interesse particulari, vt per *Pinel. hic 3. part. cap. fin. num. 17. & 18. Valasc. cons. 43 & de part. cap. 10. n. 2. Perez in l. 2. tit. 23. Ordin.* Sed æstimatio communis attẽditur *ex l. pretia, ff. ad l. falcid. Gaspar Rodericus de annuis reddit. lib. 1. quæst. 8. num. 6. Thomas Boning. tract. ad justas negotiationes tit. de venditione ad tempus, cap. 6. Ceuallos, commun. quæst. 664. nu. 2. Valasc. cons. 43. num. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Metus non præsumitur etiamsi pars dedisset alicui magnum quid pro modico.*

Ibid. Non sufficit metum probare, nisi cõmodum, & vtilitas probetur ad metum inferentem peruenisse.

2 *Metus inducitur ex periculo amissionis omnium bonorum.*

3 *Iustus metus dicitur simplex Regis mãdatum.*

4 *Metus inducitur ex reuerentia mariti cum metu præsumpto vxoris.*

5 *Metus probatur per testes domesticos, & singulares.*

6 *In pari probatione magis creditur testibus deponentibus de spontanea voluntate, quam de coacta.*

Ibid. In dubio facilius judex debet moueri ad pronuntiandum pro metu.

7 *Metus purgatur ex ratihabitione, vel ex actibus subsequentibus.*

8 *Metus præsumitur durare.*

9 *In libello de dolo, articulandæ sunt conjecturæ, & inditia, ex quibus dolus necessario resultet.*

10 *Dolus præsumitur ex actu antecedenti illicito.*

11 *Dolus præsumitur in custode, qui dicit rem fuisse sibi furatam.*

12 *Dolus præsumitur in actu, in quo solemnia requisita non fuerunt adhibita, vel quando quis contra jura mercatur, vel emit per interpositam personam.*

13 *Dolus contra judicem probatur, quando juris ordine nō seruato processus fuit fulminatus.*

Ibid. Non videtur dolo facere, qui jure suo vtitur: Dolus compensatur cum dolo: scienti, & consentienti dolus non fit.

14 *Exhibere quid sit?*

15 *Non sufficit instrumentum ostendere, nisi ejus legendi copia fiat, nec sufficit ostendere exemplum instrumenti.*

16 *Exhibitio cujus sumptibus, & expensis fieri debeat, & in quo loco?*

17 *Qui recepit in domum suam mercatorem, qui decoxit non tenetur eum exhibere.*

Ibid. Qui filium suum non exhibuit in judicio tenetur ad interesse.

18 *In actione ad exhibendum sufficit summaria probatio.*

19 *In vno eodemque libello cumulari potest actio ad exhibendum cum actione reiuendicationis: non autem post litem contestatam in reiuendicatione.*

20 *Maioratus possessor tenetur exhibere scripturam maioratus fratri suo, aut alteri, qui prætendit esse vocatum.*

21 *Possessor maioratus, qui dicit perdidisse scripturam, ex qua succedit maliciose occultasse præsumitur.*

Ibid. Amissio instrumenti probari debet per legitimos testes.

CAP. IX. *De actionibus personalibus in rem scriptis, & arbitrarijs.*

§. 1. *De actione, quod metus causa.*

IN *prima parte* dixi, quomodo aduocatus articulare debeat de metu, & de ejus qualitate ad obtinendum, quod etiam postea tradidit *Carbon. in pract. lib. 1. cap. 2. num. 14.* Neque enim ille præsumitur, etiam si pars dedisset alicui magnum quid pro modico ex sententia, *Bar. in l. interpositas, C. de transact. & ibi Paul. de Castro, & Alexand. notab. Iasson. cons. 72. colum. 11. volum. 1. Parisius cons. 10. vol. 1. num. 34.* Nec sufficit metum probare, nisi commodum, & vtilitas probetur ad metum inferentem peruenisse, vt tenet post alios *Mascard. de probat. concl. 1055. num. 13.* 1

Metus autem justus est carceris detrusio, *vt dixi supra lib. 3. cap. 12. §. 3.* metus etiam inducitur ex periculo amissionis omnium bonorum vt in *cap. 1. & ibi glos. extra de ijs, quæ vi metusve causa Bar. in l. si ob turpem ff. de condictione obturp.* cui accedunt plures quos refert, & sequitur *Mascard. vbi supra, numer. 54.* Justus etiam metus dicitur simplex regis mandatum, vt respondit *Dec. cons. 219. num. 2.* Justus etiam metus inducitur ex reuerentia paterna, vt dixi in prima parte, *lib. 3. cap. 22.* aut ex reuerentia mariti, cum metu præsumpto vxoris *Roman. consul. 96. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clausula 7. gl. 2. part. 3. à num. 45. Gratian. cap. 108. numer. 14. & 52. lib. 2. Cabreros libr. 2. de metu, cap. 1. numer. 63.* Probatur autem metus per testes domesticos, & singulares 2 3 4 5

Her-

Hermosilla in l.56.titul.5.part.5.glos.5.n. 81. Sura.cons.395.num.25.colu.3.Fontanella vbi supra Clausula 7.glos.2 part.5.n. 81. Cabreros lib.1.de metro, cap.9 num.9.

6 Et quanuis probationibus existentibus paribus plus credendum sit testibus deponentibus de spontanea voluntate, quam de coacta *Fulutus Pacianus de probationibus lib.1.cap.50. num. 32. Auendanha de Cabreros, ubi supra, lib.1.cap.9. numer. 14.* Tamen in dubio judex facilior debet moueri ad pronuntiandum pro metu *Hermosilla, ubi supra, num. 78. Masc concl. 1056 num.4. versic. sequenti.*

7 Reus excipere potest, quod metus purgatus fuit ex ratihabitione, vel ex actu, qui fit ex interuallo, vel ex solutione, & alijs de quibus *Auendan. de Cabreros vbi sup. cap. 10. lib. 1.* Sed actor replicare potest

8 metum etiam durare, quia ita præsumitur ex *Bar. in leg. pen. ff. de condiction. ob turpem causam Roland.consil.2.num. 87.vol. 1. Euerard.consil.19.Caeheran.decis.179. nu.1. Hipolit singul.325. Vitalis de clausul. titul de metu. quibus addes Masc.cócl. 1055.num. 34.*

§. 2. *De Actione de dolo.*

9 QVomodo in hac actione libellus formari debeat post Speculator. Ponit *Celsus Bargal, libr.4. de dolo, num. 135.* nam in illo articulandæ sunt conjecturæ, & inditia, ex quibus dolus necessario resultet *l.quoties, §.qui dolo, ff. de probat. Bargal. ubi supra, cap. 8.* Præsumitur

10 autem dolus, quando actus, qui præcessit, fuit illicitus, vt in *l. si non conuitijs Gayl. de Pace publ.lib.1.cap.7.nu. 13. consuluit. Bursat.cons.94.nu 3 Vulpellus cons. 116. num.21.*

11 Præsumitur etiam dolus in custode si dicat rem furto fuisse sibi subtractam *Menoch. de arbitrarijs, cent. 2.casu.208.num. 35.* Vel si alicui fuerit tradita, valisia, & ille restituet absque signo, ex illa enim sigilli amosione, præsumitur dolus.

Præsumitur etiam in actu, in quo solemnia requisita nó fuerint adhibita *Mascardus de probat. conclus. 532. num. 18.* sicut etiam præsumitur, quando quis contra jura mercatur *Roman. consil. 437. numer. 3. Roland. consil. 14. nu. 10. vol. 3.* vel quando emit per interpositam personam *leg. ita autem §. gessisse, ff. adminisr. tutor Fabian. de Monte titul. de empt. 3. quæstion. principal. versic.6. quæro num. 10.* & dolus contra judicem probatur, quando juris ordine non seruato processus fulminatur *Mascardus, supra conclus. 533. numer. 6.* Sed reus excipiet, quod non videtur dolo facere, qui jure suo vtitur *Bargal. supra, reg. 42.* & quod fuit purgatus *reg. 35.* & quod compensari debet cum alio dolo *reg. 15.* nec scienti, & volenti fit dolus *Bargal. reg. 34.* 12 13

§. 3. *De actione ad exhibendum.*

HÆc actio personalis est, & per eam reus compellitur rem exhibere, idest in publicum producere, nam exhibere est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere *l. quod, & l. 1. §. ait prætor ff. de liber. hom. exhibend.* exhibere est in publicum producere, & videndi, tangendique facultatem præbere, remque ipsam extra secretum habere, *vt in l. 2. § inspectio, ff. quemadmodum testamenta aperiantur.* ita scribitur inspectio tabularum etiam lectionem earum indicat, & sic non satis est vt instrumentum ostendat nisi ejus legendi copia fiat, si idem petatur, nec sufficit ostendere exemplum instrumenti per *text. in simili in l. sancimus C. de diuersis rescriptis*, cautus sit aduocatus, vt antequam reus cogatur rem exhibere, declaret signa rei, quam petit exhiberi, si ea verisimiliter scire potuit *l. 3. in princip. & in §. si quis noxali, ff. ad exhibendum.* Cujus autem sumptibus, & expensis debeat res exhiberi, puta si sit exhibendus equus, cujus expensis debet ali, & in quo loco res exhiberi? est *text. notab. in l. sed si hæreditat* 14 15 *cautio-na.*

17 *tas §. 1. ff. ad exhibend.* Quid autem cum quis cogatur exhibere debitorem alicujus, qui fugit in domum ejus, saltim per interdictum de libero homine exhibendo est textus singularis, & solemnis, quod nō *in l. fin. §. fin. ff. de lib. hom exhibend. per quem tenet Iass. in §. præter à num 49. Instit. de action.* quod licet ego acceptem in domum meam mercatorem, qui decoxit, non tamen possum conueniri, vt eum exhibeam; quanuis viderim patrem condemnari ad interesse, quia filium non exhibuit in judicio Ecclesiastico ad obligationem matrimonij. In ista actione ad ex-
18 hibendum sufficit summaria probatio, quæ animum judicis ad præsumendum inducat, *vt in leg. thesaurus vbi Bar. ff. ad exhibendum glos. in leg. 3. §. sciendum verb. summatim, ff. eodem Bar. in leg. 1. ff. quemadmodum testament. aper. & in leg. si is à quo ff. vt in possessionem legat.* Quanuis hoc dictum Bartoli duobus modis militet *Iasson. vbi supra, num. 53. & 54.*

19 Aliquando ista actio ex praxi in vno eodemque libello cumulari potest cum reiuendicatione, vel alia actione seu judicio petitorio *glos. verbo. restituitur, ff. de interrogat. action. glos. in leg. qui de officio § 1 glos. magna verb. exercere, & ibi Bar. de inofficioso testament. & est textus in l. fin. & ibi glos. verbo, reddit Cod. ad exhibendum, vbi Bald. id notat.* Sed si facta fuerit litis contestatio super reiuendicatione, vel super alio judicio petitorio, non poterit amplius agi ad exhibendum, vt voluit *glos. in leg. fin. versic. pendent. ff. de tabul. exhibend. ponit Iasson. vbi supra numer. 61.*

20 Ex quibus infertur ad quæstionem. An possessor maioratus teneatur exhibere scripturam maioratus ad petitionem sui fratris, vel alterius prætendentis ejus successionem, aut saltem dare exemplar illius, præsupposito, quod ipse possessor confessus est se habere, vel habuisse talem scripturam, quam quæstionem latè disputat *Burgos de Paz 1. part. quæst. ciuilium, quæstion. 5. & posuit antea Gregor. Lop. in l. 17. titul. 2. part. 3. verb. charta. Palat. rubr. de maioratu 460.* qui tenent, quod sic, & eorum sententia suaderi potest ex traditis *à Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 8. num. 2. & facit text. in l. instrumenta, C. de fideicom.* Excusabitur autem reus, si dicat perdidisse instrumentum, non dolo, vel culpa sua, & id probet cum testibus, 21
nam illud malitiosé occultasse præsumitur, *l. si creditor C. de pignor. action. & tenet Bar. in l. si quis ex argentarijs §. an vero, ff. de edend.* Nec in hoc casu habebit locum dispositio *text. in l. fin. C. de fid. instrument.* quia ad illum textum varie respondet *Burgos à Pace vbi supra, num. 16.* nec etiam amissio instrumenti probatur per juramentum, sed debet probari per testes, & legitimas probationes *Bar. in l. si quis ex argentarijs §. pen. & fin. ff. de edend. Mas. de probat. concl. 88. num. 18.*

SUMMARIUM.

1 *Remedium cap. reintegrandæ non datur illi, qui sua culpa possessionem amisit, vel qui judicis auctoritate rectè, & rite procedentis à sua possessione cecidit.*

2 *Reintegratio non dicitur facta, nisi totaliter quis sit restitutus cum fructibus, damnis, & interesse.*

3 *In hoc remedio sufficit articulare anteriorem possessionem.*

4 *Remedium cap. reintegrandæ datur etiam pro quasi possessione rerum incorporalium, & ibi exempla.*

5 *Spolium committitur ex prohibitione vtendi re incorporali.*

6 *Vnus actus percipiendi pensionem, vel annuum redditum sufficit, vt quis dicatur esse in quasi possessione juris percipiendi.*

Ibid. *Si reus non negat restitutionem, sed tantum solutionem differt, non dicitur spoliare.*

7 *Interdictum recuperandæ datur vsufru-*

fructuario, & condemnatario, conductori, & cessionario, & hæredi.

8 *Colono à tertio spoliato interdictum recuperandæ non competit, sed domino.*

Ibid. Colonus spoliatus à tertio habet cõtra dominum regressum ad interesse.

9 *Ei, qui habet possessionem, ex contractu nullo, non competit interdictum recuperandæ.*

Ibid. Possessio non transfertur ex contractu nullo.

10 *Reus potest excipere de dominio.*

11 *Reus, qui convenitur pro spolio, potest reconuenire ex alio spolio.*

Ibid. Reconventio non datur in attentato.

12 *Interdictum recuperandæ de jure ciuili non datur aduersus tertium possessorem, sed de jure Canonico sic.*

13 *Contra hæredem spoliantem non datur interdictum, vnde vi, sed actio in factũ, nec etiam hæredi competit, antequam apprehendat possessionem rei.*

14 *Tertius potest impedire restitutionem fieri spoliato.*

15 *Per grauamen, aut appellationem in hac ciuitate suspenditur restitutio.*

16 *Interdictum recuperandæ, si sit, præscriptum, cessat restitutio.*

17 *Quæ praxis seruetur circa ordinem judicij in actione noui spolij?*

18 *Iudex prius cognoscit de possessione, quam de proprietate.*

19 *In interdicto retinendæ, actor quæ articulare debeat?*

20 *Actor potest petere in executione cautionem de non molestando, si in libello omisit eam petere.*

21 *Interdictum vti possidetis datur, etiam cessionario, & constituario aduersus constituentem, non tamen adversus ejus vxorem.*

22 *Interdictum vti possidetis datur pro juribus incorporalibus.*

23 *In interdicto vti possidetis, potest reus excipere de jure tertij, si est exclusiuum juris agentis.*

24 *Possidens ex falsa causa manuteneri debet.*

Ibid. In manutentione nudum factum, & sola detentio consideratur.

25 *Hæres auocat possessionem ab eo, qui sine justo titulo possidet.*

26 *Contra titulo possidentem non datur interdictum adipiscendæ.*

27 *Hæres scriptus in testamento, quod rogatu testatoris frater hæredis scripserat, non potest occupare hæreditatem, nec possessionem.*

28 *Filius emancipatus, si sit præteritus, auocat possessionem ab hærede scripto.*

29 *Hæres auocat possessionem rei, quam legatarius occupauit propria auctoritate ante additam hæreditatem.*

Ibid. Beneficium falcidiæ transmittit hæres ad suum hæredem.

30 *Dominium rei, quæ patitur falcidiam non transit in legatarium à morte testatoris.*

Ibid. Legatarius, qui occupauit rem legatam propria auctoritate post additam hæreditatem perdit illam, & cadit ab omni jure suo.

31 *Petitorium, & possessorium simul in vna causa cumulari non possunt.*

32 *Possidens ex constituto potest intentare interdictum adipiscendæ pro consequenda actuali possessione.*

33 *In interdicto adipiscendæ appellatio, vel supplicatio admittitur ad vtrunque effectum.*

CAP. X. *De Interdictis.*

§. I. *De Interdicto recuperandæ vi, de vi.*

IN primis sciendum est, quod remedium *cap. reintegrandæ 3. quæst. 1.* est magis vberius, & vtilius inter omnia remedia possessoria, & concurrit cum omnibus alijs, præsertim cum hoc interdicto vnde 1

vnde vi *Menoch.cons.2.num.* 154. *Valasc. de jure emphyteut.quæst.*18. *nu.*10. Quod tamen non competit illi, qui sua culpa possessionem amisit, vt resoluunt *Caldas de resolutione emphyteus.cap.*17.*num.* 35.nec etiam ei, qui judicis auctoritate recte, & ritè procedentis à sua possessione cecidit, vt declarat *Gabr.commun.lib.*5. *tit. de restit.spoliat. concl.*1.*num.* 123.*per notata à Ruyno.cons.*49.*num.*11.*vol.*4.*Boer. decis.* 238.*Menoch.remed.* 8.*recuperandæ nu.* 3.

2 Quæ restitutio probata spoliatione, & anteriori possessione facienda est plenè, quia non dicitur facta redintegratio, nisi totaliter quis sit restitutus *Bal.in cap.fin. nu.* 6. *de Ordin.cognic. Anton. Gabriel.ubi sup. concl.*1.*num.*2.*Cancer. variar. resolut. lib.* 2.*cap.*7.*num.*4. etiam cum suis fructibus damnis, & interesse, *Giurba decis.*39. *nu.*1.

3 nec antea audiri debet. Dixi probata spoliatione, & anteriori possessione, quia, licet plures existiment, quod in hoc remedio redintegrandæ sufficiat articulare de anteriori possessione cum bona fide, quanuis spoliatio non probetur, *vt per Masc. concl.*1327.*aliàs* 1328.*num.*44.*Gutier. in canon. quæst.lib.* 1. *cap.* 34. Tamen securius erit de vtroque articulare, & probare, scilicet de suo tit. & de spoliatione ab aduersario tali die, & tempore, & tali loco.

Item hoc remedium datur, etiam pro

4 quasi possessione rerum incorporalium *Franc.Marc.decis.*389.*part.*1. vbi de actu jurisdictionis *Menoch.remed.* 1.*numer.*88. *ad fin.* vbi de jure vectigalis, & pædagij *Bertrand.cons.*2.*num.*10.*lib.*2. vbi de homagio domino præstando, *Gratian. discept.forens.cap.* 311.*num.* 17. consequenter tunc actor articulum faciet se, vel ejus ministros fuisse prohibitos eo jure vti, ita enim ex hac prohibitione vtendi ipsa re

5 incorporali committitur spolium *Innoc. in cap.querellam de elect. Beroius cons.*58. *col.vlt num.*17. vel quod adversarius recusat actorem ad possessionem admittere vel recusat solvere, quod solet singulis annis, quia dicitur creditorem spoliare quasi possessione percipiendi suum annuum censum *Rolan.à Valle cons.*6.*lib.*2.*numer.* 37. & per denegationem restitutionis rei dicitur quis possessione priuari *l.si quis ad se ff.acq.posses.* in quam sententiam plures concordes supra citaui in *lib.* 3. *cap.* 21. §. 10.*vers. alio autem modo*, & idem, quod ibi dixi de censu annuo in pensione Ecclesiastica *tradit Gigas tit. de pensionibus quæst.* 47 & vtroque casu sufficit vnus actus percipiendi, vt ibi dixi. Quanuis in 6 hoc casu semper præcedere debeat interpellatio, nam si debitor non negat restitutionem, sed tamen soluere differt, per hoc creditor sua quasi possessione exigendi non dicetur spoliatus, sed debitor constitutus in mora, vt optimè respondit *Ruyn cons.*165. *volum.*5.

Item hoc interdictum datur vsufructuario, *vt per Marant.de ord.jud.*4.*part.dist.* 7.*num.*18.*in fin.vers. item illud Ant. Gabriel lib.*1.*commun.titul. de restit.spoliat. concl.*5.*num.*9.*Gratian.discept.forens.cap.* 315.*num.*4. Datur etiam commodatario, vt *per Tyraq.remort.part.*3.*declar.*3.*num.* 6.*Ant.Gabriel.de rest.concl.*5.*n.*4. *vbi nu.* 5.extendit ad conductorem ejectum, & *num.*17.ad cessionarium, & datur hæredi, quia hujusmodi remedium ad illum transit *secundũ Soc.in l.rem quæ nobis ff. acq. posses.Marius Antonius variar. resolut. lib.*2.*resolut.*53.*num.*2.*vbi num.*3. intelligit, dummodo hæres probet defunctum possedisse, & quod defunctus injuria fuerit spoliatus. Cæterum colono à tertiò 8 spoliato hoc interdictum non competit, sed domino *Giurba decis.*12.*num.*5.*Brito* 1.*part.rubr.de locato* §.2.*num.*18.*cum seq.* nec colono dejecto officium judicis competit, sed regressum habet contra dominum ad interesse; optimè *Giurba vbi sup. num.*7.*Brito.etiam vbi supra nu.* 17.*cum sequentibus.*

Item ille, qui habet possessionem ex 9 contractu nullo, veluti simulato, non potest intentare interdictum vnde vi, quia in

in eum non fuit translata possessio excontracta nullo *Bar. in l. 1. § si vir. uxori 3. ff. acq. possess.* & ita censuit Senatus in causa Comitis de Palma anno 1636. scriba Ioanne Baptista de Chaves.

10 Reus autem incipere potest de dominio, si ex actis juridicè constet, de ejus dominio ad hoc, ut spoliatus non sit restituendus, in quam sententiam adducit plura *Menoch. recuperãdæ remedio 1. quæst. 19. num. 231. & alios refert Gabr. in communibus lib. 5. tit. de restit. spoliat. concl. 1. limitat. 11. n. 104. vers. 2. amplia Masc. conclus. 1332. Valasc. cons. 106. nu. 5. Barb. in l. si alienam nu. 34. ff. solut. matrim.*

11 Item potest excipere reus ex reconventione reconveniendo de alio spolio contra se pariter privilegiato alterius rei, & non ejusdem *cap. super spoliatione de ordine cognit. Menoch. remed. 1. recup. nu. 388. Valasc. consult. 88. num. 3. Barbos. in l. divortio § ob donat. nu. 13. ff. solut. matrim. & in l. si de vi nu. 179. cum seqq. ff. de jud. ubi num. 202.* Limitat in materia attentati, quod in ea non potest dari reconventio super spolio in alia re commisso, resolvit alter *Barbos. Iunior. in collectã. ad cap. ultim. de mutuis petit.*

Contra quas personas?

12 ADversus tertium possessorem, tamẽ hoc interdictũ non datur, nec non alium ullum remedium proditum fuisse jure civili constat, sed jure Canonico adversus illum, qui à prædone rem tenet, quasi in istum emptorem translatum esset vitium possessionis violentiæ *argum tex. in simili in auth. malæ fidei C. de præscript. longi temporis.*

13 Item contra hæredem spoliantem non datur hoc interdictum, sed pro illo actio in factum competit *l. 1. § fin. ff. de vi, & vi armata,* hæredi enim non competit hoc interdictum, antequam apprehendat possessionem rei, de qua intendit esse spoliatum *argum. text. in l. cum hæredes, ff. acq. possess.* judicavit Senatus in lite Didaci Mẽdes de Brito cũ suis fratribus ãno 1639.

Quando cessat restitutio ex interdicto.

PRimò, si aliquis tertius compareat pro suo interesse deducendo jus dominij, potest impedire fieri restitutionem spoliato *Barbos. in l. si alienam nu. 8. ff. solut. matrim. Valasc. cons. 162. n. 4.* 14

Item per gravamen, aut appellationem in hac civitate suspenditur restitutio, quia junctum est tribunal appellationis, & gravaminis, quanvis de jure communi appellatio, vel gravamen non suspendat *l. unica C. si de moment. possess. glos. Bar. & alij in l. momentaneæ C. unde vi cõmun. opinio secundum Iass. in l. 1. col. 1. & ibi Dec. num. 6 de secund. tabul. Menoch. recuper. remed. 9. num. 320. & remed. 15. num. 641. Valasc. cons. 51. num. 47.* 15

Item cessat restitutio, si hoc remedium fuerit præscriptum, scilicet spatio 30. annorum secundum magis communem opinionem, quam resolvit *Menoch. remedio 15. recup. n. 422. Roland. cons. 72. nu. 19. lib. 2. Bernardus Græva ad practicam Camer. Imperial. lib. 2. concl. 75. in Coronide. n. 4. Gratian. discept. forens. cap. 2. n. 7. cum seq. & cap. 163. n. 1. Barbs. in collectan. ad cap. re integranda 3. quæst. 1. num. 16.* 16

PRAXIS.

Procedendi in hoc interdicto.

SI violentia, seu spolium fuerit novum intra annum, procedi debet summariè, sed servato juris ordine secundum *Bar. in extravag. ad reprimendum versic. summariè.* Unde non datur replicatio, etiamsi spolium incidenter proponatur per viam exceptionis, quicquid perperam tradat *Phæbus Aresto 39.* 17

Item una sola dilatio conceditur *Phæbus Aresto 37. 1. part.* licet terminus concedatur ad disputandũ de jure *vulgo para*

razoar super actione spolij, quando à parte petitur, tamen eo non dato sententia non erit nulla, prout scribit *Giur. decis.* 68.

§. 2. *De interdicto retinendæ vti possidetis.*

18 SI actor in libello proponat vtrùnque simul possessorium, & petitorium, dicens se esse dominum, & possessorem, prius cognoscet judex de possessione, quam de proprietate *l. exitus ff. acq. possess. l. ordinarij C. de reivendicat. l. inter litigatores ff. de judiciis*, & præcedere debet cognitio de possessione, *vt in §. retinendæ Inst. de interdict. cap. pastoralis, vers. alijs, de caus. possess. & proprie.* neq; enim cumulari potest utraq; actio, cum sint contrariæ,
19 & repugnantes, ut infra dicam. Inter alia vero, quæ ab actore in isto interdicto articulari debent, vt vincat, potissimum est, vt faciat articulum de sua possessione, scilicet se possidere per insistentiã, & detentationem possessionis, prout *tradit Ioan. Bapt. Pontan. tract. de spolio lib. 2. cap. 14. n. 94. vers. probat*, vel articulum faciat, quod ipse actor solebat eam rem locare, & simul percipere solutionẽ pẽsionis *gl. & Bar. in l. qui vniversas, §. quod per colonũ ff. acq. possess.* vel alijs modis de quibus *Mascard. concl.* 1187. & 1189. & 1195. & simul cautus sit advocatus, vt articulum faciat, & probet jus actori competere tempore litis contestatæ *Masc. concl.* 1196. *num.* 12. & 13. *cum sequentib.* quia, si supervenit postea, non ita relevabit.

20 Item in conclusione, si actor omittat petere cautionem de non molestando in futurum, & etiam in sententia fuerit omissum poterit actor id petere in executione sententiæ, & judex debet supplere, & declarare, ut dixi *lib. 3. cap.* 18.

21 Item hoc interdictum datur cessionario, qui nomine cedentis agit, vt poterat cedens, qui erat in possessione, disputat *Ramon. cons.* 13. *ex nu.* 14. & constitutario competit manutentio, nec dum adversus constituentem, sed adversus quemcumq; dummodo ipse possideat *Ramon. cons.* 26. *nu.* 19. sed non contra vxorem defuncti secundum *Ramon. cons.* 97.

Item hoc interdictum etiam datur pro 22 quibuscumq; juribus incorporalibus, veluti jurisdictionis, honoris, & obsequiorum *cap. licet causam de probat. gloss. & Bar. in l.* 1. *n.* 4. *ff. vti possidet. Tyraq. de nobil. cap.* 20. *nu.* 57. *Garcia de nobilit. gloss.* 35. *n.* 59. *Lara in l. si quis à liberis in princip. n.* 3. *ff. liber. agnoscend. Marant. a de ordin. judic.* 4. *part. dist.* 7. *nu.* 20. Reus potest oppone- 23 re de jure tertij, quando illud jus est exclusivum juris agentis *l. cum servũ C. de serv. fugitiv. l. vlt. C. de rei vendic.* præsertim, quando agitur interdicto isto pro rebus corporalibus *Bar. in l.* 1. *§. verb. ff. uti pos.*

Ultimò adde, quod si fuerit capta pos- 24 sessio ex falsa causa, veluti ab hærede, tanquam abintestato, cum alius adesset ex testamento, quod falsitas causæ in acquirenda possessione, licet impediat effectum juris, scilicet, vt talis possessio non producat juris effectum, tamen non debet impedire effectum ipsius facti, quo minus ingressus possessionem ex ista falsa causa dicatur possidere, & detinere, quod sufficit pro mandato de manutenendo, prout *concludit Rotta, quam refert Gratian. discept. forensium tom.* 1. *cap.* 113. *num.* In manutentione enim nudum factum, & sola detentio consideratur *Castro in l. Attilius sub nu.* 5. *ff de donat. Cephalus cons* 16. *sub n.* 5. *lib.* 1. *Cardinalis Seraphin. decis.* 582. *n.* 5. *Rotta diversorũ decis.* 50. *n.* 29. & *dec.* 64. *n.* 2 *part.* 2. *Iulius Laborius var. lucubration. tom.* 1. *tit.* 4. *de elect. canonica, cap.* 23. *n.* 13. nec enim exquirendum est, an possessio sit justa, vel injusta, quin semper justa est respectu non possidentis *l.* 2. *ff. vti possidet. Barb. in praxi exigendi pens. q.* 2. *nu.* 21. *Firinac. part.* 2. *select. decis.* 406. *nu.* 6. quia sufficit nuda detentio de facto *Nevizan. cons.* 8. *n.* 3 *Covar. pract. cap.* 17. *n.* 5. *vers. sic sanè, Barbos. vbi sup. nu.* 20. & *idem Bab. in votis decisivis lib.* 1. *voto* 5. *num.*

num.7.facit, quod tradit Pereira de Manu Regia 1.*part. cap.* 21. *num.* 6.

§. 3. *De interdicto adipiscendæ.*

25 PEr hoc interdictum avocat actor habilitatus hæres defunctis possessionem ab eo, qui sinè justo titulo possidet, vt tenuit *Accurs. verb. legitimo*, quem sequitur *Menoch. de adipiscend. remed.* 4. *Iass. in §. actionum num.* 216. *& in §. fuerat n.* 60. *Inst. de act. Gomes, in l.* 45. *Taur. n.* 136. *Molina de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 44. *& num.* 47. *§.* 54. *Spino de testament. glos.* 34. *num.* 3. *Greg. in l.* 2. *titul.* 14. *part.* 6. *glos.* 1. *per totum, in lib.* 4. *tit.* 58. *§. fin. ibi testament.* per quæ ita judicavit Senatus
26 in lite *da Misericordia*, cum Ludovico de Mendanha anno 1634. Nam cōtra titulo possidentem non datur hoc interdictum, sed contra eum, qui possidet pro possessore, vel pro hærede, *vt in l.* 2. *C. quorū bonorum*, & sic non competit cōtra eum, qui
27 rem usucaptam habet justo errore, qui error justus pro titulo habetur ad usucapionem *l. Celsus ff. de vsucap.* Unde ille, qui possessionem occupavit hæreditatis ex testamento nullo, aut falso, in quo à fratre suo (qui testamentum scripserat rogatu testatoris) scriptus fuit hæres cum uterq; esset in patria potestate, hæreditatem, & possessionem restituet *argumen. text. in l. eo.* 10. *ff. ad l. Corneliam de falsis.* Differt autem hoc interdictum ab actione petitio-
28 nis hæreditatis, de qua supra diximus, quia unum est petitorium, & aliud possessorium, & in hoc interdicto praxis est, vt si filius emancipatus sit præteritus, probando se esse filium avocat possessionem ab hærede scripto *l.* 2. *C. quorum bonorum.*

29 Et similiter per hoc interdictum avocat hæres possessionem rei, quam legatarius occupavit propria auctoritate ante aditam hæreditatem, vt falcidiam detrahat, sivè ille sit hæres, sivè hæredis hæres *l.* 1. *C. quorum legatorum*, nam beneficium falcidiæ, quod hæres habet, transmittit ad suum hæredem, qui licet dominium rei legatæ transeat in legatarium à morte testatoris, non tamen possessio, imo quando patitur falcidiam, non transit in legatari- 30
um dominium à morte testatoris *l. linea margaritarum, ff. ad l. falcid.* quod si legatarius rem legatam occupavit propria auctoritate post aditam hæreditatem, perdit illam, & cadit ob omni jure suo *l. non est dubiū C. de leg. Ant. Gom. in l.* 45. *Taur. n.* 132. *Menoch. remedio* 5. *recuperandæ n.* 30. *Covar. lib.* 3. *resolut. cap.* 16. *nu.* 7.

Item notabis, quod si quis egit reivendicatione, & pendente eo judicio cæpto velit hoc interdicto contendere, suspendetur judicium vendicationis, & agetur de sola possessione, *vt in l. cum fundū in fin ff. de vi, & vi armata, & in clement. vnic. de causa possession. & propr. tradit Ias. in l. naturaliter §. nihil commune, num.* 117. *ff. acq. possession.* nec enim hoc, duo tamquam contraria, & repugnantia cumulari possunt, vt dixi, & probatur *cap. pastoralis §. alijs, de causa possession. & propriet. & est recepta sententia secundum Rip. in dict. §. nihil commune numer.* 15. Igitur petitorium intentatum suspendi potest, antequam sit in eo conclusum, & transitum fieri ad possessorium *cap. pastoralis de causa poss. & propr. Bellacomba tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *titul.* 1. *num.* 297. *pag.* 217. *Ioan. Garcia de nobilitat. glos.* 11. *nu.* 13. *Menoch. remed.* 15. *recuperand. nu.* 381. *cum sequent. Barb. in l. si alienam, nu.* 8. *ff. solut. matrim.* 31

Item possidens ex constituto poterit hoc interdictum proponere pro consequenda actuali possessione *Tyraq. tract. const.* 1. *part. n.* 4. *&* 10. *& tit. de mort.* 6. *part. declarat.* 2. *nu.* 4. *Molina. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 5. *Paz tract. de menuta tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 57. *&* 59. *Ant. de Amato variar. resol. cap.* 12. *num.* 9. *&* 10. 32

Item in hoc interdicto praxis est, vt non obstāte *l.* 1. *C. si de moment. possess.* appellatio, & supplicatio admittatur ad vtrunque effectum *Molina lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 33

17. & 18. *Rodrigues de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 51. *Cancerius* 3. *part. variar. cap.* 14. *à n.* 36. *Fontanella de pactis nuptial. tom.* 2. *clausul.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *n.* 86.

SUMMARIUM.

1 *IN actione injuriarum quomodo, & in quo judicio procedatur, & quando appellationi locus sit?*

2 *Injuria facta ab officiali justitiæ, à quo punienda sit.*

3 *Reus potest excipere de simili injuria.*

4 *Dominus pro servo, & pater pro filio, & maritus pro vxore injuriarum agere potest.*

Ibid. *Inimicus probatur, ex injuria ei illata.*

5 *Injuria quibus verbis fiat?*

Ibid. *Protestatio contraria facto, protestatem non relevat.*

Ibid. *Injuria fit per scripturam scribendo aliquod conuitium.*

6 *Injuria est si quis appellet alium Iudæum, & hujus rei praxis.*

7 *Convitium in absentia partis dictum, quando puniri debeat?*

8 *Actio injuriarum non transit ad hæredes, & contra hæredes.*

Ibid. *Convitium per viam de matraca severius puniri solet.*

9 *Actio legis Aquiliæ competit domino, & eo absente ijs, qui rem tenent.*

10 *Actio legis Aquiliæ datur contra eum, qui mandavit, aut consuluit, & contra ejus hæredem in eo, quod ad eum pervenit.*

Ibid. *Exactor jurium Regalium tenetur de damno facto jumentis, quæ pignori capta fuerunt.*

11 *Vxor, quæ damnum dedit jussu mariti non tenetur ex lege Aquiliæ.*

Ibid. *Vxor, quæ cum marito culpabili habitum mutavit, vt ille à carcere exiret, & aufugeret non tenetur.*

12 *Dominus quadrupedis, qui noxam fecit, non liberatur dãdo ejus pretiũ, si illum dominus vendidit post acceptum judicium, sed in toto damno condemnari debet.*

CAP. XI. *De actionibus, quæ ex maleficijs discendunt.*

§. 1. *De actionibus injuriarum.* 1

IN hac actione summariè proceditur absque aliqua allegatione juris, nec objectione adversus personas testium, & causa expeditur in Camara civitatis, sine appellatione, vel supplicatione, vt *in Ordinat. lib.* 1. *titul.* 65. §. 25. nisi judex condemnaverit in plus, quam in sex mille numerorum regalium, nam propter illum excessum annullabitur condemnatio, & appellatione locus erit, & si judex non detulerit appellationi, poterit per viam gravaminis à Præside Curiali causarum criminalium provideri, ita judicatum refert *Barbosa in Ordin. lib.* 1. *titul.* 65. §. 25. *num.* 2. & ibi dicit quod judex fuit condemnatus in expensis, quia non detulit appellationi.

Item injuria facta ab officiali justitiæ alicui litiganti, & quomodo in ea procedatur, & per quem judicetur, videnda est *Ordinat. lib.* 1. *titul.* 1. §. 36. & *titul.* 24. §. 17. *eodem lib.* Et quanvis reus possit excipere (vt dixi) de simili injuria, qua antea fuit lacessitus ab actore, vt ei ignoscatur, *ex l. qui cum natu* §. *si libertus ff. de bono libert*, contrarium tamen defendi potest ex *Felino, in cap. dilecti colum.* 6. *versiculo provocatus de except.* Ex eo, quia in homine est ratio, quæ non est in brutis, qua potest quis vincere pertubationes animi. Sed primus impetus non est in potestate hominis, unde prior sententia in praxi quotidie recipitur, & idem erit si similis injuria facta sit meo cõsanguineo. Nã 2 3

quemadmodum quis vim sibi illatam propullare potest, ita, & suis ipsius consanguineis, & conjunctis *Cabreros in lib. 2. de*
4 *metu cap. 45. num. 18. Tiraquel. de pœnis caus. 51. num. 66.* Et sic dominus agit pro injuria facta servo, & pater pro injuria facta filio, & vir pro injuria facta vxori nomine proprio, vt tenet *gloss. in dicta Ordin. lib. 1. titul. 65. §. 25. ex numer. 5.* vbi etiam num. 8. dicit quod vxor de licẽtia mariti agere, & prosequi potest injuriã sibi illatam etiam contra illum, qui appellavit maritum cornutum, vt per DD. quos ipse refert.

5 Item injuria inimicitiam probat *Marsil. & alij, quos refert, Gyurb. cons. 17. nu. 5.* inimicus probatur ex injuria ei illata. Injuria autem verbis fit si quis dicat mentiris, *vt per Iul. Clarum §. injuria num. 13. & 14. Faquineum controversiarum lib. 9. cap. 12. Bernard. Græva ad pract. Camer. Imperialis lib. 2. conclus.* 100. etiam si fiat cum protestatione, salvo scilicet honore tuo mentiris, quia talis protestatio est cõtraria facto, quæ protestantem non relevat *Farinac. in praxi crim. tit. de varijs, & extraordinarijs crimin. quæstion. 105. num. 310. cum sequentib.* sed non est injuria dicere falsamente dicis, *vt per Grevã, & Farinaceum, vbi supra*: Fit etiam injuria per scripturam scribendo, vt per *gloss. verb. convitium l. 1. ff. de injurijs Farin. qui alios refert vbi supra num 4. Greva vbi sup. conclus. 104. Gayl. observ. 104.*

6 Item injuria est si quis aliquem Iudæum appellaverit, sed ita demum injuriatus admittitur, si prius confessus fuerit se esse Christianum novũ; quæ praxis improba est, ex ijs, quæ videri possunt *apud Parlador. quotidian. quæstion. capite supra proximo Covar. lib. 1. resolut. cap. 11.* vbi ex lege Regni Castellæ indistincte convintiator punitur. Sed dubium est, an sit
7 legi Regni locus, vbi convitiũ illud dictũ fuerit in absentia patris? & videtur quod non, quia contumelia tunc proprie dicitur cum verba injuriosa in præsentia partis fuerunt prolata, prout tenet *Covar. lib. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 4.* quanvis aliud sentiant plerique, quos refert *gloss. in Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 25. num. 13.* vnde distinguendum est, vt si quis protulit verba, eo animo in absentia, vt in ejus perveniant notitiam, lege regia tenebitur; justissimum enim est famæ, honoris restitutionem fieri his, qui convitijs objectis ejus læsionem passi fuerint *cap. quisquis 8. quæstion. 1. cap. inter solicitudines de purgat. Canon. Covar. lib. 1. cap. 11. num. 4. in fin.* sed in hoc cautella est, vt dicas 8
delatorem injuriæ in absentem factæ esse *mexeriqueiro*, & ei fidem non esse habendam, imo puniendum esse ex *Ordin. lib. 5. titul. 85.* Ista actio quia est ad vindictam non transit ad hæredes, nec contra hæredes *gloss. verb. scelere lege 1. C. ex delictis defunctorum.* His addo quod ex matraca dicta ad domum alicujus ex decreto Senatus maximi vidi procedi per Inquisitionem. etiam ad pœnam corporalem.

§. 2. *De actione legis Aquiliæ.*

IN primis noto in praxi quod in libello 9
hujus actionis legis Aquiliæ nõ est necesse locum, & tempus inseri *secundum Bar. in l. Neratius, ff. ad l. Aquil.* quia damnatus lege Aquilia, vel quod metus causa, vel ex edicto unde vi non est infamis *gloss. & Bar. in l. 1. in principio ff. de infamib.* ex quo colliges responsionem *ad cap. cum dilectus de ordine cognit.*

Item requiritur vt articulum faciat advocatus de dolo, & culpa adversarij, vt hæc actio locum habeat *vt in l. in lege ff. ad l. Aquil. §. injuria Instit. eodem l. si servus servum, §. inquit, & §. rupisse. ff. ad l. Aquil.* Competit autem hæc actio non solum domino, aut ejus hæredi, sed etiã usufructuario bonæ fidei possessori, & depositario, domino absente à loco, & etiam creditori, cui res est pignorata, item legatario re non dum sibi tradita, qui omnes habent petendi potestatem, & actionem

ad damnum sibi illatum *Azon. in summa C. de leg. Aquilia, l. 2. tit. 15. part. 7. l. item mella, §. fin. cum l. sequenti, ff. ad l. Aquiliam, & §. si servus in eadem leg. l. qui occidit, §. pignori ff. eodem.*

10 Item datur hæc actio contra illum, qui fecit, vel culpa sua evenit, idest si mandavit, aut consuluit fieri, *l. liber homo si jussu ff. ad l. Aquil.* & contra ejus hæredem in eo, quoad eum pervenit *l. inde Neratius, §. hanc actionem, ff. eodem.* Et inde est, ut si Collector jurium regalium jumenta, aut pecora capta pignori pro tributis reclusserit, & fame seu sui perierint, aut deteriorentur, tenetur de tali damno *l. 4. tit. 15. part. 7.* Non autem tenetur servus, vel filius, qui mandato domini, & patris damnum dederunt, *ut in dicta l. liber homo,* nec etiam uxor, quæ respectu jussus mariti, parificatur enim in hoc cum servo juxta notota *per gloss. in l. 3. §. si quis servum ff. de statu liber, & in l. sicut ff. de oper. liber, & in terminis per Flar. in dict. l. liber homo.* ubi de muliere, quæ cum viro culpabili habitum mutavit, sub cujus colore viro carcere exivit, & aufugit, quod nota, quia ita practicari vidi in uxore Antonij Peres in Curia de Madrid.

§. 3. *De actione noxali.*

A Nimali de sua natura mansueto, ex propria malignitate damnum dante, ut si equus recalsitret, seu bos cornumpetat, tenetur ejus dominus ad damnum, aut animal pro noxa dandum, quod si post acceptum judicium reus vendat pecudem, an condemnetur in toto damno, ita quod non liberetur dando quadrupedis pretium pro noxa? videtur, quod in toto damno per *text. in l. si alienus servus cum l. sequenti, ff. de noxal,* & quid si bestia moriatur ante litem contestatam vide *l. 1. §. plane, ff. eodem, & exempla hujus actionis vide in l. 21. titul. 15. part. 7.* 12

SVMMA CAPITVM EX HOC LIB. V.

CAp. I. De modo, quo procedi debet per viam accusationis.
§. 1. De captura reorum, & quibus modis rei soluti à carcere se defendant.
Annotatio 1. De requisitorijs ad capturam.
Annotatio 2. De resistentia.
Appendix 1. De homagio.
Appendix 1. De chartis assecurationis.
Appendix 3. De reo soluto sub fidejussoribus.
§. 2. De reo ad Ecclesiam confugiente.
§. 3. De interrogationibus reo faciendis, & quomodo interrogationes fieri debeant?
§. 4. De libello accusatorio.
Appendix de clausulis libelli.
§. 5. De exceptionibus rei.
Appendix 1. De remittendo reo ad suum judicem.
Appendix 2. De citatione facienda consanguineis occisi.
Appendix 3. De comparitione rei, & quando procurator pro reo intervenire possit.
Appendix 4. De libello responsorio confessativo, aut negativo.
2. Articulus de necessaria defensione Rei.
Appendix ad accusandum excessum.
3. Articulus quod non præsumatur, quis ex illato vulnere, mortuus, & de examine faciendo.
Appendix de examine faciendo.
4. Articulus.
5. Articulus, quando venia delicti reo concessa est.
Appendix, quando reus dicit se velle stare pro actis.
§. 6. Acta, quomodo fieri debeant judiciaria.
§. 7. De probatione.
§. 8. De tortura reorum.
§. 9. De sententia.
§. 10. De appellatione.
§. 11. Executio quibus casibus suspendatur?
Appendix 1. qui à pœna vili, excusentur?
Appendix 2. qualiter in condemnatione pœnæ corporalis judex se habere debeat?
Appendix 3. De impedimentis adversus pœnæ condemnationem, ut ex sequentibus illa minuatur.
Cap. II. De modo procedendi per viam denuntiationis.
Cap. III. De modo procedendi per viam inquisitionis.
Cap. IV. De modo procedendi contra reum absentem.
Cap. V. De forma procedendi à judicibus in syndicatu.

PRACTICÆ LUSITANÆ

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI in causis criminalibus.

LIBER QUINTUS.

SUMMARIUM.

1 *PRæparatoria accusationis, quæ sint?*

2 *Recepta querella cum solemnitate inscriptionis, & suscriptionis summaria testium examinatio fit.*

Ibid. Si plures sint accusatores, unus libellus, & unus processus satis est, nisi aliquis contradicat.

3. *Accusatio ibi proponi potest, ubi crimen est commissum, etiamsi reus ibi nõ reperiatur.*

4 *Accusator, si se absentaverit, & non comparaverit, censetur causæ renũtiare, sed non præcludit viam aliis consanguineis ad accusandum.*

5 *Tacita renuntiatio, quæ ex lapsu temporis inducitur, magis nocet, quam expressa.*

6. *Querella, & accusatio corruit, si aliqua solemnitas in ea deficit.*

Ibid. Solemnitate omissa culpa notarij, ipse tenetur ad damna, & interesse.

7 *Captura, & incarceratio habent damnum irreparabile.*

8 *Novella Philippica declaratur.*

9 *Arrestari in carcere non potest, qui legitimè captus non fuerit.*

10 *Captura alicujus nobilis, quando committitur Mayorino maioris.*

11 *Precatoria ad capiendum, vel ad puniendum aliquem, quæ continere debeat?*

12 *Iudex requisitus non tenetur delinquentem capere, nisi inquiritiones fuerint ad eum missæ.*

13 *Iudex requisitus, si non obedierit litteris requisitoriis subjicitur pænis, de quibus in* Ord. *lib.* 5. *tit.* 119. §. *fin.*

14 *Episcopus potest mandare potestati sæculari, ut arrestet incarceratũ in suo carcere pro causa in Ecclesiastico pendẽte.*

15 *Resistens alguazelo, qui non portat virgam, non punitur.*

16 *Lictoribus, qui committantur alguazelum, nõ creditur super resistentia.*

17 *Officiali, nõ creditur dicenti super actu citationis fuisse verberatum.*

Ibid. Resistere non dicitur, qui non devenit ad manualem actum.

18 *Officiali, qui vult aliquem capere sinè mandato judicis in scriptis, potest impunè resisti.*

19 *Resistentia etiam dicitur, quæ fit viatoribus vulgo* caminheiros.

Ibid. Injuria facta a hum partidor dos orfaós, *non est resistentia.*

20 *In processu resistentiæ, necessaria est citatio, aliàs processus erit nullus.*

Ibid. Officiali justitiæ, etiam finito ejus officio fit resistentia.

21 *Homagium, quomodo fit secundũ consue-*

suetudinem Hispaniæ?

22 *Homagium non interponitur per procuratorem.*

23 *Homagium datur nobili pro crimine, quod non meretur pœnam capitalem, & Ord. lib. 5. titul.* 120. *declaratur.*

24 *Homagium datur doctori pro debito civili, & advocato Curiæ.*

Ibid. Incarceratus sub homagio, an possit contrahere?

25 *An si incarcerato in carcere publico detur homagium, an cum eo transeant* os embargos que lhe eram postos por outros?

26 Charta de seguro, *quibus casibus non valeat, nec servanda sit?*

27 *Novella Philippina refertur super Chartas assecurationis ibi.*

28 *Ord.* 5. *tit.* 130. *§. fin. declaratur.*

29 *Cautionem, quam reus dat pro defendendo vulgo* de alvarà de fiança, *non amittit pars, si pater, aut vxor petat reum ad Ecclesiam remitti.*

Ibid. Prorogatio temporis do dito alvarà, *an noceat fidejussori?*

30 *Quando datur copia reo, qui se defendit sub fidejussoribus, totus processus ei communicatur.*

31 *Qui habet provisionem de se defendendo sub fidejussoribus, an possit citari de novo?*

32 *Iudex, quando possit relaxare reum sub custodibus comentarensibus.*

33 *Sacrilegium committens in Ecclesia non gaudet ejus immunitate.*

Ibid: Nec monialem deflorans.

Ibid. Nec decoctor.

34 *Debitor ex causa civili gaudet immunitate Ecclesiæ.*

35 *Occidens proditoriè, & per insidias non gaudet immunitate Ecclesiæ.*

36 *Officiali non creditur, qui dicit apprehendisse reum delinquentem extra Ecclesiam.*

37 *Reus existens in Ecclesia citari potest, vt compareat per procuratorē in judicio.*

38 *Reus ad Ecclesiam remissus non poterit pro debito, pro quo fuit recomēdatus, incarceribus detineri.*

39 *Quando reus non teneatur respondere interrogationibus sibi à judice factis?*

Ibid. Iudex, quomodo reo interrogationes facere debeat, & de quibus rebus?

40 *Libellus accusatorius, qualis esse debeat, & quæ debet continere, vt procedat?*

41 *Quod tempus sit ponendum in libello? An tempus mandati, vel delicti?*

42 *Iudex ex officio potest rejicere libellum, quia sit ineptus.*

43 *Reus potest objicere de ineptitudine libelli, etiam in causa appellationis.*

44 *Libellus ineptus non formatur propter aptam probationem.*

45 *Propter illa verba Ord.* julguem pella verdade sabida, *an procedat libellus ineptus?*

46 *Ordin. lib.* 3. *titul.* 63. *procedit etiam in causa criminali, & ibi declaratur.*

47 *Clausula illa* he uzeiro, & vezeiro *est multum vtilis.*

48 *Confessio criminis per viam exceptionis opposita, vel incidenter emanata, nō est sufficiens ad condemnandum.*

49 *Instrumentum gravaminis ab incompetentia venit ad Senatū gravaminis, & instrumentū gravaminis à suspitione venit ad Præside Curiæ.*

Ibid. A sententia, in qua judex se pronuntiat competentē, aggravatur per petitionem, vel in actu processus.

50 *In notorijs criminibus judex recusari non potest, & si recusatus fuerit ille, cui Rex commisit in locum istius, solus Rex alium substituet:*

51 *Novella Philippica in reformatione justitiæ §.* 16. *declaratur.*

52 *Acta coram judice sæculari faciunt probationē in judicio Ecclesiastico.*

53 *Iudex Ecclesiasticus, an teneatur stare processui, & sententiæ judicis sæcularis in clerico remisso?*

54 *Si clericus, & laicus simul delinquant,* quilibet

quilibet ad suum judicem remittendus est.

55 *Delinquens, si post delictum commissum sacros Ordines susceperit, non in totũ liberabitur à jurisdictione sæculari.*

56 *Monachus, si repertus fuerit in fragranti, capi potest, sed remittetur ad suum judicem.*

57 *Fratres tertij Ordinis Sancti Francisci non sunt personæ Ecclesiasticæ.*

58 *Commendatarij Ordinum Militarium delinquant, remittendi sunt ad suum judicem.*

59 *Reus remittendus est ad locum delicti.*

Ibid. Remissio, quibus expensis fieri debeat?

60 *Vxor in accusando præfertur alijs cõsanguineis, & quomodo hoc intelligatur?*

Ibid. Reus occisor Monachi citare debet ejus consanguineos, si velint accusare.

61 *Si posthumus in vtere inest, ejus curator citari debet ad accusandum.*

Ibid. Proximus admittitur ad accusandum, licet remotiores jam inceperint accusare.

62 *Accusatio vnius consanguinei alterum non excludit.*

Ibid. Lapsus temporis induci renuntiationem.

63 *Reus per procuratorem non potest se defendere, sed excusari de sua absentia sic.*

Ibid. Executor potest opponere de incompetentia judicis.

64 *Procurator, si fuerit à judice admissus in criminalibus, nec pars contradixerit, processus non erit nullus.*

Ibid. Vniversitas potest se defendere per procuratorem.

65 *Tutor, vel curator non admittitur pro minore absente citato, sed debet personaliter comparere.*

66 *Novella Philippica refertur, vt quis per procuratorem se liberet.*

67 *Reus, si incarceratus fuerit in alio loco, potest se excusare per procuratorem, nisi incarceratio fuerit per reum procurata.*

68 *Interrogationes factæ reo, ante capturam, si sibi edi petantur edendæ sunt.*

69 *Incarceratus intra tempus datum ad contrariandum potest opponere contra suam confessionem, eamque revocare probato errore ex justa causa.*

70 *Quæ sit necessaria defensio, vt non sit punibilis?*

71 *Homicidium, potius ad defensionem, quàm ad vindictam factum, præsumitur.*

72 *Aggressor quis dicatur?*

73 *Proferens verba injuriosa in alium præsumitur procurator, & aggressor.*

74 *Vulnus dicitur mortiferum, cujus curatio est impossibilis, vel difficilima.*

Ibid. In dubio judicandum est vulnus nõ esse mortiferum.

75 *Vulnus si non fuit illatum, sed contusio requiritur examen.*

76 *examinandum vulnus duo chirurgi, qui debent esse periti in arte, & debent jurare, & si non conveniunt, standum est dicto senioris.*

77 *Integritas vitæ, & boni mores delictum minuunt.*

78 *Quæ requirantur ad veniam delicti impetrandam à Principe, & ex quibus venia subreptitia judicetur?*

79 *In pace facienda, præfertur vxor mortui filijs.*

Ibid. De morte Monachi remissio spectat ad monasterium, non ad illius filium.

Ibid. Pupillus maior infante, potest cum auctoritate tutoris pacem facere de morte patris, qui si lædatur in pace restitui potest ad accusandum.

80 *Cum proximiore poterit fieri transactio, etiam si remotiores jam cœperint accusare.*

Ibid. Si vulneratus dedit pacẽ, etiam in casu, quo mors sequeretur, non est, necesse à consanguineis pacem requirere.

Ibid. Curator posthumi potest pacẽ facere

Ibid.

Ibid. Remissio delicti inducitur ex lapsu temporis, quæ magis nocet, quam expressa.
81 *Stare pro actis, quid sit, & cujus sit effectus?*
82 *Clausula illa, quòd reus stat pro actis, nocet etiam hæredi.*
Ibid. Testium probatio, si sit dubia, & incerta, non obstãte præd. clausula in favorem rei intepretanda est, & secundũ illius intentionem.
Ibid. Verba dubia, & æquivoca interpretantur potius pro reo, quam è contra.
83 *Confessio rei scilicet, quod vult. stare pro actis, non extenditur vltra ea, quæ in actis probata sunt, & sic, & eodem modo accipitur, quod à testibus dictum est.*
Ibid. Confessio Rei, scilicet, quod vult stare pro actis sub spe impunitatis à judice promissæ confitentem non efficit, quia per dolum extorta censetur.
84 *Terminus, per quem acta fiunt judiciaria, non tollit, quin possit reus dicta testium impugnare, & adversus eorum personas objicere.*
Ibid. Acta fient judiciaria, quid importet præd. clausula, & cujus sit effectus?
85 *De jure communi non sufficiebat consensus partis, ut testes, qui dixerunt in summario pro ratificatis haberentur in plenario.*
Ibid. Terminus, per quem fiunt acta judiciaria, debet esse suscriptus à parte, & duobus testibus munitus.
86 *In ratificatione possunt testes addere ex circunstantijs, quæ relevarent reum à condemnatione, & pæna capitali.*
87 *Inimicitia orta post depositionem, & & affectata ad finem repellendi, non potest obstare.*
88 *Testis qui deponit, quid esse commissum de nocte non lucente luna, non probat.*
89 *Testis, contra quem est aliqua suspitio falsitatis, non probat, & ibi exempla.*
90 *Vna præsumptio, quomodo tollitur per aliam remissivè?*
91 *Confessio extrajudicialis, quomodo probari debeat, & qualis esse debeat?*
2 *Confessio extrajudicialis ex quibus revocari possit?*
93 *Vnus testis, ut faciat indicium ad torturam, debet esse habilis, idoneus, qui non deponat per verbum credo, vel per verbum meo judicio, nec non hoc modo aliquid probat, & debent alia adminicula concurrere.*
93 *Fama publica, quomodo probanda sit remissivè?*
95 *Fuga, quando faciat indicium ad torturam.*
96 *Praxis, quæ servanda est in tortura reorum.*
97 *Indicia, quæ sufficiant ad torturam, & qualia illa esse debeant?*
98 *Indicia in genere suo ad torturam debent esse clara, & talia, quæ de jure subsistant.*
99 *Sententia lata à judice pecunia corrupto, quanvis justa sit, est ipso jure nulla, & quomodo hoc intelligatur?*
100 *Fiscus non restituitur adversus sententiam in pænalibus.*
101 *Appellatio vnius ex pluribus prodest alijs.*
102 *Appellatio facta à reo renuntiari non potest.*
103 *Fiscus à sententia lata in favorem Rei non potest appellare.*
Ibid. Promotor justitiæ an possit appellare remissivè?
104 *Executio non fit in illo reo, qui post commissum delictum venit in furorem, vel in muliere prægnante.*
105 *Quæ personæ à pæna vili excusentur?*
106 *Privilegium decurionum, ex quo à pæna vili excusantur, non extenditur ad nepotes.*
107 *Iudex non potest recedere à condemnatione pænæ à lege statuto, vel consuetudine imposita.*
108 *Causæ, ex quibus pæna condemnatio ini-*

minuatur, & sententia impediatur.
Ibid. Ebrietas quomodo probetur?
109 *Iudex rejiciens impedimenta causam in sententia inserere debet.*

CAP. I. *De modo, quo procedi debet per viam accusationis in causis criminalibus.*

1 PRIUSQUAM ad actoris petitionem in accusatione procedatur, actor offert suã querellam, in qua nomen rei defert, & crimen probare profitetur, inscribitque, & subscribit propter pœnam calumniæ; si delictum non probaverit, *vt in l. libellorum, & l. si cui ff. de accusat. l 1. ff. ad Turpilianum*, quæ omnia sunt præparatoria accusationis. Quia excepta que-
2 rella cum præmissa solemnitate, summaria testium examinatio fit, & inde incipit vera, & formalis accusatio, nec exigitur fidejussio de prosequenda accusatione, vt olim fiebat, secundum *Ang. Aret. in tract. malefic. 1. part. neque enim ad querellam col. 1.* nisi sit mulier, aut clericus, aut exterus, qui tenentur cautionem præstare pro expensis, vt suo loco dixi, & si plures sint accusatores unus libbellus satis est, *l. si quis §. unius, & ibi Bal. ff. de procurat. gl. quæ concordantias affert in cap. querellam verb petens. extra de electione*, & his unus quoque processus sufficit, *l. si idem cum eodem ff. de jurisdictione, jud.* nisi aliquis cõtradicat, *Ordin lib. 1. titul 79 §. 31. tradit Gomes 3. tom cap. 1. num. 88. Iulius Clarus lib. 5. §. ultim. quæst. 13 Tyraq. de retract. titul. 2. §. 2. glos. 1. num. 68.* Quæ accusatio
3 proponi potest ubi crimen est commissum, nam finis delicti, tamquam principalem debet attendi *Cabed. 1. part. decis. 26. Barb. in l. hæres absens, §. proinde in artic. de foro delict ff. de judic. Cald. cons. 23. numer. 5. & alios refert glos. in Ordin. lib. 3. tit. 6.* etiam si reus ibi non reperiatur *Ord. in dict. tit. 6. §. 4. vbi glos. alias concordantias adducit.*

Cæterum si accusator se absentaverit 4
non præcludit viam sequentibus consanguineis ad accusandum, *argument. Ordin. lib. 5. tit. 151. §. 1.* & ipse accusator non admittitur amplius ad accusandum, quanvis sit minor, quia non comparendo censetur causæ renuntiare, & remittenti suas actiones non datur regressus, *l quæritur, §. si venditor ff. de ædilit. edict. tradit Aviles in cap. prætor, in verb. fiel, num. 34.* & idem est, si proximus citatus excludatur lapsu temporis ab accusatione *Tyraq. glos. 7. connub. num. 75.* Nam ista tacita renun- 5
tiatio, quæ inducitur ex lapsu temporis magis nocet, quam expressa *Iass. in l. cum quid. 2. lect. num. 10. ff. si cert. petatur*; Sed si aliqua solemnitas in querella desierat de ijs, quæ habentur *Ordin. lib. 1. tit. 117.* 6
querella corruit, & nulla judicatur accusatio, vti contigit in lite Ioann. de Payva Cardoso, quanvis ille deffectus solemnitatis suppleri debuerat, uti habemus in Ordin. Regia sanctissima quidem illa, sed malè observata *lib. 1. titul. 5. §. 12. vbi gl.* alias doctorum concordantias adducit, nam de jure communi, judex appellationis potest absolvere absolvendum, & condemnare condemnandum non attenta nullitate processus, secundum *Monaldum consil. 143. num. 25. Bernardus Græve ad pract. Cameræ Imperial. lib. 1. conclus. 42. & alios refert glos. vbi supra, num. 2. Cab. decis. 206. num. 3. part. 1.* quanvis Phæbus hoc restringit ad causas, quæ non dum fuerint judicatæ *Aresto 108.* & solemnitate omissa culpa notarij ipse tenetur ad damna, & interesse secundum *gl. in Ordin. lib. 1. titul. 24. §. 21.* & ita vidi practicari in lite Catherinæ Camella.

(:|:)

§. 1. De

§. 1. *De Captura reorum, & quibus modis rei soluti à carcere se defendant.*

7 Post querellam, & ejus summariam inquisitionem receptam, sequitur mandatum de reo captando, & incarcerem detrudendo, de quo admittitur petitio gravaminis, quia captura affert damnum irreparabile *ex Donato à Fin. tom. 2. communium lib. 9. titul. 3. num. 2. Caldas in l. si curatorem verb. per quod, numer. 31. Barb. in l. 2. part. 2. num. 33. ff. solut. matrimon. Phæbus 1. tom. Aresto* 101.

Causas autem, ex quibus captura injusta dicatur, vt ab ea supplicare liceat ad Senatum gravaminis, ponit ad longum *Salgado de regia protectione, part. 2. cap. 4. num. 7. cum sequentibus*, & illa præcipua, & magis communis ab advocatis recitatur, qui non est culpa legitimè formata, nec testibus minuta, nec enim captura decerni potest, nisi præcedentibus legitimis indicijs, *Bonacosse commun. criminal. 2 p. verb. indicia. Farinac. in praxi crimin. lib. 5. §. vltim. quæstion. 5. & quæstion. 28. numer. 2.*

8 Ex novella Philippica *in reformatione justitiæ §. 4.* noviter sancitum est in delictis capitalibus capi posse per Præsides, Prætores, Auditores, & Iudices foraneos eos, de quibus eis deferantur delicta commissa, antequam formaretur culpa contra illos, quæ lex exorbitans est à jure communi, & multum adversatur legi Regiæ *lib. 5. titul. 119.* & ex ejus observantia aliquod inconveniens resultari experientia docet, & ideo per Senatus decreta non fit de illa extensio ad judices ordinarios, sed ad illos tantum restingitur, de quibus loquitur *argument. l. 4. §. toties, ff. de damn. in fect.* nec etiam extenditur ad casus, in quibus non sequitur pæna corporalis, quibus etiam addo, quod persona, quæ defert sit cognita, ex qua nulla præsumatur malitia, & calumnia, & dato ei juramento, & ita practicari vidi.

Addo etiam, quod in omni casu, quo captura non fuerit legitimè facta, non potest captus arrestari in carcere, vulgo *embargar Phæbus 1. part. Aresto 134. Vincent. de Franch. 2. part. decis. 415 Farinac. in pract. crimin. 1. part. quæst 2. num. 151.* quod notabis *ad Ord. lib. 3. tit. 76. §. fin.* 9

Item, si succedat, vt necessaria sit captura alicujus magni nobilis, veluti Comitis, aut Ducis, qui alijs ministris justitiæ facilè apprehendi non possit, ejus captura committitur in hoc casu Maiorino maiori, (sic enim ille, quem vulgo dicimus *Meirinho mòr* appellatur à *Gregor. in l. 23. tit. 9. part. 2.*) qui cum magno comitatu delinquentem apprehendat *juxt. Ordin. lib. 1. tit. 17.* quod si ille magnus nobilis à Præside Curiali facilè apprehendi potest, prædicto præsidi captura committitur, qui ab illo magno nobili homagium suscipiat, & ita practicari vidi in captura Comitis do Basto, & Marchionis de Portoseguro, qui à Præside Curiali causarum criminalium in arce de S. Giam detenti fuerunt, & ibi Homagium dederunt. 10

ANNOTATIO I.

De litteris requisitorijs ad capturam.

Si reus non reperiatur in loco, vbi delictum commisit, debet judex mittere litteras rogatorias ad judicem loci, vbi reus moratur, vt illum capiat, *l. 1. §. hæc autem, ibi litteræ ad magistratum dētur, ff. de servis fugitivis, l. fin. vers. tribuni, C. de ijs, qui latrones l. omnes, vbi gl. C. de agricol. & censit lib. 11 l. 1. ff. de requirend. reis*, imo apprehendens aliquem sine permissione, injuriam infert judici, in cujus territorio capitur *cap. ex parte o primeiro de verborum signif.* Litteræ autem debent continere requisitionem, vt patet *in l. 1. ff. de requ. reis*, deinde debent continere causam, idest delictum per delinquétem 11

tem commissum, & qualitas delicti probata, aut confessa, nam aliàs judex requisitus non succurret, *Auth. vt nulli judices, §. si vero quis comprehẽsus, col. 9. l. fin. ff. de officio præfecti vigilum*, & tunc sine novo processu judex requisitus procedet, secus si ageretur de punitione delinquentis, &
12 sic de magno præjudicio *Bar. in l. Magistratus ff. de jurisdict. omn. judic.* Sed judex requisitus non tenetur delinquentem capere, nisi inquisitiones fuerint ad eum missæ clausæ, & sigillatæ cum decreto de capiendo *l. sicut, §. fin. ff. de accusat l. non dubium ff. de custod. reorum l. 1. C. vbi causæ status, Covar. pract. cap. 11. nu. 8.*
13 Quod si judex requisitus non obedierit litteris requisitorijs subjicitur pænis, de quibus in *Ordin. lib. 5. titul. 119. §. fin. cui convenit, l. 1. titul. 29. part. 7. Barbos. in l. hæres absens §. proinde in articul. de foro delicti à num. 85. Cabed. decis. 49. lib. 1.* etiamsi requisitoriæ fuissent ad ejus antecessorem distinatæ, vel, etiamsi judex requirens mortem obierit *Covar. pract. cap. 11. in princip. & num. 1.* Requisitoria Castellæ in hoc Regno adimpleta fuit ex provisione Regij Concilj Portugalliæ (quod est in Curia Madrid) ad extrahendum homicidam ex hoc Regno anno 1632. vt moreretur.

14 Item Episcopus potest mãdare potestati seculari, ut arrestet incarceratum in suis carceribus pro causa pendente coram ipso, & tenetur secularis obedire *ita Bal. cons. 91. in fin. lib. 5. Tuscus verb. judex Ecclesiasticus concl. 442. num. 9. Marcus Anton. Genuens. in praxi Curiæ Archiepiscop. cap. 27. num. 14.*

ANNOTATIO II.

De Resistentia.

15 ALguazelus, qui vult capere delinquentem, debet portare virgam, aliàs ei resistens non punietur secundum *Bobadilla in sua polytica, lib. 1. cap. 13. num. 50. Farinacium cons. 100. glos. in. Ordin. lib. 1. tit. 65 §. 1. & lib. 5. titul. 46 in principio num. 3. Aviles in capitibus Prætorũ cap. 42. glos. verbo varas, Avendan. de exequend. mandatis 1. part. cap. 22. num. 11. Mastrillo de Magistrat. 2. part. lib. cap. 8. num. 108.* Et lictoribus, qui 16
comitantur alguazelum cum lanceis, non creditur dicentibus sibi factam resistentiam *Farinacius in praxi criminali 1. part. lib. 1. titul. 4. quæst. 32. num. 80. Cavalcan. de brachio Regio 2. part. nu. 73. cum seqq.* nec etiam officiali creditur dicenti super 17
actu citationis fuisse verberatum, *vt per Farinac. vbi supra nu. 82. Græve. ad pract. Imperial. lib. 1. conclus. 54. considerat. 1. ex num. 11. Cabal. resolut. casu. 127. num. 2* Et resistere non dicitur, qui non devenit ad manualem actum, & per *Farinac. vbi supra quæst. 32. num. 45. Puteus de syndicat. verb. resistentia cap. 10. Giurba, cons. 29. n. 28. ex text. in l. milites §. irruentes, ff. de re militat.*

Item officiali, qui vult aliquem capere 18
sine mandato judicis in scriptis, potest impunè resisti *leg. probitum, vbi Bar. & Lucas de Pena, C. de jur. fisci lib. 10. Farinacius in praxi criminali, 1. part. quæst. 32. num. 41. & 32.*

Item an resistentia committatur adver- 19
sus viatores, vulgo *caminheiros? Phæbus dicit quod sic Aresto 147. 2. part.* non vero contra publicanos, vulgo *rendeiros.*

Item injuria facta *a hum partidor dos* 20
orfaõs non est resistentia *Phæbus Aresto 114. 1. tom.* & in processu resistentia necessaria est citatio, aliàs processus erit nullus *Phæbus Aresto 514. 1. tom.*

Item officiali justitiæ, etiam finito ejus officio fit resistentia *Phæbus Aresto 113. tom. 1.*

APPENDIX I.

De Homagio.

HOmagium secundum consuetudi- 21
nem Hispaniæ solet interponi positis

sitis palmis intra palmas nobilis recipientis promissionem, quæ inter positio est signum humilitatis, & obedientiæ ex parte promittentis, notat *Innoc. in cap. olim inter de restit. spoliat. gloss. in l. si vsusfructus legatus ff. de vsufruct.* & ideo per procura-
22 torem non interponit *Bal. in l. 1. ff. acq. rer. dom. in fin.* & dicebat certa, & formalia verba, quæ ponit *l. 2. titul. 5. part. 7. & l. 1. titul. 15. part. 7. Avendan. de exequend. mand. 2. part. cap. 27. num. 7.* vbi dicit, quod frangens homagium pænam perjurij incurrit, hodie verò in carcerem publicum detruditur, nec relaxari potest, etiam cum fidejussoribus *Tyraq. de pœnis causa 31. num 14.* & si non apparet in carcere, effugisse dicitur *Odrad. cons. 57. nu. 5.* nisi justa, vel necessaria causa exeat, quia tunc non meretur pænam *Giurba, cons. 34. num. 16, cum sequentibus.* Nec item injustè captus, si discedat à loco detentionis, obstringitur *Ramon. cons. 43.*

Homagium igitur datur nobili pro cri-
23 mine, quod non meretur pænam capitalem, unde si in absentia nobilis fuit condemnatus in certis annis exilij, & compareat intra annum ad se excusandum, & defendendum non obstante *Ordin. lib. 5. tit. 120.* illi dabitur homagium, *glos. in Ordin. lib. 5. tit. 126. §. 7. num. 4.* vbi dicit ita judicatum fuisse in Senatu Portugalensi, datur etiam nobili homagium pro debito civili *Gam. decis. 112. Bal. in l. 1. ad fin. l. qui bon. ceder. poss. Bobadilla in sua polytica tit. 3. lib. 3. cap. 15. num. 20. Balthazar Ayala. de jure, & officio belli lib. 3. cap. 7. numer. 2.* Et similiter dabitur homagium Doctori,
24 nec enim potest incarcerari pro debito civili, *glos singul. in l. medicis verb. deduci, C. de profess. & med. lib. 10. & ibi Bar. Bernard. Græv. lib. 1. ad pract. Imper. cōcl. 26.* Et similiter advocato Curiæ, neque enim tenetur, nisi in quantum facere potest, neque incarceratur, sicut, & miles *glos. in l. miles, ff. de re judicat. Soar. in l. 2. titul. de las ganancias, num. 12. & 13. Carvallo de vna, & altera 4. part. 1. num. 286.* nam in causis capturæ criminalis advocatus potitur libertate homagij in terminis *Ordin. lib. titul. 120.* & multoties judicatum asserit *Phæbus Aresto 58.* & inviolabiter observari ait *D. Ioann. Martins de à Costa de stillo Relationis annot. 14. Ioan. de Carvallo vbi supra, num. 291. verb. veterius*, vbi dicit, quod advocati potiuntur ijsdem privilegijs, quibus doctores in hoc Regno, & sic in eis practicari videtur *Ordin. lib. 3. titul. 86. §. 22.* Sed incarceratus sub homagio, an possit contrahere dubium est? tradit *Menoch. de arbitr. casu 301. num. 10 Masc. cons. 166. num. 12. Farinac. de delictis quæst. 33. num. 20.*

Item incarcerato, *que estava embargado* 25
na cadea por outros seus acredores, si detur homagium in causa principali pro qua fuit incarceratus, an transeant cum illo *os ditos embargos?* & vidi practicari, quod sic.

Item nobili incarcerato in domo, si fuerit pauper, an ei sint administranda alimenta per ejus creditorem, ac si esset in vinculis publicis? *Phæbus* dicit, quod sic *1. part. decis. 3. à num. 2.*

APPENDIX.

De Chartis assecurationis.

VLtra ea, quæ dicta sunt in 1. parte 26
addo quod charta assecurationis nō valet, nec servanda erit, si concessa fuerit pro delicto futuro non dum commisso, si intra tempus securitatis delinquat *Surd. decis. 307. num. 47. Farinac. in praxi criminal quæstion. 8. numer. 59. Vincent. de Franch. decis. 258. numer. 2.* nec etiam charta assecurationis generalis valet, nec prodest *Menoch. de arbitr. casu 337. ex numer. 13.* nec item incarcerato, si adversarius contradicat *Thomas Valas. 1. tom. allegat 97. numer. 23. Cabed. 1. part. decis. 95.* & in alio casu, de quo idem *Cab. decis. 52. num. 3.* nec etiam prodest charta confessativa, si postea negaverit, vt *in princip. da reformação da justiça, Thomas Val.*

 allegat.

allegat. 67. *num.* 27. & ille, qui petit chartam assecurationis confessativam, debet exponere causam defensionis necessariæ *Cabed.* 1. *part. decis.* 57. & *Thom Valasc.* 1. *tom. allegat.* 67. *num.* 19. & 24. Et judex in
27 casu, qui non sit capitalis, intra terminum contrarietatis recipiendæ videat inquiritionem, & si illa denegat defensionem incarcerare jubebit reum, prout dispositum est *in Novella Philippica de reformatione justitiæ*, §. *E passando algũas cartas.*

Item quando reus impetraverit secundam, vel tertiam chartam, debet declarare quibus vicibus fregit chartam, & quomodo fracta fuit *Ordin. lib.* 5. *tit.* 130. §. 3. nam aliàs secunda, vel tertia charta subreptitia censebitur, vt colligi potest ex ijs, quæ tradit in simili *Molina lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. & si reus inquisitus fuerit, & pronuntiatus per magistratus Regios, & auditores, vt caperetur, charta assecurationis non valet, *vt in Ord. lib.* 5. *titul.* 130. §. *fin.*
28 quæ ampliatur etiam in auditoribus dominorum, uti decisum fuisse testatur *Cabed. decis.* 51. *lib.* 1. Cæterum, si inquitio fiat ex particulari Regis diplomate, ut dic chartam valere assecurationis, vt per *Cab. decis.* 52. *nu.* 3. *lib.* 1. etiamsi pronuntiatio jam facta fuerit per Senatores Regios, vt dixi *in prima parte num.* 20 *vers. adeo*, & idem dico, si casus factus est inquisitionis ad petitionem partis, tunc etiam servanda erit charta assecurationis non obstante Ordinatione *lib.* 5. *tit.* 130 §. *fin.* quæ intelligi debet in casu *de devassa*, nam ubi est pars accusans, jam non est inquisitio, sed accusatio, licet sit ex casibus *de devassa*, uti dixi in *prima parte lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 5.

Item servanda est charta, si non fuerit *a devassa em caso de morte, sed per devassa geral, que se tira por outros casos.* de quibus in *Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §. 30.

Item, si quis bona fide acceperit chartam à judice incompetenti, non ideo incarcerari debet *Ioan. Martinz da Costa de domo supplicationis fol.* 35. *num.* 30. nec ille, qui habuit chartam in saco Chancellariæ *Phæbus Aresto* 171. *ex regul. ult. ff. de milit. testament.*

Item ille, qui cum charta assecurationis se præsentavit, etiamsi per annum non se liberet, non frangitur charta, nisi per terminum in actis dicatur esse fractam *Phæbus decis.* 107. 1. *tom.*

Item chartam assecurationis negativam *em caso de arrancamento da Corte* servari jussit Senatus non obstante *Ordin. lib.* 5. *tit.* 130. §. *fin.* in lite Ludovici Alvarez cum Antonio Francisco scriba Manuel Sanchez.

APPENDIX. III.

De Reo soluto sub fidejussoribus.

ADdo his, quæ dicta sunt *in prima parte*, quod ista provisio de se defendendo sub fidejussoribus, idest cum cautione pecuniaria concessa à Senatu Palatij maximo, ut sub certo tempore causa terminetur, non datur pro causa capitali. 29

Item cautionem non amittit pars, si pater, vel uxor delinquentis petat filium, vel maritum remitti ad Ecclesiam, prout tradit *glos. in Ordin. lib.* 5. *titul.* 132. §. 2. Sed si fidejussor, qui pro certo tempore intercessit pro reo, facta prorogatione temporis inter partes dubium est, an transacto primo tempore liberetur ab obligatione fidejussoria? Et quanvis, *glos. in Ordin. lib.* 5. *titul.* 132. §. 3. hanc quæstionem ibi ponat, eam tamen indecisam reliquit, sed videtur quod fidejussor non ideo remaneat obligatus, nam regula est prorogationem non nocere alij, quam qroroganti *l. si cum hermes, C. locati, Tyraq. de retract. convẽt.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 32. *Camill. Borrellus decis.* 11. *num.* 19. *cum sequentibus Anton. Faber. in Codice, titul. de fidejussoribus, diffinit.* 25.

Et quando datur copia reo, quia se defendit sub fidejussoribus, totus processus ei com-

communicatur apertis probationibus actoris, & cum informatione culpæ, ita *Cabed.1.part.Arest.84.Thom. Valasc.tom.1. allegatione.67. num. 50.* quod non est ita in alijs *Ordin. lib.5.tit.124. §. 5.* nam iste talis, qui habet provisionem de se defendendo sub fidejussoribus, dicitur incarceratus, ut notavit *Phæbus decis.3.num.6.*
31 & ideo nonnulli putant in eo procedere *Ordin. lib.3.titul.9.§.12.* qua cavetur, quod carceratus non potest citari de novo, nec item facta publicatione debet incarcerari, vt decisum refert *Phæbus Aresto* 134. *tom.* 2.

Item, quanvis nullus judex possit rela-
32 xare reum sub fidejussoribus, nisi Senatus Palatij *Ordin. lib.5. titul.133.* poterit tamen judex ex causa relaxare sub custodibus comentariensibus, quos vulgo appellamus *fieys carcereiros*, si delictum, ex quo sit captus reus, non sit multum grave *Gregor. in l.16. vers. homens, tit.1.part.7.l.3. ff. de custod. reorum*, causa autem sufficiens erit, si reus sit infirmus, ejusque salus periclitetur, vti suaderi potest ex traditis à *Farinacio in praxi criminali 1.part.tit.4. quæst.27.num.87. Phæbus Aresto* 133. 2. *part.* vbi dicit à Senatu Palatij hanc relaxationem peti consvevisse, vel quia ex actis constet de innocentia, & sit conclusum in causa, ita quod proximè sit absolvendus, debet relaxari sub fidejussoribus, *Tyraq. in l. connub. glos.2.num.4. Gemes.3. tom. variar. cap.9. num.7.* quicquid *Phæbus vbi supra vers. sciēs tamen.* Fidejussor autem, si non exhibuerit, pæna pecuniaria plectetur *leg.4. ff. de custod. reorum.*

§. 2. De reo ad Ecclesiam confugiente.

33 Dixi *in prima parte* eum, qui in Ecclesia commisit delictum, non gaudere ejus immunitate, quod nunc dico multis modis ampliari posse, primò in eo, qui sacrilegium in Ecclesia commisit, *vt per Franciscum Marcum Delphinatus decis.987. incipienti quæritur super casu. Bobadilla in polytica lib.2.c.14.n.47.*

Secundo prædicta conclusio ampliatur in eo, qui monialem defloravit ex *Remig. de immunitate Ecclesiæ ampliat.11.&12. facit Ord. lib.5. titul.15.* Nam delinquens prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad Ecclesiam, non gaudet ejus immunitate *Gutier. practicarum lib.3. quæst.1. num. 15. & 16.*

Item debitor fallitus seu decoctor non gaudet immunitate Ecclesiæ *Stracha de decoctoribus 3. part. ex num.41.* quia, ut latro consideratur, cui Ecclesia non favet *glos. in Ordin. lib.2. titul.5. §.4. numer.5.* quanvis aliàs debitor ex causa civili gau- 34
det ejus immunitate, vt resolvit *Greg. l. 2. verb. por deuda, titul.11. part.1. Gom. in l. 79. Taur. num.5. Rebuf. ad ll. Galliæ titul. de immunitate Eccles. artic.1. glos.2. Remig. fallent.27. Anastasius Germon. de sacrorum immunit. lib.3. cap.16. à num.109. Giurb. decis.90. num.5.* quicquid dicant alij, quos refert, & sequitur *Anton. Diana moralium tract. de immunitate Ecclesiæ resolutione 3. & resol. 32.*

Item ille, qui proditoriè per insidias, 35
vel per industriam alium occiderit, non gaudet immunitate Ecclesiæ, *vt in cap.1. de homicidio lib.6.* uti novissimè post alios resolvit *Petrus Caball. tract. de omni genere homicidij, num.388. cum sequentibus Phæbus decis.81. nu.5. Farinacius in praxi criminal. quæst.18 num.74. & quæst. 28. num.24. Curia Philipp. 3. part. §.12. num.30.* sunt, & alij plures, qui immunitate Ecclesiæ non gaudent, de quibus *glos. in Ordin. lib.2. tit.5. §.4. nu.3. cum sequentibus.*

Praxis autem talis est, vt judex crimi- 36
nalis cum judice Ecclesiastico conjungatur, & quod ipsi decreverint, servetur super immunitate, & si discordant, recurritur ad Senatum Palatij, in quo observandum est non credi officiali, qui dicat delinquentem apprehendisse in loco non sacro extra Ecclesiam, vel fines Ecclesiæ *Decian. tract. criminal. lib.9 cap.25. numer.23.*

vers. hic quæri potest, & cap. 29. num. 10. *vers. item quæ*, sed judex debet adhibere omnem deligentiam in invenienda veritate, interrogando reum, & officialem separatim super facto, & ejus circunstantijs, *ita Ludovicus Rodolphinus quæst. variar. lib.* 2. *quæst.* 26. *à num.* 2. & ita explicari debet, quod tradit *Bajar. ad clarum §. vltim. quæst.* 30. *num.* 24. *Sayr. in clavi regia lib.* 6. *cap.* 15.

37 Addo superioribus unum singulare, scilicet, quod quanvis reus ad Ecclesiam confugiens gaudeat ejus immunitate, tamen in ea citari potest, ut compareat per se, vel per procuratorem, & est unus casus fallentiæ *ad legem pen. §. ad crimen ff. de publ. judic.* quod si noluerit comparere per se, vel per procuratorem proceditur contra eum, ut rebellem, & contumacem, & hæc est practica *Abbatis in cap. inter alia, num.* 9. *&* 10. *extra de immunitate Eccles.* quam agnovit *Valasc. consult.* 81. *num.* 5. vbi dicit nullibi hoc ita legisse. Sed ex sententia Senatus ita practicari vidi anno 1636.

38 Item, qui pro delicto gaudet immunitate, & ad Ecclesiam remittitur, non poterit pro debito, pro quo fuit recommendatus, in carceribus detineri, *Barbos. in l. præsenti, C. de ijs qui ad Eccles. confugit Pereyra decis.* 6. & quicquid potest opponi incarcerationi, potest opponi recomendationi *Rip. in §. nihil cõmune, num.* 56. *Hyppolit. in pract. §. attingam. nu.* 32.

§. 3. *De interrogationibus, & quomodo à reo fieri debeant.*

39 VLtra, quæ dixi *in prima parte*, addo quod reus non cogitur respondere interrogationi de aliquo, quod contenet crimen, vel turpitudinem respondentis *Bar. in l. quia jurasset §. si pater ff. de jure jurand. distinguit Marant. de ordine judiciorum, 6. part. num.* 7. *pag.* 404. nec etiam tenetur respondere reus, quando interrogatur de eo, quod consistit in mero animo suo, factis non declarato, neque verbis, ut puta de proposito in mente retentio *Bal. & Paul. in l. potuit quæst.* 9. *C. de jur. delib.* Cum igitur judex possit facere interrogationes reo in causa criminali, *ex Ordin. lib.* 3. *titul.* 32. *§.* 1. hanc praxim servare debet, ut non interroget reum de circunstantijs, & qualitatibus specialibus commissi delicti, an scilicet interfecerit Titium in tali loco tali die vulnerando in pectore cum ense, & sic de singulis. Sed debet ipsum generaliter interrogare, an à tanto tempore circa fecerit aliquam rixam? cum quo? in quo loco? qualiter? & in quo tempore? an illata fuerint aliqua vulnera, quæ, quot, & in qua parte corporis? & his similia, *vt per Marian. in cap. qualiter, & quando num.* 950. *extra de accusat. Carrerius in pract. in* 2. *tract. de indicijs. §. circa septimum num.* 11. *Boss. in titul. de examinat. reorum. num.* 12. vbi pariter, quod judex non debet interrogare de modo, & causa, sed tantum in genere, si maleficium commisit *Farinacius in praxi criminal. quæst.* 81. *numer.* 88. *&* 86. nisi indicia essent manifesta, nam tunc reus potest in specie interrogari, secundum *Bossium vbi supra numer.* 12. *vers. nisi indicia essent ita magna Flaminius Cartarius in practic. interrogandum reorum lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 64. Sed antequam judex reum in specie interroget de delicto, prius illum interrogare debet in genere, & super generalitate, & deinde paulatim ad qualitates, & circunstantias, ac demum ad ipsum delictum in specie deveniet, ita in practica servari testantur *Pegueira, & Carrerius, quos refert Farinacius vbi sup. num.* 97. *in fine*, cui confessioni qualificatæ, an credendum sit? & an dividi possit pro parte acceptari, & pro parte rejici? tradit *Grivellus decis.* 12. Vnum notabile hic addam, quod si confessio facta fuerit in præsentia judicis recepta per scribam, cui erat interdictum officium scribæ exercere, non nocet confitenti, ut ex illa possit condemnari, tradit ex multis, *Mar. Novarius in quæst. Forens. q.* 89.

§. 4. *De*

§. 4. *De libello accusatorio.*

40 IN primis accusatio, ut sit certa, & non possit negari, nec postea mutari, fieri debet in scriptis cum nominibus accusatoris, & accusati, & cum relatione maleficij, anno, mense, & loco in ea designatis *l. libellorũ ff. de accusat: l. in causis C. eodem*, & sufficit, quod dictet libellum coram judice, & notario, *Bal. in l. si quis se C. de accusat*, & hoc procedit, sivè fiat accusatio de crimine publico, sivè privato, *vt in l. fin. ff. de privat. delict.* & quid si de delicto agatur civiliter? Vide per *Bar. in l. prætor edixit de injurijs, & decis. Rottæ 36 in novis.* Dixi quod nomina accusatoris, & accusati poni debent, ita quod persona reddatur certa per duas demonstrationes, ita quod exprimatur agnomen, & cognomen, & loci habitatio, & si nescitur nomen interfecti, non est necesse, quod ponatur *glos. in §. libellorum 2. quæst. 8 super parte cato*; & si locus non fuit benè declaratus in libello, potest postea declarari per accusatorem *Alber. in dicta l. libellorum in princip. per legem si quis intentione ambigua ff. de judicijs*, & si accusator probabiliter ignoraret locum, vel mensem tenet libellus, vt tradit satis benè, & latè *Alber. vbi supra*, diem vero criminis commissi non tenetur accusator ponere in libello *glos. & Bar. in dicta l. libellus*, nisi accusatus petat, quod declaretur dies, ut possit se defendere probando, quod illa die fuit alibi, ut tradit *Bar. & Alb. vbi supra*, seu vbicunque æquitas moveat judicem, vt dies declaretur, & nota quod nihil relevaret, si accusator in libello dixerit
41 (*tempo que na verdade se achar*) *secundum Alex. cons. 72. vol. 1. col. 3.* Quid autem in mandatore delicti, quod tempus sit ponendum, vel quis locus, an mandati, vel delicti? Vide *Bar. in l. non solum, §. si mandato, ff. de injurijs per Bal. in l. cum rationibus, C. qui accusar. non poss. per Angel. Mar. in tract. maleficiorum in parte Sempronium mandatorem, colum. 3. Greg. in l. 14. titul. 1. verb. elmes, part. 7.* qui concludunt, quod apponi debet tempus, & 42
locus maleficij, non mandati, cum ita libellus est aptus, ut superius dixi, per judicem recidi debet, aliàs potest ipse ex officio illum rejicere, ita tenet *Angel. in dicta l. libellorum*, nec est necesse, ut pars de hoc opponat, secundum *Bar. in dicta l. libellorum, vers. quod si libelli. Bal. in l. edita, colum. 2. C. de edendo, Bal. expressius in l. 2. colum. 2. C. de confessis, vers. juxta hoc*, 43
& potest accusatus, etiam in gradu appellationis objicere de ineptitudine talis libelli *Bal. in l. 2. colum. fin. C. qui accusar. non poss.* nec purgabitur defectus libelli inepti in accusatione ex probationibus postea factis, sed reus absolvendus est, quia 44
ineptus libellus non formatur propter aptam probationem *Bal. in l. 1. in fin. ff. de jurisdict. omn. jud. Bar. in l. si præses. ff. de pœnis Dec. cons. 83. col. 1. incipit in causa accusationis.* Sed quid si ex forma decreti, vel statuti, vel commissionis procedatur summariè, tantum veritate inspecta, an tunc procedat libellus, & judicium in criminalibus, non servata ista solemnitate? *Alex.* vult quod sic, *cons. 6. vol. 3. incipit circa processum*, quod si fuerit verum, esset singulare propter leges hujus Regni 45
jubentes judicari sola facti veritate inspecta, ut habetur in *Ord. lib. 5. titul. 63.* quæ lex licet loquatur in civilibus, idem videtur tenendũ in criminalibus, attenta *Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 12.* quanvis cum ista solemnitas non solum concernat, quæ sunt juris positivi, sed etiam defensionem, quæ est de jure naturali, quæ non videtur tolli per talem Ordinationem, aliud fortè dici possit, & nota, quod in notorijs non requiritur ista solemnitas *glos. in auth. de exhibend. reis in parte libellum, Bal. in l. cum fratrẽ C. de ijs, quibus vt indig. Adde Bal. in cap. 1. in princip. colum. 4. & 5. quibus mod. feud. amitt.* qui dicit, quod si reus cũ civiliter agitur de crimine, petit edi locum, & mensem, debet ei edi, si tamen 46

non petat, procedit libellus, cujus dictum servatur in practica, in hoc Regno.

APPENDIX.

De clausulis libelli.

47 Clausula illa *he vseyro, & veseyro* utilis est, quia delinquendi consuetudo arguit contemptum *Giurba cons.* 47. *num.* 4. & delictum iteratum gravius punitur, *Dominus Archiepiscopus super decreto cap.*10.*num.*3.*decis.*11. Et delictũ geminatum veniam delicti separare non debet, *Giurba cons.* 42. *num.* 5.

Item clausala illa de *assuada*, notabis, quod 3. & 4. homines faciunt assuada, *Bar. in l.* 4. *ff. vi bonorum rapt.*

§. 5. *De exceptionibus Rei.*

48 IN primis sciendum est, quod ille qui excipit, non videtur confiteri, *l. non utique, ff. de except. l. si quidem, vbi Bal. & Salicet. C. eodem*, & illa confessio criminis per viam exceptionis opposita, vel aliàs incidenter emanata, non est sufficiens ad condemnandum *Bar. in leg.*2.*§ si à publico num.*20.*ff de adulter. Tyraq. tract. res inter alios acta fol.*8.*in fin. vers. postremo, Mascard. concl.*345. *ex num.* 21. *& concl.* 383. *Farinacius in praxi crimin. quæst.*81. *à num.* 219. *cap.* 7.

49 Item reus potest, antequam veniat cum sua responsione, excipere de incompetentia, & de suspitione, *vt dixi in prima parte*, sed instrumentum gravaminis ab incompetentia venit ad Senatum gravaminis, instrumentum vero gravaminis in causa suspitionis venit ad Præsidem Curiæ, *vt tenet glos. in Ordin. lib.*1. *titul.*7. *§.*15. *Cabed.* 1. *part. Aresto* 65. nam licet aliàs de jure communi à sententia lata in materia competentiæ, si judex se pronuntiet competentem, appellatio datur, *vt per Steph. Gratian discept. forens. cap.* 177. de jure tamen Regio *in Ordin. lib.*3. *titul.*20 *§.*9. *vers. Porèm* non per appellationem, sed per gravamen expeditur causa, *vt resolvit Gam. decis.*159. *Cabed.* 1. *part. decis.* 156. *Valasc. consul.* 47. *num.* 5. *Phæbus. tom.*1. *Aresto* 3. vbi dixit postea decisum fuisse hoc expediendum esse gravamen in actu processus.

Item in notorijs criminibus, quæ certam, & determinatam in jure habent pœnam, non potest judex recusari, *vt per Farinacius in pract. criminal. quæst.*71. *nu.* 129. & si recusatus fuerit ille, cui Rex cõmisit causam, loco illius solus Rex alium substituet, ita judicatum refert. *glos. in lib.* 3. *titul.*21. *§.* 7. *Ordin.* 50

Item ex Novella Philippica *in reformatione justitiæ*, *§.*16. cautum est, *que a pessoa, que pedir vista para embargos ao Desembargo, não pode ter o processo mais que hum sò dia para os formar*, sed non ob id rejiciuntur impedimenta opposita post diem ab hac lege præstitum, *vt dixi l. in* 3. *part. cap.*3. *§.*5. *ubi supra, quicquid dubitet glos. in lib.*1. 87. *num.*2. 51

APPENDIX.

De remittendo reo ad suum judicem.

SI reus apparuerit in sua exceptione declinatoria, quod sit clericus in sacris ordinibus constitutus remittendus est ad judicem Ecclesiasticum *Ordin. lib.*2. *tit.* 1. *§.*25. & cum eo remittendus est processus criminis, de quo culpatur *Ordin. vbi supra §.* 24. cujus acta in judicio facta coram judice seculari faciunt probationem in judicio Ecclesiastico, ut docuit *Bal. in l.* 1. *col. vltim. ff. de ferijs*, & pluribus ostendit *Felin. in cap. causam, quæ vers.* 2. *regul. extra de testibus, & in cap. at si clericis, nu.* 4. *de judic. vbi Dec. num.* 90. *Mascard. de probat. concl.*33. *num.*24. *cum sequentibus*, imo, & sententia lata coram seculari admitti debet in foro Ecclesiastico, *cap. fin. de except. lib.*6. *ubi glos. & tenent alij, quos refert. Valasc. cons.*48. *num.*9. *lib.*1. *Cardosus* 52

sus in praxi verb. clericus num. 44. contrarium tamen, quod judex Ecclesiasticus
53 non teneatur stare processui, & sententiæ judicis secularis in clerico remisso, tradit *Teber. Decian. in tract. crim. cap.* 19. *num.* 21. contrarium tamen tenet *Pereira de manu Regia* 2. *part. cap.* 41. *num.* 2. *Soar. à Pace in pract. comm.* 2. *tom.* 2. *præludio.* 2. *num.* 11. *&* 12. *Valasc. vbi supra, num.* 9. *Curia Philippica* 3. *part.* §. 1. *num.* 11. *Farinac. in consilijs criminal. lib.* 2. *consil.* 188. *num.* 21. *cum sequentibus.* Sed inter has opiniones admittenda videtur distinctio *Iulij Clari in pract. crim. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 96. si autem clericus, & laicus simul delin-
54 quant, quilibet ad suum judicem remittendus est *argument. text. in Ordin. lib.* 2. *titul.* 1. §. 24. quod etiam servari in Gallia testatur *Rebuf. in proœmio constitutio-num, glos.* 5. *num.* 117. quanvis si causa fuit individua, & communis, ita quidem, vt nulla possit congrua distinctio, nec divisio fieri inter socios, quorum alter fori privilegium habet, tunc tota causa, etiam quoad socios non habentes privilegium, erit tractanda coram judice illius, qui fori privilegium habet, vt post plures notavit *Covar. pract. cap.* 34. *num.* 2. *Faquineus controverſ. jur. lib.* 9. *cap.* 31. *littera, F. Farinacius in praxi criminal. quæst.* 8. *num.* 151. *Bobadilla, in polytica lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 90. *cum sequentibus. Alex Trentacinq. variar. resol. lib.* 1. *titul. de judicijs resolut.* 16. *Castillo, lib.* 4. *quotidian. cap.* 25. *num.* 29. Si autem delinquens post delictum commissum sacros Ordines susceperint, non liberabit se à jurisdictione judicis secula-
55 ris, *argument. text. in l. hos accusare, §. hoc beneficio ff. de accusat. l. qui cum vno, §. reus ff. de re milit. l. si maritus, §. leges, ff. de adulter.* & est communis sententia ex multis, quos refert *Covar. pract.* 32. *nu.* 4. *vers.* 2. *conclusio* nam eo ipso præsumitur fraus, vt in *l. vlt. ff. de bon. eorum l. vltim. ff. de re milit. notat. in l. si quis postea quam ff. de judic. Valasc. consil.* 58. *num.* 2. & quanvis remittatur ad Ecclesiasticum, adhuc secularis judex remanet cum jurisdictione, quoad ejus bona.

Item monachus, si repertus fuerit in- 56 fragranti delicto capi poterit à judice seculari, vt ad suum superiorem remittatur, *argument. Ordin. lib.* 2. *tit.* 1. §. 29. *& vlt. tenet Navar. in cap. non dicatis, & cap.* 90. *num.* 12. *quæst.* 1 *Cenedus ad decretal. collectan.* 87 *numer.* 4. Cæterum fratres ter-tij Ordinis Sancti Francisci remittendi 57 non sunt, quia Ecclesiasticæ personæ non sunt, nec privilegio exemptionis à seculari potestate gaudent *Ordin. lib.* 2. *titul.* 1. §. 1. *P. Molin. de justit. tom.* 4. *tract.* 3. *disput.* 5. *nu.* 4. *Cevallus de cognitione per viam violentiæ, part.* 2. *quæst.* 33. *num.* 3. *& quæst.* 61. quicquid contrarium contendant *Fr. Emmanuel Rodericus quæstionum regularium tom.* 1. *quæst.* 65. *articul.* 4. *Morla de jurisdiction.* 4. *part. centuria* 2. *casu* 113. *num.* 36. *Cardinalis Tuscus tom.* 5. *litter. F. conclus.* 470. *& late Ioannes Capistran. in defensorio tertij Ordinis Sancti Francisci*; sed hoc non intelligitur in ijs, qui vivunt in communitate, *vt in præd. Ordin. habetur, & notat Graphis in aureis decisionibus lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 27. *P. Soar. de censuris disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 20. *Alois Ricci. in pract. Eccles. Neapol. decis.* 953.

Item Milites Ordinum militarium co- 58 mendatarij, quia Ecclesiasticæ personæ censentur *leg.* 9. *tit.* 9. *part.* 1. si provocaverint ad ordines, remittendi sunt ad suum judicem, & illi solvent expensas personales *Ordin. lib.* 3. *tit.* 87. §. 5.

Item si delinquens extra Urbem impe- 59 traverit chartam de seguro à prætore Curiali, & velit se defendere coram illo si offensus, & citatus dixerit se velle accusare in loco maleficij, reus remittendus est *Ordin. lib.* 1. *titul.* 7. §. 5. *tradit Christophorus de Pace in scholijs ad ll. stilli, l.* 48. *scholio vnico, num.* 1. & hæc remissio fieri debet expensis illius, qui remissionem postulaverit, ut infra dicam. Nam delinquens remittendus est ad locum delicti, ut ibi punia-

natura d illius Reipubl. læsionem compensandam, & aliorum exempla *cap. 1. de raptoribus Clem. pastoralis de re jud. auth. vt nulli judicium, § si quis vero. collat. 9. notat Covar. practic. cap. 11. num. 4. vers. 2. illud glos.* qui in proposito ponit plures quæstiones *in l. 15. titul. 1. part. 7. Ord. lib. 1. titul.* 58. §. 38. *tradit Barbos. in leg. hæres absens, §. proinde, de judic. in articul. de foro delicti num.* 80. & hæc remissio fit expensis publicis loci, à quo fit remissio, vt præsupponit *Ordin. lib. 1. titul.* 66. §. 44. quanvis aliter distinguant DD. vt videre est per *Menoch. de arbitr. casu* 228. *num.* 8. nam si delinquens hanc remissionem petierit ab ipso, & ejus bonis, si bona habeat, expensæ solvendæ sunt, alioquin ab ipso accusatore, quod si neuter habeat, præstandæ sunt ex publico *Covar. pract. cap. 11. num. 11. Avilles cap. 27. prætorum, glos. entreguem, num. 24. Sebastian. Nævi, ad auth. de exhib. reis in princip. num.* 3. *collat. 5. Barbos. vbi supra, num.* 89. *cum seqq.*

APPENDIX.

De Citatione facienda consanguineis occisi.

60 POsteaquam reus captus est, vel capi jussus ex mandato judicis, si velit se defendere in judicio citare debet cõsanguineos defuncti, qui jus accusandi habent, quibus præfertur uxor, quæ potest occisorem mariti suo nomine accusare, & præfertur filijs in accusando *Giurba cons. 60. Iulius Clar. in §. fin. quæst. 14. num. 8. Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 7. per totum vbi num. fin.* agit de muliere secundo nubente, quæ non poterit tunc mortem primi mariti accusare, prout decisum esse firmat *Thomas Valasc. tom. 1. allegat. 64. num. 8. & 9. quem refert glos. in Ordin. lib. 5. titul. 124. §. 9 adde Gratian. discept. forens. cap. 5. num.* 30. & idem dicendum est in filijs naturalibus, qui possunt etiam accusare, prout tradit *Farinac. in praxi crim. quæst. 13. num. 51. cum sequentibus Barb. in l. 2. in princip. 1. part. num. 109. ff. sol. matrim.* & reus occisor monachi tenetur citore ejus consanguineos, prout judicatum refert *Cabed. 1. part. Arest. 24.*

Item posthumus existens in utero citari debet, idest curator utero datus, qui potest omnia facere nomine nasciturі, tamquam si natus esset, quia pro nato habetur, cum de ejus commodis quæritur, *l. qui in vtero ff. de statu homin.* & quia si modo nascatur succedit, & rumpit testamentum, obstatque cæteris remotioribus *l. pen. § si quandiu ff. vnde legitim. l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde cognat.* & sic nihil mirum, si citari debeat ejus curator argumento eorum, quæ tradit *Tyraq. de retract. linag. §. 1. glos. 9. num.* 79. Quod si plures in eodem gradu existant, qui veniant ad accusandum, admittetur magis idoneus, *vt per Gratian. cap. 194. num.* 39. & proximus admittetur exclusis remotioribus, licet remotiores jam inceperint accusare *Farinac. in praxi crim. part. 1. lib. 1. tit. 2.* 61

Item consanguinei intra quartum gradum poterunt de novo accusare delinquentem, etiamsi per sententiam esset absolutus, quia vnusquisque consanguineus intra hunc quartum gradum potest illum accusare, cum accusatio unius alterum non excludat. *Ordin. lib. 5. titul. 121. §. 9. vers. Porèm, & est optimus text. in l. 1. §. fin. & ibi glos. verbo consumi. ff. de injurijs,* & sic judicatum fuisse refert *Phæbus tom. 1. decis. 19. num. 7.* quod si citatus termino ei præfixo non uenerit, excludetur dato præconio in audientia, qui a temporis lapsus renuntiationem inducit *l. bonorum, ff. rem ratam haberi Tyraq. lib. 1. & § 3. glos. 4. num. 1. Surd. cons. 97. num. 2. Gratian. cap. 710. num. 3.* 62

(:!:)

AP-

APPENDIX. III.

De comparatione rei, & quando procurator pro reo intervenire possit.

63 DEbet etiam reus, antequam veniat cum sua defensione apparere in judicio, nec potest se defendere per procuratorem *Ordin. lib. 5. tit.* 124. *§.* 14. *tradit post alios Bruñor. à Sole in locis cõmun. verb. procurator. num. 2. part. 4. Bossius in prax. crim. titul. an in criminali judicio quis pro absente intervenire possit? Farinacius lib. 3. de var. quæst. titul.* 11. *quæst. 99. cap. quando procurator in crim. intervenire possit.* Cæterum reus per procuratorem excusari potest ex justa causa impedimenti, seu absentiæ ob non comparendum, *vt per DD. quos refert Aloys Ricci. 4. part. Collectan.* 1035. *& Sebastian. Nevi. in remission. ad leg. pen. § crimen ff. de publ. judic. Farinacius cons.* 35. qui tamen excusator non admittetur ad allegandas exceptiones, quæ tangunt crimen *Farinacius, 2. part. quæst.* 99. *num.* 48. *cum sequentibus, & num.* 212. *nu.* 214. *cum. sequenti.* poterit tamen opponere de incõpetentia judicis, *vt per eundem Farinacium vbi supra, num.* 215 *&* 268. *dixi in*
64 *prima parte, cap.* 4. Quod si procurator fuerit à judice in criminalibus admissus, & pars non opposuerit, processus non erit nullus, secundum *Farinacium, vbi supra, quæst.* 99. *nu.* 242. *Cald. de resolut. emphyt. cap.* 17. *numer.* 10. *& quæst. forens. in comment. ad l. vnicam. C. ex delict. defunct.* 2. *part. num. vltim.* Hoc tamen limitat in vniversitate, quæ si accusetur, poterit se defendere per procuratorem, vt colligitur traditis *à Capicio, dec.* 5. *in princ. Bald. in l. servum quoque, § publice num.* 22. *ff. de procurat. Farinac. vbi supra, nu.* 148. *cum sequentib.* & idem dicendum est, si dominus defendat servum, secundum *Farinacium vbi supra, num.* 154. & in alijs, de qui-
65 bus *in prima parte. cap.* 4. *num* 5. Tutor autem, vel curator, non admittuntur pro minori absente citato, sed una cum ipso tutore, vel curatore debet etiam venire ipse minor, *Bal. in l. reos, num.* 26. *C. de accusat. declarat. Farinac. vbi supra, nu.* 15. *cum sequentibus* & ipsemet debet petere restitutionem personaliter, *Menoch. cons.* 100. *num.* 294. Hodie autem *ex novissima reformatione justitiæ, §. incipit em nenhum caso* non conceditur provisio, vt reus in causa capitali, vel morte civili per procuratorem se liberet, in alijs autem casibus, qui impetrat hujusmodi provisionem, debet in primo termino comparere personaliter, *vt per Thom. Valasc.* 1. *tom. allegat.* 97. *num.* 57. *&* 58. & interim, dum provisio impedita fuerit per adversarium, reus comparere debet *Phœbus Aresto* 163. & concessa reo præd. provisione, eodem jure vtitur actor, vt neuter comparere teneatur, *secundum Valasc cons.* 25. *numer.* 7. 66

Item, si reus fuerit incarceratus in alio loco extra territorium judicis, admitti poterit ejus procurator, *vt per Farinacium, vbi supra, quæst.* 99. *num.* 147. nisi incarceratio fuerit procurata per reum in illo adhoc, vt à comparendo personaliter se excusaret, *idem Farinacius, vbi supra nu.* 296. *& quæst.* 34. *num.* 88. *Surd. decis.* 262. *num.* 16. 67

APPENDIX IV.

De libello responsorio.

NOn repeto hic libelli formulam, quam posui *in prima parte*, super ijs tamen, quæ ibi dixi circa ejus articulos, non nulla hic pro complemento addam, quæ sunt vtilia, & necessaria in praxi, & in primis adverto, quod interrogationes factæ reo ante capturam, si sibi edi petantur ante contrarietatem, edendæ sunt, quia publicæ sunt, & non secretæ *Bar. in l eos ff. de falsis*, qui tales interrogationes sunt de actis, & acta debent 68

edi

edi *cap. quoniam contra de probat. Iass. in l. 15. apud quem C. de edendo, glos. in Ordin. lib. 5. titul* 124. *num.* 6. editio autem actorum peti potest in quacumque parte judicij *Felin. in cap.* 1. *num.* 23. *de libell. oblat. Farinac. cons.* 84. *nu.* 18. *& cons.* 103.
69 nam intra tempus datum ad contrariandum, potest captus opponere contra suam confessionem, & eam revocare probato errore ex justa causa *Angel. de maleficiis. verbo comparens inquisiti in principio, Puteus de syndicatu, cap. an potestas, fol.* 88. *vers. & fol.* 345. *vers.*

ARTICVLVS II.

De necessaria defensione.

70 MUltum in jure dubium est, an reus qui millies negavit se commisisse delictum, & denuo postea convictus possit allegare, quod id fecerit, ad defensionem suam, & sit audiendus, & ad probandum admittendus suo mendacio, & perjurio non obstante, *vt notant DD. in auth. contra qui propriam, C. de non nu. pecun. vbi Bar. in fin. num.* 7. *Bal. num.* 17. *& sequenti, vers. juxta prædicta quæro,* & est communis opinio DD. *per Dec. in l. nemo ex ijs num.* 1 *ff. de reg. jur. & ibi Cagnol. num.* 3. & ita quotidie practicari, & observari testatur *Caballus variar. resolut. casu* 49.

Igitur in hoc libello responsorio reus articulare debet se non animo occidendi percusisse, vt quia erat amicus, consanguineus occisi, vel quia arbitrabatur alium ferire, vel quia leviter percusit, vel cum posset percutere ferro, percusit hasta docuit *Accurt. in l.* 1. *C. de siccarijs notavit Bellovisus in pract. crim. tit. de invasore, vers. & ipsum interfecit, num.* 4. vel cum capsa archabusij, vel capulo pugionis, vel baculo, vt notavit *Hypol. in l* 1. *§. divus, ff. de siccarijs, & alies citat Mascar. concl.* 97. *num.* 3. *&* 27. *cum sequentibus*, nam homicidium potius ad defensionem, quam ad vindictam factam præsumitur *Giurba cons.* 17. *num.* 19. *&* 20. *&* 35. deinde articulum faciat se moderatè defendisse non plus intendentem, quàm sui, suarum rerum tutela exposcebat, *tradunt DD. in l. vt vim, ff. de justit. & jure, l.* 15. *qui aggressorem, C. ad legē Cornel. de sicarijs, Iulius Clarus in §. fin. quæst.* 60. *num.* 32. *late Farinac. de homicidio, quæst.* 125 vnde legitima erit defensio, si venientem adversus se cum armis illum reus occidisset *Giurba cons.* 17. *num.* 9. *&* 12 *Mascard. concl.* 490. *num.* 2. *&* 3. nam potest quis suum aggressorem 71
occidere, vt præ cæteris tradit *D. Rodericus de Acunha super decreto cap.* 6. *num.* 3. *decis.* 64. quod multis modis ampliat *Tyraq. de pœnis tempor. caus.* 1. *ex num.* 8. *cum sequentibus*. Cæterum, si interficiat aggressorem jam fugientem, vel quem facilè posset sine morte repellere, ille punietur, nam defensio, quæ excessit modum, & temperantiam quam potuerat reus habere, non est defensio, sed ultio, quæ nullo jure permittitur *l. scientiam* 46. *§. fin. ff. ad leg. Aquil.* vt præ cæteris explicuit *Capac. lib.* 5 *observat. cap.* 18. *Giurba cons.* 17. *num.* 7. quanvis ille non puniatur pœna legis ordinaria, sed leviori, & arbitraria secundum qualitatem excessus *Ordin. lib.* 5. *titul.* 35. *& tradit Hypolt.* referens ita se judicasse *singul.* 100. *Dueñas reg.* 192. *ampliat.* 5. *Gregor. in l.* 2. *titul.* 8. *part.* 7. *glos. in summa* 23. *quæst.* 1.

APPENDIX.

Ad excusandum excessum.

REus articulare debet se justo dolore fuisse stimulatū, nam, vt inquit *Bal. in cap.* 1. *§. si quis vero de pace jurament. firmand.* homo intenso dolore permotus non est in plenitudine intellectus *per text. in l. Grachus, C. de adulterijs, l. si adulterium cum incestu, §. imperatores ff. eodē Felin. in cap. dilecti col, antepen. vers.* 2. *declaratio de except. Roman. singul.* 9. nam, 72

nam, vt dicit idem *Bal. in dicta l. vt vim col.* 3. sic turbatus non potest semper habere stateram in manu, & voluit *Abb. in cap. significasti o 2. colum. 2. & pen. de homicidio*, vbi dicit, quod si reus non ex proposito, sed indeliberatè furore iracundiæ accensus modum excesserit, omnino non teneatur *glos. in summa 23. quæstion.* 1. plura affert in proposito *Lucas de Pena in l. erat. quæstion. 5. C de Castrensi peculio lib. 12. Tiraquel. de pœnis caus.* 1. *nu.* 12. *cum sequentibus, vbi num.* 17. in hanc rē plura exempla adducit.

In eodem articulo, ibi, sendo o dito F. aggressor.

73 ADdo quod non solum ille, qui prouocauit in eodem genere delicti dicitur aggressor, sed etiam ille, qui prius prouocauit alium per verba contumeliosa, vt resoluit *Farinac. quæst.* 125. *n.* 506. *&* 508. *Menoch. cons.* 362. *nu.* 7.

Item, quanuis aliàs, qui superstes est, in dubio præsumitur aggressor, tamen si mortuus erat robustior, potétior, & animosior vel quia erat litigiosus, & ad rixandum procliuis, superstes verò pacificus, vel quia exclamauit, vt sibi succurreretur, mortuus aggressor præsumitur *Mascard. conclus.* 72 vbi ad id alios refert, tunc reus articulum de hoc faciet.

ARTICVLVS III.

Quod non præsumatur quis ex illato vulnere mortuus.

64 PRimò, quia in dubio vulnus non est judicandum fuisse mortiferum secūdum *Menoch. de arbitrar. casu.* 265. *num. vltim. Alex. Raudens de analogis cap.* 31. *num.* 31. nisi illud, cujus curatio, vel omnino est impossibilis, vel difficillima *Bajar. ad Clarum §. homicidium, n.* 135. *optimè Bernard. Grave ad practicā Camer. Imperial. lib.* 2. *conclus.* 111. *à n.* 17. *Mascard. conclus.* 1077. quanuis si vulneratus intra triduum moriatur, præsumitur ex vulnere *D. Roder. de Acunha in decreto, decis.* 50. *cap.* 53. *num.* 1. Sed quid, si vulnus non fuit mortiferum ex dicto medicorū, & postea superuenit febris, quæ ipsum tenuit vsque ad mortem, an percussor teneatur de occasione? Disputat *Bart. pro vtraque parte in tract. de percussoribus. nu.* 8.

Secūdo, quia sua culpa, maloque vitæ regimine mortuus præsumitur *Giurb cōs.* 84 *l. si plagis ff. ad l. aquiliam*, quo casu, licet vulneratus decesserit, percussor excusatur *Giurb. cons.* 51. vbi alios modos adjungit ad excusandū vulnerantē, quanuis vulneratus decesserit.

Tertiò, quia vulnus in illa corporis parte mortale non præsumitur *Giurba, cons.* 17. *num.* 27.

APPENDIX.

De examine faciendo.

EXamen fit per duos chirurgos, vt 75
innuit *Ordin. lib. 5. tit.* 65 *§.* 38. qui debent esse periti in arte *Farinacius in praxi criminal. quæstion.* 127. *nu.* 151. *Cald. in l. si curatorem, verb. minoribus nu.* 18. & debent jurare, quia peritis in arte non creditur, nisi cum juramēto. *Foler. in addit. ad Marant. pag.* 327. & si illi non conueniunt, standum est dicto senioris *Tiraquel. in præfat. primog. num.* 115. *Gregor. in l.* 16. *titul.* 8. *part.* 5. *verb. conocieren*, & si vnus tantum reperiatur in ciuitate, sufficit *Mascard. conclus.* 615. *n.* 7. *Charian. tom.* 1. *cōmunium opinion. lib.* 4. *tit. quæstion.* 161. & si non fuerit vulnus,
sed contusio, etiam requiritur examē *Cabed.* 76
bed. 1. *part. decis.* 56. *in fin.*

ARTICVLVS IV.

ADdo, quod in omni contrarieta- 77
te, siue negativa, siue confessatiua sit, non prætermittatur articulus

 iste

iste de moribus, & vitæ integritate rei, vt ejus delictum mitius puniatur, ut est textus elegans, *in l. omnes in principio, ibi, ante actæ vitæ, & in §. à barbaris, ibi bonus, ff. de re milit. l. desertorem. ibi inspect. ejus vitæ præcedentis actu eodem tit. ubi glos.* alias concordantias adducit, nam ejus affirmationi magis creditur *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari*, nec præsumitur aliquid perperam fecisse, vt si etiam id liquido appareat, vix tamen credendum sit, *text. notab. in cap. in nostra vers. nos vero de pænis*, & præsumitur bene fieri, quod à viro bono fit *glos. in l. 3. verbo, honesta, ff. de testibus, Roman. cons. 32. column. vltim.*

ARTICVLVS V.

De venia delicti reo concessa, & quando illa valeat, & servanda sit.

78 ALiquando ista venia impetratur à Rege, in qua fieri debet mentio de lite pendente, aliàs erit subreptitia, vt per *Rebuf. tom. 1. ad ll. Galliæ, tractat. de reuocat. num. 87. Peres lib. 3. Ordin. tit. 3. Azeved. in l. 1. titul. 5. num. 9. lib. 4. recopil.* nisi concessio Principis facta fuerit motu proprio, vel ex certa scientia, nam tunc valebit, etiamsi de lite pendente nulla mentio fiat, *Cenedus ad decretal. collect. 53. num. 2. & 3.* debet etiam mentio fieri de statu causæ, vt per *Menoch. de arbitr. casu 202. num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 100. numer. 37.* nisi lis esset nulla, vt per eundem *Menoch. vbi supra, num. 81. Mascard. de probat. concl. 846. ex num. 20.* si autem res fuerit judicata, & ea tacita rescriptum à Principe fuerit impetratum contra eam, subreptitium, & nullum erit, *text. notab. in cap. exposita de arbitr. tradit Menoch. supra centur. 202. num. 42.* erit etiam subreptitia venia Principis, si de iterato crimine mentio non fiat, vt in terminis tradit *Tyraq. de pænis causa 10. nu. 54. Farinacius in praxi crimin. 1. part. quæst. 6. num. 49.*

Alia etiam venia datur ab illis, qui jus accusandi habent, quibus præfertur vxor in pace facienda *Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 7. ubi à num. 5.* resolvit, quod præfertur & filijs in facienda pace de morte mariti, & de morte, & occisione monachi in facienda pace remissio spectat ad monasteriũ, non ad illius filium, prout tenet, *Fr. Emmanuel Rodric. quæstion. regularium, tom. 2. quæstion 45. articul. 3.* & pupillus maior infante potest cũ auctoritate tutoris pacem facere de morte patris occisi, *Cald. in leg. si curatorem, verb. sine curatore, num. 77. in fin. & verb. vel aduersorij dolo num. 20.* vbi resoluit, quod minor, qui desistit ab accusatione, si lædatur evidenter, restituitur ad accusandum, itẽ cum proximioribus poterit fieri transactio, licèt remotiores jam cæperint accusare, *ex Farinacio in praxi criminali, 2. part. lib. 1. tit. 2. quæstion. 13. n. 2. & quæstion. 14. num. 2.* 79 80

Item, si vulneratus dedit pacem, etiam in casu, quo mors sequeretur, non est necesse à consanguineis pacem requirere, *ita Farinac. quæstion. 14. numer. 30. cum sequentibus.*

Item curator posthumi potest pacem facere *Farinac. in praxi crim. quæst. 13. num. 48. cum sequentibus.* Alia etiam remissio inducitur ex lapsu temporis, quæ magis nocet, quam expressa, *Iaſ. in l. cum quid 2. lect. colum. 2. ff. si certũ petat. Tiraquel. de retract. 2. part. §. 1. glos. 2. num. 52. & in ll. connubial. glos. 7. articulo 1.*

APPENDIX.

Quando reus dicit se velle stare pro actis

81 STare pro actis nihil aliud est, quã confiteri omnia illa, quæ à testibus dicta sunt in processu, vel quæ per instrumenta, aut alio modo in actis probata fuerint, vnde si tantũ indicia probentur, ex illis tantum judex pronuntiare debet, nam

nam in illa clausula *reus intendit*, nihil se velle probare contra ea, quæ à testibus dicta sunt, nec se velle eorum personas impugnare, nec à testimonio repellere, imò prædicta clausula facit, vt si aliqua nullitas sit in processu accusationis, vel inquisitionis, etiam proueniens ex defectu judicij, reualidetur *argument. text. in cap. 1. de accusat. in 6. vbi gloss. & communiter omnes. Bald. in cap. at si clerici, post num. 7. versic. sed gloss. extra de judic. Corradus in pract. titul. de confess. criminis num. 7. in fin. & num. 8. Monticel. regul. crimin. 19. num. 1.*
82 & ista confessio, vel renuntiatio defensionis nocet etiam hæredi *Farinac. in praxi 1. part. tit. de inquisitione quæst. 10. numer. 72.* sed si testium probatio sit dubia, & incerta, prædicta clausula non obstante, illa interpretari debet in bonam partem in fauorem confitentis, & secundum illius intentionem *Bal. in l. vnica, num. 23. vers. primo casu C. de confessis, Marsil. in pract. § postquam, num. 25. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. num. 35. Cyrillan. summa crimin. rubric. 16. de confess. § 2. num. 6. tradit Farinac. quæst. 81. num. 317. & quæst. 85. n. 16.* vbi generaliter agit quomodo verba dubia, & æquivoca interpretantur potius
83 pro delinquente, quam è contra. Et ratio est, quia præd. rei confessio scilicet, quod vult stare pro actis, non extenditur vltra ea, quæ in actis probata sunt, sic eodem modo, quo in illis actis à testibus dicta sunt, accipi debet, Sed si præd. clausula à reo dicatur sub spe impunitatis promissæ à judice (quod promittere non potest) talis confessio dicitur extorta per dolum, & ideo confitentem non afficit, vt per *Farinac. dicta quæst. 81. cap. 8. numer. 276. cum sequentibus.* Sed dubium est, an possit, Actor non contentus cum hac confessione articulare pro sua parte? & probare in suis, & in articulis promotoris? & decisum fuit quod non *Phæbus 2. part. Aresto* 168. quod ego non admitto.

(:/:)

§. 6. *Acta quomodo fieri debeant judiciaria?*

Terminus, quem reus faciat, vt acta fiant judiciaria, non tollit, quin ipse reus post dictum terminum possit dicta testium impugnare, & aduersus eorum personas objicere, nam solum per illum terminum suppletur illa solemnitas, quam *Ord. lib. 3. tit. 62. §. 1.* requirit, vt testes, qui dixerunt, & deposuerunt in summaria inquisitione absque partis citatione, validi sint, ac si dixissent citata parte, & ideo de jure communi in plenario ratificari debent citata parte, aliàs eorum depositio erit nulla. *vt in cap. 2. extra de testibus, Borrellus in summa decis. tom. 2. tit. 7. num. 20. & sequentib.* Nec enim de jure communi sufficiebat consensus partis, vt validarentur, prout tradit *Ducñas regul. 23. limit. 1. Bertazol. cons. criminal. num. 15. vol. 2.* quod hodie ex nostra consuetudine, & stillo innouatum est, quia prædictus consensus Rei habetur pro ratificatione facta cum citatione partis, de quo consensu, non solum constare debet per fidem scribæ actorum, vt per *Ozascum decis. 2. num. 46.* sed etiam debet esse subscripta à reo, & testibus duobus munita, quod tamen intelligi debet in causa criminali, ex qua veniat pæna pecuniaria imponenda, non vero in ea, ex qua pæna corporalis, vel infamiæ imponatur, secundum *Ant. Gom. 3. tom. variar. cap. 13. num. 33. & ex ijs, quæ in 1. part. dixi cap. 1. numer. 74.* Sed perperam judices id extendunt 86 ad omnia judicia, etiam capitalia Poterunt enim testes alia addere ex circunstantijs in ratificatione, quæ valde releuentur cum à condemnatione, & pæna capitali, sed hoc totum relinquitur arbitrio judicis, quæ praxis solummodo in hoc Regno habetur, contra ea, quæ de jure communi vbique vsitantur, *vt supra dixi.*

(:/:)

§. 7. *De Probatione.*

87 PRobatio fit, aut testibus aut instrumentis, aut indicijs indubitatis, vt *in l. sciant cuncti. præsertim Bal. & Salicet in summario C. de probat.* quod attinet ad testes, vltra ea, quæ latè de eis disserit *Farinac. in praxi crimin. tract. de testibus*, addo quod testis inimicus nihil probat, vt dixi in prima parte, quod tamen non procedit, quando inimicitia fuit orta post depositionem. Inimicitia enim affectata ad hoc, vt repellatur, non potest obstare *Bar. in l. 2. §. sed si agant, ff. de jud. Ordin. lib. 3. tit. 58. §. 8. Mascard. de probat. concl.* 857. *num.* 54. *&* 1046. *num.* 16. *cum citatis à Cald. de renouatione quæst.* 7. *num.* 16.

88 Item testis, qui deponit tale quid esse commissum de nocte, non probat propter obscuritatem, nisi probetur, quod luna lucebat, *vt per glos. in l. si cum exceptione, §. in hac, verbo ignoret, ff. quod metus causa*, vbi glosa dicit quod juste ignoratur, quod fit de nocte, & per ea dicunt *ibi Bal. & Angel.* per Oldradum fuisse defensum quendam, qui accusabatur de homicidio commisso de nocte, & testes deponebant se vidisse, & fuit probatum, quod luna nō lucebat illa nocte, & quod illi testes fuerunt reprobati *Dec. cons.* 429. *column. fin. Farinacius in praxi crimin. quæst.* 86. *à num.* 39.

89 Item testis ille non probat, contra quem est aliqua suspitio falsitatis, veluti si appareat in aliqua parte sui dicti falsum dixisse, vt cum communi testatur *Masc.* 743. vel in aliqua inconstantia, quæ tangit negotium principale *Mascard. vbi supra*, 746 *num.* 11. *&* 12. qui etiam *conclusione* 1374. refert multa, ex quibus testis præsumitur falsum dixisse, & est suspectus de falso, cui etiam addo, quod si testis se referat ad alium, qui interrogatus negat, & dicit se nescire, præsumitur falsus *Campeg. de testibus reg.* 410. *Hieronymus Magon. decis. Lucensi* 17. *num.* 8. & quod etiam suspectus esse dicitur, qui deponit non verisimilia *l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus, cap. quia verisimile, & ibi Abb. & Felin. extra de testibus Tyraq. in l. si vnquam, num.* 44. *C. de reuocand.* & inde est, quod licet regulariter magis credatur duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus, tamen id non procedit, quando negantes deponunt verosimilia *Bal. in l. diem proferre, §. si plures ff. de arbitr. Tyraq. vbi supra, num.* 46. *Masc. conclus.* 1370. & testis, qui in suomet dicto contrariatur, habetur pro suspecto de falso *l. qui falso. ff. de testibus, l. eos vbi notat Bart. ff. de falsis, dixi in prima part. lib. 3. cap.* 15.

Item contrarietas in testibus facit, vt illi præsumantur falsi, & sint suspecti de falso, vt colligi potest ex traditis *à Bal. in cap. licet causam, num.* 11. *de probat. Grauet. de antiquit. tempor.* 4. *part. §. sed enim num.* 1. *&* 6. *distinguit Mascard. conclus.* 856 *num.* 11 *&* 12 *Farinac. quæst.* 64. *nu.* 203. *Menoch. cons.* 82. *num.* 162. *vol.* 1. *Seraphin. in addit. ad titul. de confessar. Solicit. num.* 18.

Item si testis dicat, quod nomen delinquentis ignorat, sed si viderit, benè cognoscet, ei debet exhiberi cum alijs, vt testis posit recognoscere delinquentem *l.* 3. *§. si quis noxam. ff. ad exhibendum, cap. cū causam extra de testibus.*

Item de probatione, quæ fit per instrumenta tradit *Farinacius vbi supra quæst.* 86. ad quem lectorem rejicio. 90

Item vnus testis cum alijs indicijs sufficit ad plenam probationem *Bar. in l.* 1. *§. idem Cornelius. ibi de quæst. l.* 26. *tit.* 1. *p.* 7.

§. 8. *De tortura reorum, & inditijs.*

VLtra ea, quæ dixi in *prima parte*, quod confessio extrajudicialis est sufficiens inditium ad torturam *ex Ordin. lib.* 5. *titul.* 134. addo quod ista confessio est quædam semiplena probatio, quæ probari debet per duos testes contestes 91

testes de eodem actu testificantes, *Bonacossa, commun. crimin. 1. part. verb. confessio Bellacomba lib. 7. tit. 19. num. 134. Puteus. 1. part. decis. 476. Ioseph. Ludou. Perusin decis. 9. num. 1. Farin. in praxi crim. quæst. 82. num. 44. cum sequentib.* & debet esse facta serio, non autem jocosa *Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 89. Aldouin. cons. 26. num. 44.* quæ tamen confessio potest revocari prætextu erroris, *Mascard.*
92 *de probat.* vbi alios allegat, *concl. 35. num. 6.* vel quia sit vaniloquium, secundum *Hortens. Cavalcan. vbi supra, nu. 101.* vel quia sit facta calore iracundiæ *Abb. in cap. cum si de judic. num. 16.* vel si minor confiteatur delictum sine curatore, *Viuius 2. tom. commun. lib. 9. titul. 28. num. 24.* Est etiam sufficiens inditium vnus testis, *Barbos. in*
93 *l. 2. 1. part. num. 93. ff. solut. matrimon.* qui debet esse habilis, & idoneus, & ita, vt ejus dictum concludat, nec enim satis est, vt loquatur per verbum credo, vel per verbum meo judicio, nec enim hoc modo aliquid probat *Mascard. concl. 459. num. 7.* & debent alia adminicula concurrere secundum *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. numer. 34.* Est etiam inditium sufficiens
94 fama publica, quæ quomodo probanda sit tradit *Bonacossa commun. crimin. 1. part. verbo fama publica, & part. 2. verb. fama, num. 28. & Hortens. Caualcan. in pract. de testibus, 2. part. ex num. 128.* ad quos lectorem remitto. Est etiam inditium fuga, Aloys Ricci. post plures, quos refert *Co-*
95 *ter. decis. 110. Bonacossa vbi supra, verb. fuga Mascard. de probat. conclus. 498. numer. 14. P. Lessi. de justitia lib. 2. cap. 29. num. 163. Hortens. Caualcan. de Brachio Regio 3. part. num. 78.* Limita tamen si accusandus se aufugiat, quia minatus fuit aliquis eum accusaturus, *Masc. concl. 819. num. 19.* Addo quod qui post delictum, auxilium dedit, quo facilius homicida fugeret, præsumitur, quod ante delictum conscius, & particeps fuerit delicti *Giurba cons. 42. num. 10.*

Item quæ inditia sufficiant propter homicidium commissum in campo ex jactu scopetæ ad torturam ponit *Giurba, cons. 13.* quem vide.

Item praxis est, vt tortus post aliquos 96
dies ratificetur *Bart. in l. 1 § Diuus Seuerus, num. 4. ff. de quæst. Farinaceus, in praxi crim. quæst. 73. num. 75. Papon. lib. 24. tit. 9. Arest. 9 Mathe. Coleri German. decis. 100.* & extra locum torturæ, vt tenent plures, quos refert *Aloys Ricci. collectan. 1178. vbi, nu. 149.* agit de judice, qui promittit Reo impunitatem si confiteatur. Et 97
qualia sint inditia illa, quæ sufficiant ad torturam tradit eleganter, *Mascard. concl. 1391.* & post eum *Petrus Pella de quæst. & inditijs ad torturam, & optime Ioann. Panger, & Hipol. ad tit. de quæst. Viuius Chircou. tom. 2. communium lib. 9. tit. 28.* Sed totum hoc judicis arbitrio relinquitur, *Bar. in l. fin. num. 5. ff. de quæst. Masc. vbi sup. nu. 17.* qui sciat, quod si aliquem quæstioni subjiciat leuiter ex suo capite sine alicujus inditij probatione, præter quã Dei non effugiet pænas, etiam in hoc sæculo pæna plectendus erit, vt asserit *Menoch. de arbitr. casu 340 Caualcan. vbi sup. nu. 144.* nam sicut in criminalibus ad con- 98
demnandum probationes debent esse luce meridiana clariores *l. fin. C. de probat.* ita, & inditia in genere suo ad torturam debẽt esse clara, & talia, quæ de jure subsistant, *ita Bal. cons. 229. volu. 3. col. 2. Marcillius, cons. 20. col. 2. Roland. cons. 7. vol. 1. nu. 35.* & ideo à sententia tormenti appellari potest, *Ordin. lib. 3. tit. 69. §. 1. & lib. 5. titul. 122. §. 3. Azeved. l. 3. tit. 18. num. 6. lib. 4. Recopil. Aloys Ricci. collectan. decis. 642. vers. 2 Alex. Trintacinq. variar. lib. 2. tit. appellat. resolut. 13. num. 15.*

§. 9. *De Sententia.*

IN primis sententia lata à judice pecu- 99
nia corrupto, quanuis justa sit, est ipso jure nulla *glos. in l. jubemus verbo sententiam, C. ad l. Iulian. repetend. l. venales, C. quando prouoc. non est necess. & in §. venales,*

nales,& ibi glos. verbo venales 2. quæst. 6. late Farinac. in praxi crimin. 2. part. quæst. 111. num. 197. Bant. in titul. de nullit. ex defectu process. sive ordine, num. 136. *Contardus in l. 1. C. si demoment an. possess. lim.* 10. *num.* 12. *Bajard. ad Clarum. quæst.* 73. *num.* 20. vbi etiam quod omnia acta sint ipso jure nulla, *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu* 343. *num.* 6. *Decian. tract. criminal. lib.* 8. *cap.* 36. *num.* 3. *& cap.* 39. *num.* 26. *& nu.* 29. Limita tamen in sententia lata à pluribus judicibus, quorum vnus tantum fuerit corruptus, *vt per Farinac. vbi supra, num.* 200.

100 Item in non pænalibus fiscus adversus sententiam non restituitur, sive Reus sit absolutus in totum, sive in partem, *Farinac. in praxi crim. 2. part. quæst.* 101. *num.* 38. *& in* 1. *part. titul. de inquisit, quæst.* 2. *num.* 2.

Item sententia debet ferri secundum acta, & probata, licet judex scienter sciat probationes esse falsas, *Sigismund. Scacia lib.* 1. *de sententia, & rejud. cap.* 1. *glos.* 14. *quæst.* 8.

§. 10. *De Appellatione.*

101 Appellatio vnius ex pluribus prodest alijs, secundum *Angel. quem refert & sequitur Clarus in pract. §. fin. quæst.* 94. *num.* 4. *quicquid Gomez variar. resolut. num.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. *prope finem, resoluit Lancellot. in tract. de attentatis, cap.* 12. *ampliat.* 11.

102 Item Appellationis renuntiatio non volet, *Farinac.* 2. *part. in praxi crim. quæst* 101. *num.* 20. Fiscus autem à sententia lata in favorem Rei non potest appellare, vt

103 per *Gabriel lib.* 7. *de crim. concl.* 14. *num.* 1. *& sequentibus.* vbi respondet contrarijs, dicitque de hoc probabiliter dubitari non posse, & ibi etiam ponit quod de promottore criminis an pariter possit appellare, vbi ponit distinctionem, *Peregrinus de jure fisci lib.* 7. *titul.* 4. *nu.* 1. *Bajardus ad clarum quæst.* 94. *num.* 27. *quicquid Farinac. in praxi crim. quæst.* 101. 2 *part. num.* 30. Apud nos tamen judex, à quo in omni casu, & causa criminali appellare solet à sua sententia ex consuetudine hujus Regni, quam non probo nisi in causa capitali. Nam in Regno Castellæ, & Neapolitano, & in tota Italia Promotor non appellat, *prout tradit Farinac. vbi supra, num.* 32.

Item minor si ex culpa delictum commisit, veluti in ommittendo restituitur, *l.* 1 *& 2. C. si adversus delictum glos. in l. si ex causa §. nunc videndum, ff. de minor. Tyraquel. de pænis causa* 44. *num.* 45.

§. 11. *Executio quibus casibus suspenditur.*

Suspenditur executio mortis si post 104 commissum delictum Reus efficiatur furiosus, *Dueñas reg.* 259. *ampliat.* 3. *Crunell. in cap.* 1. *de homic. d.* 4. *part. num.* 66. *Gregor. in leg.* 9. *verb. mientras titul.* 1. *part.* 7. *Perez in l* 4. *vers. quod autem tit.* 13. *lib.* 8. *Ord. Cardosus in praxi judicum, verbo furiosus. num.* 4. & in hoc casu creditur medicis, vt *tradit Tyraq. de nobil. cap.* 31. *numer.* 398. *& idem dicendum est in præg. secundum Rebuf. in l.* 26. *ff. de verbor. signifi.* Differtur etiam executio donec pronuntietur super exceptionibus *Mascard. de probat. concl.* 686. *nu.* 5. *Cald. in leg. si curatorem, verb. per quod num.* 30. vel si sit nobilis, & fidalgus, ejus executio suspenditur donec Rex certior fiat, *Ord. lib.* 5. *titul.* 138. *in fine.*

APPENDIX. I.

Qui à pæna vili excusantur.

Non autem fit executio fustium in 105 nobili, *Ordin. lib.* 5. *titul.* 139. nec *nos moços da estribeira del Rey Gama decis.* 925. *vbi flores Cabed.* 1. *part. Aresto* 48. nec etiam in clientibus nobilium, *Gama decis.* 312. *Pat. Molin. de justitia tract.* 2. *disput.* 166. *vers. de jure.* Nec etiam in

in decurionibus, *Cabed. 2. part. aresto 7.* nec in eorum filijs, sed hoc privilegium non extenditur ad nepotes decurionum, *Cab.*
106 *arest. 53.* Nec fit executio vilis in mercatoribus divitibus *Ordin. ubi supra, tradit Tyraq. de nobilit. cap. 25. Burgo. de Paz, consil. 3. num. 44 & cons. 9. nu. 6. Guilherm. Choue, in suis discursis pag. 160.*

ARTICULUS II.

Qualiter judex in condemnatione pœnæ corporalis se habere debeat.

107 IN primis judex à condemnatione pœnæ, quæ lege vel consuetudine, aut statuto imposita sit, recedere non debet, *auth. de judicibus, §. oportet glos. in cap. licet de pœnis,* alias in syndicatu tenebitur, vel à Senatu vocari solet vt puniatur *argument. text. in l. 1. §. sed & si judex ff. de falsis,* nam Carolus primus Rex Franciæ judicem suspendi jussit, qui homicidam pœna manus tantum punierit, *vt tradit Tyraq. de pœnis in præfation. num. 9.* nisi causa adsit, aut qualitas propter quam, minui, vel augeri debeat pœna, *glos. in l. hodie 13. ff. de pœnis glos. in l. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de ijs qui notantur infamia,* nam tunc secundum facti naturam, & modum judex pœnam imponet, quæ magis Reipublicæ conveniat, vt in illo qui falsas litteras instrumenta, & provisiones Regias fabricaverat, qui condemnatus fuit in abscisione digitorum Policis, & indicis manus dexteræ, vt deinceps scribere non posset; & in illa captiva, quæ condemnata fuit forcipibus ferreis affligi, sed ita vt non moreretur ad terrorem aliorum, quia tentavit dominam suam veneno interficere, ita censuit Senatus per votum primo loco datum à sapientissimo Senatore prætore curiali domino Didaco Fernandez Salema, cujus moderamine in hac vrbe tota respublica paccata viuit sine assasinis latronibus, viarum grassatoribus, & alijs flagitiosis hominibus. E judex causas ob quam diminui, vel augeri pœnam judicavit, in sententia inserere debet, *Tyraq. ubi supra num. 54.*

APPENDIX. III.

De impedimentis adversus pœnæ condemnationem, & ex quibus illa minuatur, & minoretur.

PRimo si dicat tempore commissi delicti fuisse furiosum, aut ebrium, aut 108 minorem de primo *est text. in l. divus, ff. de officio præsidis de secundo est tex. in l. 6. §. per vinum, ff. de re militar.* furor autem ex gestis, & sermonibus probatis probatur, & conjicitur *Dec. & alij quos refert, Mascard. concl. 824. num. 2.* & ebrius etiam probatur ex aspectu, & alijs de quibus *idem Mascard. conclus. 579.* de tertio est *text. in Ord. lib. 5. tit. 136.*

Item dicet, quod in illo delicto defecit dolus, qui in illo solet intervenire, ex quo minoranda est pœna *Bal. in l. & si veniet, C. de infamibus, Hipolitus, in l. si quis te C. de sicarijs,* quanvis esset lata culpa, quæ non æquiparatur dolo in impositione pœnæ corporalis, *Cæpola consil. 36. facit l. 4. & 5. tit. 8. part. 7.*

Item dicet, quod defecit probatio vera, vt notat *glos. in cap.* intersolutudines de purgatione canonica.

Item quia non fuit in culpa, quia cum esset amicus occisi fecit actum in loco solito, ex quo secuta fuit mors exempla ponit *l. 6. tit. 15. part. 7.* & in hoc casu vxor, & filij non possunt petere damna hominis mortui, *l. fin. ff. de ijs qui dejecerunt, vel effuderunt.*

Item dicet, quod licet fuit attentatum, non tamen fuit effectus sequutus voluit *Bart. in l. 1. §. divus, ff. de siccarijs,* contrarium tamen practicati vidi, *ex l. is qui cum telo, C. ad leg. Cornel. de siccarijs,* vt qui percuserit hominem volens occidere capitali pœna plectatur.

Item dicet multo tempore fuisse incarcera-

ceratum, *l. omnes, C. de pœnis*, & compellente ira, aut dolore deliquisse, & ideo læuius puniendum esse, *l. aut facta. §. causa, ff. de pœnis, glos. in l. si quis iratus 2. quæst. & in l. quicquid, ff. de reg. jur.* & eodem modo, qui præ nimio ardore amoris quicquam commiserit, non ex animi sententia, sed furore concitatus, vti consuluit, & obtinuit *Oldradus Eminentissimus aduocatus, cons.* 210.

Item si multitudo deliquit, mitius agendum esse, tradit *Tyraq. de pœnis caus.* 47

Item dicet quod Reus pariter exiuit vulneratus, nec constat vter eorum prouocauerit, & ideo neutrum esse puniendum *secundum glos. in l. 1. §. cum arietes,*
109 *ff. si quadruples pauper fuisse dicat*, & si judex noluerit recipere impedimenta tenetur causam in sententia inserere *secundum Bal. in cap. 1. de constit. glos. in consuet. Burgund. rubrica. 1 glos. arbitrarie, nu.* 33.

SUMMARIUM.

1 *Per denuntiationem procedit judex ad petitionem illorum, qui agere non possunt.*

Ibid. Seruus si opprimatur à domino, vel vxor à marito, aut filius à patre denuntiare possunt.

Ibid. Et idem si monachus oprimatur à suo Prælato.

2 *In leuibus creditur denuntiatori, seu officiali deputato, secus quando ex statuto imponeretur pœna corporali veluti pro deferendo archabuseto, vulgo* pistolete.

3 *In delatione de pistolete non creditur officiali, seu alguazelo, & ibi aresta.*

CAP. II. *De modo quo proceditur per viam denuntiationis.*

1 Per denuntiationem judex procedit ad petitionem illorum, qui agere non possunt de jure, vt quando seruus, (qui non potest agere, nec stare in judicio, *l. quod attinet ff. de reg. jur.*) si opprimatur à domino, *l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni juri.* quærimoniam facit, *leg. 1. §. quod autem ff. de officio præfect. vrb* & similiter si vxor opprimatur à marito; item quando pater, vel patronus conqueritur de filio, vel liberto, *vt in dicta l. §. cum patronus, ff. de officio præfect. vrb. l. nec quicquam. § de plano, ff. de officio proconsul.* vel quando homines humiles opprimuntur à potestate, vel eis aliquid aufertur, vel ab eis promissio, vel cautio exigitur *l. illicitas ff. de officio præsid. Specul. in titul. de denuntiatione, §. si quis denuntiare Ioan. Andr. in cap. nouit. de judic. Bar. in extrauag. ad reprimendum, verbo denuntiationem C. quomodo in crim. læs. majest.* Nam ad boni judicis officium pertinet facta ei querimonia de prædictis, ex officio suo procedere, cum tales per se ipsos agere non possint, vel non audeant, & idem si monachus opprimatur à suo prælato, *vt tenet Abb. in cap. nouit. 14. col. vers. nunc condescendo extra de judic. Cacheran decis.* 30. *nu.* 17. In leuibus autem creditur denuntiatori, 2
seu officiali deputato, qui denuntiat, veluti de delatione armorum prohibitorium, vel de ludo prohibito, *Carrer. in pract. quem refert Farinacius in praxi crim. 2. p. quæst.* 108. *n.* 151. *Bar. in leg. diuus, num.* 8. *ff. de custod. reorum.* secus tamen erit, quando ex statuto, vel lege imponeretur pæna corporalis, vti pro archabuseto *ex Ordin.* imponitur in hoc Regno, nam tūc soli denuntiatori referenti aliquem inuenisse cum armis non creditur, *vt tenet Bar. & alij, quos refert Farinacius, ubi supra, num.* 154. & est communis, secundum *Bossium in tit. de denuntiatione, num.* 10. *& alios refert concordantes Masc. de probat. concl.* 506. *num.* 15. nisi cum illo denuntiatore sint alij, veluti *os beleguins* cum scriba alguazelli, vel quando iste apprehensus fuit cum prædictis armis, quæ ipse apprehensus negare non potuit esse sua, contrarium

rium tamen tenet *Menoch.de arbitr.casu,* 112. *lib.2. Franch.decis.*379.*part.* 2. *Bursat.consil.* 331.*num.*44. vbi loquens in de-
3 latione *de pistolete pequeno,* dixit non esse credendum officiali, *& seus beleguins Farinacius vbi supra num.* 156.

Item si alguazellus faciat denuntiationem de crimine, ex quo nulla pœna sit ei applicata, denuntiatio ista annullata fuit ob hujus rei defectum in lite de Bento de Payua alcaide cum Gaspar da Gama scriba Dominico Veloso, similis est decisio, quam refert *Phœbus* 1.*part. Aresto* 147.

SUMMARIUM.

1 *Casus plures ex quibus inquisitio annulari potest.*

2 *Quomodo Reus debet impugnare sententiam latam in judicio* de deuassa *per judicem suspectum?*

Ibid. Sententia justa non retractatur prætextu nullitatis, nisi simul allegetur error, vel læsio.

3 *Assertioni offensi, vel vulnerati, quando standum sit, vel ejus exculpationi?*

4 Arrancamento da Corte, *quomodo sit causa* de deuassa?

5 *In statuto, quod prohibet arma deferri, necesse est, vt reus inueniatur cum armis, & apprehendatur.*

6 *Quando statutum dicit, vt procedatur per inquisitionem, etiam non captus punitur.*

7 *Contrarium.*

CAP. III. *De modo procedendi per viam inquisitionis.*

1 IN *prima parte* dixi septem causas, ex quibus impediri, vel annullari potest inquisitio vulgo, *a deuassa,* quibus addo, octauo quod inquisitio annullari potest, si in ea recepti fuerint testes ab alio, quam ab ipsomet judice *Ordin. lib.* 1. *tit.* 65.§.33. *ibi, deuem tirar per si as inquiriçoens,* per quem textum ita judicatum fuit & tradit *Borrellus in summa decis. tom.* 2. *titul.*7. *num.*50.

Nono, si inquisitio fiat super alijs casibus, & maleficijs, quæ non continentur *in Ordin. dicto titul.* 65.§ 69.*vers. & deuassando ibi seja nenhũa.*

Decimo, si inquisitio fuit cœpta, & non finita, nisi post 30. dies, & aliquos menses, nam ex illis testibus de nouo repertis non posse quem capi, & incarcerem detrudi censuit Senatus teste *Phœbo tom.* 1. *Aresto* 139.

Undecimò annullatur inquisitio, si finita sit inquisitio per solum decem testes, & non fuerint recepti triginta, vt judicatum refert *Phœbus Aresto* 106.1.*tom.* Contrarium tenet *idem Phœbus Aresto* 150. *in fine tom.* 2.

Duodecimò inquisitio formata per judicem suspectum, aut inimicum erit nulla *Ordin. lib.* 3. *titul.*62. §.2. vel etiam per scribam suspectum erit etiam nulla, & concrematur secundum *Phœbum decis.* 77. *n.* 4. *vbi num.* 5. extendit id etiam ad examinatores, vulgo *Enqueredores,* & interim, dum alia inquisitio de nouo fit, reus non relaxatur à carcere, quod judicatum refert *Phœbus decis.* 77.

Decimo tertiò inquisitio facta ex diplomate Senatus ad inquirendum de injuria alicui priuato illata, si diploma non fuerit signatum manu Regia, ita practicari vidi.

Item si pars voluerit impugnare sententiam jam latam à judice suspecto, debet 2
adjungere, quæ faciant ad merita causæ, & quæ probata euincant se bonum jus fouere, nam sententia justa, non retractatur prætextu nullitatis, nisi simul allegatur error seu læsio, vel justa causa grauaminis *tradit Vantius post alios de nullit. part. vltim. num.* 188. *Valasc. de jure emphyteut. quæst.* 6. *num.* 14. *& consil.* 65. *num.* 3. *& de partit. cap.* 39. *numer.* 72. *cum sequentibus Gratian. discept. forens. cap.* 16. *numer.* 35 *Afflict.*

Afflict. decis.262.num.3.

Quid autem, si judex procedat *por devassa* an debeat seruare formam, quàm dixi *in libello accusationis? Glos. in auth.de exhibend. reis,§ sancimus* dicit,quod non, & refert *glos. in l.14. titul. 1. part.7. verb. el pesquisidor.*

3 Item an assertioni vulnerati, & offensi standum sit Tradit *Masc.concl.*144. & ejus exculpationi *concl.* 1135.

Item, si judex malitiosé, & injusté inquirat contra aliquem, condemnari debet in expensis, *Borbos. in l. eum qui temere n.* 204. *ff. de judic.*

Item, si inquisitio sit à duobus judicibus, qui insolidum habent jurisdictionem, ille, qui prius præuenit, prosequi poterit, & alius non potest se intromittere, & judex, qui præuenit potest alium inhibere *Phæbus non omnino malus Auctor 2.tom. aresto 97. ex doctrina Bart. in l.* 1. *§. cum vrbem,C. de officio præfect. vrb.* quem refert, & sequitur *Menoch.cons.*380. *numer.* 20. *Farinacius in praxi crim.quæst.* 7. *à n.* 65. vbi multa de præuentione judicis.

4 Notabis etiam legem, quæ dicit *arrancamento de Corte* esse casum de deuassa, correctione indigere, & restringi debere, vt scilicet procedat, quando in flagranti delicto apprehensus fuerit, & non sufficit. quod sit visus *argument. l.si barsatorem,C. de fidejussor*,aliàs si generaliter accipiatur, magna fieret perturbatio, & lites succrescerent, nec enim fit inquisitio de delicto non punibili *Farinac. in pract. crim.*1.*par.*

5 *quæst.* 17.*num.*1. Nam in statuto prohibente deferri arma plures DD. tenent, quod sit necesse, vt reus inueniatur cum illis, & apprehendatur, & non sufficit probare illum prædicta arma detulisse, *ita Bar. & alij, quos refert Farinacius in praxi crim.* 2.*part quæst.*108.*num.*132. *Mar. Nouarius in quæst.forens.* 1. *part. quæst.* 3.*num.*2.*Riccius decis.*257.*part.* 2. *Bru-*

6 *ñor. à sole quæst.*35.*numer.*9. nisi statutum expressé dicat posse procedi per inquisitionem, quia tunc punitur reus, etiam non captus *Cæpolla in l. si fugitiui num.* 74 *C. de seruis fugit. Bonacosa in quæst. crimin. verbo de armis, Scapa de jure non scripto lib.*5.*cap.*165.*num.*13.*cum sequentibus*,& hanc sententiam defendit ab impugnantibus *Decian.tract.crimin.lib* 8 *cap.*4.*nu.* 5. *Viuius opinion.*763. vbi dicit ab hac sententia non esse discedendum. Contrarium tamen tenet *Menoch de arbitr.casu* 7

394. *Farinacius vbi supra num.*133 vnde in prædicto casu *do arramcamento* non esse procedendum per inquisitionem post octo dies existimo *argument. Ord. lib.*1.*tit.* 65.*§.* 31. quicquid aliud dicat *Phæbus tom.*2.*Aresto* 158.

Item prædicta lex *do arrancamento* cóprehendit, etiam fæminas *Phæbus Arest.* 115.1.*part* cæterum restringitur, vt non procedat in eo, qui fit in termino, vel intra domum non deueniendo ad plateam *Phæb.tom.*2.*Aresto* 128. etiam, qui fit in mari propè Curiam *Phæbus* 2.*tom. Arest.* 29.*in fin.*

SUMMARIUM.

1 *Edicta quomodo, & quando poni debeant ad procedendum contra absentem?*

2 *Reus comparens intra annum auditur cum sua contrarietate.*

3 *Excusator non poterit recusare judicem.*

4 *Excusator,si fuerit admissus, gesta cum eo tenent.*

CAP. IV. *De modo procedendi contra reum absentem.*

IN primis, quia hæc omisimus dicere *in prima parte*, poni debent edicta, per quæ vocatur absens ad judicium, de quibus *Cald. denominat. quæst.*5.*num.* 45. *Cabed.*1.*part. Aresto* 57. *& idem Cabed.* 1.*part. decis.* 75. *num.* 1. idque in delictis 1

grauis-

grauissimis, nam in levioribus edicta non ponuntur, nisi ad partis requisitionem tradit *Barbosa in l. hæres absens, §. proinde art. de foro delicti, n. 96. cum sequentibus de judic.* vt intra duos menses compareat *Ordin. lib. 5. titul. 126. ibi, do dia que os ditos editos forem postos a dous meses*, nec minus tempus assignari potest *Cabed. 1.*
2 *part. Aresto 59.* & reus comparens intra annum in carcere auditur cum sua contrarietate, *Ordin. vbi supra §. 7.* de qua tamẽ datur copia adversario, qui contrarium in replicatione articulare poterit, prout resolvit *Cald. in l. si curatorem verbo vel ad-*
3 *uersarij dolo, n. 22. col. 3.* Et si annus fuerit transactus, minor restitui potest adversus illius anni lapsum, vt per D. D. quos refert *glos. in dicto §. 7. n. 6.* nisi minor cõuincatur de dolo, *Cald. ubi supra verbo læsis. nu. 6.* & fit sequestratio bonorũ absentis, prout tradit *Thomas Valascus allegat. 67. num. 17. Caldas de nominatione quæstion. 5. nu. 45.* relicta tamen dimidia parte vxori *Cald. de emptione cap. 10. nu. 41.* Et si non compareat reus, excusator de absentia admittitur *Ordin. lib. 3. titul. 7 §. 3. tradit Azevedus pro simili lege regni Castellæ, in l. 3. tit. 10. à num. 50. lib. 4. Recopillat. Gregor. in l. 12. verbo excusaria, tit. 21. part. 3. tradit Caldas ad l. vnicam 2. part. nu. 51. C. ex delictis defunctorum*, sed non poterit recusare judicem, vt tradit *Azeved. in l. 1 nu. 12. titul. 16. lib. 4. Recopilat. Farinacius in praxi crim. quæstion. 99. nu. 214. Gratianus discept. forens. cap. 100. num. 44.* Cæterum, si ex-
4 cusator fuerit admissus, vt procurator, gesta cum illo non sunt annullanda, vt resoluit *Cald. de resolut. emphyteusis capit. 17. numer. 10. columnn. 2. & 3. Farinac. vbi supra numer. 242.* & ad allegandas causas absentiæ admittitur quis sine mãdato *Farinac. vbi sup. 3. par. quæst. 99. num. 277.*

(:!:)

SUMMARIUM.

1 *INjuria facta officiali in syndicatu, eadem pœna punitur.*
Ib. Officiali finito officio tempore syndicatus idem honos debetur.
2 *Domini terrarum non possunt vti potestate syndicandi.*
Ibid. Fuga non probat delictum, sed fallit in officiali notato de barataria.
3 *Ex fuga officialis à syndicatu non inducitur semiplena probatio.*
4 *Actio repetundarum datur hæredibus, & contra hæredes.*
5 *Substituens aliquem in suo officio tenetur de ejus culpa.*
6 *Iudex, si dimiserit captum tenetur in syndicatu.*
7 *Officialis, quibus modis se excusare possit in syndicatu remissiue?*

CAP. V. *De modo procedendi à judicibus in syndicatu.*

VLTRA ea, quæ dixi *in prima parte* notabis, quod injuria facta officiali, 1
qui existit in syndicatu eadem pœna punitur, ac si esset in officio *Farinacius in praxi crimin. 1. part. quæstion. 17. num. 38.* Nam officiali finito officio, tempore syndicatus idem honor debetur in memoriam pristinæ dignitatis *Stephan. Gratian. discept. forensium, cap. 184. nu.* 2
fin. Nec domini terrarum possunt vti potestate syndicandi, quia soli Principi hoc pertinet, ut per *Cabed. decision. 68. 2. par.* Nemo autem elapso tempore syndicatus, quod lege statuitur, audiri potest contra judicem, & officiales, si in termino 30. dierum non venerit, *Iulius Clarus in §. fin. quæstion. 51. n. 6. Soarez de Pace in pract. 1. tom. tempor. 8. num. 1. Azeved. in l. 13. titul. 7. num. 13. lib. 3. recopillat.* Dixi de fuga officialis, quod omnia crimina ei objecta

jecta habebuntur pro probatis, nam licet aliàs fuga non probet delictum, *vt in l. lege Cornelia, ff. ad syllanian. & in l. 1. §. sin autem post Commissum, Cod. de raptu virgin cum alijs adductis per Dueñas regul.* 389. hoc tamen fallit in officiali notato de barataria, qui si pendente causa syndicatus aufugit habetur pro confesso, vt notat *Amadæus de syndicatu, numer.* 163. *ad finem, & num.* 187. *versic. verum, Dulcet. eodem tract. nu.* 28. *alios plures refert Bobadilla in sua politica, libr.* 5. *cap.* 1. *à nu.*
3 117. Sed praxis est vt in hoc casu detur juramentum parti, vt per *Mascard. concl.* 821. *nu.* 2. Cæterum si magistratus trahatur ad locum, à quo aufugit non habebitur pro cõfesso, nec ex fuga semiplena probatio inducitur *secundum D. D. quos refert Mascard. supra nu.* 9. *Auiles in capitibus prætorum, verbo. dadiuas, nu.* 9. *tit.* 7. *lib.* 3. *recopillat.* In hac ciuitate, praxis est vt tempore syndicatus magistratus, & ejus officialis exeant à ciuitate, sed hoc non practicatur in eo, qui pro alios seruijt vno anno ex sententia Senatus, *pro vt testatur Phæbus Arest.* 170

Item actio illa repetundarum litè con- 4
testata datur hæredibus, & cõtra hæredes vsque ad annum, *l.* 2. *ff. l. Iuliam repetundarum, Emman. Gen. Cardosus. in quodã responso in lib. de jure acrescẽdi, Bargalius de dolo lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 10 *cum sequentibus glos. vlt. in l.* 1. *ad med. vers. item fallit C. ex delictis defunctorum.*

Item substituens aliquẽ in suo officio de 5
culpis, & defectibus substituti tenetur criminaliter, sed eo in carcere exhibito liberatur substituens, *Giurba cons.* 36.

Item judex si debitorem captum à mi- 6
nistris justitiæ dimiserit creditore inuito, in syndicatu tenetur ad interesse *Giurba cõs.* 76. Ita judicari vidi, & quibus modis
officialis excusari, ac defendi possit in syn- 7
dicatu tradit optimè *Giurba cons.* 72.

FINIS LAVS DEO VIRGINIQ; MATRI.

ARREST.

ARESTA CIRCA JUDITIA CONTRACTUS, crimina, & vltimas voluntates.

A

ABSENTE parte citari potest procurator ad executionem, lib. 3. cap. 21. num. 3.

Actio dotis datur ex ejus polliciatione facta mulieri pauperi, quanuis aliàs ex pollicitatione actio non datur, lib. 4. c. 8. num. 52.

*Actio, & reconuentio accumulantur ad alterandam jurisdictionem vulgo al-*çada, *lib. 3. cap. 19.*

Actore volente relinquere causam no juramento dalma do reo citado pera jurar, *cum iterum citatio fieri debeat ad libellum, sufficiet ejus procuratorem citare, lib. 3. cap. 1. n. 4.*

Accusatio nulla judicata fuit ex defectu solemnitatis, lib. 5. c. 1. n. 5.

Ad executionem citari potest procurator vide supra absente parte.

Ad judicem Misericordiæ, eo quod ipsa successit difuncto actori, remissa fuit causa cæpta in judicio ordinario, lib. 1. cap. 2. num. 83.

Aduocatus in causa propria potest subscribere suam suspitionem, lib. 3. cap. 19. §. de recusatione.

Aduocatus quidam fuit condemnatus à Senatu ad damna & interesse propter malum consilium, lib. 1. c. 3. n. 18.

Ædilis non habet jurisdictionem ad destruenda ædificia, lib. 1. 2. n. 144.

Anglorum priuilegium viduarum priuilegio præferri censuit Senatus. lib. 1. c. 2. tit. do Ouuidor da Alfandega.

Annullata fuit à Senatu denuntiatio, quã fecit alguazellus de furto, quia ex eo non applicabatur pœna pecuniaria denuntianti, lib. 5. c. 2. in fine.

Annullata fuit inquisitio, quia in ea fuerunt recepti testes ab alio, & non ab ipsomet judice, lib. 5. c. 3. nu. 1.

A sentẽtia habilitationis supplicatur per petitionem, lib. 3. cap. 21. n. 4.

Audiri non debet veniens contra transactionem, nisi restituta pecunia, quam accepit ratione transactionis, libr. 3. cap. 4. num. 3.

Auditores Donatariorum non possunt in causa appellationis concedere licentiã ad articulandam de nouo, libr. 3. cap. 19. num. 3.

C

CAlculationis error est retractandus, etiam post rationem redditam, & liberationem abtentam, lib. 3. cap. 21. §. 8.*

Capellania applicata fuit fisco, quia ejus redditus omnes, qui ad res sacras destinati erant, erogauerat possessor in suos proprios vsus, lib. 1. c. 2 n. 195.

Capellania, in qua fuerunt instituti fra-

tres

tres Sancti Francisci de Paula cum anniuersarij Missarum applicata fuit fisco, lib. 1. cap. 1. n. 94.
Capellaniarum fit transitus de linea ad lineam, quando persona est inhabilis, & incapax, lib. 1. cap. 2. num. 195.
Capituli Olyssiponensis judex habet jurisdictionem ordinariam, lib. 2. c. 2. n. 32.
Causa cœpa in judicio ordinario remissa fuit ad judicem misericordiæ, quia successit defuncto actori, l. 1. c. 2. n. 83.
Chancellariæ judex nõ cognoscit de erroribus officialiũ extra quinq; leucades per querellam, lib. 1. c. 2. n. 155.
Charte partitionis executio impedire potest solutione in cõtinenti probata, lib. 4. cap. 3. §. 1. in fine.
Chartam assecurationis negatiuam in casu do arrancamento da Corte, de quo facta fuit inquisitio cõtra reũ, seruandam fore jussit Senatus non obstante Ord. lib. 5. tit. 130. §. fin. lib. 5. cap. 1. append. das cartas de seguro.
Citari potest procurator ad executionem absente parte, lib. 3. cap. 21. n. 3.
Citatio per edicta cessat, si consliterit reum esse in loco certo, libr. 3. cap. 1. num. 13.
Citatio per edicta fieri potest reo absenti apud Indos in loco certo, lib. 3. cap. 1. num. 12.
Clausula contractus, vt citatio fiat in persona do destribuidor, procedit, quãdo ipse mandatum acceptauit, libr. 3. cap. 1. n. 1.
Clausula depositaria cessat; quando reus vult probare in continenti intra duos dies solutionem, lib. 3. cap. 22. § 4.
Coepta via executiua in certis bonis non potest alia intentari pro eodem debito in alijs bonis in prima executione non contentis, lib. 3. cap. 21. n. 14.
Colonum potest expellere emptor rei locatæ, etiam si habeat hypothecam, dum modo ei satisfiat cum pœna, & interesse, lib. 4. cap. 8. §. 1.
Commendatarius, vel eques Ordinis militaris delinquens in officio remissus fuit ad suum judicem, lib. 2. c. 1. n. 21.
Compensationem in causa executiua non admisit Senatus probari per testes sed per instrumenta lib 3. c. 21. §. 8.
Concedens emphyteusim, qui nominauit in secundo loco filium, & ad tertiam simpliciter nominavit quem secundus vellet, non erit emphyteusis familiaris sed libera, lib. 3. cap. 15. n. 5.
Cõcessa reuisione victor recipere non potest nisi data fidejussione, l. 3. c. 20. n. 16.
Condemnationem expensarum, quã omisit judex appellationis, potest facere iudex, à quo lib. 3. c. 2. num. 19.
Conductor, qui de consensu domini sublocauit domum alteri, tenetur ad pensionem soluendam dño, l. 4. c. 8. n. 28.
Contractus fæneratitius arguitur in pacto de retro vẽdẽdo ex modicitas, vel in justitia pretij lib. 4. c. 8. §. 5. n. 20.
Contra debitores misericordiæ proceditur executiuè, sicut contra debitores Regis, lib. 1. cap. 2. nu. 92.
Contra trãsactionẽ veniens audiri, nõ debet, nisi restituta pecunia, quã accepit ratio-

ratione transactionis, lib. 3. c. 4. n. 3.

Conuenire socerum dotatus potest ex actione quanto minoris in rebus in dotẽ datis, quæ plus æstimatæ fuerunt, quã valebant, & res manebunt semper apud dotatum, lib. 4. cap. 8.

D

DAtum fuit homagium nobili condemnato in absentia in pœna corporali, qui comparvit intra annum, lib. 5. cap. 1. nu. 13.

Decisum à duobus arbitratoribus executioni mandatur sine ulla reclamatione, aut recursu, lib. 3. c. 21. §. 2.

Declinare non potest vidua judicium hospitalis Regij, lib. 1. c. 2. n. 83.

Declinatoria militis Sancti Iacobi à judice Indiæ admissa fuit excessione facta inter auditorem, & quemdam Senatorẽ per cõmissionem de sua Alteza, *quæ fungebatur officio capitanei generalis, li. 1. cap. 2. tit.* do juiz da India, & Mina.

Declinatoria non fuit recepta per judicẽ domus misericordiæ in causa monaliũ, lib. 1. cap. 2. nu. 83.

Defectus gabellæ non solutæ subhastationem rescindit, lib. 3. c. 21. §. 12.

Defensio, quæ excessit modum, non habet pœnam ordinariam, sed leuiorem, & arbitrariam, lib. 1. c. 2. n. 31.

Defuncti hæres impediuit executionem impedimentis dominij, & tertij possessoris, quia facta fuit in re propria, & non in hæreditatis, lib. 3. cap. 21. §. in quibus bonis.

Denuntiatio, quam fecit alguazelus de furto, quia ex eo non applicabatur pœna pecuniaria denuntianti annullata fuit à Senatu, lib. 5. cap. 2. in fine.

Depositarium nobilem habere etiam homagium judicauit Senatus, lib. 5. cap. 1. append. de homagio.

Depositionem judicis recusati non esse necessariam, quando ille fuerit absens, censuit Senatus, lib. 3. c. 3 §. 1. in fine.

Dotatus potest conuenire socerũ ex actione quanto minoris in rebus in dotem datis, quæ plus æstimatæ fuerunt, quã valebant, & res manebunt semper apud dotatum, lib. 4. cap. 8.

Deuassa annullata fuit, quia in ea fuerũt recepti testes ab alio, & non ab ipsomet judice, lib. 5. c. 3. n. 1.

Dotis actio datur ex pollicitatione facta mulieri pauperi, quanuis aliàs ex pollicitatione actio non detur, lib. 4. cap. 8. num. 52.

E

EMmendari potest libellus vsq; ad litis contestationẽ, lib. 3. c. 2. n. 5.

Emphyteuta non tenetur ad pensionem perempta re emphyteutica, lib. 3. cap. 21. §. 10. nu. 55. vers. sed vltra.

Emptor nõ tenetur stare locationis, etiãsi de ea fieret instrumentum cum hypotheca pœna, & interesse, lib. 4. cap. 8. num. 5.

Eques Ordinis Sancti Ioannis Hierosolimitani nõ potuit in ciuilibus effugere juris-

jurisdictionem Prætoris Curialis, lib. 2. cap. 1. num. 46.

Error calculationis est retractandus, etiam ratione reddita, & liberatione obtenta, lib. 3. cap. 21. §. 8.

Exceptio declinatoria non fuit recepta à judice domus misericordiæ in causa monialium, lib. 1. cap. 2. n. 83.

Exceptio non numeratæ pæcuniæ non admittitur in deposito confessionato, lib. 4. cap. 8. nu. 34.

Ex defectu gabellæ non solutæ subhastatio rescinditur, lib. 3. cap. 21. §. 22.

Hæres avocat possessionem ab eo, qui sine justo titulo possidet, lib.4.cap. 10.n.25.
Hæres avocat possessionem rei, quã legatarius occupavit propria auctoritate, ib.n.29.
Hæres cõjũctus cũ alio, qui portionẽ suã non agnovit, est hæres in totũ, lib 4.c.8 n.73.
Hæres ejus, qui habuit sentẽtiam, habilitare se debet in executione, lib.3. c.21. n.15.
Hæres potest impedire executionẽ in suis bonis factã pro debito defũcti, ib. n.76. & 77.
Hæres scriptus in testamento facto à fratre hæredis rogatu testatoris, non potest occupare hæreditatem, nec possessionem, lib.4. cap.10. num.27.
Hæres transmittit ad suum hæredem beneficium falcidiæ, lib.4.cap. 10.n 29.
Hæres, vel singularis successor non potest declinare, lib.3. cap.3. num.7.
Hæres, vtrum possit cõveniri summatim, aut intra tempus inventarij conficiendi? lib. 3. cap.22.n.22. & 23.
Homagium datur doctori pro debito civili, & Curiæ advocato, lib 5. cap.1. n.24.
Homagium datur nobili pro crimine nõ merente pænam capitalem, ib. n. 23.
Homagium non interponitur per procuratorem, lib.5.c.1.n.22.
Homagium, quomodo fiat secundum consuetudinem Hispaniæ? ibid.n.21.
Homagium, si detur incarcerato in carcere publico, an cum eo transeat *os embargos, que the estão postos?* lib.5.c.1.n.25.
Homicidiũ potius ad defensionem, quam ad vindictã factũ præsumitur, l.5.c.1.n.71.
Hyperbolica locutio nõ obligat, l.4. c.1. n.5.
Hypotheca fieri potest in officijs publicis, lib. 3. cap.21. num.63.
Hypotheca ipso jure post sententiam contrahitur in bonis condemnati, ib. n. 177.
Hypotheca tacita dotis præfertur alijs anterioribus, & expressis, lib.3.c.21.n.175.
Hypotheca tacita fisci non præfertur alijs nec hypothecæ vxoris, ib. n. 175. & 176.
Hypothecæ jus præscribitur decem annorũ spatio, lib.4. c.4. n.7.
Hypothecam anteriorem habens præfertur alijs, lib.3 c.21. n.190.
Hypothecam quando habeat fiscus in bonis delinquentis? lib.3. cap.22.num.63.

Idem

INDEX.

I

IDem bonos debetur officiali finito officio syndicatus tempore, lib.5.c.5.n.1.
Ignorantia in dubio præsumitur, lib. 1. c. 2. num.118.
Ignorantia probabilis excusat à pœna, ibid.n. 118. & n. 50.
Imaginaria promissio non obligat, lib. 4. c. 1. num. 6.
Immunitate Ecclesiæ gaudet debitor ex causa civili, lib.5. cap.1. num.34.
Immunitate Ecclesiæ non gaudet committens in Ecclesia sacrilegium, ib.n.33.
Immunitate Ecclesiæ non gaudet decoctor, lib.5. cap.1. num.33.
Immunitate Ecclesiæ non gaudet monialem deflorans, ibidem.
Immunitate Ecclesiæ non gaudet occidens proditoriè, & per insidias, lib.5.c.2.n.35.
Impedimenta addi non possunt, nec replicari in chancellaria, lib.3. c.19. n.28.
Impedimenta calumniosa non debent recipi, lib.3. cap.3. num.18.
Impedimenta contra possessionem chartæ partitionis non obligant adversarium ad satisdationem, lib.4. cap.3. num.10.
Impedimẽta nouæ materiæ dicũtur ea, quibus aliquid novũ adjicitur, l.3. c.3. n.20.
Impedimenta, quæ ostendunt sententiam, & ejus injustitiam arguunt, non recipiuntur in chancellaria, libr.3. c. 19. n.23 & vide num. 26. & 31.
Impedimenta recepta plenè probari debent lib.3 c.3.n.19.
Impedire executionem quis possit? lib.3.c.21. ex n.91. cum seqq.
Impedire potest tertius restitutionem fieri spoliato, lib.4. cap.10. n.14.
Impedire publicationem testium possunt gaudentes privilegio minoris, lib.3. cap. 14. n. 5. & seqq.
Impedire sententiam in chancellaria non potest tertius, qui nõ litigavit, l.3.c.18.n.9.
Impediri potest sententia in chancellaria instrumẽtis de novo repertis, l.3. c.19.n.27.
Impediri potest sententia in chancellaria, si non concordet cum citatione, vel si judex erat suspectus, vel si fuerit obscura, lib. 3. cap.18. n. 1. 2. & 3.
Impediri quibus modis possit executio? lib. 3. cap.21. ex num.100. cum seqq.
Impedito agere non currit tempus, neque præscriptio, lib.3. cap.21. n.191.
Impensa facta in infirmitate defuncti præfertur aliis creditoribus, lib.3.c.21 n. 170.
Impensa funeris præcedit omnes alias actiones, etiam hypothecarias, & etiam dotem, lib.3. cap.21. num.178.
Impensæ corporis præsentis, antequam terræ mandetur, ex communi acervo deducendæ sunt, lib.4.c.3.n.8.
Impensas in re aliena faciens non potest eas repetere, lib.4. cap.2. num.4.
Impugnare quomodo reus debeat sententiam latam in judicio *de devassa* per judicem suspectum? lib 5. c.3. n.2.
In actione ad exhibendum sufficit summaria probatio, lib.4.c.9.n.18.
In actione decem dierum non requiritur solemnitas petitionis, aut publicationis, libr. 3. cap.22. num.3.
In actione injuriarum, quomodo, & in quo judicio procedatur? & quando appellationi locus sit? lib.4.c.11.num.1.
Incarcerari non debet, etiam lata sententia, debitor habens fidejussorem idoneum, lib. 3. cap.21. num 53.
Incarceratio, & captura habent damnum irreparabile, lib.5. cap.1.n.7.
Incarceratur reus alienans bona, ne in eis fiat executio, lib.3. cap.21.n.44.
Incarceratus intra tempus datum ad contrariandũ potest opponere contra suam cõfessionẽ, eamq; revocare, lib.5.c.1.n.69.
Incarceratus sub homagio, an possit contrahere? lib.5.c.1.n.24.
Incestus crimen est mixti fori, lib.2. cap.4. num.21. & 22.
In citatione per edicta datur terminus conveniẽs secundũ distantiã loci, lib.3.c.1.n. 12.
Incõpetentiæ exceptio non admittitur respectu tertij opponentis, lib.3. cap 5.n.4.
Incompetentia Senatoris allegari potest in secundis impedimentis chancellariæ, libr. 3. cap.19. n.32.
In delatione *de pistolete* non creditur officiali, seu alguazello, lib.5. cap.2.n.3.
Indicia, & conjecturæ, ex quibus dolus necessario resultet, articulanda sunt in libello de dolo, lib.4. c.9. n.9.
Indicia in genere suo ad torturam debent esse clara, & talia, quæ de jure subsistant, lib.5, cap.1. n.98.
Indicia quæ sufficiant ad torturam? & qualia esse debeant? ibid. n.97.
Indicium ad torturam, vt faciat testis vnus, debet esse habilis, & idoneus, qui non deponat

ponat per verbum *Credo*, vel per verbum *meo judicio*, lib.5.cap.1.num.93.
Ineptitudo libelli potest objici, etiam in causa appellationis, lib.5.cap.1.num.43.
In exceptione declinatoria supplicatur in actu processus, lib 3.cap.3.num.5.
Inferior superiorem inhibere non potest, lib. 2. cap.11. num.31.
Infinitum processum non patitur Civilis jurisprudentia, lib.3.cap.21 n.127.
Inhibere superiorem non potest inferior, libr. 2. cap.11. num.31.
Inhibitio judici sæculari, quomodo fiat? libr. 2. cap.11.num.26.
Inhibitione sine causæ cognitione concessa licita est appellatio, ib.num.34.
Inhibitoria non decernitur ab interlocutoria, lib.2. cap.11.num.28.
Inhibitoria quibus casibus non decernatur? ibidem.
Inimicitia orta post depositionem, & affectata ad finem repellendi, non potest obstare, lib.5. cap.1. num.87.
Inimicus præsumptum, vel reconciliatus nõ admittitur in testem, l.3. c.13. n.5. & n.6.
Inimicus probatur ex injuria illata, lib.4. cap. 11.num.4.
In interdicto *adipiscendæ* appellatio admittitur ad vtrumq; effectum, lib.4.c 10.n.33.
In interdicto *retinendæ*, quæ debeat actor articulare? ibid. num. 19.
In interdicto *vti possidetis* potest reus excipere de jure tertij exclusivo juris agentis lib. 4. cap. 10.num.23.
Injuria est, si quis appellet aliquem Iudæũ, & hujus rei praxis, lib.4. c.11. n.6.
Injuria facta ab officiali justitiæ, a quo punienda sit? ibid. num.2.
Injuria facta *a hum partidor dos orfaõs*, non dicitur resistentia, lib.5.c.1.n.19.
Injuria facta officiali in syndicatu eàdem pæna punitur, lib.5 cap.5.num.1.
Injuria fit per scripturam scribendo aliquod convitium, lib.4. cap.11. n.5.
Injuria, quibus verbis fiat? ibidem.
Injuriam, & injustitiam tollit consuetudo, lib.4. cap.2. num 12.
Injuriarum actione potest agere prohibitus piscari in mari, vel venari in sylvis cõmunibus, lib.4. cap.2. num.11.
Injuriarum actione, quomodo, & in quo judicio procedatur? lib.4.cap.11.num.1.
Injuriarum actione tenebitur advocatus, qui in articulis recusationis ponit verba injuriosa, lib.3. cap.19.num.15.
Injuriarum actione tenetur repulsas diffamatorias objiciens, lib.3. cap.13. n.4.
Injuriosa verba in alium proferens præsumitur provocator, & aggressor, l.5.c.1.n.73.
In juribus negativis nulla dicitur quæsita possessio sine prohibitione, lib.4.c.2.n.10.
In levibus creditur denuntiatori, seu officiali, non tamen quando imponitur pæna corporalis, lib.5.cap.2.n.2.
In libello de dolo articulanda sunt indicia, & cõjecturæ, ex quibus dolus necessario resultet, lib.4.c.9.n.9.
In pace facienda mortui vxor præfertur filijs, lib.5.cap.1. num.80.
Inquisitio, *vulgo devassa*, in quibus casibus an nullari possit? lib.5. cap.3.num.1.
Inquisitores hæreticæ pravitatis cognoscunt de blasfemijs, lib.2.cap.1.num.41.
Inquisitores cognoscunt de confessarijs sollicitãtibus fœminas in cõfessione, ib. n.48.
Inquisitores cognoscunt de divinationibus, vel sortilegijs, & de strigibus, & maleficis lib.2. cap.1.num.42.
Inquisitores cognoscunt de falcidicis, ibid num.47.
Inquisitores cognoscunt de hæresi, lib. 2. c. 1. num.40.
Inquisitores cognoscũt de ijs, qui simul duas habent vxores, & de sodomitis, ib. n. 44.
Inquisitores cognoscũt de omnibus causis familiariũ, tam civilibus, quã criminalibus, lib.2.cap.1.num.38.
Inquisitoris famulus, qui hominem occidit, à palatio Inquisitionis extrahi jussus fuit, vt incarceraretur, lib.2.cap.1.n.37.
In ratificatione possunt testes addere ex circunstantijs, quæ revelent reum à condemnatione, lib.5.cap.1.num.86.
In recusatione judicis potest esse testis ille cujus respectu suspitio fuit interposita judici, lib. 2. cap .7. num.9.
In remedio *cap. redintegrandæ*, sufficit articulare anteriorem possessionem, libr. 4. c. 10. num.3.
Inspectio oculorum admittitur in limitum controversia, lib 3.cap.12.num.27.
Inspectio oculorum elidi potest per confessionem partis, ibid num.32.
Inspectione oculorũ multa probari possunt lib.3.cap.12 n.26. & 28.
Instãtia datur in executiuis, lib 3.c.21.n.51.
In statuto, quod prohibet arma deferri, necesse est, quòd reus inveniatur cum armis, & apprehendatur, lib.5 c.3.n 5.

Institu-

Institutio præsentati à patrono pertinet ad Episcopum, lib.2. cap.1. n.7.
Institutionem maioratus exhibere tenetur possessor fratri suo, aut alteri, qui prætendit esse vocatum, lib.4. cap.9. n.2.
Institutor, vel ejus dominus, quando teneatur de mutuo, vt de suo solvat, finito officio, lib.4. cap.5. n. 12.
Instrumēta efferri possunt verbaliter in termino probatorio, & postea realiter, lib. 3. cap.12.n.6. & vide, cap.14.n.1.
Instrumenta, quibus modis argui, vel impediri possint? lib.3.cap.12.n.20.
Instrumenti amissio probari debet per legitimos testes, lib.4. cap.9. n.21.
Instrumenti defectum à parte non oppositū non potest judex ex officio allegare, lib. 3. cap. 12.n. 16.
Instrumenti tenor strictè est accipiendus, lib. 3. cap.15.n.14.
Instrumenti vitiati præsumptio est contra producentem, lib.3.cap.19. n.29. & 30.
Instrumento à marito solum confecto, an assignentur decem dies eo mortuo? libr. 3. cap.22.n.19.
Instrumēto deperdito, & per testes probato non assignantur decē dies, ib.n.25.
Instrumento societatis assignantur decem dies, etiam ante computum, lib.3.cap.22.n. 9. & vide n.10. & 12.
Instrumentum, cujus originale non reperitur, præsumitur falsum, lib.3.c.12.n.18. & vide n.19.
Instrumētum exemplatum, quando probet? ib. n.15.
Instrumentum exhibere non sufficit, nisi legendi eum copia fiat, nec sufficit ostendere exemplum instrumenti, l.4.c.9.n.15.
Instrumentum gravaminis ab incompetentia venit ad Senatum gravaminis, libr.5.cap. 1.n.49.
Instrumentum gravaminis à suspitione venit ad Præsidem Curialem, ibidem.
Instrumentum proprium transcriptum ex originali dicitur probatio probata, lib.3.cap. n.18. & 19.
Integritas vitæ, & boni mores delictum minuunt, lib.5.cap.1.n.77.
Intellectus *l. si is, à quo, ff. de reiuendic.* lib.3. cap.5. n.2.
Intellectus *l. Caius, ff. solut. matrim.* lib.3. cap. 22.n.18.
Interdictum adipiscendæ non datur contra titulo possidentem, lib.4.c.10.n.26.
Interdictum adipiscendæ potest intentare possidens ex constituto ad consequendam actualem possessionem, ib. n.32.
Interdictum recuperandæ datur vsufructuario, & commendatario, conductori, cessionario, & hæredi, lib 4.c.10.n.7.
Interdictum recuperandæ de jure Civili non datur adversus tertium possessorem, benè tamen de jure Canonico, lib 4. c 10. n. 12.
Interdictum recuperandæ non competit colono à tertio spoliato, sed domino, ib. n.8.
Interdictum recuperandæ non competit ei, qui habet possessionem ex contractu nullo, lib.4. cap.10. n.8.
Interdictum recuperādæ, si sit præscriptum, cessat restitutio, lib 4. cap.10. n.16.
Interdictum *vnde vi* intentari potest contra negantē solvere pensionem, quæ solvebatur antecessori, lib 3 c.21.n.159. & 160.
Interdictum *vnde vi* non competit hæredi spoliato, antequam apprehendat possessionem, lib 4. cap.10.n.13.
Interdictum *vnde vi* non datur contra hæredem spoliantem, sed actio in factum, ib.
Interdictum *vti possidetis* datur etiam cessionario, lib.4.cap.10.n.21.
Interdictum *vti possidetis* datur pro juribus incorporalibus, ib. n.22.
Interius deprehenditur per exterius, libr. 1. cap.2. n.156.
Interpretari debet sententia obscura secundū conclusionem libelli, lib.3.c.18.n.5.
Interpretatio fieri debet in meliorem partem lib.1.c.2.n. 142.
Interrogationes factæ reo ante capturam, si sibi edi petātur, edendæ sunt, l.5. c.1.n.68.
Interrogationibus à judice factis, quando reus non teneatur respondere? ib n.39.
In tortura reorum, quæ praxis servanda sit? lib.5. cap.1.n.96.
Intra annum comparens reus auditur cum sua contrarietate, lib. 5. c.4. n.2.
Invecta, & illata sunt tacitè hypothecata pro pensione domus, quanvis sint aliena, lib.4. cap.8. n.37.
Inventarium non potest à testatore remitti in præjudicium creditorum, lib.1.c.2.n.128.
In vno, eodemque libello cumulari potest actio ad exhibendum, & actio reivendicationis, non tamen post litem contestaram in reivendicatione, lib.4.c.9. n.19.
Itineris interdicto sufficit nudum factum vt probetur, & idem interdicto de aqua, lib. 4. cap.2. n.14. & 15.

Iudæum aliquem appellare injuria est, lib. 4. cap. 11. n. 6.
Iudex alius, etiam ex prorogatione partium non potest cognoscere de causa orphanorum, lib. 1. cap. 2. n. 127.
Iudex appellationis condemnando victum in expensis præsumitur cōdemnasse in expensis primæ instantiæ, lib. 3. c. 2. n. 10.
Iudex appellationis, si omisit condemnationem expensarum, judex, à quo, illam potest facere, lib. 3. c. 2. n. 9.
Iudex Capituli, quam jurisdictionem habeat? lib. 2. cap. 1. n. 32.
Iudex Chancellariæ potest auocare acta in alio judicio agitata super culpis scribæ, vt cognoscat in prima instantia, libr. 1. cap. 2. num. 147.
Iudex, coram quo pars respondit absque protestatione, non potest ab ipsa parte recusari, lib. 3. cap. 3. n. 2.
Iudex Coronæ, & fisci, quomodo olim dicebatur? lib. 1. cap. 2. n. 40.
Iudex, cui Rex aliquid commisit, si recusatus fuerit, solus Rex alium substituit, lib. 5. cap. 1. n. 50.
Iudex, cui suspitio intentata est, debet deponere super articulis suspitionis cum juramento, lib. 2. cap. 7. n. 21.
Iudex civitatis à Camera creatus, quam praxim servet in suo judicio? lib. 1. c. 2. n. 126.
Iudex debet esse veridicus, & honestus, ib. n. 141.
Iudex debet inquirere de justo valore rei, etiam post conclusum in causa, lib. 4. cap. 8. num. 83.
Iudex debet instrui ex actis, & non aliundè, lib. 3. c. 17. n. 5.
Iudex debet judicare secundum probata, lib. 1. cap. 2. n. 145.
Iudex *de Contrabando*, de quibus cognoscat ib. n. 116.
Iudex deprecatus, an teneatur adimplere precatoria, & exequi sententias deprecantis, lib. 3. cap. 21. n. 140. & 141. cum seqq.
Iudex deputatus ad certam speciem causarum potest cognoscere de reconventione lib. 3. c. 8. n. 15.
Iudex dicitur privatiuus, quādo datur rebus, & non personis, lib. 1. c. 2. n. 84.
Iudex diffamari erit competens in actione *l. diffamari. C. de ingen.* lib. 3. cap. 1. n. 19.
Iudex Ecclesiasticus, an teneatur stare processu, & sententiæ judicis sæcularis in clerico remisso? lib. 5. cap. 1. n. 53.
Iudex Ecclesiasticus cognoscit, an reus captus à judice sæculari sit clericus? lib. 2. cap. 4. n. 2.
Iudex Ecclesiasticus cognoscit de omnibus rebus spiritualibus, vel Ecclesiasticis, & de illis annexis, & de decimis, ib. n. 1.
Iudex Ecclesiasticus cognoscit de recipiendis, vel excludendis laicis confratribus, vel cōpellendis, quando ipsi servire recusant, lib. 2. c. 4. n. 1.
Iudex Ecclesiasticus cognoscit de sæuitijs, quoad thori separationem, ib. n. 5.
Iudex Ecclesiasticus inter laicos cognoscit de validitate juramenti, lib. 2. c. 4. n. 7.
Iudex Ecclesiasticus, vel sæcularis, quando cognoscat de adulterio? ib. n. 19.
Iudex executionis recusari non potest, lib. 3. cap. 21. n. 85.
Iudex ex officio potest rejicere libellum ineptum, lib. 5. cap. 1. n. 42.
Iudex facilem se præbere debet, lib. 1. cap. 2. num. 141.
Iudex fisci cognoscit inter privatos de causa, quæ à fisco pendeat, ib. n. 80.
Iudex in causis criminalibus potest ex officio recipere testes, etiam post conclusionem, lib. 3. cap. 14. n. 2. & 3.
Iudex Indiæ cognoscit de crimine commisso in mari, lib. 1. c. 2. n. 101.
Iudex Indiæ cognoscit *das encomendas*, lib. 1. cap. 2. n. 102.
Iudex Indiæ non potest citare extra territorium, ib. n. 100.
Iudex in dubio facilius debet moveri ad pronuntiandum pro metu, lib. 4. c. 9. n. 6.
Iudex negligens facere justitiam facit litem suam, & tenetur parti ad interesse, lib. 3. c. 21. n. 144. & 145.
Iudex non debet discedere à lege, lib. 1. cap. 2. num. 142.
Iudex non potest his suam sententiam declarare, nec interpretationem factam revocare, lib 3. cap. 18. n. 8.
Iudex non potest prorogare tempus executionis, lib. 3. c. 21. n. 86.
Iudex non potest recedere à condemnatione pœnæ à lege, statuto, vel consuetudine impositæ, lib. 5. c. 1. n. 107.
Iudex non potest sententiam diffinitiuam revocare, nisi in continenti, potest tamē eam declarare, lib. 3. c. 17. n. 2.
Iudex omittens condemnationem expensarum non videtur victum ab illis absolvere, lib. 3. c. 2. n. 8.

Iudex

Iudex Indiæ cognoscit de furtis commissis in domo Indica, lib.1. c.2.n. 102.

Iudex ordinarius est ille, qui habet jurisdictionem ad universitatem causarum, vel super personis, vel rebus, lib.2.cap.2.n.1.

Iudex ordinarius procedit contra illos, qui eleemosinas petunt absq; licentia, lib.2.cap. 3.n.2.

Iudex ordinarius, si fuerit recusatus, potest negotium principale ad superiorem remittere, vel ex consensu utriusq; litigantis alteri committere, lib.2.c.7.n.17.

Iudex ordinarius, si sit infirmus, vel absens, quis debeat alium ejus loco nominare? l. 2. cap.2. num.1.

Iudex orphanorum, quando non teneatur facere inventarium de eorum bonis? lib. 1. cap.2. num.128.

Iudex post sententiam latam potest addere in accessionj eadem die, lib.3. c. 18.n.7.

Iudex potest præcipere, si quo cōtendant super aliquo loco, vt neuter eorum vadat ad illum locum, lib.1. cap.3.n.36.

Iudex potest providere futuris scādalis, ibi.

Iudex potest revocare conclusionē causæ, & quo ad eū nunquā cōcluditur, l.3. c. 16.n.2.

Iudex prius cognoscit de possessione, quam de proprietate, lib.4.c.10.n.18.

Iudex procedit per denuntiationem ad petitionem eorum, qui agere non possunt, lib. 5. cap.2. n.1.

Iudex quando debeat dare decretum ad alienanda bona pupilli? lib.1.c.2.n. 131.

Iudex quādo possit relaxare reum sub custodibus comentarensibus? lib. 5.c.1.n.32.

Iudex quando potest judicare in causa sua? lib.1.cap.2.n.144.

Iudex, qui contra juris regulas judicat contra fiscū, tenetur ex quasi delicto, l.1.c.2.n.79.

Iudex, qui inhibuit, cognoscit circa inhibitionem, & non judex, cui facta fuit inhibitio, lib.2.c.11.n.25.

Iudex quilibet Ecclesiasticus potest creare promotorem fiscalem, lib 2.c.12.n 16.

Iudex, qui non accepit fidejussorem idoneum tenetur parti ad interesse, lib.3.cap.2.n.11. & cap.21 n.56.

Iudex, qui votum suum apervit, vel cum parte fuit ad aurem loquutus, recusari potest, lib.3.cap.19.n.12. & 13.

Iudex quomodo facere debeat interrogationes reo, & de quibus rebus? lib 5. c.1.n.39.

Iudex quomodo procedere debeat super tuitiva pro illo, cui tuitiva concessa fuit, libr. 2. cap.11.n.14.

Iudex recipiendo articulos censetur revocare conclusionem, lib.3.c.16.n.3.

Iudex recusari non potest in notorijs criminibus, lib 5. cap.1. n 50.

Iudex recusari potest in quacumq; parte litis si suspitio veniat de novo, lib.3.c.19.n.16.

Iudex recusatus poterit in negotio principali procedere, si arbitri non determinaverint causam recusationis in termino præfixo, lib.2.c 7.n.14.

Iudex recusatus, si fuerit subdelegatus, causa recusationis coram delegato examinanda est, ib. n.16.

Iudex rejiciens impedimenta causam in sententiæ inserere debet, lib.5 c.1.n.109.

Iudex requisitus nō tenetur capere delinquētē, nisi ei mittantur inquisitiones, ib n. 12.

Iudex requisitus, si non obedierit literis requisitorijs, subjicitur Ordinationis pœnis, lib 5.cap.1.n.13.

Iudex sæcularis cognoscit de causa possessoria Ecclesiastica, lib.2. c.4. n.8.

Iudex sæcularis cognoscit de rebus Ecclesiasticis, quatenus in facto consistunt, & quādo dicatur quæstio facti? ib. n. 16.

Iudex sæcularis cognoscit de spolio rei spiritualis, vel Ecclesiæ, lib.2.c 4.n.14.

Iudex sæcularis debet facere inventarium de bonis præsbiteri defuncti, à quo laicus est hæres institutus, lib.1 c.2. n.130.

Iudex sæcularis non potest se inhibere, nisi inhibitio justè petatur, lib.2. cap.4.n.17.

Iudex sæcularis procedit contra clericum *sobre coimas*, lib.2. cap.4.n.17.

Iudex sæcularis, vel Ecclesiasticus cognoscūt de ijs, qui publicè domum exponunt ad ludendum, ib. n.23.

Iudex, si absolvat victum ab expensis, potest ab eo appellari, lib.3.c.2.n.10.

Iudex, si dicat esse attentatum, aggravatur ab eo per petitionē, si verò dicat non esse attentatum, appellatur, lib.2.c.11.n.38.

Iudex, si admittit captum, tenebitur in syndicatu, lib.5 c.5.n.6.

Iudex si nolit exequi literas precatorias alterius judicis, cōpellitur à superiore, & mulctatur, lib.3. c.21. n.143. & 145.

Iudex suspitionis potest in ea procedere, licet recusetur à partibus, lib. 3. c.3. n. 3.

Iudex vltra petita potest deducere, & condēnare in ijs, quæ tacitè, & virtualiter insunt, lib.1.c.2.n.143.

Iudici non creditur sine probatione, quanvis ille dicat: Visis testibus, & probationibus, lib.3.c.17.n.7.

Iudicis diffinitio requirit causæ cognitionem ib num.3.
Iudicis nullæ sunt partes in confessis, libr. 3. cap. 12. n.21.
Iudiciũ constat è tribus personis, l. 1. c.1. n. 2.
Iudicium sumitur pro lite, causa, & controversia, ib. n. 1.
Iura incorporalia, vt præscribantur, quæ requirantur? lib.3. c.4. à n.16.
Iura Regalia, an tépore immemoriali præscribi possint? lib.1. c.1. n.41. & 42.
Iura Regalia excedunt jurisdictionem judicis, lib.3. c.19. n.2.
Iura spiritualia, vt præscribantur, requiritur spatiũ quadraginta annorũ, l. 3. c.4. n.18.
Iura Vassallagij præscribuntur spatio quadraginta annorum, ibid.
Iuramenta in animam sui domini præstare potest procurator, præter calumniæ juramentum, lib.3. cap.7. n.1.
Iuramenti calumniæ omissio non vitiat processum, lib.3. cap.7. n.2.
Iuramentum deferri potest ante sententiam, si nulla est probatio, l.3. cap. 1. n.6.
Iuramẽtum judiciale subire non cogitur, qui deposuit articulis, ib. n. 7.
Iuramẽtum suppletorium non defertur, quãdo est magna quantitas, l.3. c.12. n.35.
Iuramentum suppletorium non defertur, quãdo testes sunt singulares, l.3. c.12. n 35.
Iuramentũ suppletorium nõ defertur quando testis non reddit rationẽ sui dicti, ib.
Iuramentũ suppletoriũ potest judex ex officio deferre abq; partis petitione, & quibus casibus non possit? l.3. c.12. n.33. & seq.
Iuramentum suppletorium, quibus personis non deferatur? ib. n.34.
Iurare debent agrimensores, aliàs non valet mensuratio, l.4. c.3. n.28.
Iurare non cogetur actor, si plenè probavit, lib.3. cap. 1. n.9.
Iurare non cogitur, qui habet exceptionem impedientem litis ingressum, ib. n. 8.
Iurare non tenetur habens fundatam suam intentionem in juris præsumptione, vel præscriptione, l.3. c.1. n.8.
Iurare non tenetur reus, si causa est de facto alieno, nec in causa jam decisa, ib. n. 5.
Iurare non tenetur reus post publicationem testium. lib.3. c.1. n.6.
Iuratoria cautio non sufficit, vbi requiritur fidejussio, lib.3. c.22. n. 5.
Iuratur in litem contra tutorem non ostendentem librum, lib.4 c.8. num.66.
Iurisdictio in dubio intelligitur concessa privativè, lib.1. c.2. n.84.
Iurisdictio inferioris suspenditur per advocatoriã, & gesta cõtra sunt nulla, l.3. c.3. n 11
Iurisdictio judicis dati ad vniversitatem causarum inter certas personas, ex consensu partiũ prorogari potest, l.1. c.2. n.126.
Iurisdictio judicis orphanorum, quando sit prorogabilis? ib. n.127.
Iurisdictio privativè concessa non potest ex consensu partium prorogari, quanvis partes renuntiaverint foro, l.1. c.2. n.99.
Iurisdictio, quando dicatur præventa? lib. 2. cap.4. n.18.
Iurisdictio Regia, an præscriptione immemoriali acquiri possit? l.1. c.2. n.41. & 44.
Iurisdictionem judicis excedunt jura Regalia, jurisdictio, & expensæ, etiam in minori quantitate, lib.3. c.19 n.2.
Iuris piscandi, aut venandi quasi possessio, quomodo acquiratur? l.4 c.2. n.9
Ius accrescendi, quando datur? l.4. c.8 n.73.
Ius amittitur elapso termino ad aliquid faciendum dato, l.3. c.10. n.1.
Ius hypothecæ præscribitur decem annorum spatio, nisi actor impediatur, l.4. c.4. n.7.
Ius nihil aliud est, quam naturalis ratio, & dictamen rationis in bonum commune, lib.1. cap.2. n 19.
Ius offerendi competit cuilibet, etiam extraneo, qui potest solvere invitis creditore, & debitore, lib.4. c 4. n.17.
Ius oritur ex facti narratione, l.3 c.15. n.3.
Ius partibus acquisitum non potest ab eis auferri, l.3. c 16. n.5.
Ius superioris semper videtur exceptum, l. 3. c.22. n.53
Ius totũ evertitur ex brevissima casus mutatione, lib.3. cap.15. n.2.
Iusta rei æstimatio, quæ dicatur? l4. c.8. n.100
Iusta sententia non retractatur prætextu nullitatis, nisi simul allegetur error, vel læsio, l.5. c.3. n.2.
Iustitiæ promotor, an possit appellare, libr. 5. cap.1. n.103.
Iustum pretium rei probatur per æstimatores, lib 4. cap.8. n.92.
Iustus metus dicitur simplex Regis mandatum, lib.4. cap.9. n.3.

L

LÆsio enormissima, quæ dicatur? lib.4. cap.8. n.95.
Læsio in sexta parte arbitramenti sufficit,

cit, vt non valeat, ib.n.87.
Læsio inter dimidium datur in locatione, lib. 4 cap.8. num.33.
Laico clerici fide iussori non prodest beneficium *cap. Odoardus*, lib 2. cap.12. n 7.
Laicus potest esse procurator pro rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, ib.n.17.
Lapsus termini renuntiationem inducit, lib. 5. cap.1. n.62.
Lapsus termini renuntiationem inducit, lib. 3. cap.21. num.119.
Laudum non extenditur vltra id, quod fuit commissum, l.3. cap.21.n.28.
Legata pia alimentorum intra annum peti possunt, lib.1. cap.2. n 87.
Legatarius, qui occupauit re legatam propria auctoritate, perdit illam,& cadit a iure suo lib 4 cap.10. n.30.
Legatū relictū alicui,vt matrimonium ineat, debetur si monasteriū ingrediatur,l.1.c.2.n.89
Legis beneficio non debet gaudere in legem delinquens, lib.3.c.21.n.14.
Legis mēs, si est aperta, sequenda est, & verba omitti possunt, l.1. c.2. n.142.
Legitimatio filij naturalis nō valet in præjudicium substituti, lib.1.c.2.n.3.
Legitimatio non retrotrahitur in præjudicium tertij, ibid. n.5.
Legitimitatis qualitas non censetur repetita lib.3. cap.15. num.15.
Lenocinij crimen est mixti fori, l.2. c.4. n.21. & 22.
Lex disponens, vt pars nō audiatur, intelligi debet parte opponente, l.3. c.2. n.12. & 13.
Lex prohibens præscriptionem immemorialem est exorbitans, & strictè intelligenda est, lib.1. c.2. n.48.
Lex tollens præscriptionem non excludit tituli allegationem, ibid. num.49.
L. *Caius, ff. sol.matr.* intelligitur, l.3.c.22.n.18
L. *Diffamari, C.de ingen. & man.* an habeat locum in eo, qui aliū diffamavit dicendi esse Neophytum, aut Saracenū, l.3. c.1.n.17.
Lex *Diffamari*, an habeat locum in maioratu, & filiatione? ib. n.18.
L. *Nō puto, ff. de jur. fisci*, intelligit. l.1.c.2.n.79
L. *Si is, à quò, ff. de reiuend.* declaratur, l.3 cap. 5.n.2.& cap.21.n.168.
L. *Si quisquā, ff de diuer. & tēp.* expl. l.4.c.2.n.8
Libelli ineptitudo potest objici, etiam in causa appellationis, l.5.c.1.n.43.
Libelli ineptitudo in summarij non vitiat processum, lib.2.c.7. n.2.
Libello quod tempus ponendum sit, tempus nè mandati, an delicti? lib.5.c.1.n.41.
Libello replicationis addi non potest post assignatam dilationem, l.3. c.10. n.3.
Libellum ineptum potest judex ex officio rejicere, l.5.c.1.n.42.
Libellus accusatorius, qualis esse debeat, & quæ continere debeat, vt procedat? libr. 5. cap.1. num.40.
Libellus alternativus, vt incertus impediri potest, lib.3. cap 2.num.3.
Libellus debet esse clarus, & certus, & in eo peti debet res certa, ibid. n.1. & 2.
Libellus in dubio semper admitti debet, lib. 2. cap.7. n.2.
Libellus ineptus, an procedat propter verba Ordin *julguē pela verdade sabida*, l.5. c.1.n.45.
Libellus ineptus non formatur propter aptam probationem. ib.n.44.
Libellus in vna, eademq; conclusione potest esse pro parte aptus,& pro parte ineptus,& pars inepta aptā nō vitiat, l.2. c.7.n.3.
Libellus non est necessarius, quando actio intentatur ex publica scriptura, l.2.c.6.n 3.
Libellus obscurus, & incertus ex patiētia, & facto adversarij procedit, l.3.c.2.n.4.
Libellus novus dicitur, quādo additur nova qualitas substātialis, seu nova persona, ib n.6.
Libellus obscurus interpretari debet in favorem libellantis, l.3. cap.3. n.2.
Libellus potest emēdari, mutari, vel corrigi vsq; ad litis contestationem, l.3. c.2 n.5.
Libellus, quomodò cōcipiendus sit in actione petitionis hæreditatis? l.4.c.8.n.70.
Libellus, si malam, & ineptam causam contineat, admitti non debet, l.2. c.7. n.1.
Libellus replicationis, postquā fuit oblatus nō potest addi, etiā re integra, l 3. c.11.n.4.
Libellus vnus sufficit, licet plures sunt accusatores, l.5.c.1.n.2.
Libera præsumitur quælibet res, l.3.c.4.n.17.
Liberatio non valet, si in rationibus fuit dolus administratoris, l 3.c.21.n.131.& n.132.
Liberatio obtenta per persuationem, censetur dolosa, ib. n. 133.
Libri mercatorū non faciunt fidem in excedentibus summam, l.3. c.22. n.12.
Libri officialium faciūt plenam fidem etiam contra tertium, ib.n.11.
Libro testamentarij, vel defuncti, quandò stari debeat? l.1.c.2. n.91.
Libro tutoris non statur in magnis partitis, l. 4. c.8. n.65.
Librum si non ostenderit tutor, juratur contra eum, ib.n.66.
Licitare potest creditor emptore nō extante l.3.c.21.n.197.

Lictoribus, qui comitātur alguazellum non creditur super resistentia, l.5.c.1.n.16.
Limitum in controversia oculorum inspectio admittitur, l.3 cap.12.n.29.
Liquidatio causæ cognitionem requirit, libr. 3. cap.21.num.23.
Liquidatio solum fit de eo, quod est expressum in sententia, ib. n.21.
Liquidatione non præcedente, facta executio est nulla, lib.3.c.21.n.108.
Literæ cambij ex India præsentari possunt coram quolibet judice, l.1.cap.2.n.104.
Literarum comparatio facit semiplenam probationem, lib.3. cap.12. num.39.
Literis cambij acceptatis decem dies assignātur, lib.3.cap.21. num.8.
Litis cōtestatio efficit vsurariam causam, quæ antea talis non erat, l.3. c.6. n.2.
Litis cōtestatio facta a lege inducta non operatur eosdē effectus, quos vera, l. 3. c.6. n.1.
Litis contestatio ficta interrumpit quamlibet præscriptionem, & constituit adversarium in mala fide, & in mora, ibid.
Litis contestatio, quomodo hodie fiat? lib.2. cap.8 num.4.
Litis contestationis effectus, ib. n.3.
Litis expensæ veniunt in interesse, lib.4. cap. 8. num.9.
Litis pendentia, an detur in executivis, lib. 3. c.21. ex n.48. & sequentibus.
Litis pēdētis exceptio nō admittitur, si instantia primi judicij est perēpta, l.3.c.3.n.10.
Litis sumptus facilius præstātur, si bona sūt sequestrata, vel actor pro se habeat sentētiam, lib.1. c.4.n.3.
Litis sumptus non repetuntur, etiam si actor victus fuerit, ib.n.4.
Litis sumptus præstantur arbitrio judicis, l.1. cap.4.n.2.
Locari non possunt officia publica apud Hispanos, lib 3.cap.21. num. 63
Locata re duobus, præfertur is, cui prius facta fuit locatio, lib.4.cap.8. num. 35.
Locator potest expellere conductorem, si pensionem non solvit, ib. num.39.
Locator pro pēsione debita præfertur alijs creditoribus anterioribus in bonis invectis lib.3.cap.21. num.180.

M

Magister navis debet delinquentem in navi capere, & apprehensū tradere judici, & si fuerit clericus, remittēdus erit suo judici, l. 1. cap.2.n.101.
Magister nauis, in quibus casibus tenetur de damno, & naufragio? ib.num.115.
Magister Ordinum militarium habet jurisdictionem exemptam ab omni Ordinarium Superioritate, l.2 cap 1 n.24.
Magistratus non seruans juris ordinē in exequēdo, cōdemnatur ad dānū, l.3.c.21.n.46.
Magistro navis exercitui debet dānū, quod habuit ex pugna cū pyratis, l.1.c.2.n.113.
Maior pars creditorū quæ dicatur? l3.c21n64
Maioratui nouas cōditiones, & vocationes apponere possūt omnes de familia, l.1.c.2. n.13.
Maioratui potest vltimus de familia conditiones apponere, ib.n.12.
Maioratus fructus cōmunicantur inter conjuges, lib.4.cap.3. num.2.
Maioratus fructus, quomodo dividātur, inter vxorē possessoris, & successorē? ib.n.1.
Maioratus institutionem exhibere tenetur possessor fratri suo, aut alteri, qui prætendit esse vocatum, lib.4 c.9.n.20.
Maioratus possessor, an possit reivendicare rem, quam alienavit? lib.4.c.2.n.2.
Maioratus possessor, qui dicit perdidisse scripturam, ex qua succedit, præsumitur malitia se occultasse, lib 4 cap.9.num 21.
Mala fides defuncti non nocet hæredi non utenti ipsius accessione, l.3.c.4.n.15.
Mala fides oritur ex ficta litis contestatione, lib.3. cap.6. num.1.
Mādatari' an possit recābiare pecunias, quas fuit jussus accipere sub cābijs, l.4.c.8 n.58.
Mandatarius liberatur ex naufragio, vel rapina pyratarum, ibid. num.59.
Mādati actio dātur cōtra correū, quādo ambo se obligaverūt, & vnus solvit, l.4.c.8.n.60.
Mādati forma non potest in alia æquipollenti adimpleri, l.1.c.3.n.25.
Mandati forma non servata omne, quod fit, est nullum, ib. num.26.
Mandatum generale ad arbitrium boni viri intelligitur, lib.1.c.3.n.24.
Mandatum generale cum libera idē est quod speciale, ib num.29.
Mandatum generale excepto vno casu, quo modo intelligatur? l.1.c.2.n.3.
Mandatum generale non intelligitur in persona inhabili, lib. 1.c.3 n.28.
Mandatum censetur revocatum per secundum, ib. num.32.
Mandatum inhibitorium, quomodo, & quādo concedatur? lib.2.cap.11 n.24.
Mandatū opposito defectu non cōvalidatur, nec judicium antea factum, l.1.c.3. n.33.
Mandatū procuratori datū strictē accipiendū est, ib. num.22.

Man-

Mandatum simplex Regis dicitur metus justus, lib.4. cap.9. num 3.
Mandatū speciale requiritur ad petendam reductionem arbitrij boni viri, l.3. c.21.n.30.
Mandatum speciale requiritur adiulpitionem intentandam, lib.2. c.7. n 10.
Manuteneri debet possidens ex falla causa, lib.4.cap.10. num.24.
Manutentio ne nudum factum,& sola detentio consideratur, ibidem.
Maritus maior restituitur ex capite vxoris minoris, lib.3.cap.14. num.7.
Maritus pro vxore,pater pro filio,& dominus pro servo possunt actione injuriarū agere, lib.4.cap.9 num.4.
Masculinitatis qualitas non censetur repetita, lib.3.cap.15.num.15.
Materia vetus non dicitur,quæ licet fuerit allegata, nō fuit disputata, lib 3.c.3. n.20.
Materia vetus non dicitur illa, cui aliquid novum adjicitur, lib.3.c.3 n 20.
Matrimonij quæstio circa ejus validitatem incidens in judicio sæculari remittenda est ad Ecclesiasticum, lib.3. cap.3.n.15.
Medicorū, & similium salaria præferuntur cæteris creditoribus, lib.3.c 21.n.183.
Medietas expensarum, quas ex bonis lucrativis maritus fecit in rebus maioratus pertinet ad vxorem, lib.4 cap.3. num.14.
Melioramenta æstimari debent secundū valorem tempore restitutionis, non verò secūdum tempus, in quo factæ fuerunt, l. 3. cap.21. n.102. & 103. vbi limitatio.
Melioramenta, qui fecit præfertur alijs creditoribus, l.3. c.21. n.181. & sequentib.
Melioramēta qui fecit, præfertur, licet alius plus licitetur, l.1.c.2.n.97.
Meliorationes cōpensari debent cū deteriorationibus, & cū fructib.l.3.c.21.n.104. & 166.
Meliorationibus pretiū diminuunt rudeta, & materies, quæ ex dirupto ædificio vendi poterant, ib. n.105.
Meliorationum fit compensatio cum fructibus perceptis, lib.3.cap.8.n.26.
Mensores agri debent jurare, alias non valet mensuratio, lib.4.cap.3. num.28.
Mensuratio agrorum, quibus impediri possit? ib.num.29.
Mentionem faciens alicujus instrumenti, illud præsentare debet, lib.3.c.9.n.1.
Mercatorem decoctū exhibere non tenetur ille, qui eū in domū suā recepit, l.4.c.9.n.17.
Mercatores decoctores non possunt cedere bonis, l.3.cap.22.n.72.
Merces jactatæ in mari, si postea recuperentur, quomodo retributio fiat illis, qui contributionem fecerunt, l.1.c.2 n.109.
Merces occultatæ à magistro navis, ne eas præses provinciæ habeat pro omissis, illarū liberatio relarciri debet, ib.n.112.
Merces, quæ levandæ navis causa in scaphan translatæ perierint ab omnibus navigantibus contribui debent, l.1. c.2. n 110.
Merces recuperatæ ex navi decapita de perdita æstimātur ad ratā cedū dānū, aliorū, ib.
Merces, si fuerint deperditæ propter insipientiam gubernatoris, non fit contributio per navigatores, l.1 c.2.à n. 115.
Metu, vel vi facta venditio, etiam jurata dissoluitur, l.4. c.8. n.28.
Metum probare non sufficit,nisi commodum & vtilitatem probetur pervenisse ad metum inferentem, l.4.c.9.n.1.
Metus, & minæ in specie probanda sunt, l. 4. c.8. n.28.
Metus inducitur ex periculo amissionis omnium bonorum, l.4. c.9.n 2.
Metus inducitur ex reverentia mariti cum metu præsumpto vxoris, ib. n.4.
Metus justus dicitur simplex Regis mandatum, l 4. c.9. n.3.
Metus non præsumitur, etiamsi pars dedisset alicui magnum pro modico, l.4. c.9.n.1.
Metus præsumitur durare, ib. n.8.
Metus probatur per testes domesticos, & singulares, lib.4. c.9. n.5.
Metus purgatur ex ratihabitione, vel actibus subsequentibus, ib.n.7.
Metus, violentiæq; exceptio admittitur in actione decem dierum, l.3. c.22. n.33.
Miles ordinis Calatravæ, & Alcātaræ gaudēt eodē privileg. quo miles d'Avis, l.2.c.1.n.29.
Miles ordinis da *mortesa* angaudeat fori privilegio? ibidem.
Militis ordinis Christi nō gaudent privilegio fori, & exceptionis,nisi habeant cōmendā, aut annonam civilē, qua ali possint, l.2. c.1. n.25.
Ministros minus idoneos ponēs, an teneatur? l.4. c.5. n.13.
Minor assistens,post publicatione testium testes producere non potest, lib.3.c.5.n 5.
Minor hæres patris, quādo restituatur aduersus clausulā? l.3.c.22.n.58.
Minor in executione restituitur adversus lapsum sex dierum Ordinationis ad formanda impedimenta, l.3.c.22.n.121.
Minor non tenetur de mutuo non reverso in ejus vtilitatem, l.4. c.8. n.44.
Minor post conclusum in causa admittitur ad

ad probandum, lib.3. c.16. n.1.
Minor potest reivẽdicare à tutore rem, quam emit ejus pecunia, lib.4.c.8. n.67.
Minor, qui inventariũ non fecit in tempore, potest restitui, & pendẽte causa restitutionis nõ potest in illo fieri executio, l.1.c.2.n.129.
Minor restituitur adversus recognitionẽ factam in cõtumaciam, vel absq; tutoris auctoritate, lib.3. cap.22.n.60.
Minor sine decreto non potest dividere, libr. 4. cap 4 num.25.
Minori concessa dilatio prodest maiori, nisi minor ei renuntiet, lib.3.c.12.n.1.&2.
Minori datur restitutio adversus lapsum fatalium, lib.2.c 11.n.22.
Minoris confessio sine curatore est nulla, libr. cap.12. num.21.
Minoris privilegio gaudentes possunt impedire publicationẽ testiũ, l.3.c.14.n 5.6. & 7.
Minoris in præjudicium facta venditio revocari potest, lib 4. cap.4. num.12.
Minus valet res vendita cum pacto de retro lib. 4.c.8.n.25.
Mixti fori sunt incestus, sacrilegiũ, periuriũ, vsura, & simonia, lib.2. cap.4. n.21. &. 22.
Modicitas pretij in pacto de retro arguit contractum fœneratitium, lib.4.c.8.n.22.
Monachi occisi cõsanguineos ad accusandum si velint, debet citare occisor, l.5.c.1.n.60.
Monachus repertus in flagranti capi potest, sed remittẽdus est ad suũ judicẽ, l.5.c.1.n 56.
Monasteriorum exemptio non extenditur ad cappellas, & membra, lib.2.c. 1.n.24.
Monialem de florans non gaudet Ecclesiæ immunitate, lib.5.cap.1.n.33.
Mora incurritur ex ficta litis contestatione, lib.3. cap.6.n.1.
Moræ purgatio non admittitur in eo, qui noluit tempore præfixo respondere positionibus, lib.3. cap.12. n 46.
Moræ purgatio non admittitur, vbi est lapsus terminus, intra quem judex deponere debet, lib.2.cap.7.num.12.
Morbosum fuisse animal præsumitur ex brevitate mortis, lib.4.c.8. n.17.
Mores boni, & integritas vitæ delictum minuunt, lib 5.c.1.n.77.
Mortiferũ dicitur vulnus, cujus curatio est impossibilis, vel difficillima, l.5. c.1.n.74.
Mortiferum non esse vulnus in dubio judicãdum est, ibidem.
Mortis monachi remissio spectat ad monasteriũ, nõ verò ad filiũ monachi, l.5. c.1. n.79.
Mulctæ remissionẽ non potest impetrare judex cõdẽnatus ob negligẽtiã, l.3.c.21.n.145.
Mulier ex probabili ignorãtia admittitur ad impediendũ testiũ publicationẽ, l.3.c.14.n.6.
Mulieres facilius seducuntur blanditijs, aut minis, lib.4.c.8 n.85.
Mulieres inhonestæ expelli possunt à vicinia, & comitatu, lib.1. c.2.n.37.
Mulieris confessio absq; consensu mariti non valet, lib.3 cap.12. num.21.
Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, l.3.c.3 n.17. & c.21.n.120.
Mutuandi promissionem faciens tenetur ad interesse, lib.4.c.8. n.50.
Mutui æstimatio crescit à tẽpore moræ, ib.n.52
Mutuũ dare compelluntur divites, quando adest necessitas civitatis, l.4.c.8.n.50.
Mutuum non solvens tempore constituto cõdemnatur ad interesse, ib.n.51. & 52.
Mutuum solvere quando teneatur filius familias? lib.4.cap.8. num.54.
Mutuũ restituere non tenetur debitor si mutuãs nõ erat dominus pecuniæ, ib. n.53.

N

NAtura insitum est, vt charitas incipiat à se ipso, lib.4. cap.8.n.63.
Naturalis est, qui natus est in alio Regno à patre, vel auo originario hujus Regni, lib.1. c.2.n.140.
Naufragium probatur nautis, & domesticis navis, lib.4 .c 8.n.59.
Nauigãtes nõ tenẽtur, si navis frãgatur vi vẽtorũ, vel tempestatibus, l.1. c.2. n.108.
Naulum alijs creditoribus præfertur, libr. 3. cap.21. num. 174.
Necessaria defensio quæ sit, vt non sit punibilis? lib.5. c.1. n.70.
Negligentia non nocet, vbi diligentia non sufficeret, lib.1.c.2. n.117.
Negligentia procuratoris in appellando nocet domino, lib. 2. cap. 10. n.4.
Negotia alicujus gerens per aliquos dies, & menses non præsumitur illa voluisse tractare perpetuò, lib.4.c.8.n.64.
Negotiorum gestorum actio datur cõtra facientem negotium, quod absens non solebat facere, ib. num.61.
Nihil dicere, & obscurè dicere paria sunt, lib. 3. cap.15. n.8.
Nomen debitoris capi potest in causam judicati, lib.3. cap.21. num.65.
Nominis dationis exceptio admittitur in executione, ib.n.137.
Non videtur dolo facere, qui jure suo vtitur lib.4.cap.9. num.13.

Nota-

Notarius tenetur ad dāna, & interesse solēnitate aliqua omissa ejus culpa, l.5 c.1.n.6.
Novationis exceptio admittitur in actu separato cōtra executionem, l.3. c.21. n.123.
Novella Philippica declaratur, l.5.c.1.n.8.
Novella Philippica in reformatione justitiæ, § 16. declaratur, ib. n.51.
Novella Philippica refertur, vt per procuratorem quis se liberet, lib 5. c.1.n 66.
Novella Philippica super chartus assecurationis ibid. num.27.
Nullitas debet articulari in impedimentis ad Chancellariam, lib.3.cap.19.num.25.
Nullitas deprehendi potest ex seriu, vel relatione sententiæ, ib. n.24.
Nullitas in continenti probata impedit clausulam depositariam, & executionem, lib. 3.cap.22. n.39.
Nullitatis exceptio impedit executionē, libr. 3.cap.21.n.109. cum sequentibus.
Numerus testiū cōfirmat rē, l.3.c. 15.n.12.
Nuntiatio novi operis, ex quibus impediri possit? lib.1 cap.2.n.137.
Nuntiatio novi operis non competit pro servitutibus rusticis, ib.n.137.

O

Objiciens contra testem de inimicitia debet exprimere speciem, & causam, ipsius, lib.3.cap.13.n 2.
Objiciens repulsas diffamatorias, injuriarum actione tenetur, ib. n.4.
Objiciens repulsas potest appellare à non admissione earum, lib.3. cap.13. n.3.
Obscurè dicere, & nihil dicere paria sunt, lib. 3. cap.15.n.8.
Observatio voluntatis defunctorum pertinet ad publicam vtilitatem, lib.1. cap.2.n.87.
Occidens proditoriè, & per insidias non gaudet immunitate Ecclesiæ, lib.5. c.1. n.35.
Occisor monachi debet citare cōsanguineos occisi ad accusandum, ibid. n.60.
Occultatorum actio non datur contra hæredem hæredis, nisi in quantum ad eum pervenit, lib.4.c.3.n.6.
Oculorum inspectio admittitur etiam post didicita testificata, lib.3.c. 12.n.29.
Oculorum inspectio admittitur in limitum controversia, ib. num.27.
Oculorum inspectione multa probari possūt, lib 3. cap.12. ex n.26.
Offensi, vel vulnerati assertioni, vel exculpationi, quando standum sit? l.5. c.3. n.3.
Offerendi jus competit cuilibet, etiam extraneo, & potest solvere inuitis creditore, & debitore, lib 4.cap.4.n 17.
Officia a Magnatibus concessa, nec cōferuntur, nec imputantur, lib.4.cap.3.n.8.
Officia non debent dari extraneis, sed filijs officialium, lib. 5. cap.2. n.57.
Officia publica hypothecari possunt, licet nō possint locari, l.3.c.21.n.63.
Officiali debetur idem honos finito officio syndicatus tempore, lib.5. c.5 n 1.
Officiali in syndicatu facta injuria, eadem pœna punitur, ibidem.
Officiali justitiæ, etiam finito ejus officio, fit resistentia, lib.5. cap.1. n.20.
Officiali non creditur, si dicat super actu citationis fuisse verberatum, ib. n.17.
Officiali non creditur, si dicat apprehendisse delinquentē extra Ecclesiā, l.5.c.1.n 36.
Officiali, qui vult aliquem capere sine madato judicis, potest impunè resisti, ib n.18.
Officiali, seu alguazello non creditur in delatione *de pistolete*, lib.5.c.2.n.3.
Officialis periculo substituentis servit, lib. 1, cap.2.num.30.
Officiali, quibus modis se excusare possit in syndicatu? remissivè, lib.5.c.5.n.6.
Officio duobus donato, quis præferendus? l. 1. cap.2.n.58.
Omissio juramenti calumniæ non annullat processum, lib.3.cap.7.n.2.
Omissio medio appellari potest ad Papam, lib.2.cap.11 n.16.
Omissum in sententia à judice, pro omisso habetur, lib.3. cap.21. n.22.
Oppidū emptum ex pecunia bonorū Coronæ, eorum naturā sortitur, lib.1.c.2.n.17.
Oppositio impedit processū pēdentē, nisi jus tertij oppositoris examinetur, l.3. c.5.n.1.
Oppositio tertij venientis post conclusum in causa, vel post testium publicationem admittitur in actu separato, ib.n.3.
Opus novum non debet demoliri quando constat de injustitia, & malitia anuntiantis, lib.1. cap.2.n.136.
Ord. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 10. quomodo practicetur? lib.3 c.21 n.79.
Ord. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 14. quomodo practicari debeat? lib.3. cap.19.n 22.
Ord. *lib.* 1. *tit.* 5. §.4. declaratur, ib n.21.
Ord. *lib.* 2. *tit.* 13 declaratur, lib. 1. cap. 2. n. 50. & limitatur, n.52.
Ord. *lib.* 2 *tit.* 13. §.10. intelligitur, lib. 1. cap. 2. n.43. & 46.
Ord. *lib.* 3. *tit.* 63 procedit etiam in criminalibus,

nalibus, & declaratur, lib. 5. cap. 1. n. 46.
Ord. *lib.* 4. *tit.* 15. multis modis limitatur, lib. 1. c. 2. n. 119.
Ord. *lib.* 5. *tit.* 1. §. 1. intelligitur, ibid. n. 83.
Ord. *lib.* 5. *tit.* 120. declaratur, l. 5. c. 1. n. 23.
Ord. *lib.* 5. *tit.* 130. §. *fi.* declaratur, ib. n. 28.
Ordine judiciario omisso sententia non valet, lib. 3. cap. 17. n. 4. & 6.
Originali scriptura vitiata non datur fides exemplo non vitiato, lib. 3. c. 12. n. 16.

P

PAcem facere potest posthumi curator, lib. 5. c. 1. n. 80.
Pacē, si vulneratus dedit, etiam si mors sequatur, non est necesse pacem à cōsanguineis requirere, ibidem.
Pacta in actis processus scripta sine licentia judicis non valent, l. 1. c. 2. n. 146.
Pactio de constituta pecunia est de jure civili approbata, lib. 4. cap. 1. n. 3.
Pactum de non redimendo intra certum tempus in pacto de retro præsumitur vsurarium, lib. 4. cap. 8. n. 26.
Pactum de retro cum modicitate pretij arguit contractum fœneratitium, ib. n. 22.
Pactum nudum sine aliqua causa nullam producit actionem, lib. 4. c. 1. n. 1.
Pactum personale non extenditur ad hæredem, lib. 3. cap. 22. n. 57.
Pactum, vt si pecunia debita certo tempore non soluatur maneat pignus, emptum, an valeat? lib. 4. cap. 4. n. 19.
Paria sunt nihil dicere, & obscurè dicere, lib. 3. cap. 15. n. 8.
Paria sunt non facere, aut minus sufficienter facere, lib. 2. c. 7. n. 12.
Paria sunt non reddere rationem, vel eam reddere insufficientem, lib. 4. c. 8. n. 69.
Pars auditur sinè deposito, quando agitur de validitate clausulæ, lib. 3. c. 22. n. 41.
Pars citari debet ad concessionem auxilij brachij lib. 2. c. 12. n. 14.
Pars potest supplicare, si sæcularis malè inhibeat, lib. 2. cap. 11. n. 30.
Pars, quæ prævenit duos advocatos famosos, potest eligere vnum, lib. 1. c. 3. n. 17.
Pars, quādo promittit nō audiri cū exceptionibus, intelligitur de frivolis, l. 3. c. 22. n. 43.
Pars, si non habuerit audientiam ad appellādum, debet protestare, l. 2. cap. 10. n. 5.
Pars vna scripturæ aliā declarat, l. 3. c. 15. n. 18
Partitiones inter maiores factæ à judice orphanorum sunt nullæ, sicut factæ à provisore inter orphanos, lib. 4. cap. 3. n. 16.
Pater conveniri non potest ex contractu filij familias, nisi quoad vires peculij, lib. 4. c. 5. n. 5. & n. 11.
Pater de peculio adventitio convenitur in solidum, ib. n. 9.
Pater, ex quibus excipere possit in actione peculij? lib. 4. cap. 5. n. 10.
Pater in actione de peculio prius deducit, quod sibi debetur, vel suis, ib. n. 7.
Pater, in quibus casibus à filio citari possit? lib. 4. cap. 6. n. 3. & 4.
Pater non convenitur in castrensis, vel quasi, nisi, vt hæres filij, lib. 4. c. 5. n. 8.
Pater non tenetur dotare filiam divitem, l. 4. cap. 8. n. 75.
Pater pro filio, & dominus pro servo possunt actione injuriarum agere, lib. 4. c. 9. n. 4.
Pater tenetur dotare filiam attenta quantitate bonorū, & numero filiorū, l. 4. c. 8. n. 74.
Paternum affectum vincens nullus affectus, reperitur, lib. 3. c. 12. c. 31.
Patientia, & scientia adversarij requiritur in præscriptione servitutis, l. 3. c. 4. n. 18.
Pauper potest trahere ad Curiam suum adversarium, lib. 1. c. 3. n. 10.
Paupertas, ex quibus probetur? lib. 2. cap. 11. n. 21. remissivè.
Pecuniæ nō numeratæ exceptio nō admittitur in debito confessato, l. 4. c. 8. n. 45.
Pendente lite super filiatione, quando filius alendus sit à patre? l. 4. c. 7. n. 3.
Pendente reductione ad arbitrium boni viri nihil est innouandum, l. 3. c. 21. n. 30.
Pensio emphyteusis nō minuitur ob sterilitatē rei, nisi sit totalis, l. 3. c. 21. n. 149. & 152.
Pensio hodie solvi debet ratione de quinq; pro centum, ib. n. 154.
Perempta re emphyteutica liberatur reus, lib. 3. c. 21. n. 152.
Peremptoria exceptio admittitur in executione, l. 3. c. 21. n. 134.
Peremptoria exceptio opponi potest post litem contestatam, vsq; ad sententiam, & etiam post sententiam, si de novò superveniat, lib. 3. cap. 4. n. 1.
Peremptorius est terminus à lege præfixus, lib. 3. cap. 21. n. 118. & 119.
Peritis magis creditur, quam testibus, lib. 4. cap. 8. n. 92.
Perjurium, sacrilegiū, vsura, & simonia sunt mixti fori, lib. 2. c. 4. n. 21. & n. 22.
Per appellationem suspenditur sententia censurarum, lib. 2. c. 10. n. 6.

Per

Per denuntiationem procedit judex ad petitionem eorum, qui agere non possunt, lib. 5 cap 2. n.1.
Per procuratorem potest vniversitas sed defendere, lib.5.c.1.n.64.
Petitio actoris tantum, & non reconventio, nec condemnatio attenditur, vt appellationi locus sit, lib.3. c.19.n.1.
Petitio hæreditatis, quando detur contra titulo possidentem? lib.4.c.8. n.72.
Petitione hæreditatis vtilius est agere, quam reivendicatione, ib.n.71.
Petitionis hæreditatis libellus, quomodo cócipiendus sit? lib.4.cap.8. n.70.
Petitorium, & possessoriú simul in vna causa cumulari non possunt, lib.4.c.10.n.31.
Pia causa per impedimenta non retardatur, lib.1.cap.2. n.87.
Pia causa præfertur cæteris creditoribus, l. 3. cap.21.n.185.
Piæ causæ facta pollicitatio efficaciter, obligat, lib 4.c.8.n.77.
Pignoris possessor, an auditur, si offerat quãtitatem, quam res valebat, quando eam acquisivit? lib.4. c.4. n.18.
Piscãdi jus, quomodo acquiratur? l.4. c.2. n.9.
Pœna delicti nó potest remitti, si applicata fuit parti læsæ, lib.1.c.2.n.20.
Pœna depositi non debet excedere quantitatem receptam, lib.3.c.22.n.42.
Pœnam in contractu mutui apposita præsumitur vsura, lib.4.c.8. n.51.
Pœnæ cómutatio quando sine partis venia fieri possit? lib.1. c.2.n 20.
Pœnales actiones, quæ sint, & eorum exempla? lib 4. c.6 n.1.
Pollicitatio facta piæ causæ efficaciter obligat, lib.4.cap.8. n.77.
Pollicitatio nullam actionem producit, nisi Reipublicæ facta sit, lib.4.c.1. n 4.
Positioni respondendum est simpliciter, & non qualificatè, lib. 3.c. 12. n.42.
Positionibus debet statim respondere reus, & non potest petere tempus ad deliberãdum, ib. n.40.
Positionibus rei immobilis respondent ambo conjuges, lib.3.c.12.n.44.
Positionibus respondens, si cóuineatur de mẽdacio, accusari potest de perjurio, ib. n.43.
Possessio non transfertur ex contractu nullo, lib.4 cap.10.n.9.
Possessio nulla dicitur quæsita in juribus negativis ante prohibitioné, lib.4.c.2.n.10.
Possessionem avocat filius emancipatus præteritus, lib 4. cap.10. n.28.
Possessionem avocat hæres ab eo, qui sine justo titulo possidet, ib.n 25.
Possessionem rei, quam occupavit legatarius propria auctoritate ante aditam hæreditatem, avocat hæres, lib.4.c.10. n.29.
Possessor pignoris, an audiatur, si offerat quantitatem, quam res valebat tempore acquisitionis? lib.4. c.4. n.18.
Possessor injustus compensationem objicere non potest, lib.3. c.8. n.29.
Possessor maioratus, an possit reivendicare res alienatas? lib.4.c.2. n.2.
Possessor maioratus tenetur exhibere fratri suo institutionem aut alteri, qui prætendit esse vocatum, lib.4. c.9. n.20.
Possessorem constituit vnica præstatio census lib 3.c.21.n.158.
Possessorium, & petitoriú simul in vna causa cumulari non possunt, lib 4.c.10.n.31.
Possidens ex falsa causa manuteneri debet, lib.4. cap.10. n.24.
Possidens ex instituto potest intentare interdictum adipiscẽdæ ad cóisequendam actualem possessionem, ib. n.32.
Possidens rem hypothecatã liberatur, si offerat actori rem illi debitam, lib.1.c.4.n.17.
Posthumi curator potest pacem facere, lib.5. cap.1. n.80.
Posthumi in vtero existentis curator citari debet ad accusandum, ib.n 61.
Post publicationem testium delatio juramenti fieri non potest, lib.3. c.1. n.3.
Prædia relicta in capellaniam dari solent in emphyteusim licitanti in maiori pretio, lib.1.c.2. n.97.
Præjudicialis actio, quare sic dicatur? libr. 4. cap.7. n.1. & 2.
Prælati, & alij qui non habent superiorem in hoc Regno in civilibus conveniri possunt coram prætore Curiali, lib.2.c.1.n.34.
Præparatoria accusationis quæ sint? li.5.c.1.n.1
Præscribere non potest secúdus creditor, nisi spatio triginta annorũ, l.4. c.4. n.2. & n.9.
Præscribere, qui non possint, & quæ bona? lib.3.c.4.n.14.
Præscribere quoto tépore possit rem emptã à Rege hypothecatã, l.4.c.4.n.10. & 11.
Præscribi non potest sine titulo res, quæ mãsit apud vnum ex hæredibus, l.4. c.3. n.20.
Præscribi possũt tépore immemoriali omnia, quæ nó sunt de prohibitis, l.1.c.2.n.43.
Præscribitur hypothecæ jus decem annorum spatio, lib 4. cap.4. n.7.

Præs-

Præscriptio habet vim legis, lib.1.c.2.n.45.
Præscriptio longissimi temporis non excluditur, ib.n.62.
Præscriptio immemorialis admittitur, vbi possessor non potest conuinci de mala fide lib.1.c.2. n.46.
Præscriptio immemorialis habet vim privilegij, lib.1.c.2.n.43.
Præscriptio immemorialis non eget titulo, vel bona fide, lib.3.c.4.n.19.
Præscriptio immemorialis non tollitur per verba legis generalia, lib.1.c.2.n 43.
Præscriptio interrumpitur per fictam litis cōtestationem à lege inductam, l.3.c.6.n.1.
Præscriptio, nec tempus non currit impedito agere, lib.3.c.21.n.191.
Præscriptio non est allegāda, vbi est prohibita præscriptio, lib.1.c.2.n.47.
Præscriptio, quomodo articulāda erit in servitutibus, & officijs? lib.3.c.4.n.16.
Præscriptio triginta annorum, an procedat in præstationibus annuis? l.3.c.21.n.153.
Præscriptio, vbi non admittitur, nihilominus possessio defendi potest allegando privilegium, lib.1.c.2.n.47.
Præscriptio, vt detur in juribus spiritualibus, requiritur spatium quadraginta annorum & idem in Vassallagio, & seruitute negativa, lib.3.c.4 n.18.
Præscriptione decennali antecessoris non potest se tueri successor, lib.4.c.4.n.8.
Præscriptioni triginta annorū, quādo sit necessaria tituli probatio? l.3.c.4.n.11. & 12.
Præsentatio est duplex, lib.2.c.1.n.2.
Præsentatus, si non sit idoneus, instituitur alius, quē patronus præsentaverit, ib. n.4.
Præsentia, vel absētia in præscriptione quomodo consideretur? lib.4.cap.2.n.6.
Præses non potest cognoscere de officialibus prælatorum, nec *dos Mamposteiros dos captivos*, lib.1.c.2.n.125.
Præses potest advocare causas corā judicibus ordinarijs agitatas, ib.n.124.
Præses potest inquirere cōtra exportātes res vetitas extra Regnum, lib.1.c.2.n.125.
Præses provinciæ instaurare debet ruinas civitatis, ib.n.117.
Præses prouinciæ nihil potest recipere à suis provincialibus, lib.1.c.2.n.120.
Præses provinciæ non potest nauem fabricare, vbi jurisdictionem habet, ib. n.119.
Præses provinciæ procedit cōtra occultatores malefactorum, l.1.c.2.n.118.
Præses, si reperiat culpa decurionū redditus civitatis diminui, procedit contra illos, ibid. n.123.
Præsumitur dictū quod reperitur scriptum, lib.1.cap.2. n.142.
Præsumptio juris habetur pro liquidissima probatione, lib.3.cap.1.n.8.
Præsūptio vna, quomodo tollatur per aliam? lib 5. cap.1.n.90.
Praxis executiva in foro Ecclesiastico differt in multis ab stylo sæculari, lib.2.c.12.n.3.
Praxis in cōcessione tuitivæ, quæ sit? libr.2. cap.11.n.6.
Praxis, quæ habeatur circa fines? l.4.c.3.n27
Praxis, quæ habetur, quando Ecclesiasticus petit auxilium brachij sæcularis, vel è cōtra, lib.2. cap.12. n.13.
Praxis, quæ servanda est in tortura reorum, lib.5. cap.1.n.96.
Praxis, quæ servatur in actione novi spolij, lib.4. cap.10.n.17.
Precatoria ad capiendum, vel ad puniendum aliquē, quæ cōtinere debeat? l.5. c.1.n.11.
Precatoria ad citandum, quæ continere debeat? lib.3. cap.1 n.10.
Pretij modicitas in pacto de retro arguit cōtractum fœneratitium, lib.4.c.8.n.22.
Pretium augetur ratione dillatæ solutionis, ibid. num.94.
Pretium justum rei probatur per æstimatores, lib.4.cap.8.n.92.
Pretium, quod daret quilibet non attenditur ad læsionē, sed æstimatio cōmunis, ib.n.101.
Pretiū restituitur emptori actione ex empto, quādo res erat prohibita alienari, l.4.c.8.n.4.
Princeps, an possit facere gratiam de homicidio deliberato, lib.1.c.2.n.21.
Princeps concedens facultatem ad alienandum bona maioratus, intelligitur non extantibus alijs bonis liberis, ib. n.14.
Princeps concedit facultatem ad permutandum bona maioratus, lib.1 cap.2.n.9.
Princeps facillimè dispensat in clausula depositaria, lib.3.cap.22.n.53.
Princeps non censetur donare ea bona, quæ sunt reservata in signum suæ dignitatis, & prærogativæ, lib.1.c.2.n.42.
Princeps non creditur legitimationem concessisse in præjudicium substituti eo non citato, ib.n.4.
Princeps non potest facilè remittere jus partis læsæ, lib.1.cap.2.n.20.
Princeps nō potest mutare testatoris, voluntatē sine causa publica, vel legitima, ib.n.7
Princeps potest donare, & concedere bona, quæ

quæ sunt reservata in signum suæ dignitatis, lib. 1. cap. 2. n. 42.
Princeps potest juri quærendo, etiam sine causa præjudicare, ib. n. 13.
Princeps potest mutare leges, & conditiones, quas institutores de suis bonis jusserunt, lib 1. cap. 2. n. 7.
Princeps tollēs omnē nullitatē nō tollit venientē ex defectu jurisdictionis, l. 3. c. 21. n. 110.
Privilegia generali derogatione tolli possunt, lib. 2. cap. 1. n. 24.
Privilegia strictè sunt interpretanda, ibid.
Privilegia veri depositi non habent locum in deposito confesso, lib. 4. c. 8. n. 44.
Privilegiati duo, quando pariter concurrunt? lib. 1. cap. 3. n. 6.
Privilegiatus contra pariter privilegiatum non gaudet privilegio, ib. n. 2.
Privilegiatus creditor præfertur alijs, l. 3. cap. 21. n. 164. cum sequentib. & ex n. 169.
Privilegium causæ præfertur privilegio personæ, lib. 1. cap. 2. n. 84.
Privilegium decurionum, ex quo à pæna vili excusantur, non extenditur ad nepotes, lib. 5. c. 1. n. 106.
Privilegiū præsumptum ex tempore multū differt à præscriptione, lib. 1. c. 2. n. 48.
Probatio debet concludere de necesse, lib. 3. cap. 15. n. 5.
Probatio eorum, quæ non faciunt ad causam non relevat, ib n. 10.
Probatio facta post terminum finitum est nulla, lib. 3. cap. 12. n. 5.
Probatio incontinenti facta, quæ dicatur? lib. 3. cap. 22. n. 40.
Probatio perfecta non eliditur ex imperfecta lib. 3. c. 15. n. 5.
Probatio per oculorū inspectionem admittitur post didicita testificata, l. 3. c. 12. n. 29.
Probatio semiplena sufficit finibus probandis, lib. 4. cap. 3. n. 31.
Probatio semiplena, quæ sit? lib. 3. cap. 12. num. 36. & sequentibus.
Probatio summaria sufficit in actione ad exhibendum, lib. 4. cap. 9. n. 18.
Probatio testiū, si sit dubia, & incerta non obstāte, quod reus stetit pro actis, interpretanda est in favorē Rei, l. 5. c. 1. n. 82.
Probationibus renūtiās, & recurrēs ad juramētū judiciale, audiēdus est, l. 3. c. 1. n. 7.
Processus non annullatur ob juramenti calumniæ omissionem, l. 3. c. 7. n. 2.
Processus non erit nullus, si procurator fuerit admissus in criminalibus parte non contradicente, l. 5. c. 1. n. 64.
Processus, quomodo re formari debeat? lib. 1. cap 3. num. 20.
Processus totus cōmunicatur reo, qui se defendit sub fidejussoribus, quando ei datur copia, lib. 5. c. 1. n. 30.
Procurator absente parte citari potest ad executionē sententiæ, l. 3. c. 21. n. 11. & 24.
Procurator appellare potest, quando judex pronuntiat eum non esse idoneum procuratorem, ibid. num. 17.
Procurator constitutus in contractu revocari non potest, lib 3. c. 1. n. 3.
Procurator debet esse certus, & nominatus, & debet acceptare, ib. n. 1.
Procurator debet præstare juramētum calūniæ in animā suā, & sui domini, l. 3. c. 7. n. 1.
Procurator in rem ex causa necessaria non potest reconveniri, nisi cessio fuerit facta in fraudem creditorum, lib. 3. c. 8. n. 16.
Procurator per litis contestationem efficitur dominus litis, & potest substituere, & non potest revocari, lib. 3. c. 6. n. 2.
Procurator potest esse laicus pro rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, l. 2. c. 12. n. 17.
Procurator, quādo exequi possit pro expensis domini? lib. 3. c. 21. n. 67.
Procurator simpliciter constitutus ad vendēdum non potest vendere habita fide de pretio, lib. 1. cap. 3. n. 27.
Procuratoris falsi exceptio admittitur in executione, lib. 3. c. 21. n. 138.
Produci, quæ testes possint in gradu appellationis, lib. 3. c. 19. n. 3.
Prohibitus piscari in mari, aut venari in sylvis communibus potest agere actione injuriarum, lib. 4. cap. 2. n. 11.
Promissio hyperbolica nō obligat, l. 4. c. 1. n. 5.
Promissio imaginaria, vel simulandi causa non obligat, ib. n. 6.
Promissionem de mutuando, qui facit, tenetur ad interesse, lib. 4. c. 8. n. 50.
Promotor justitiæ, an possit appellare? lib. 5. cap. 1. n. 103.
Promotor residuorum non solvit expensas, quamvis sit victus, lib. 1. c. 2. n. 93.
Promotor, si per calumniā accusaverit, condemnatur in expensis, l. 2. c. 12. n. 18.
Promotore fiscale potest creare Episcopus, vel quilibet judex Ecclesiasticus, ib. n. 16.
Prorex dicitur vicarius Regis, & ejus locum tenens, lib. 1. cap. 2. n. 22.
Prorex à carcere, solui jussit thesaurariū, jussu senatorum incarceratum, ib. n. 34.
Prorex curare debet de quietudine populi, lib. 1. cap. 2. n. 23.

o Pro-

Prorex curare debet, ne alter alteri injuriam inferat, lib.1.c.2.n.28.
Prorex curare debet, vt non sit partialitas in populo, ib.n.33.
Prorex facilem se præbere debet in audiendis clamoribus viduarum, l.1.c.2.n.32.
Prorex mulierẽ in honestè viventẽ in aliã provinciã ire jussit sine alio processu, ib.n.37.
Prorex nobilẽ incarcerare jubet, quãdo matrimoniũ cõtrahit eũ indigna, l.1.c.2.n.31.
Prorex potest cogere magnates ad cõpromittendum, quando ex eorum controversia scandalum publicum oriri potest, ib.n.29.
Prorex potest dispensare, vt officialis alium suo loco substituat, lib.1.c.2.n.30.
Prorex potest mandare quem capi, antequã de crimine constet, ib.n.29.
Prorex provocantes de duelo incarcerari jubet, lib.1.c.2.n.35.
Prorex quid facere debeat, quandò multitudo delinquit? ibid.n.29.
Prorex recusari potest; & ejus concilium collaterale, lib.1.c.2.n.24.
Prorex se intromittit super subductione puellarum insignium, ib.n.26.
Prorogare tempus executionis non potest judex, lib.3.cap.21.n.86.
Prorogatio dilationis concessa minori prodest maiori, lib.3.c.12.n.1.
Prorogatio societatis non nocet fidejussori, lib.4.c.8.n.42.
Prorogatio temporis *do aluarà de fiança* an nocet fidejussori? lib.5.cap.1.n.29.
Prospectus ad mare impediri non potest, l.1. cap.2.n.139.
Protestatio contraria factis protestãtem non releuat, lib.4.cap.11.n.5.
Provisor cappellarum compelli, executores testamentorum, lib.1.c.2.n.86.
Provisor residuorũ cognoscit de illis bonis deputatis ad redemptionẽ captivorũ, ib.n.98.
Prouocator, & aggressor præsumitur injuriosa verba in aliũ proferens, l.5.c.1.n.73.
Proximus admittitur ad accusandũ, licet remotiores jam cœperit accusare, ib.n.61.
Publica impræscriptibilia sunt, l.1.c.2.n.14.
Publicationẽ testiũ impedire possũt gaudẽtes priuilegio minoris, lib.3.c.14.ex n.5.
Pupillus maior infante potest cũ auctoritate tutoris pacẽ facere de morte patris, & si lædatur, restitui potest ad accusandũ, l.5.c.1.n.79.

Q

Quæ de nouo emergunt novo indigẽt auxilio, lib.3.c.19.n.16.
Quæ personæ à pœna vili excusentur? libr.5. cap.1.n.105.
Quæ requirantur ad impetrationem tuitivæ? lib.5.cap.11.n.7.
Quæ requirantur ad veniam delicti impetrãdum? & ex quibus venia subreptitia judicetur? lib.5.cap.1.n.78.
Quæ verba ap poni debent in fine libelli in foro Ecclesiastico? lib 2.c.6.n.1.
Quælibet res præsumitur libera? l.3.c.4.n.17
Quærela, & accusatio corruit, si aliqua solemnitas in ea deficiat, l.5.c.1.n.6.
Quærela recepta cũ solẽnitate inscriptionis, & subscriptionis, testiũ examinatio fit, ib.n.2
Quæstio de vsura incidens coram judice sæculari remittenda est ad Ecclesiasticum, lib.3.cap.3.n.15.
Quæstio facti, quãdo dicatur? l.2.c.4.n.16.
Qualitas masculinitatis, vel legitimitatis non censetur repetita, lib.3.c.15.n.15.
Quandò appellatio judicatur deserta, quomodo impediri possit? l.2.c.11.n.20.
Quandò statutum dicit quod procedatur per inquisitionem, etiam non captus punitur, lib.5.cap.3.n.6 & 7.
Quanto minoris actio in quibus casibus practicetur? lib.4.c.8.n.19.
Quibus casibus tuitivæ non concedantur? lib.2.cap.11.n.8.
Quibus modis impediri possit concessio tuitivæ? lib.2.cap.11.n.10.
Qui non exhibuit filium suum in judicio, tenetur ad interesse, lib.4.c.9.n.17.
Qui prior est tẽpore, præfertur semper inter creditores privilegiatos, l.3.c.21.n.167.
Qui recepit mercatorem decoctũ in domum suam exhibere non tenetur, l.4.c.9.n.17.
Qui vtitur possessione, quam antea habebat, attentare non dicitur, l.2.c.11.n.41.

R

Ratio intricata nõ est ratio, & in ea præsumitur dolus, l.3.c.21.n.132. & 133.
Rationẽ nõ reddere, vel eã insufficientẽ reddere, paria sunt, l.4.c.8.n.69.
Rationes à partibus approbatæ non possũt revideri per translactionẽ, l.3.c.21.n.128. & seq.
Rationes semel calculatæ non sunt iterum reddendæ, ib.n.6.
Rationum calculatio habet executionẽ paratam, lib.3.c.21.n.6.
Recipere non potest victor absq; fidejussione concessa recusione, l.3.c.20.n.13.
Recouenire potest reus conventus de spolio actorem

actorem ex alio spolio, lib 4.c.10.n. 11.
Reconueniri coram alio judice potest actor, si non opponat, l.3 c.8.n.2.
Reconueniri non potest emptor hæreditatis à creditoribus hæreditarijs, ibid.n.18.
Recōveniri potest procurator in rem, vel cessionarius ex causa lucrativa, vel ex non lucrativa facta in fraudem creditorum, lib. 3.cap.8 num.16.& 17.
Reconventio admittitur in deposito confesso, lib 4.cap.8.n.46.
Recōvētio corā oī judice opponi potest, nisi expressè reperiatur prohibitū, l.3.c.8.n.15
Recōventio, & actio nō ambulant pari passu quando de vna prius liquet. ib.n.12.
Reconventio fieri potest vsque ad sententiam, lib.3.cap.8.n 4.
Reconventio habet locum in causa summaria, & in officio judicis, ib. n.1.
Reconventio in criminalibus locum non habet, lib.3.c.8.n 13 & 14.
Reconventio non admittitur in causa spolij, nec coram arbitris, ibid. n.7.
Reconventio non admittitur in executivis, lib.3.cap.8.n.10.
Reconventio non admittitur post litē contestatā parte cōtradicente, ib. n.5. vbi limita.
Reconventio non admittitur, quando reus dolo procurat coram suo judice exempto ab alio conveniri, lib.3.c.8.n.8.
Reconventio non datur in attentato, lib.4. cap. 10.n.11.
Reconventio non datur in gradu appellationis, lib.3.cap.8.n.6.
Reconventioni locus erit, etiamsi actor desistat actione, lib 3.cap.8 n.3.
Reconventus actor ex nova causa potest recusare judicem, lib.3.cap.8.n.11.
Reconventus actor non potest reconvenire reum reconvenientem, lib.3. c.8. n.9.
Reconventus non potest in causa reconventionis judicem recusare, lib.3.c.3.n.4.
Recuperandæ interdictum datur vsufructuario, & commendatario, conductori, cessionario, & hæredi, lib 4.c.10.n.7.
Recuperandæ interdictū non competit colono à tertio spoliato, sed domino, ib n.8.
Recuperandæ interdictū non datur de jure Civili cōtra tertium possessorem benè tamen de jure Canonico, l 4.c.10.n.12.
Recusās ineptè, & ob id reject' nō prohibetur iterū ritè, & ordinatè recusare, l.3.c.19.n.18.
Recusans non potest nominare plures testes quam nominatos in petitione recusationis, nisi sit minor, ib.n.20.
Recusare judicem non potest ei injuriam faciens, lib.3 c.p 3.n.4.
Recusari à reconvento non potest judex, nisi ex nova causa, lib.3.c.8.n.11.
Recusare non potest judex, coram quo pars comparuit, & prosecuta fuit litem absque protestatione, lib.3 c.3 n.2.
Recusari non potest judex executionis, lib.3. cap.21.n.85.
Recusari non potest judex, qui cognoscit de suspicione, lib.3.c.3.n.3.
Recusari potest fidejussor, qui non possidet bona immobilia, lib.3 c.21.n.55.
Recusari potest judex inimicus, vel votum suum aperiens, vel cum parte ad aurem loquens, lib.3.cap.19 n.12.& 13.
Recusari potest judex in quacūq; parte litis, si recusatio de novò eveniat, ib.n.16.
Recusatio debet esse in scriptis, & subscripta per advocatum, lib.3.c.19.n.19.
Recusatus impeditus à parte contraria recurrere debet ad Senatum Palatij, ib.n.17.
Recusatus potest de styllo in audientia committere antiquiori advocato, vt deferat requisitioni partis, lib.3.c.19 n.14.
Redditɥū Regaliū cōductor potest ob bellū remissionē mercedis obtinere, licet renuntiaverit casus fortuitos, l.4.c.8.n.40.
Redhibitione facta fiscus reddit gabellam, lib 4.c.8.n.18.
Redhibitoria cessat, quando vitium est parens, & illuc emptor novit, ib. n.14.
Redintegratio non dicitur facta, nisi totaliter quis sit restitutus cū fructibus, damnis, & interesse, lib.4.cap.10.n.2.
Reductione pendente nihil est innouandum, lib.3.cap.21.n.30.
Re emphyteutica perempta liberatur reus, lib.3. cap.21.n 152.
Regimen vnius Reipublicæ salutarius est, lib.1.cap.2.n.22.
Regi cōvenit populū sibi subjectū defendere & in justè opressos à violētia, liberare, ib.n.35
Regis donatarius, an possideat illud, quod au taverit, lib.1.cap.2.n.54.
Regis litteræ, quomodo in consilio recitari debeant? ibid.n.37.
Regis simplex mandatum metus justus dicitur, lib.4.cap.9.n.3.
Rei judicatæ exceptio, quādo obsit? l.3.c.4n2
Reivendicare, an possit maioratus possessor res, quas alienavit? lib.4.c.2.n.2.
Reivendicare potest minor à tutore rē, quam emit suo nomine de pecunia minoris, l. 4. c.8.n.67.

Reivendicare potest socius omni tempore suam portionem non obstante præscriptione, lib.4. cap.3.n.31.& 22.

Religiosis prohibitum est recurrere ad sæcularia prætoria prætextu leuandi vim, lib.2.cap.11.n.23.

Rem communem extraneo vendere, quandò possit socius? lib.4.cap.3.n.24.

Remedium *cap. redintegrandæ*, datur etiam pro quasi possessione rerum incorporalium, lib.4.cap.10.n.4.

Remedium *cap. redintegrandæ*, non datur ei, qui culpa sua, vel actoritate judicis possessionem amisit, ibid. num.1.

Remissio delicti inducitur ex lapso temporis, & magis nocet, quã expressa, l.5.c.1.n.5.

Remissio mortis monachi spectat ad monasteriũ, non verò ad filiũ monachi, ib. n. 79.

Remissio, quibus expensis fieri debeat? lib.5. cap. 1. num.59.

Remissio totius debiti non potest fieri, lib. 3. cap.22.n.65.

Remissionẽ mulctæ non potest impetrare judex cõdẽnatus per superiorẽ, l.3. c.21. n.145.

Remissioni ob bellum, an sit locus in censu annuo? ibid.num. 162.

Renuntiãs probationibus, & recurrens ad juramentũ judiciale est audiẽdus, l.3.c.1.n.7.

Renuntiare causæ cẽsetur accusator, qui se absentauit, & non cõparet, l.5.c. 1.n.4.

Renuntiari non potest, appellationi factæ à reo, lib.5.c.1.n.102.

Renuntiari non potest societati intempestivè, lib.4. cap.8.n.43.

Renuntiatio officij publici non admittitur, nisi in manibus Regis, lib.3.c.21 n.64.

Renuntiatio tacita ex lapsu temporis inducta magis nocet, quam expressa, l.5.c.1.n.5.

Renuntiationem inducit lapsus termini, lib. 3. cap.21.n.119.

Reo absente ad liquidationem sufficit procuratorem citare, l.3.c.21.n.24.

Reo conceditur tempus ad requirenda instrumenta, si juret, lib.3.c.9.n.2.

Reparatio arcium, & castellorum pertinet ad dominos proprios, *& alcaides*, l.1.c.2.n.117

Repetere post creditor hypothecarius solutum à suo debitore, lib.4.cap.4.n.4.

Repetitio toleratur, vt res clarior fiat, lib. 3. cap. 10. num.2.

Repetundarum actio datur hæredibus, & contra hæredes, l.5.c.5.n.4.

Replicatio impedimentorum chancellariæ non datur, lib.3.c.19. n.28.

Replicatio non admittitur in impedimentis contra executionem, nisi tertius se opponat, lib.3. cap.21. n.139.

Replicationis libello addi non potest post assignationem dilationis, lib.3.c.10.n.3.

Repræsaliæ, quandò, & quomodò concedãtur? lib.3.c.21. n.146.& 147.

Reprobari potest sententia per evidentiam facti sine alia appellatione, l.3 c.12.n 30.

Repulsæ, & objectiones, vt admittantur cõtra testes, quæ requirantur? l.3.c.13.n.1.

Repulsas diffamatorias objiciens actione injuriarum tenetur, l.3.c.13. n.4.

Repulsas objiciens potest appellare à non admissione earum, ib. n.3.

Requisitoriæ, an impleri debeant? l.3. c. 21. ex num. 140. & ex n 146.

Requisitoriæ sigillo judicis rogantis non signatæ non faciunt fidem, l.3.c.1.n.10.

Res empta ex pecunia mutuantis, & expressé hypothecata præfertur anteriori hypothecæ, lib.3.cap.21.n.173. & 174.

Res magna non potest vendi pro debito parvo? ibid. n.193.

Res non potest dari in emphyteusim personis prohibitis, l.1.c.2. n.97.

Res transit cum suo onere, l.4.c.8.n.21.

Res vendita cum pacto de retro minus valet, ibid.n.25.

Res vendita transit in emptorem cum suis accessionibus, &c. l.4.c.8.n.2.

Reservare justitiam parti quid importet? lib. 3.c.3.n.18.

Resilere à transactione non possunt partes etiã re integra, & ratione læsionis, l.3. c.4. n.3.

Resistens alguazelo, qui non portat virgam non punitur, lib 5.cap.1. n.15.

Resistere non dicitur, qui non devenit ad manualem actum, ib.n.17.

Resistentia etiam dicitur, quæ fit viatoribus, vulgo *caminheiros*, lib.5.c.1.n.19.

Resistentia fit officiali justitiæ, etiam finito tempore, ibid. n.20.

Resisti impunè potest officiali volenti aliquẽ capere sine mandato judicis, l.5 c.1.n.18.

Respondens positionibus, si convincatur de mendacio, accusari potest de perjurio, lib. 3. cap.12 num.43.

Respondere nolens positionibus habetur pro confesso, lib.2.c.9.n.6.

Restituendi sunt fructus, si forma subhastationis non servatur, lib.3.c.21.n.195.

Restituitur maritus maior ex capite vxoris minoris, lib.3.c.14. n.7.

Restitutio cessat, si interdictum *recuperandæ* sit

sit præscriptum, l.4.c.10. n.16.
Restitutio datur minori aduersus lapsum fatalium, lib.2.cap.11. n.22.
Restitutio in integrum, an impediat executionem sententiæ? l 3. c.21. n.88.
Restitutio in interdicto *recuperandæ* suspenditur per grauamen, aut appellationem, lib.4.cap.10. n.15.
Restitutitione minoris nō impeditur chartæ diuisionis executio, lib 4.c.n.19.
Restitutionem fieri spoliato impedire potest tertius, lib.4.c.10. n.14.
Restituto non reintegratur tempus, quo fuit suspensus, lib 1.c.2. n.76.
Retentio admittitur etiam prohibita compensatione, lib.3.c.8. n.23.
Retentio datur pro meliorationibus, nisi pars dederit cautionē, l.3. c.21. n.100. & n.101.
Retentio non datur cōtra executionem, quæ fit per chartam diuisionis, l.4.c.3.n.19.
Reuigo alia est gratiæ, & alia justitiæ, & in quibus differant? lib.3.c.3.20. ex n.1.
Reuisio datur in sententijs super deliberatione appellationis, aut incompetentiæ, & alijs diffinitivis, ib. n 10. & 11.
Revisione semel denegata non admittitur amplius petitio revidendi, l.3. c.20.n.13.
Reuisionem sententiæ potest petere tertius, lib. 3 cap.20. n.4.
Reuisioni locus est in ijs, in quibus prohibita est appellatio, ib. n 12.
Reuisionis effectus, qui sint? l.3.c.20. ex nu. 14. & sequentibus.
Revocare conclusionem censetur judex recipiendo articulos, l.3. c.16. n.3.
Revocare non potest judex sententiam diffinitivam, nisi in continenti, l.3. c.17.n.2.
Revocare potest judex conclusionem in causa, lib.3.cap.16. n.2.
Revocari, ex quibus possit confessio extrajudicialis? lib.5. cap.1.n.92.
Revocari non potest, nisi in certis casibus procurator effectus dominus litis, l.3. c.6.n.2.
Revocari potest ante sententiam confessio erronea, lib.3.cap.12.n.22.
Revocari potest venditio facta in præjudicium minoris, vel dotis, lib.4.cap 4 n. 12.
Revocatio attētati cessat. vbi notoriè constat reū spoliatū nullū jus habere, l.2.c.11.n.40
Reum hæredem esse, ex quibus probetur? lib.1.cap.4. n.6.
Reus ad Ecclesiam remissus non potest detineri in carcere pro debito, pro quo fuit recommendatus, lib.5.c.1.n.38.
Reus alienans bona ne in eis fiat executio, incarceratur, lib.3. cap.21.n.44.
Reus auditur sine deposito in multis casibus, lib.3 c.22. ex n. 35. vsq; ad n. 58.
Reus, cui defertur juramentum in animā, jurare non tenetur, si causa est de facto alieno vel si causa est decisa, lib. 3.cap.1. n.5.
Reus debet statim respondere positionibus, & non potest petere tempus ad deliberandum, lib.3 cap.12.n.40.
Reus efficitur actor in suis exceptionibus, lib.2. cap 8.n.1.
Reus est absolvendus, nec cogitur jurare, si actor nihil probavit, non tamen, si aliquid probavit, lib.3.cap.1.n.6.
Reus excipere potest de jure tertij in interdicto *vti possidetis*, lib.4. c.10.n.23.
Reus ex quibus possit excipere contra actionem *constitutæ pecuniæ*? lib.4. c.5.n.3.
Reus fauorabilior est, quam actor, libr. 1. cap.4. n.12.
Reus ibi conveniri debet rationem reddere, vbi negotia gessit, ib.n.10.
Reus ibi conveniri potest, vbi fecit promissionem, lib.1.c.4.n.7.
Reus in actione injuriarum excipere potest de simili injuria, lib.4.11. n.3.
Reus in interdicto recuperandæ excipere potest de dominio, lib.4.c.10.n.10.
Reus non auditur, quamuis cōpareat, donec refusis expensis absoluatur, l.2.c.6.n.7.
Reus non respondens positionibus, quando habeatur pro confesso? l.3.c.12.n.45.
Reus non tenetur ad depositū vltra id, quod recepisse constiterit, l.3. c.22. n. 42. & n. 55.
Reus per procuratorem non potest se defendere, potest tamen excusari de sua absentia, lib. 5. cap.1. n. 63.
Reus post redditas rationes non potest compelli ad eas iterum reddendas, lib. 3.c. 21. n. 129. & sequentibus.
Reus potest objicere ineptitudinē libelli etiā in causa appellationis, l.5. c.1.n.43.
Reus potest opponere de jure tertij exclusivo juris agentis, lib.4. c.2. n.7.
Reus potest reconvenire actorē corā alio judice, si actor non apponat, l.3. c.8. n.2.
Reus potest rē maiorat' sibi vēditā retinere, donec sibi solvātur meliorat. l.4. c.2. n.4. & 5.
Reus, quæ respicere debeat, antequam respondeat libello? lib.3. c.9. n.1.
Reus, quando compellatur *gradar a janella, q̄ cae sobre telhado alheo*? lib.1.c.2.n.133.
Reus, quando non tenebitur respondere interro-

terrogationibus, à judice factis, l. 5. c. 1. n. 39.

Reus, qui conuenitur pro spolio, potest recõvenire de alio spolio, l. 4. c. 10. n. 11.

Reus, qui deposuit super articulis actoris, nõ est cogendus subire juramentum judiciale, lib. 3. cap. 1. n. 7.

Reus, qui possidet rē hypothecatã, liberatur si offerat actori quãtit. ei debitã, l. 4. c. 4. n. 17.

Reus, quomodo audiatur post sex dies cũ impedimẽtis cõtra executionẽ, l. 3. c. 21. ex n. 120

Reus, quomodò contestationem faciet? lib. 2. cap. 8. num. 2.

Reus, quomodò possit impugnare sententiã latam in judicio *de denassa* per judicem suspectum? lib. 5. c. 3. n. 2.

Reus, quomodo respondere teneatur positionibus? lib. 2. cap. 9. n. 5.

Reus remittendus est ad locum delicti, lib. 5. cap 1. n 59.

Reus, si agatur ad distractũ, in suo foro conveniri debet, lib. 1. cap. 4. n. 11.

Reus, si incarcerat' fuerit in alio loco, potest se excusare per procuratorẽ, nisi incarceratio fuerit per reũ procurata, l. 5. c. 1. n. 67.

Reus, si non negat restitutionem, sed tamen differt solutionem, non dicitur spoliare, lib 4. cap. 10. num. 6.

Reus tenetur dare cautionẽ, quãdo timetur damnũ ex ruina ejus domus, l. 1. c. 2. n. 134.

Rex non impẽdit tueri vitiosum possessorem, lib. 2. cap. 11. n. 11.

Rex potest removere officia ijs, quibus ea concesserat, l. 1. c. 2. n. 56.

Rusticus admittitur ex clausula generali ad impediẽdũ testiũ publicationẽ, l. 3. c. 14. n. 6.

S

SAcrilegiũ in Ecclesia cõmittẽs non gaudet ejus immunitate, lib. 5. c. 1. n. 33.

Sacrilegiũ, perjurium, vsura, & simonia sunt mixti fori, l. 2. c. 4. n. 21. & 22.

Sæuitiæ, quomodò articulandæ sint? lib. 2. cap. 4. num. 6.

Sallaria aduocatorũ, medicorũ, & similiũ præferũtur cæteris creditoribus, l. 3. c. 21. n. 183.

Sal fisco vendere tenentur facientes illud in proprijs salinis, l. 4 c. 3 n. 25.

Satisdare non tenetur exequens chartam diuisionis, etiam oblatis ab adversario impedimentis, ib. n. 10.

Sciens se nullo modo teneri constituens donare videtur, l. 4. c. 5. n. 4.

Scienti, & consentienti non fit injuria, neq; dolus, l. 4. c. 9 n. 13.

Scientia adversarij non requiritur in interdicto de aqua, lib. 4. cap. 2. n. 15. & 16.

Scientia, & patientia aduersarij requiritur in præscribenda seruitute, l. 3 c. 4 n. 18.

Scriba, qui judice mandante non vult acta edere, præsumitur in dolo, l. 1. c. 2. 148.

Scriba, si dicat perdidisse processum, debet probare casum fortuitum absque; sua culpa parte citata, ib. n. 149.

Scriba, si omiserit aliquam solẽnitatẽ, cujus defectus parti præjudicat, damnatur ad interesse, lib. 1. c. 2. n. 147.

Scriba, vt possit exequi pro suo sallario, debet prius judicem requirere, l. 3. c. 21. n. 20.

Script. exẽplata, quãdò probet? l. 3. c. 12 n. 15

Scripturæ duæ ab vna parte productæ, si sint inter se repugnãtes, neutris adhibetur fides, adhibetur tamẽ si à diuersis, l. 3. c. 12. n, 13 & 14

Scripturæ pars vna aliam declarat, libr. 3. cap. 15. n. 18.

Scripturæ priuatæ recognitæ assignantur decem dies, lib. 3. c. 22. ex n. 13.

Scripturæ referenti se ad aliam, quãdò adhibeatur fides? l. 3. c. 12. ex n. 10.

Secunda impedimenta admitti possunt in chancellaria, si sint de incompetentia Senatoris, lib. 3. c. 19. n. 32.

Secũdus creditor nõ potest præscribere, nisi spatio triginta annorum, l. 4. c. 4. n. 9.

Semiplena probatio, quæ sit? l. 3. c. 22. n. 36.

Semiplena probatio sufficit finibus probandis, lib. 4. cap. 3. n. 31.

Semper importat in omni casu, l. 3. c. 15. n. 17

Senator inimicus, vel aperiens votum suum, vel alloquens cum parte ad aurem, recusari potest, lib 3. c. 19. ex n. 12.

Senator non potest interpretari Ordinationem Regiam, nec ab ejus verborum proprietate discedere, lib. 1. c. 2. n. 39.

Senator recusatus potest in audientia committere, lib. 3 cap. 19. n. 14.

Senatores non possunt recedere ab Ordinatione, aliàs sunt suspecti, & eorum sententiæ nullæ, lib 1 cap. 2. n. 38.

Senatus Palatij dispensat super Ordinatione, lib. 1. cap. 2. n. 18.

Senatus Palatij non potest remittere pœnam delicti applicandam parti læsæ, ib. n. 20.

Sententia absque causæ cognitione non valet, nec si omittatur ordo judiciarius, lib. 3. cap. 17. n. 4. & n 6.

Sententia à judice incompetenti lata semper est nulla ex defectu jurisdictionis, libr. 3. cap. 19. num. 26.

Sententia, à qua fuit appellatum, non potest exequi

exequi, licet transierit per chancellariam, lib. 3. cap. 21. n. 1.
Sententia cõtra Ecclesiæ administratorẽ lata non exequitur cõtra Ecclesiã, ib. n. 33.
Sentẽtia cujus processus est in casu grauaminis, exequitur post sex mẽses, l. 3. c. 21. n. 10.
Sentẽtia debet ferri in scriptis, l. 3. c. 17. n. 1.
Sententia est nulla, quando ex actis apparet error judicis se ad acta referentis, libr. 3. cap. 19. n. 24.
Sentẽtia est stricti juris, & stricto modo intelligi debet, lib. 3. cap. 18. n. 4.
Sententia excommunicationis lata post interpositam appellationem non sortitur effectum, lib. 2. c. 7. n. 5. & n. 4.
Sententia exequi potest contra eum, in quem dolo translata est possessio, lib. 3. caput 21. n. 36.
Sententia exequi potest contra filium familias in bonis aduentitijs, l. 3. c. 21. n. 37.
Sententia habita ex citatione per edicta exequi potest in bonis absentis dato eis curatore, lib. 1. ex n. 15.
Sententia impediri potest in chancellaria instrumentis de nouo repertis, lib. 3. cap. 19. num. 27.
Sententia impediri potest in chancellaria, si non fuerit concors cum citatione, lib. 3. cap. 18. n. 1.
Sententia impediri potest in chancellaria, si sit obscura, ib. n. 3.
Sententia impediri potest in chancellaria, si suspectus fuerit judex, lib. 3. c. 18. n. 2.
Sententia in dubio in favorem rei interpretari debet, lib. 1. c. 4. n. 13.
Sententia lata à judice pecunia corrupto, quanvis justa sit, est ipso jure nulla, & quomodo hoc intelligitur? lib. 5. c. 1. n. 99.
Sententia lata contra laicum, si efficiatur monachus, contra eum exequi potest, lib. 3. c. 21. n. 32.
Sententia lata contra non possidentem, acsi possedisset, potest contra eum exequi superueniente possessione, ib. n. 31.
Sententia lata in reuisione habetur ad instar restitutionis gratiæ, l. 2. c. 20. n. 18.
Sẽtentia lata per superiorẽ in appellatione ab interlocutoria, an dicatur diffinitiua? ib. n. 7.
Sententia lata super eo, de quo lis nõ est contestata, est nulla, lib. 1. c. 2. n. 43.
Sententia lata super restitutione in integrum an sit diffinitiua? lib. 3. c. 20. n. 8.
Sentẽtia lata super alimẽtis, an sit diffin. ib. n. 9
Sententia lata super successione maioratus omnibus sequentibus nocet, l. 3. c. 4. n. 8.
Sententia non præsumitur lata præsente parte, nisi de ejus præsentia constet per fidem scribæ, l. 2. c. 10. n. 1.
Sententia obscura interpretari debet secundum conclusionem libelli, l. 3. c. 18. n. 5.
Sententia, quandò alijs noceat, vel prosit? lib. 3. c. 4. n. 2.
Sententia reprobari potest per euidentiã facti sine alia appellatione, l. 3. c. 12. n. 30.
Sententia sine citatione, aut per falsam probationem est nulla, lib. 3. c. 12. ex n. 27.
Sententia super desertione appellationis, aut super incompetentia, dicitur diffinitiua? lib. 3. c. 20. ex n. 10.
Sententiæ declaratio verbis debet conuenire nihil addendo, aut minuendo, l. 3. c. 18. n. 6
Sententiæ declaratio non debet fieri, nisi semel, ib. n. 8.
Sententiæ executio facta in maiori summa, vel in diversa re ab illo, in qua pars fuit condemnata, est nulla, l. 3. c. 21. n. 4. & n. 5.
Sentẽtiæ executio, si a debitore retardetur vltra tres mẽses, incarcerabitur debitor, ib. n. 9.
Sentẽt. executionẽ impedire quis possit? l. 3. c. 21. ex n. 91. & quibus modis? ex n. 100. cũ seq.
Sententiæ fundamento cessante cessat ipsa sententia, lib. 3. c. 19. n. 25.
Sententiæ pars, a qua non fuit appellatum exequi potest, lib. 3. cap. 21. n. 3.
Sententiam diffinitivã non potest judex revocare, nisi in continenti, potest tamen eam declarare, lib. 3. c. 17. n. 2.
Sententiã exequi potest victor vsq; ad triginta annos, nisi sit cõditionalis, l. 3. c. 21. n. 87.
Sententiam habens ex confessione, quandò præferatur? ib. n. 186.
Sententiã in chancellaria impedire nõ potest tertius, qui non litigavit, l. 3. c. 18. n. 9.
Sẽtẽtiã latã in judicio *de deuassa* per judicẽ suspectũ, quomodo possit impugnari? l. 5. c. 3. n. 2
Seruitus, ex quibus actibus acquiratur? l. 4. cap. 2. n. 13.
Servitus negativa, ut præscribatur, requiritur spatiũ quadraginta annorũ, l. 3. c. 4. n. 19.
Seruitus realis censetur, licet verba sonent in factum, si in eis adsit causa perpetua, lib. 1. c. 2. n. 132.
Servitus, vel pactũ personale non ligens particularem successorẽ, quãdo dicatur? ibi.
Servitutis probatio non requiritur in interdicto de itinere, lib. 4. c. 2. n. 14.
Seruus non redhibetur propter vitia animi, lib. 4. cap. 8. n. 13.

Seruus, si opprimatur à domino, aut filius à patre, vel vxor à marito, denuntiare possunt, lib 5.c.2.n.1.
Similem caulam habens testis reprobatur, lib 3 cap.13.
Simonia, sacrilegium, & vsura sunt mixti fori, lib.2.cap.4.n.21.& 22.
Simpliciter, & non qualificatè positioni respondendum est, lib.3.c.12.n.42.
Societas, quibus casibus trãleat ad hæredes? lib.4.cap.8.n.41.
Societati in tempestivè renuntiari non potest, ib.n.43.
Societatis instrumento, etiã ante calculationes decem dies assignantur, l.3.c.22.n.9.
Societatis prorogatio non nocet fidejussori, lib.4.cap.8.n.42.
Socius potest omni tẽpore reiuẽdicare suam portionem non obstante præscriptione, lib.4.cap.2.n.21.& 22.
Socius, quando possit rem communem extraneo vendere? ibid.n 24.
Socius, qui cũ libera habet mandatũ, potest recipere pecunias mutuas, l.1.c.3.n 23.
Sodomia probatur per testes singulares, libr. 2.cap.1.n.45.
Solemnitas omissa in lite suppleri potest à Senatu, lib.1.cap.2.n.18.
Solemnitate aliqua omissà culpa notarij ipse tenetur, lib.5.c.1.n.6.
Solitum fœnerari, quomodo articuletur, & probetur? lib.4.c.8.n 27.
Solutio, vbi destinatur, ibi contrahi videtur, lib.1.cap.4.n.8.
Spoliare non dicitur differens solutionem, nõ tamen negans restitutionem, l.4.c.10.n.6.
Spoliato restitui impedire potest tertius, ib. num. 14.
Spolium cõmittit cẽsuarius, si requisitus non solvat pensionem, l.3.c.21.n.157.
Spolium committitur ex prohibitione vtendi re incorporali, lib.4.c.10.n.5.
Stare pro actis, quid sit, & cujus effectus? lib. 5.cap.1.n.81.
Stylus, an præualeat contra legem? libr. 1. cap.2.n.39.
Stipulatio fingitur favore dotis, non tamen vbi solum intervenit pollicitatio, libr. 4. cap.8.n.76.
Subhastatio est nulla ex defectu gabellæ non solutæ, lib 3.cap.21.n. 199.
Subhastatio, ex quibus rescindi debeat? ibid. ex num. 203.
Subhastatio fieri debet præsente pecunia, lib. 3.c.21.n.193.
Subhastationis forma non seruata fructus restituendi sunt, ib.n.195.
Substituens aliquem suo officio, tenetur de ejus culpa, lib.5.cap.5.n.5.
Substituere potest procurator effectus dominus litis, lib.3.cap.6.n.2.
Succedens in locum prioris creditoris præfertur alijs, lib.3.c.21.n.192.
Successor maioratus ad reiuendicandas res alienatas debet expectare mortem alienantis, quando non adest clausula expressa, lib. 4.cap.2.n.3.
Successor non potest declinare, l.3 c.3.n.7.
Successor non potest se tueri præscriptione decennali sui prædecessoris, l.4.c.4.n.8.
Successor reputatur pro persona antecessoris, cujus mutatione non variatur jus actoris, lib.3.cap.21.n.161.
Successor singularis ex titulo lucrativo debet defendere suum actorem, si ei compensatio objiciatur, l.3.c.8 n.28.
Supplicans potest recedere à sua reuisione, etiam altera parte reluctante, l.3.c.20.n.6.
Supplicans tuitiuam prius justificare debet suam possessionem ex aliquo titulo colorato, l.2 c.11.n.3.
Supplicari non potest à denegatione dilationis, nisi fuerit extra Regnũ, l.3.c.12.n.7.
Supplicari potest ad Senatum à judice non condemnate in expensis retardatis, libr. 3.cap.2.n.13.
Supplicari potest in actu processus à non admissione repulsarum, l.3.c.13.n.3.
Suspitio potest intentari in liquidatione, libr. 3.cap.21.n.23.
Suspitionis causa verbaliter declarari debet coram judice, l.3.c.3.n.3.
Syndicandi potestate non possunt vti domini terrarum, lib.5.c.5.n.2.

T

Tacita hypotheca vxoris præfertur tacitæ hypothecæ fisci, lib.3.cap.21. num.176.
Tempore feriarum non proceditur in actione decem dierum, lib.3.c.22.n.2.
Tempus immemoriale inducit probationem tituli, etiamsi titulis non ostendatur, lib.1. cap.2.num.46.
Tempus legis formam inobuit, lib.3.caput 21.num.119.
Tempus nõ currit impedito agere, ib.n.191.
Tenor instrumenti strictè est interpretãdus, lib.3.cap.15.num.14.

Termi-

INDEX.

Termino ad aliquid faciendū elapso amittitur jus, l.3. c. n.1.

Termino solvendi non elapso non assignantur decem dies, l.3. c.22. n.26.

Terminus ad replicandum, vel treplicandū prolongari, vel coarctari potest à judice, lib.3. cap 11.n.2.

Terminus à lege constitutus est peremptorius, l.3. c.21. ex n. 118.

Terminus, per quem acta fiunt judiciaria, debet esse subscriptus à parte,& duobus testibus munitus, lib.4 c.8 n.85.

Terminus, per quem acta fiunt judiciaria,nō tollit, quin possit reus dicta testium impugnare, & adversus eorum personas objicere, ibid. n. 84.

Terminus vltra marinus,quomodo, & quando concedatur? lib.2.c.9.n.1.

Tertij arbitratores non dantur, l.3 c.21.n.28.

Tertius arbitrator in discordia duorum nominatur à judice, l.3.c.21.n.26.

Tertius arbitrator cum altero duorum se debet conformare, ibid.n.27.

Tertius assistens, etiam post finitam causam, in qua reus principalis fuit victus, potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, lib.3. cap.5 n.7.

Tertius dominus, vel possessor impedit executionem, etiam trium conformium, lib. 3. cap.21.n.89.

Tertius impedire potest restitutionem fieri spoliato, lib.4 cap. 10. n.14.

Tertius non dicitur attentare, nec attentatū dicitur, vbi lis non est, l.2.c.11.n.39.

Tertius opponens in causa violentiæ admittitur in eisdem actis, l.3.c.5. n.3.

Tertius opponens non potest excipere de incompetentia, ib. n.4.

Tertius oppositor potest in gradu appellationis testes producere, l.3.c.19.n.4.

Tertius potest petere revisionem sententiæ, lib.3. cap.20.n.4.

Tertius, principali etiam inuito liti assistit, lib.3. c.5. n.6.

Tertius, qui nō litigavit, non potest impedire transitum sententiæ per chancellariam, lib.3.cap.18.n.9.

Testamentarius, si non nominetur sub nomine dignitatis, ejus successor in dignitate tenebitur, lib.1.c.2.n.92.

Testator potest remittere illa, quæ introducta sunt, vt ejus voluntas magis observetur, lib.1.cap.2.n.128.

Testator, si dicat, vt distribuatur, non potest vni totum dari, lib.1.cap.2.n.91.

Testator, si mādat bona distribui in virgines maritanda, illa non possunt erogari in virgines ingredientes monasterium, ib. n. 88.

Testator, si reliquit filiæ mille, si nupserit, & centum, si monasterium ingrediantur, an illa mille etiam debeantur? l.1.c.2.n.90.

Testatoris voluntas, si eo modo, qui præscriptus est, locum habere nequit, in aliū similem commutatur, ib.n.8.

Testatoris voluntas mutari potest à Rege, si nihil novum ex mutatione inducatur, lib. 1.c.2.n.11.

Testatoris voluntas, vt observetur, pertinet ad publicam vtilitatem, ib. n.87.

Testem, quando judex ex officio repellat? lib.2.cap.9.n.7.

Testes, cū quibus repulsa probatur, reprobari non possunt, ib.n.10.

Testes de auditu, quādo probēt? l.2. c.9. n.3.

Testes de naufragio, etiam si sint nautæ, & domestici nauis probant, lib.4.c.8.n.59.

Testes deponentes extra capitula non probant, lib.3.cap.15 n.11.

Testes dicentes servum esse morbosum præferuntur cæteris, quanvis sint æquales, lib.4.cap.8.n.16.

Testes in gradu appellationis produci possunt super articulis primæ, si in ea non fuerunt producti, lib.3 c.19.n.6.

Testes pronuntiantes vnum, & præmeditatum sermonem non probant, l.3.c.15. n.9.

Testes publicati in alio judicio admitti possunt in judicio revisorio, l.3.c.20.n.5.

Testes, quādo admittātur in casibus excedētibus Ordin. summam? l.3.c.12. ex n.8.

Testes, qui in prima instantia erant absentes, vel quorum non recordata fuit pars possūt produci in secunda super eisdem articulis, lib.3. cap.19. n.5.

Testes super novis articulis de jure Canonico admittuntur in prima instantia post publicationem, l.2 c.9.n.2.

Testi vnico, quandò creditur? ib. n.4.

Testibus deponentibus de spontanea voluntate magis creditur, quam deponentibus de coacta, lib 4.c.9. n.6.

Testibus domesticis, & singularibus metus probatur, ibid. n.5.

Testis approbari potest quoad personam, & reprobari, quoad dicta, l.2.c 9.n.10.

Testis, contra quem est aliqua suspitio falsitatis nō probat, l.4 c.8. n.89. & ibi exēpla.

Testis deponens de facto proprio plenè probat, l.3.c.13.n.9.

Testis

Testis deponens per verba dubia, & ambigua non probat, lib.3.cap.15.n.7.
Testis depositio extra capitula pro non dicto habetur, lib.1.cap.2.n.152.
Testis examinatus parte non citata nullum facit indicium, etiam si procedatur Manu Regia, ibid. n.151.
Testis exterus debet interrogari per interpretem, lib.1.cap.2.n.155.
Testis habens consimilem causam reprobatur, lib.3.cap.13.n.8.
Testis interrogari debet de officio, & conditione, lib.1.cap.2.n.154.
Testis in vno judicio, si in alio dicto suo contrarietur, cui credatur? lib.2. c.9. n.4.
Testis non admittitur, si ex inimicus praesuptus, vel reconciliatus, l.3. c.13. ex n.5.
Testis non potest interrogari, nisi sit productus à parte, lib.1.cap.3.n.155.
Testis, qui deponit aliquid esse commissum de nocte non lucente luna non probat, lib. 5.cap.1.n.88.
Testis, qui jurauit super mero articulo possessionis, non potest interrogari de proprietate nisi tractet declarando dictum suum, lib.1. cap.2.n. 153.
Testis vnicus, qualis esse debeat, vt faciat indicium ad torturam, lib.5.c.1.n.93.
Testium numerus, dignitas, & fama confirmat id, de quo quaeritur, l.3.c.25.n.2.
Testium publicationem impedire possunt, qui gaudent privilegio minoris, lib. 3. cap. 14. num.4.
Testium repulsa in specie objicienda est, & quomodo? lib.2.cap.9. ex n.8.
Titulus coloratus, ex quibus justificari potest? lib.2.cap.11.n.4.
Titulus non requiritur ad inducendam consuetudinem, lib.4 c.2.n.12.
Titulus, vel bona fides non requiritur in praescriptione immemoriali, l.3.c.4.n.19.
Tradere rem tenetur venditor cum omnibus suis emolumentis, lib.4.cap.8.n.1.
Transactio annullatur, si gabella non solvatur, lib.3.cap.21.n.200.
Transactio facta à possessore maioratus, quādò noceat, vel prosit sequentibus vocatis? lib.3. cap.4.n.6.
Transactio habet vim sententiae, quae transivit in rem judicatam, ib.n.5.
Transactio non potest rescindi propter causam de praeterito, vel de novò supervenient, lib.3.cap.4.n.4.
Transactio per Principem confirmata, vel per sententiam nocet omnibus sequentibus successoribus, ibid. ex n.7.
Transactionem impugnans nō auditur, nisi facta restitutione ejus, quod ratione transactionis accepit, l.3.c.4.n.3.
Transactionem in dubio validam esse, & non rescindendam judicandum est, ib.n.9.
Transactionis exceptio non admittitur in liquidatione, l.3.c.21.n.23.
Transitus de vna linea in aliam, quando fiat? lib.1.cap.2.n.96.
Treplicationis libellus oblatus in audientia non potest addi, lib.3.cap.11.n.4.
Tueri possessorem vitiosum non intendit Rex, lib.2.cap.11.n.11.
Tuitiva appellationis, quomodo expediatur? lib.2. cap.11.n.5.
Tuitiva assimilatur interdicto, quod Practici *interim* appellant, ibid.n.13.
Tuitiva non conceditur ei, qui habet contra se vehementem praesumptionem, l. 2. cap. 11. n. 12.
Tuitiva non datur excommunicato ob debitum Praelato, vel Capitulo debitum, ibid. num.15.
Tuitiva, quibus casibus non concedatur, l. 2. cap.11.n.8.
Tuitiua, quibus differat ab interdicto retinēdae, ib.n.9. remissivè.
Tuitiua, vt concedatur, quae requirantur? lib.2.cap.11.n.7.
Tuitiva concessionis praxis, ibid.n.6.
Turpitudinem suam allegans non auditur, nisi excipiendo, lib.3.cap.22. n.32.
Tutor potest dari, etiam ad bona, quae in aliena provincia sunt, lib.1.c.2. n.130.
Tutor pupillo dandus est à judice, in cujus provincia habet bona, ibidem.
Tutor, qui reddidit rationes tutelae, & habuit quietationem, an ex aliquo contra ejus haeredes agi possit? lib.4.c.8.n.69.
Tutor, si non ostendat librum juratur contra eum, ibid.n.66.
Tutor solvit de suo expensas, quandò nomine pupilli calumniosam actionem instituit, lib.3. cap.2. n.13.
Tutoris libro non statur in magnis partitis, sed in parvis, lib.4.c.8. n.65.

V

VAliditas matrimonij incidens coram saeculari remittitur ad Ecclesiasticum, lib.3.cap.3.n.15.
Valor rei attenditur secundum tempus ante-

anterius, & posterius veditionis, l.4.c 8.n.89.
Valor rei minuitur, vel augetur ex qualitate rei, ibid.n.88.
Valor rei probari debet secundum tempus contractus, lib 4. cap.8.n.99.
Valor rei probatur ex instrumento venditionis, & per inspectionem judicis, ib. ex n. 90.
Valorem rei præsumitur ignorare venditor, quando enormis læsio sequitur, l.4. c.8. n.97.
Valorem rei suæ quilibet præsumitur scire, ibid.num.96.
Variatio permittitur in quocumque statu executionis non obstante *l. vbi cæptum, ff. de judic.* dummodo res sit integra, lib.3.cap. 21. num.47. & 50.
Vassallagij jus, vt præscribatur, requiritur spatiũ quadraginta annorum, l.3.c.4.n.18.
Vectura navis non debetur de mercatijs, quæ decesserunt, antequam ad portum deuenissent, nec pro infantibus in naui natis, lib.1 cap.2.n.103.
Velleianum competit mulieri pro debitis publicis de jure communi, ib. n.64.
Velleianum non competit mulieri in conductione vactigalis publici conducti à marito, lib.1.cap.2.n.63.
Vendere rem communem extraneo quandò possit socius? lib.4.c.3.n.24.
Vendere tenentur fisco sal facientes illud in suis salinis, ibid. num.25.
Vendita res transit in emptorem cum suis accessionibus, lib.4.cap 8.n.2.
Venditio dolo facta rescinditur, l.4. c.8. n.30.
Venditio etiam infra dimidium rescinditur, quando emptor dolo persuasit ad vendendum, ibid.n 85.
Venditio facta cum decreto judicis, & causæ cognitione non rescinditur ex læsione vltra dimidium, lib.4.c.8.n.98.
Venditio facta in præjudicium minoris, vel dotis potest revocari, lib.4.cap.4.n.12.
Venditio facta per procuratorem rescinditur ex læsione intra dimidium, dummodò sit in sexta parte, l.4.c.8.n.86.
Venditio rescinditur, & pretium restituitur, quando res erat prohibita alienari, ib.n.4.
Venditio vi, aut metu facta, etiam cum juramento dissolvitur, lib.4 c.8.n.28.
Venditionis instrumento non assignantur decem dies, si non continetur in illo pretij quantitas, lib.3.c.22.n.10.
Venditor cum pacto de retro poterit agere contra tertium vtili reivendicatione, libr. 4.cap.8.n.21.
Venditor hæreditatis non tenetur præstare evictionem rerum singularium, tenebitur tamen, si tota res evincatur, ib. ex n.7.
Venditor præsumitur ignorare valorem rei, quando enormis læsio sequitur, ib.n.97.
Venditor, quando non teneatur de evictione? lib.4.c.8. ex n.10.
Venditor tenetur manifestare vitium latens, quod nouit, & non satisfacit vendendo cũ omnibus vitijs, ib.n.15.
Venditor tenetur rem tradere cum fructibus, & emolumentis, lib.4.c.8.n.1.
Venditor tributa, aut servitutem cælans tenetur ad damna, & interesse, ib. ex n.3.& 9.
Venia subreptitia, ex quibus judicetur? lib. 5. cap.1.num.78.
Veniens contra translationem non auditur, nisi restituat, quod ratione ejus accepit, lib.3. cap 4.n.3.
Verba dubia, & æquivoca interpretantur potius pro reo quam è contra, l.5.c. 1.n.82.
Verba instantiæ, seu hyperbolica non obligant, lib.4.cap.1.n.5.
Verbum impetrari cum effectu intelligi debet, lib.1. cap.2.n.50.
Veritas magis illucescit arguendo, & disputando lib.3.cap 15.n.1.
Vicarius cognoscit contra laicum concubinarium, lib.2.c.1.n.15.
Vicarius cognoscit de jure patronatus Ecclesiastico, ibid.n.13.
Vicarius cognoscit de restitutione Ecclesiæ, quando est læsa, lib.2 cap.1.n.14.
Vicarius cognoscit de solutione decimarum contra commendatarius, ib.n.16.
Vicarius generalis procedit contra laicum super spolio commisso contra clericum, lib. 2.cap.1.n.12.
Vicarius, qualis esse debeat? ib.n.11.
Victor non potest recipere concessa reuisione, nisi data fidejussione, l.3. c.20.n.13.
Victor potest appellare, si judex victum absolvat ab expensis, lib.3.c.2. n.10.
Victori in judicio reuisorio non adjudicantur fructus, nisi à tempore adeptæ possessionis, lib.3.cap.20 n.18.
Vidua, an agat de suo privilegio, si pendente lite superuenit priuilegiũ idem alteri parti, lib.1. cap.3.n.5.
Vidua, an possit declinare in executione? lib. 3.cap.21.n.81. & 82.
Vidua declinare non potest judicem executionis, lib.3.c.3.n.7. contra, c.21.n.81.
Vidua non potest declinare forum hospitalis Regij,

Regij, etiam in causa cœpta inter partes, lib. 1. cap. 2. n. 83.
Vidua potest declinare in divisorio judicio, nisi partitio sit jam cœpta, l. 4. c. 3. n. 7.
Vidua potest trahere adversarium ad Curiam, lib. 1. cap. 3. n. 7.
Vidua, quæ habet terras, & jurisdictiones, non gaudet privilegio fori, ib. n. 4.
Vim, vel spoliũ cõmittens non potest alium nominari, vt ei assistat, l. 4. c. 8. n. 11.
Violentiæ exceptio admittitur in actione decem dierum, l. 3. c. 22. n. 33.
Visitatio quomodo fiat? l. 2. c. 3. n. 36.
Visitator an possit recusari, & quãdo? ib. n. 35
Visitator non potest visitare abbates monasteria, nec provintias exemptas, l. 2. c. 3. n. 31.
Visitat. execut. nõ impedit appellatio, ib. n. 32 & quãdo ab eo appellari possit? ex n. 33.
Vitæ integritas, & boni mores delictum minuunt, lib. 5. cap. 1. n. 77.
Vitiosum possessorem tueri non intendit Rex lib. 2. cap. 11. n. 11.
Vnde vi interdictum non competit hæredi spoliato, antequam apprehenderet possessionem, lib. 4. cap. 10. n. 13.
Vnde vi interdictũ potest intẽtari contra negantẽ solvere pensionẽ, l. 3. c. 21. ex n. 159.
Vnica præstatio census constituit possessorẽ, l. 3. c. 21. n. 158. & vide l. 4. c. 2. n. 13.
Vnicus actus an sufficiat ad acquirendam quasi possessionem? l. 4. c. 2. n. 13.
Vnicus actus percipiendi pensionem, vel annuum redditum, sufficit ad quasi possessi, lib. 4. cap. 10. n. 6.
Vniversitas potest se defendere per procuratorem, lib. 5. cap. 1. n. 64.
Vsura in fraudẽ legis præsumitur pæna apposita in contractu mutui, l. 4. c. 8. n. 51.
Vsura præsumitur pactum de non redimendo intra certum tempus appositum in pactis de retro, ibid. n. 26.
Vsura, simonia, & sacrilegium sunt mixti fori, lib. 2. cap. 4. ex n. 21.
Vsuræ quæstio incidens coram judice sæculari remittenda est ad Episcopum, l. 3. cap. 3. n. 15.
Vsurariam causam efficit litis contestatio, lib. 3. cap. 6. n. 2.
Vsurarius non est contractus cum reddituu de quinque pro centum, l. 4. c. 8. n. 24.
Vti possidetis interdictũ datur cessionario, & constitutario, l. 4. cap. 10. n. 21.
Vti possidetis interdictum datur pro juribus incorporalibus, ib. n. 22.
Vulnus mortiferum, quando dicatur? lib. 5. cap. 1. num. 74.
Vulnus, si non fuit illatum sed contusum, requiritur examen, ib. n. 75.
Vxor, an citari debeat ad executionem rei immobilis? l. 3. c. 21. n. 45.
Vxor debet removeri à possessione bonorum, *si surripiet bona*, & amittit quartũ, ib. n. 13.
Vxor habet præcipua, quæ super fuerunt ex sumptibus domus, l. 4. c. 3. n. 12.
Vxor in domiciliũ mariti transiens præsumitur in illum locum voluisse conferre solutionem dotis, l. 1. c. 4. n. 8. & n. 9.
Vxor potest exequi sententiam habitum à marito, dum viueret, contra suum debitorem, lib. 3. cap. 21. n. 12.
Vxor, quæ cum marito culpabili commutavit habitum, vt ille de carcere exiret, non tenetur, lib. 4. cap. 11. n. 11.
Vxor, quæ damnum dedit jussu mariti, non tenetur lege Aquilia, ibidem.
Vxor, quæ occultavit maritum malefactorem non tenetur, lib. 1. cap. 2. n. 118.
Vxor, quãdo dicatur amittere possessionem, quam habet à lege mortuo marito? lib. 3. cap. 21. n. 12.
Vxor, quando præferatur consanguineis in accusando, & quomodo hoc intelligatur? lib. 5. cap. 1. n. 60.
Vxor, si reclamaverit expressẽ, quando maritus recepit redditus Regales non tenebitur pro sua medietate, l. 1. c. 2. n. 63.
Vxori, an sit communicanda donatio Regia? lib. 4. cap. 3. n. 11.
Vxori donata à consanguineis mariti nõ sunt communicanda, ib. n. 13.
Vxori pertinet medietas expensarum, quas maritus fecit in rebus maioratus, libr. 4. cap. 3. n. 14.
Vxoris citatio requiritur ad subhastationem rerum immobilium, l. 3. c. 21. n. 196.
Vxoris tacita hypotheca præfertur tacitæ hypothecæ fisci, & alijs anterioribus, & expressis, ib. n. 175. & 176.

LAVS DEO.

DE ANNONIS
CIVILIBUS
LIB. XI. COD. SINGVLARIS
ET NOVA REPETITIO, SCHOLIS, ET FORO VERSANTIBVS NON INVTILIS

AUCTORE

LICENCIATO EMMANUELE MENDEZ DE CASTRO

In Regia Curia aduocato, & antea Conimbricæ voluminis Cathedræ Legum professore.

Accessit, & alia Repetitio l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. nuper secunda editione excussa magis aucta, & cum locupletissimo vtriusq; materiæ Indice.

CONIMBRICÆ:
Apud IOSEPHVM FERREYRA Uniuersitatis Typograph.
Anno Domini M. DC. LXXX.

DE ANNONIS
CIVILIBUS
LIB. XI. COD. SINGULARIS
ET NOVA REPETITIO, SCHOLIS, ET
FORO VERSANTIBUS NON INUTILIS.

AUCTORE

LICENCIATO EMMANUELE MENDEZ DE CASTRO
In Regia Curia advocato, & antea Conimbricæ voluminis Cathedræ Legum professore.

Accessit, & alia Repetitio l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. nuper secunda editione excussa magis aucta, & cum locupletissimo utriusq; materiæ Indice.

CONIMBRICÆ:
Apud Iosephum Ferreyra Universitatis Typograph.
Anno Domini M.DC.LXXX.

EMMANUELIS CASTRENSIS

IN CONIMBRICENSI ACADEMIA
Voluminis Cathedræ legum professoris,
à Philippo Rege Max. publico stipendio ad legẽ dũ conducti.

Ad tres posteriores libros Codicis Imperatoris Iustiniani.

PROEMIUM.

POSTQVAM Anno superiori nõ minori audientium applausu, quã mea erga vos voluntas expostulabat, aliqua ex hoc libro vndecimo, & duodecimo pro nostra tenui, infirmaq; parte explicavimus;(nec enim ad lib. 10. à prædecessoribus vicissim eruditissimè lectum, & sæpius inculcatũ, sed ad inaccessos, & intricatos *a* hujusmet libri titulos animũ libuit appellere, qui ex magna vetustate,& longa oblivione immeritò erant pro derelicto habiti, & tãquam inauditi, audiendoq; minus digni, ita reputabantur, vt eorũ infamiam, animis scholarium tandiu inveteratam, repellere, & rejicere magis difficilè, quàm genuinam eis notionem restituere, sæpiùs videretur,) Nunc hoc anno non minus vtilem, quàm difficilem totius Gymnasij auditorum voto, & desiderio, coram admodùm illustri Rectore pro more Academiæ postulatum titulũ de Annon. civilib. in lib. 11. C. elegistis, quem etiam attẽtis animis à me excepistis, in cujus explicatione cum essent complura in praxi vtilissima,& frequentissima,quæ sæpè in supremis Regis Castellæ consilijs versari vidi (sunt enim in hoc titulo pleraq;de maioratuũ materia connexa) plures Salmantini (quibus nec quicquam negare possũ, nec debeo) à me extorquere potuerũt,vt hæc, quæ vobis audientibus publicè legerim, nunc simul cũ meis cõmentarijs de bonis liberorũ (jam antea à nobis excussis,quia reperiri non possunt) denuò typis excuderem. Quæ omnia sicut audiendo approbastis,ita legendo benigno animo recidere debetis.

a Ita vocat Conan lib. 2. cõm.cap. 10. vbi in his li. sola conject. cundum esse affirmat.

Sed illud præfari vobis adhuc operæpretium erit, quod cum Respublica Romana magnum orbis partẽ suæ ditioni,& imperio subjugasset, vnaquæq; provincia, & civitas ei subjecta ab Imperatoribus,& Consulibus ex occasione, & temporis necessitate,leges, pragmaticas sanctiones, vel etiã simplices jussiones,à Quæstore, vel à magistro Scriniorum subnotatas pro sui status qualitate, & conditione pertinentes accipiebat, quæquidem in consilio status, seu in senatu maximo prius propositæ, & examinatæ, eis voluti Constantinopoli, Bythiniæ, Africæ,& alijs remotissimis Orientis provincijs mittebantur. Hæ à Triboniano ex Iustiniani industria, in undecimo præsertim lib. Codicis mendicus, & minutim fuerunt congestæ, & cõpillatæ. Quo circa quãtũ in ejus explicatione annaliũ, & historiarum populi Romani (de quibus sola fide parentũ scripsisse Accursiũ testatur Cujac. *a*) provinciarũ status lectio ex Livio, & alijs probatissimis histographis sit necessaria, nemo est qui non videat? plane, qui hujusmet lib. leges pro suo officio recte interpretari,nõ vt alij antiqui explicãt, (quos idem Cujac. ineptiarum amaxarios

a Cuiac. in l. omnes judices C. de delatorib. l. 10.

rios appellat: *b*) nec vt quidam noviores (qui nihil, aut parum lucescunt) sed ex amussim in forensibus controversijs, ubi maximè necessariæ sunt in his regnis (quibus nemo ex nostratibus viã aperuit) eas adducere voluerit, & exerceri: illud oportet prævidere, an etiam hodie in hac, vel in illa provincia, veluti Portugaliæ, & Castellæ, & eis subjacẽtium (quibus potissimum scribere conati sumus) ratio illius status antiqua viguerit quo facto congruẽter eas sibi accommodabit. Quæ etiam ut meliùs fiant, siquidem plura, quæ nũc (si haberemus) fuissent admodum vtilia, Tribonianus in his libris resecavit, & decerpsit (vt dixi *c*) tota integra, quæ est in Græco debet prænotari, *d* vt sic ex præfatione vniuscujusque legis ratio finalis, quæ ipsam regit, & moderatur, colligi, & attendi facile possit. *e* Nam in illa pro suis circũstantijs, & rationibus lex æqua, & justa promulgabitur; quæ si in alijs servetur, iniqua existimabitur. *f*

b Cuiac. in l. temperet in fi. de vestibus holober.

c Idẽ asserit Syluest. Aldobr. §. & quidẽ inst. quibus mo- jus patriæ potest solun 11.

d Ita idioma Græcũ esse necessarium firmat Budæus in l. eos § fin. ff. ad l. Cor. de fals. e Iux. l. fin. & ibi trad. ff. de hær. inst.

f Ita D. Th 1. 1.

Totum igitur volumen istud trium librorum Codicis in tribus potissimum versatur: Aut enim circa res fisci, quæ jure communi, vel speciali etiam à consultis antea traditæ certis regulis, & normis circunscribuntur: Aut circa statum totius rei publ. Romanæ, & provinciarum ei subditarum versatur, & in eis præsertim jus publicum status proponitur, maiorque idcircò in ejus enodatione cura, & diligentia requiritur. Aut circa officia domus regalis, & magistratus, in cujus explicatione illud erit tantum difficile nostris ea officijs commodè applicare: si quidem hucusque nostrates alia fortè maiora, & altiora desiderantes in istarum rerum antiquarũ combinatione, & concordia minimè se intromitti passi fuerunt. Sed non minus sanè in scientia consequi possunt, quàm qui eam venalem habẽtes novis vetera minus idoneè applicantes pro suo quæstu faciendo quibusdam tantùmmodo causis se totos ingurgitant, & involvunt; Cætera verò contemnunt, & negligunt: atq; ideò hæc parùm æstimantes contra omne bonum commune cathedram istam abolendam, & radicitus extirpandam existimant, & proclamant. Cum tamen quanta ejus sit in theorica vtilitas, & in praxi, (quam simul optimus præceptor prætendere, ac conari quantum potuerit, debet) præter alios auctores, qui de his libris idem testantur *h* satis (vt credo) ex scriptis nostris vobis cojicietur.

Illud etiam obiter erit prænotandum, ea omnia scripta, quæ sub Bartoli nomine circunferuntur ad hos tres libros Codicis, non esse ejusdem Bartoli, præsertim ex hoc lib. vndecim. sed cujuspiam alterius, vt plerunq; controvertunt auctores. *i*

h Bar. Bal. in l amibus nu. 11. ff. de mino. Afflict. decis. 77. Cassan. in cons. Burg. col. 1 Rebuf ad ll. Gall. post prin.

Et quanvis ex hoc eodem lib. vndecimo titulum de naufragijs, de muri legulis, de metellarijs, de vestibus holoberis vobis publicè legerim: Nunc tamen de annonis civilibus; timido licet animo, priùs typographo excudendum eligi, vt si iste placuerit, placebit fortalè ex voluntate mea, quæ maxima est; postea ad reliquos omnes ex ordine ausim prælio committendos vestra auctoritate, quæ plurimum in his pollet, vestraque honorificentia, qua me à vobis ad huc exornari spero, vt sic ab exteris pluris hæc fiant, animum excitetis, & denuò si opus fuerit adhibeatis.

i Tiraq. in l. 1. cõnub 1. p. gl. 1 n. 34. & 35. Iacob. Menoch. recup possess. remed. 9. n. 7.

SVMMARIA Rubricæ de annonis civilibus, libro undecimo.

1 *Annonæ definitio, & ejus ethimologia.*

Annona non solum frumenti, sed & aliarum rerum copia dicitur.

Infortiatum vnde dicatur, & quare sic appelletur. 2. pars Pandectarum juris ciuilis.

2 *Annona vbusiuè capitur pro ipso victu.*

Præfectus annonæ cui officio correspondeat in Regno Portugaliæ: & in Regno Castellæ ejus officium conjunctum est cum officio præfecti vrbis.

3 *Annona in jure quid significet.*

Annona in hoc titulo interpretatur stipendium, quod singulis annis præstabatur Magistratibus pro remunerando

do labore.

Capitatio est tributum, quod pro capite unicuique soluebatur, vel debitum capiti i. dignitati.

4 Militaris annona est, quæ à prouincialibus militibus singulis diebus, aut mensibus expediebatur.

5 Annona dicitur tributum, quod pro ipsa annona soluitur.

Rubrica. C. de annonis & tribut. lib. 10. declaratur ibi.

6 Annonæ ciuiles sunt stipendia, quæ annuatim officialibus Reipub, vel Principis præstabantur.

Officia Reipublica, vel Principis, dicuntur militiæ in jure. ibi.

Lex omnimodo §. imputari. C. de inoffi. testamento exponitur ibi.

7 Officia Curiæ Imperatoris Romani in vndecim scholis, seu ordinibus erant constituta.

Lex vltima. C. de locato, & conducto expenditur. ibi.

8 Annona ciuilis dicitur sæpe numero panis ciuilis, & è conuerso.

9 Annonas ciuiles ex eo credibile est dici panes ciuiles, quia Honorius Imperator suis officialibus eas in pane cocto jubebat præstari.

In domo Regis Castellæ ex vsu, & consuetudine Burgundiæ præstantur annonæ ciuiles etiam hodie in pane cocto singulis diebus. ibi.

Lex. 1. C. de frumento vrbis Constant. hoc volumine declaratur. ibi.

Ratio quare annona ciuilis præstabatur in pane cocto officialibus Principis.

10 Intellectus ad l. cum hi in principio. ff. de transactionibus.

Quare transactio alimentorum, vel annonæ inconsulto prætore non valeat. ibi.

Tex. in §. eam transactionem ejusdem legis declaratur. ibi.

11 Pistores recipientes pecuniam, vt reddant tantundem singulis diebus in pane cocto, non liberantur reddendo frumentum, aut pecuniam: sed tenentur panem coctum præstare, aut condemnantur ad id quod interest panem coctum reddere: etiam si propter aliquam causam ipsius panis æstimatio insurgat.

12 Intellectus. l. 2. C. de frumento vrbis Constant. hoc volumine.

Annonæ ciuiles alio nomine dicũtur sportulæ ibi.

Sportulæ quid sint.

13 Annona ciuilis vocatur soldata, quæ erat annua præstatio gratuita in frumento, vino, oleo, lardo, & cæteris similibus.

14 Annona in quo differat à tributo, vel stipendio.

Stipendium soluitur in auro, & in ære. ibi.

Annona præstatur in speciebus, tributum vero, vel stipendium in corporibus.

Annona non poterat præstari in alijs diuersis speciebus quam in ijs, in quibus fuit à principio constituta, ibi.

Tributarius æris, vel argenti potest soluere in auro.

Lex vnica. C. de collat. æris hoc vol. declaratur.

Lex vnica. C. de argenti pretio interpretatur, ibi.

Debitor annonariæ speciei non potest eam in alia specie diuersa soluere, ibi.

Aliud pro alio inuito creditore solui non potest, ibi.

15 Intellectus ad l. cum certum. ff. de aur. & arg. leg.

Ostenditur esse falsam communem opinionem, quæ habet quod qui ad factum tenetur, reddendo interesse liberatur.

16 In obligationibus facti actor potest petere id quod interest: non autem liberatur reus reddendo interesse inuito creditore.

Intellectus ad l. stipulationes non diuidũtur versi. Celsus. ff. de verborum obligat.

In obligationibus facti succedit secunda obligatio ad interesse ex consensu partium, quæ nouat præcedentem.

In annona ciuili magis speciale est, vt non nisi in ipsis speciebus præstari possit.

17 Annonæ debitum non potest cum alio cõpensari.

18 Debitor annonæ nec ex rescripto Principis potest ab ejus præstatione liberari.

19 Debitor annonæ non potest expensas deducere, quando certa, & determinata annonæ quantitas debetur.

Regulariter nullus casus inveniri potest, qui deductionem expensarum impediat.

Intellectus l. si debitor. 39. vers. verisimile. ff. de contrahenda emptione.

20 *Intellectus ad ord. reg. lib. 2. tit. 16.*

Opinio Claudij refutatur.

Doctoris Petri Barbosæ scripta toto terrarum orbe celeberrima præceptores Salmanticensis scholæ, & Conimbricens. habent, & ejus sapientissimis documentis tota Respub. Hispaniæ illustratur.

21 *Annonæ civiles vulgo apud Lusitanos dicuntur tenças, apud Hispanos verò diverso nomine nuncupantur.*

Rex Catholicus habet domesticos suos, vel ex vsu Burgundiæ, Aragoniæ, vel Castellæ.

22 *Consuetudo, quam Reges Hispaniæ habuerunt suos alendi domesticos, vel eis e meritis alimoniam præstandi, non solùm fluxit ab Imperatoribus Romanis, sed etiam à Regibus Hebræorum, Iuda, & Israel, nec non Persarum, & Medorum Regibus.*

In sacra scriptura annona etiam interpretatur tributum, quod pro ipsa annona Regi præstabatur.

23 *Annonæ ciuiles, aut sunt perpetuæ, aut gratiosæ ad vitam possidentis.*

24 *Res annonaria, census, & emphiteusis in annuis redditibus consistunt: & res annua & census sæpe numero in iure confunduntur.*

Annona ciuilis propriè pro remuneratione meritorum, aut laboris in re, aut sine ea absq; alio titulo contractus gratuito conceditur.

25 *Census quomodo constitui debet, secundũ proprium motum Pij quinti.*

26 *Annona ciuilis adhuc debetur, etiam si res pereat, ex qua ea præstari solebat.*

Si perijt res, in qua census est constitutus, perit periculo pensionarij.

Census non ex alia causa escusatur ab vsurarum labe, quam ex titulo emptionis, & venditionis.

27 *Annona ciuilis distinguitur in duobus ab emphiteusi.*

28 *Fæudum datur pro personali obsequio præstando, annona verò pro seruitio præterito: licet de vno ad alterum possit licitè argumentari.*

Fæudum, & annona regia gratuita, & successiua ad descendentes masculos tantum pertinet, non verò ad fœminas.

Annona regia ex bonis coronæ constituta perpetuo jure maioratus defertur.

Argumentum de annona regia perpetua ad maioratum valet, sicut de fæudo ad maioratum vbiq; esse solet.

29 *Differentia inter annonam, & emphiteusim.*

Debitor annonæ potest alienare rem, ex qua debet annonam sine licentia pensionarij.

Intellectus in l. nihil proponi. ff. de leg. 1.

Emphiteuta non potest alienare sine licentia domini directi, vt si pro tanto pretio velit rem recipere: & si noluerit quinquagessimam partem laudemiæ nomine ei soluat.

Declaratio, & extensio ad legem Nihil proponi ff. legatis 1.

Censuarius, si alienet irrequisitæ personæ, cui præstatur census, non cadet in commissum.

30 *Census in quo distinguatur ab emphiteusi & in quo cognoscatur esse hunc, vel illum contractum in quadam provincia Lusitaniæ.*

Testator si reliquit fundum, vt ex eo pro ejus anima certæ Missæ perpetuò celebrarentur, ostenditur non ob hoc induxisse capellam, maioratum, aut vinculũ in fauorem familiæ, & ita fuisse judicatum in Regno Portugaliæ asserit Barbosa.

31 *Onus solvendi annonam non transit ad singularem successorem rei certæ, quæ sub generali hypotheca fuit obligata pro præstanda annona.*

Intellectus ad §. sed & si rem Instituta de leg.

32 *Onus soluẽdi annonam Ecclesiæ, vel scholis certæ, quantumuis pro præstanda rei certa, quantumvis pro præstanda annona non fuisset illa specialiter obligata, sed generaliter.*

Idem quod recipitur in fisco trahitur ad causas scholarum.

33 *Successor maioratus non tenetur ad debita prædecessoris.*

Onus solvendi annonam Ecclesiæ, vel scholis

scholis transit ad successorē maioratus.
Maioratus institutor non potuit in praejudicium scholae, aut Ecclesiae disponere, quominus per legem hypotheca contrahatur, etiam si expresse. unā speciem alienationis inhibuerit.
Additur casus aliis similibus enumeratis à Molina, in quo successor maioratus tenetur ad debita praedecessoris.
34 Annona ciuilis computatur inter bona immobilia.
Annui redditus computantur, etiam inter bona immobilia.
35 Maioratus institutio in annis redditibus valet tanquā in rebus immobilibus.
Maioratū instituens in suis bonis immobilibus, censetur etiam illū fundare in annuis redditibus perpetuis, quos habet.
Palacius Rubeus refutatur, qui existimauit annuos redditus quandam speciem per se constituere.
Redditus jam cessi, & decursi nō sunt bona immobilia.
26 Tutor non potest alienare annonas, vel annuos redditus.
Alienatio rei dotalis non valet sine licentia vxoris facta etiam si ei inutilis sit, cōtra Palac. Rub. Ant. Gom. Suarez.
Quādo in aliquo actu requiritur certa forma, ea non interueniente actus corruit, etiam si vtilis sit illi, in cujus favorem introducta est solemnitas.
Vxor potest ratificare alienationem inualidam, absq; ejus consensu factam.
37 Pro annona competit interdictum recuperandae, & retinendae, quod pro re mobili non datur.
Qui recusat annuos redditus soluere, dicitur spolium committere.
Reus volens allegare causas, cur redditū annuum solvere non teneatur, nō auditur, donec prius solutio fiat, cū quaestio illa ad petitorium potius, quàm ad possessorium pertineat.
38 Qui possidet annuos redditus relevabitur ab onere satisdandi.
39 Annuus redditus, si ex stipulatione debetur vnica praescrip. 30. annorum in posterū tolletur secus vero si debeatur ex vltima voluntate.
Legatum annui redditus plura legata in se continet.
40 Actio antequam nascatur non praescribitur, nec illud quod sub cōditione debetur
Lex si vsusfructus alternis ff. quibus mod. vsusfructus ammittat, declaratus.
Lex si in singulos ff. de annuis. leg. interpretatur.
41 Intellectus ad l. cū notissimi. §. in iis etiā. C. de praescript. 30. vel 40. ann.
Aluari Valasqui opinio refutatur.
42 Lex omnes. C. de praescriptione. 30. vel 40. annorum declaratur.
In legato annuo pendente conditione nulla datur actio, quae praescribi possit.
43 Praescriptio aduersus solvētem diuersa est ab ea, quae datur aduersus patientē, idest eum, cui solutio fit.
44 Intellectus ad l. 1. C. de fideicommiss.
Tempus non est modus tollendae, vel inducendae obligationis.
Ostenditur contra Valascum opinionem communē in praxi esse obseruatam, & pro ea saepè fuisse judicatum.
45 Annona non praescribitur, etiamsi per viā stipulationis quocunq; modo constituatur, & quare.
Praescriptionem non dari aduersus futuram praestationem annonae concludit Platea in l. 1. C. de excoctione, & trāslatione milit. annon.
46 Exceptio praescriptionis non potest objici creditori recipienti solutionem annonae in minori valore, quam fuit tempore contractus.
45 Discutitur an aucta, vel diminuta aestimatione monetae nummi solvi debeant secundum aestimationem temporis contractus, aut secundū aestimationē, quae fuit tempore solutionis.
Mutatio valoris monetae fuit in Regno Portugaliae circa libras, & soldos: in Regno vero Castellae circa coronas & Castellanos.
48 Annona solui sēper debet secundū aestimationē pecuniae, quae fuerit tēpore cōtractus secundū ordinationē Portug. in Regno vero Castellae jus cōmune obseruabitur.
49 Annona regulariter finitur morte dantis, & accipientis.
Olim Imperatores Romani annonas à praedecessore donatas principali edicto, vel speciali rescripto confirmabant, hodie vero nō esse necessariā cōfirmationē ostenditur.
50 Hodie de consuetudine annona extinguitur tantū morte accipientis, vt vsusfructus, & ejus ratio ponitur.

51 An-

51 *Annonæ si reliquatur monasterio, collegio aut scholis, quo spacio duret, an centũ annis, vt vsusfructus extinguatur.*

Annuum legatum solet vsufructui comparari.

Legatum annuum perpetuum civitatis, vel Ecclesiæ relictum centum annis extingui probauit Alex. in l. 2. col. 1. ff. sol. matr.

Ostenditur veriùs, & receptiùs esse legatum annuũ civitati, aut monasterio relictum in æternum durare, nec centũ annis extingui.

52 *Lex in annalibus. C. de legatis declaratur.*

Non est pepetua similitudo inter legatum annuum, & vsumfructum relictum, imò sunt plures differentiæ.

53 *Intellectus l. si quis ita legauit 24. ff. de vsufructu.*

Legatum annuum in fructibus, quando sit vsusfructus relictus, vel quando sit annona.

Legatum annuum fructuum per verba directa constituit vsumfructum, verba vero obliqua in legato fructuum potiùs annonam, vel annuos redditus, quam vsumfructum designant.

54 *Ex qualitate dispositionis colligitur mens, & voluntas disponentis.*

Quando legatum certum est, causa adjecta in favorem legatarij, legatum non restringit, aut mutat.

55 *Testator si dicat, lego redditus fundi mei Titio in ejus alimoniam, videtur legare vsumfructum, licet quod ex alimẽtis superesset fructum, ad hæredem pertinere magis crediderit Ang.*

Vsusfructus non censebitur relictus, si dicat testator, lego ei centum pro annona in vsufructu mei prædii.

Verbum in vsufructu exponitur, idest, ex fructibus, vt actus valeat.

56 *Vsusfructus non cẽsetur relictus certa specie in fructibus designata.*

Intellectus l. defuncta. §. Sempronium ff. de vsufructu.

57 *Pro vsufructu competit confessoria, pro annuo verò redditu datur tantum actio personalis.*

58 *Pro annona competit actio realis, & hypothecaria favore alimentorum.*

59 *Annonarius capit annonam à manu alterius, vsusfructuarius verò capit fructus sua propria auctoritate, ibi cũ numero sequenti.*

60 *Vsufructuario nõ potest prohiberi habitatio rei, supra quæ habet vsumfructum, annonario, idest, ei cui annona debetur, sic.*

61 *Annonarius non tenetur reficere prædiũ, ex quo annona ei præstatur, vsusfructuarius verò sic.*

62 *Vsusfructuarius tenetur ad onera, & tributa imposita in prædio, annonarius verò minime.*

Alimentandus ex aliquo fundo maioratus, non tenetur ad tributa ei imposita, sed tantum possessor maioratus.

Pro explicatione. l. 17. tit. 14. lib. 6. Recõp. aliquid vtile aduertitur ad plura loca Bethicæ prouinciæ.

63 *Annona non perit, etiam si res, ex qua annona præstatur, extinguatur, & pereat, secus verò erit dicendum in vsufructu.*

64 *Annona, & alimenta, etiam vivente alimentario non confiscantur, quanvis publicatis bonis vsusfructuarij, ejus vsusfructus publicetur, vel extinguatur.*

Damnatus in metallum, seu deportatus est capax alimentorum, ideoq; per ejus deportationem, jus quod habet ad alimenta non extinguitur, nec ad fiscum publicatis ejus bonis devoluitur.

TITVLVS

TITVLVS XXIIII. DE ANNON. CIVILIBUS. Libro XI.

QVONIAM Admonemur à beatissimo Ambrosio libro primo officiorum in omni re incipiendum esse à definitione, vt id, de quo agitur, melius intelligatur. Nos tractaturos de annon, civilibus omissa continuatione rubricæ, quam ponunt Odofr. Plat. & alij in præsenti (ne in rebus minus vtilibus otiosé inhærere videamur.)

Annonæ definitio. *Ethimologia.*

1 Pro clariori totius materiæ intellectu præmittere oportet annonam nihil aliud esse quam rem frumentariam, frugum proventum, ab annoque derivari, & quasi vnius anni alimoniam dici: & secundum probatos Latinæ linguæ auctores (quos refert Calepinus) non solum frumenti, sed & aliarũ rerum copiã plerunque nuncupari, tradit Rebuf. in l. frugem. 77. pag. 500. ff. de verb. sign. & inde videtur fuisse formatum vocabulum illud, Infortiatum, quæ est secunda pars digestorum, seu pandectarum juris civilis, ita temporibus Bùlgari, & Azonis inuentum, vt ostenderetur in eo libro contineri materias vtiles, & de pane lucrando, prout explicat Alciatus libr. 4. Parerg. c. 25.

Infortiatũ quid significet.

2 Abusivè autem annona pro ipso victu capitur, vt in l. annonam. 6. ff. de extraordinar. criminibus, in rub. & nigro. ff. ad l. Iuliam de annona, cujus etiam rei annonariæ proprium fuisse creatum officium annonariæ præfecturæ, quod erat associandum officio præfecti urbis, Constat ex egregia l. 1. C. de offic. præfect. urb. & inde constat emanasse constitutionem tuli j. de apparitoribus præfecti annonæ, quod sanè officium apud nos etiam remansit, & vulgo dicitur *Almotacemor*) ad quem frumentarias, annonariasque species, & cætera edulia procurare in curia Regia spectat, vti pat. ex Ord. li. 1. do almotacemor. licet etiã hodie interpretari prefectum annonæ, quẽ vulgò dicimus *Prouedor de las fronteiras y armadas*, vti suaderi potest ex traditis à Fenestela de magist. Populi Romanica. 15.

Barbosa *Præfectus annon.* *Almotacemor cui officio correspondet.*

3 Significat etiam hæc annona in jure secundum Azonem, annuum salarium, aut meritorum stipendium, quod singulis annis præstabatur magistratibus pro remunerando labore, vt in tit. C. de annonis, & capitatione, vbi illud verb. capitatio exponi debet, id est tributũ, quod pro capite vnicuique solvebatur causa salarij pro remunerando labore, & dicitur capitatio de capite, quod est tributum debitũ à capite, vel capiti, id est dignitati.

Annona in jure quid sit. Capitatio quid sit.

4 Hinc militaris annona est, quæ à provincialibus militibus singulis diebus, aut mensibus expediebatur, vt in l. 1. & per totum C. de erogatione milit. annonæ li. 12. tradit Ias. in repetitione l. placet. C. de sacrosanctis Ecclesijs numer. 15.

Annonã militaris quid?

5 Et inde nonnunquam annona dicitur tributum, quod pro ipsa annona solvitur, vt in rubr. C. de annon. & trib. lib. 10. vbi ita Odofredus glos. in l. 1. ejusdem tit.

Annona dicitur tributũ & quare.

6 Denique annonæ civiles, de quibus noster titulus agit, sunt stipendia, quæ annuatim in alimoniam militantibus præstabantur, hoc est, officialibus rei pub. vel Principis, quorum officia militiæ dicuntur, vt in l. omnimodo §. imputari. C. de inoffi. test.

Annonæ civiles quid?

7 Et horum erant vndecim scholæ, seu ordines constituti, vt declarat Cujacius in præsenti, & constat ex l. vlt. C. de locato, & conducto, de quibus agitur in libro duodecimo Codicis, tradit Brisonius de verbis juris verb. scholæ.

Scholæ quid sint.

8 Dicitur autem annona civilis sæpe numero panis civilis, & è converso, vt in auth. de non alienand. aut permut. rebus Eccle-

Annonæ civiles dicuntur panes civiles.

Barbosa.

Ecclesiæ versic. simili quippe obseruatione col. 2. juncto textu in l. jubemus nulli, vbi notat elegauter Petrus Barbosa Regis nostri optimi, ac maximi Hispaniarum Regis consiliarius status sapientissimus. C. de sacros. Eccles. l. vlt. §. præterea ibi *panes ciuiles*, C. de jure dotium. l. hac edictali. §. ijs illud C. de secundis nup. ex licat Servius Rodeginus libro 9, lect. antiquarum cap. 16. pag. 334. Solbechius 3. part. fœd. numer. 25. Alciatus in tit. C. de frum. urbis Cōstant. li. 11.

Annona ciuilis præstabatur in pane cocto. L. 1. C. de frumēto urbis Cōstan. declaratur

9 Id enim credibile est dici, quia Honorius Imperator in l. 1. C. de frumento urbis Constant. lib. 11. jussit frumentum annonæ clientibus suis in pane cocto exhiberi, ut hodie fit in domo Regis Castellæ. Ratio Imperatoris fuit, ne domestici, qui in palatio Principis militant, quibus annona præstari debet, frumentū acceptum vendant, & postea necessarijs indigeant: quam notabis aduersus debitores speciei annonariæ, ut eam in aliā diversā immutare nō possint, vt postea dicā

Intellectus ad l. cū hi de trāsact.

10 Vnde etiam obiter colligi licet optimam rationem ad Iuris Consult. responsum in l. cum ij in principio ff. d. trāsact. vbi non valet transactio facta alimentorum prætore inconsulto, fore enim timetur, vt si premissū sit alimenta in præsentem pecuniam recipere, faciē eam consumeret, & deinde cogeretur indigere; quod jus non est receptum in eo, quod erat singulis annis, aut mensibus præstandum, pactum est, vt distributum in partes singulis diebus præstaretur, ita ut ratam protionem alimentarij haberent, vt in §. eam transactionem ejusdē legis. Tunc enim cessat timor dissipationis, & meliùs alimentarijs prospicitur cōsiderata ratione Imperatoris in d. l. 1. C. de frumēto vrbis Constantinopolitanæ, vbi hæc sunt verba, *Nulli nec diuinæ quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro annona penitùs præbeatur, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocta domibus exhibenda, ita enim debet tamen ab inclytæ memoriæ Constantino præstitus, nec non à divo pietatis meæ auo Theodosio auctus expendi, quoniam crescit inopia, si frumenta, quæ pro annona tribuuntur: ad vsus alios deputata cognoscantur, cogentur enim de publico sibi emere, quæ alijs vendere potuissent.*

Quare trāsactio alimētorū, vel annonæ incōsulto prætore non valeat.

Pistores recipientes pecuniam à scholaribus vt reddant tantūdem singulis diebus in pane cocto, nō liberātur reddendo frumentum.

11 Ex quo etiam dicto Theodosij Imperatoris colligitur optimum argumentum contra pistores recipientes pecuniam, aut æstimationem ab scholaribus, vt tantundem reddant singulis diebus in pane cocto, non liberentur reddendo frumentum, aut pecuniam: sed teneātur panem coctum præstare, aut condemnentur ad id, quod interest panem coctum reddere, etiam si propter aliquam causam ipsius panis æstimatio insurgat: Quod cōfirmatur ex eo, quia prædicta obligatio, qua dicti pistores tenentur, non est ex mutuo, aut deposito, vt reddendo tantūdem liberentur, (quāvis in l. 2. C. de frumento vrbis Cōstantinopol. lib. 11. impropriè mutuum appelletur, vt aduertit ibi Iacob Cujac.) sed est obligatio ob rē dati, ex qua debent condemnari ad talem panem coctū prestandū, aut ad id, quod interest, vt dixi juxta l. naturalis cum materia. ff. de præscript. verb.

Intellectus. l. 2. C. de frum. vr. Constantinop.

Annonæ ciuiles dicuntur sportulæ, & quid sint.

12 Cæterùm, alio nomine hæ annonæ civiles appellantur sportulæ, vt in l. nil proponi. 123. ff. de leg. 1. vbi illud verbum, Sportulæ, declarat Budæus in l. si mulier ff. de donat. inter vir. esse alimenta singulis annis præstanda, subscribit Alciat. libr. 3. dispunc. cap. 17. & in hoc dicendi modo adhuc apud nos nominantur salaria judicibus assessoribus præstanda, sicut, & illa olim annonæ dicebantur, vt antea memini ex l. 1. C. de annon. & cap.

Soldata interpretatur annon. ciuil.

13 Alio etiam vocabulo annona ciuilis vocatur soldata, quæ erat præstio annua gratuita in frumento, vino, oleo, lardo, & cæteris similibus. c. 1. in fine, quis sit dux, vel marchio in vsibus fœud. nam & hæc annona civilis in ijs speciebus præstari consueverat l. 1. C. de erogat. milit. annonæ lib. 12.

Annona differt à tributo.

14 Et in hoc differt à tributo, vel stipendio, q̄ in auro, vel ære solvebatur, vt advertit Otalora de nobil. 1. parte capitulo 2. num. 17. immò in alijs diuersis speciebus hæc annona civilis non poterat solvi, ut in l. 3. C. de canon. frum. vrbis Romæ l. 11. Nam licet quilibet tributarius æris, vel argenti possit in auro solvere l. vnic. C. de collat. æris lib. 10. l. vnic. C. de argenti pretio, eodem libr.

Debitor annō. nō potest in alia specie diuersa soluere.

tamen

tamen qui debitor est annonariæ speciei, non potest eam in alia diversa specie solvere, vt in d. l. 3. quia aliud pro alio inuito creditore solvi non potest, l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. l. Imperatores ff. de pollicit. l. æstimationem. ff. de muneri. & honor. l. illud. C. de excusat. mun. lib. 10.

Intellectus ad l. cũ certũ ff. de aur & argent. leg.

15 Neque obstat text. in l. cum certũ. ff. de auro, & argento leg. quatenus probat, quod hæres gravatus præstare certũ pondus auri, vel argenti potest dare pecuniam, vel æstimationem, nã ibi nõ fuit voluntas testatoris, ut certa species traderetur, sed æstimatio ipsius rei.

Qui ad factũ vel ad traditionẽ alicujus rei tenetur præstãdo interesse, nõ liberatur cõtra cõmunem.

16 Vnde colliges, falsam esse opinionem communem, quæ habet, quòd qui ad factum, vel traditionem alicujus rei tenetur, præstãdo interesse, aut æstimationem, liberetur ex text. quẽ allegat in l. stipul. non dividuntur 72. versic. Celsus ff. de verb. oblig. quoniam aliud pro alio inuito creditore solvi nõ potest, prout resoluit Corrasi. li. 2. miscell. cap. 3. quãvis verum sit quod actor possit petere id, quod interest, cum secũda obligatio succedat ad interesse juxt. text. in l. si quis ab alio 13. §. fin. ff. de jud. l. stipulatio 21. §. siue, & §. pen. ibi maluerit. ff. de novi oper. nunciat, & hoc est quod ait text. bene intellectus in d. l. stipul. non dividuntur. versi. Celsus, neq; enim probat, q, est in electione debitoris dando interesse liberari, sed in electione creditoris, vt si quod promissum est, non fiat, possit petere id, quod interest. Et ratio est, quia in obligationibus facti ex tacito consensu partium succedit secũda obligatio ad interesse, quæ novat præcedẽtem in favorem creditoris. Denique hoc magis invenies speciale in annona civili, vt non nisi in ipsis speciebus præstari possit, ut antea tetigi.

Intellectus ad l. stipulationes nõ dividũtur versic. Celsus. ff. de verb.

In obligationibus facti succedit secũda obligatio ad interesse ex cõsensu partium, quæ novat præcedẽtem.

Annonæ debitũ non potest cũ alio compẽsari.

17 Atque inde intelliges rectè constitutum fuisse, non posse hoc debitum annonæ cum alio compensari. l. 3. C. de compensat. l. aufertur, vers. debitoribus, ibi *ex annonaria specie.* ff. de jure fisci, Ordinãio reg. liber. 4. tit. 56. §. 3. l. reg. Castellæ, 26. tit. 14. part. 5, ibi *õ para dar raciones* glos. in l. ob negotium. ff. de compensat.

18 Quibus addendum est, hoc adeò verum esse, vt nec auctoritate rescripti ad hoc inpetrata possit debitor ab hujusmodi præstatione liberari, vt in l. 2. & 3. C. de can. frument. urbis Romæ li. 11. l. in fraudem C. de annonis, & tribut. lib. 10. l. fin. C. si contra jus, vel vtilitatem pub. l. nec damnosa C. de precibus Imperat. offerendis. l. vni C. vt nemini liceat ab emptione specierum lib. 10.

Debitor annonæ, nec ex rescripto Prĩcipis potest ab ejus præstatione liberari.

19 Quinimò etiam ijs addendum est, nec posse debitorem annonæ expensas deducere: nam licet regulariter, quando quis constituit annonam in fructibus talis prædij præstandam simpliciter, & indeterminatè dicerem faciendam esse deductionem expẽsarum juxta l. fructus, vbi Jas. ex num. 15. & post alios insignis Petrus Barbosa. ff. solut. matr. l. 1. C. de fructibus, & litium expensis l. si à patre, vel à domino §. fin. ff. de petitione hæred. ita vt nullus casus inveniri possit, qui hoc genus deductionis impediat juxt. l. fundus qui, in fine. ff. fam. erciscund. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 374. Dueñas reg. 387. Baeça de decim. cap. 29. Diaz reg. 302. Tamen quando certa, & determinata annonæ quantitas in fructibus alijs prædij constituitur, veluti decem corbes frumenti, nulla erit facienda deductio expensarum, vt ex text. in l. si debitor 39. versic. verisimile ff. de contrah. emption. notarũt Alex. & Bart. num. 7. Socin. nu. 11. in d. l. fructus Abb. in cap. pastoralis col. vlt. ext. de decimis Campegius de dote 2. part. quæst. 12. n. 6. Tiraq. de vtroq; retract. lib. 1. §. 15. glos. 1. num. 17. Quò fit, vt cum in casu Ord. lib. 2. tit. 16. agricolæ teneantur certam quantitatem fructuũ, de qua ibi pro quolibet jugo boum nomine tributi solvere, non poterunt deducere expensas, vt advertit idem Barbos. vbi supra.

Debitor certæ quantitatis annonæ fructibus talis prædij non potest deducere expensas.

Intellectus ad Ordin. reg.

20 Et quanvis hanc communem sentent. limitabat Claud. in d. l. fructus col. 2. non procedere, quando ista certa quantitas refertur ad quotam, veluti ad tertiam, vel quartam partem fructuum, quia tunc asserit deducendas esse expensas, arg. textus in d. l fructus conjuncta lege, quæ de toto ff. de rei vend. Tamen opinio Claudij in proposito placere non debet, quia cum aliqua pars remaneat penes debitorem,

dubium non est, quin ei sit pro onere, veluti partiario colono, & sic remanet in ijsdem terminis de quibus supra. Et ita videtur sentire vbi supra insignis ille Petrus Barbos. vir admirabilis sanctitatis, & virtutis exemplum, cujus scripta ad jus civile, tanquam aurea praeceptores mei gravissimi habuerunt in Salmanticensi schola, & ejus sapientissimis documentis tota respub. Hispaniae satis illustratur, quae dum etiam differuntur typis excudi, bene est vt interim, nec eorũ vtilitate studiosos, nec minus auctoritate haec scripta defraudemus.

Barbosa

21 Ex hac superiori declaratione jam facile colliges has annonas civiles eas dici debere, quas vulgò appellamus *Tenças de por vida*, colligitur ab Alciato lib. 8. Parergon cap. 1. subscribit Valasc. de jure emphit. 1. p. quaest. 12. num. 6. & illustrissimus Barbosa ñrae aetatis vnicũ, ac singulare decus, & ornamentum in l. jubemus nulli C. de sacrosanct. eccl. l. schol. 2. Sed apud Hispanos haec annona civilis diverso, & vario nomine nuncupatur, nam cum Rex noster, omnium optimus, ac maximus, clientes habeat, vel ex domo Regia Burgundiae, Aragoniae, vel Castellae, singula singulis nominibus nuncupari solet, & sic apud ipsos hae annonae civiles appellantur vulgariter; *Raciones, quitaciones, gages.*

Barbosa

Annonae civiles vulgò teças de por vida.

Apud Hispanos diuersis nominib. nũcupantur vulgò annonae civiles

22 Quae sane consuetudo, quam Reges Hispaniae habuerunt suos alendi domesticos, vel emeritis alimoniam praestandi non solùm fluxit ab Imperatoribus Romanis, vt videre est passim apud Livium, & Sueton. & vbiq; patet ex pluribus juribus hic citatis, sed etiam eam antea à Regibus Hebreorũ Iuda, & Israel duxisse originem satis aperte constat ex sacra pagina 4. Reg. cap. 25. ibi, *Annonam quoque constituit*: & Iudith. capit. 5. Item apud Persas, & Medos idem esse in vsu apparet ex 1. Daniel. ibi, *Constituit eis Rex annonam*, vbi etiam in sacra scriptura annonam interpretari licet tributum, q; pro ipsa annona Regi praestabatur, vti constat ex 3. Regum cap. 4. ibi, *praebebant annonam Regi*, & 1. Esdras cap. 7. ibi, *& annonas imponendi*, & Esdras. 2. cap. 5. ibi *Annonas ducatus mei.*

Reges Iuda & Israel, etiam praestabãt annonas suis clientibus.

23 Harum igitur annonarum civilium, quas Reges nostri praestare suis clientibus bene emeritis consueverunt, apud nos duplex species, constituitur, alia enim in perpetuis redditibus consistit, vulgo, *tenças de juro, & herdade*: aliae verò gratiosae, & gratuitae ad vitam possidentis, & ejus morte, veluti vsusfructus extinguuntur. § vlt. Instit. de vsuf. uctu. cap. 1. in fin. quis sit dux, vel marchio in vsibus faeudor.

Annona est duplex.

24 Et licet praedictae annonae perpetuae maximã habeant proximitatem cum cẽsu, & emphiteusi, & saepe numero res annonaria, & census confundatur vt in l. 2. C. sine censu, vel reliquis.

Res annonaria, & cẽsus cõfunditur.

25 Tamen longo intervallo distant: & annona à censu, vt ò maximè distinguitur, quia annona civilis constituitur gratuito pro remuneratione meritorum, aut laboris in re, aut sine ea, absque alio titulo contractus, vt patet ex supradictis. At verò census constitui debet super re immobili titulo emptionis, & venditionis cum translatione pleni dominij, & possessionis: notant omnes Doctores in cap. constitutus ext. de religiosis domibus: Vallasc. de jure emphit. quaest. 32. ex num. 7. Rebuf. ad leges Gallicas. 2. tom. tit. de constit. redditũum, Molineus in consuet. Parisien. tit. 2. §. 57. 58. & colligitur ex extrauag. Martini Quinti, & Callixti Tertij, quas habemus in extravag. cõmunibus sub tit. de emptione, & venditione, & constat ex proprio motu Pij Quinti, de quibus Covar. libr. 3. var. cap. 7. num. 2. col. 4.

Annona cẽsus, & ẽphit. in annuis redditibus cõstituitur.

Census quomodo cõstituatur.

26 Hujus differentiae effectus vtilis est, quia etiam si pereat res, ex qua annona civilis praestari debet, adhuc tamen remanet obligatio personalis, quae est principalis virtute, cujus debitor tenebitur pensionario, vti singulariter tenuit Covar. loco supra citato num. 5. versic. secundo. Cum tamen contrarium dici debeat in censu, in quo cum dominium directum, & vtile transferatur tit. emptionis, & venditionis, necessario sequitur ad eum pertinere periculum, & damnum ipsius rei, super qua census est constitutus, vt si pereat, ampliùs, praestatio non debeatur, argum. text. in §. cum autem Instit. de emptione, & venditione l. 1. & per totum. C. de peric. & com. rei vend.

Effectus differentiae inter annonã & censum.

quic-

Si perit res supra quacẽ sus est cõstitutus perit periculo pẽsionarij.

quicquid Couar. vbi supra nu. 5. versic. ego sanè, contrarium existimet. Nam nõ ex alia causa hunc contractum censualem ab vsurarum labe excusari certum est, quam ex titulo emptionis, & venditionis, vt probant Pontifices supra relati, ergo ejus regulis prædictus contractus census stare debet ex. d. §. cum autem.

In quo excusatur cẽs. ab vsurar. lab.

Annona ciuilis in quo differt abẽphyteusi.

27 Præterea distingui potest annona civilis ab emphiteusi in duobus, que recẽset glos. censum ab emphiteusi distingui. in cap. constitutus verb. juxta ratã extr. de relig. dom. quam post alios latissimè prosequitur Alvarus Valas. de jure emphit. 1. par. quæst. 32. ex numer. 27. Euerardus in locis legalibus loco, 31. ex num. 2.

Fæudum quid sit.

28 Deinde prædicti contractus differũt à fœudo, quia illud datur pro personali obsequio præstando cap. 1. §. fin. quibus caus. fœud. amitt. annona vero pro servitio præterito, vt supra explicavi. Licet de vno ad alteram possit argumentari, nã sicut fœudum ad descendentes masculos solùm pertinet cap. 1. de natura success. fœud. Vallas. de jure emphit. quæst. 41. nisi pro fœminis sit acceptum cap. 1. de success. frat, ita ex jure nostri Regni annona regia gratuita, quæ est à Principe donata cuilibet, & ejus descendẽtibus ad masculos, spectabit jure maioratus, ord. lib. 2. tit. 17. §. 5. vnde quemadmodum etiam fit argumentatio de fœudo ad maioratum, vt notat Bald. in. l. cum in antiquioribus num. 6. C. de jure deliber. Molina lib. 1. primogen. cap. 7. Menesius in rubr. num. 7. C. de fideicommissis. Iulius Clarus. lib. 4. sentent. recept. §. fœudum num. 69. ita similiter de annona ad maioratum, & è converso erit legitima argumentatio, vt infra videbitis.

Argumentũ de fæudo ad maioratum.

Argumẽtũ de annona ciuili ad maioratũ.

Diferentia inter annonã, & emphiteusim.

29 Effectus autem differentiæ, quam supra posui inter annonam, & emphit, notabilis est, nam si quis constituat panes civiles. seu annonas præstari alicui ex tali, fundo, licet inducatur hypotheca, & onus reale in ipso fundo, vt ex text. in l. 2. ibi devoluta. ff. de alimentis, & cibar. legat. probarunt Costall. in l. fin. §. fin. ff. de contrahend. emption. Covar. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 14. Vallasc. de jure emphiteu. 1. part. quæst. 32. numer. 21. Gigas de pension. quæst. 51. Castillo in l. 74. Taur. colum. 8. versic. ex ijs. Tamen nihilominus talis fundus poterit alienari nõ requisita persona, cui illa annua præstatio solui debet, vt tenet Paul. & Immola in l. nihil proponi. 123. per tex ibi. ff. delegat. 1. cujus hæc sunt verba, *Nihil proponitur cur prohibeatur hæres ædificia distrahere, quorum redditus sportulæ sunt relictæ, salva tamen causa legati.* tradit speculator tit. de emptione, & èdit. §. nunc aliqua numer. 144. Iass. in l. 2 num. 45. C. de jure emphit. Quod nõ est ita dicendum in eo, qui emphiteuticam pensionem solvere tenetur, nec enim poterit alienare quin prius dominium directum requirat, ut si pro tanto pretio velit rem recipere, & si noluerit quinquagesimam partem laudemiæ nomine ei solvat. l. final. C. de jure emphiteut. Quæ declaratio ad illum text. extenditur, etiam vt procedat in censu, secundùm Ruin. Dec. & alios, quos refert, & sequitur. Vallasc. de jure emphiteut. q. 32. nec enim si alienet censuarius irrequisita persona, cui census præstatur, cadet in commissum, vt in notabili casu docet idem Valas. in suis novis consilijs consult. 34.

Debitor annonæ potest alienare rẽ, supr. qua debet annonã sine licentia pensionarij.

Emphiteutica nõ potest alienare sine licẽtia domini directi.

Cẽsuarius potest alienare sine licẽtia dñi directi.

30. Quibus addendum est hodie ex usu, & cõsuetudine provinciæ, *Dentro Douro Minho*, censum ab emphiteusi distingui, quia census solvitur in pecunia, emphiteusis verò in fructibus, prout testatur Vallasc. d. quæst. 32. num. vlt. in quo tamen advertes obiter ex illo text. in d. l. nihil proponi. rectè judicatum fuisse in hoc Regno, casu, quo testator reliquit fundum, vt ex eo pro ejus anima certæ Missæ perpetuo celebrarentur, non ob hoc induxisse capellam, maioratum, aut vinculum in favorem familiæ, quoniam si censeretur induxisse, non esset licita alienatio, de qua ibi, auth. res quæ C. cõmunia de legat, scripsit insignis Petr. Barbos. cujus varijs prudentiæ doctrinis velut stellis tota micat Hispania, ipse enim hæc omnia proponit in lect. legis 2. §. si hæres præcept. ff. ad S. cons. Trebellean.

Sentẽtia lata in regno Portugaliæ defenditur Barbosa

31. Cæterùm adhuc in prædicto casu superiori adnotandum est, quod si quis constituat annonam alicui præstandam sim-

Onus soluẽdi annonã nõ trãsit ad singularem possessorem rei certè

simpliciter, nō destinata re speciali obligata, sed omnia sua bona generaliter jure pignoris pro præstatione annonæ obliget, non tenebitur emptor, vel legatarius rei certæ sibi venditæ, vel legatæ ad luendum pignus, quod generali bonorum hypotheca fuerat contractum à testatore pro annuo redditu præstando, ut nobis in hoc loco aduertit eruditus, & satis acuti ingenij, & bonæ indolis vir, multis titulis commendandus Hieronymus à Pace integ æ famæ, & opinionis spectabilis, plura, vt solet, dum accuratissimè suis præceptoribus disputando animaduertit. Nec obstat tex. in §. sed etsi rem obligatam Institut. de legat. per quem nō nulli oblata facti contingentia contrarium consuluerunt, nam ille text. procedit in legato vniuersitatis, in quo tale onus luitionis debet spectare ad ipsum legatarium proportione legati, vt in l. cum pater. §. mensæ, vbi Bart. & alij notant. ff. de leg. 2. quoniam tale onus præfatæ generalis hypothecæ bonorum, quæ fuit in annuis redditibus, non transit in legatarium rei certæ, prout transit onus reale ipsam rem inficiens, vt in l. g. Imp ratores. ff. de public. & vectigal. cum alijs.

Intellectus. § sed & si rē Institut. de legat.

32 Quæ tamen vberiùs procedent in annona Eccl siæ, vel schol debita, vt in l. 1. j. hoc tit. nam in hac specie licet generaliter fiat hypotheca, tamen ita omnia debitoris bona erunt jure pignoris obstricta per præstationē annonæ, vt in quoscūque te tios possessores pars aliqua bonorum vadet, transeat cum suo onere, secundum ea, quæ in simili tradit Rip. in l. 1. §. si hæres præcep. num 5. ff. ad Treb l. facit tex. in l. 1. supra si prop. publica pens. l. 1. C. in quibus causis pignus, vel hypot conjunctis his, quæ tradunt Doctores in rubr. C. de jure fisci lib. 10. & Horat. Lucius in tract. de privilegij scholarum priuileg. 74 resoluens idem. quod recipitur in fisco, quia causa publica est, recipiendum esse in causis scholarum.

Onus soluēdi annonā Ecclesiæ, vel scholis transit ad singularem possessorem rei certæ.

33 Et hinc etiam est, quod quanvis regulariter qui maioratus bona restitutioni fideicommissariæ subjecta possidet, non teneatur ad debita contracta per prædecessorem, cui ipse non succedit, sed primo institutori ex l. vnum ex famil. §. si de falc. ff. de leg. 2. vbi Menel. numero 7. Gregorius in l. 40. tit 15. part. 2. verb. *de sus deudas*, & post alios Ant Gomez in l. 40. Tauri num. 72. quicquid minùs benè contra sententiam ibi Castillo num. 26 & Cifuent. quæst. 16. Tamen hoc fallit omnino in subjectis terminis, vbi scilicet ratione annonæ effectus sit debitor prædecessor in maioratu Eccl. l. vel sco'. talia enim debita annonaria sequuntur res ipsas, & bona ipsa ad quemcunque vadant, neque in præjudicium scholæ, aut Ecclesiæ, tanquam vtilitatis publicæ, potuit institutor maioratus disponere, quominus hypotheca hæc per legem contrahatur, licet expressé omnem speciem alienationis inhibuerit: siquidem jus publicum priuatorum pactionibus lædi, aut minui non potest. l. jus publicum. ff. de pactis. l. non dubium. C. de ll. Poterit enim Ecclesia, aut schola intendere hypothecariam, aduersus rerum singularium successores ex l. 1. & 2. supra si v nus ex pluribus hæred. l. supra de hær. actio n. l. 3. §. hæres. ff. commodati. l. 5. titu. 2. part. 5. atque hic casus, in quo successor in maioratu tenetur agnoscere debita prædecessoris, addendus est alijs similibus enumeratis à Molina lib. 1. cap. 10 exn 32.

Successorm aioratus nō tenetur ad debita prædecessoris.

Onus soluēdi annonā Ecclesiæ, vel scholis transit ad successorem maioratus.

34 His sic constitutis, quæ pertinent ad notionem hujus verbi (*annonæ ciuiles*) Pro complemento adhuc nonnulla sunt aduertenda. Primo enim notandum est has annonas ciuiles computari inter immobilia, vt in l. jubemus nulli ibi, *annonas ciuiles*. C. de sacros. eccles. vbi post gl. in fine explicat insignis Barb. & latè Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 6. num. 4. & probat Ord. reg. lib. 3. tit. 32. in principio, quod amplia procedere in quibuscunque annuis reditibus, qui ex re priuatorum percipiuntur, vt in Clement. exivit. §. cumque annui redditus, extra de verb. signific. quem tex. ibi dicit singularem Card. & tradit Cassan. in consuetudin. Burgundiæ rubr. 5. §. 1. num. 3. Molin. in tract. commertiorum, quæst. 37. num. 237. Valasc. de jure emphyt quæst. 12. num. 6. & idem consultatione 49. Valle consl. 54. num. 28. & novissimè Andreas Gail, qui alios refert lib. 2. obseruat. 19.

Annona ciuilis cōputatur inter bona immobilia.

Barbosa

35 Hinc

Maioratus institutio in annuis redditibus valet tanquam in rebus immobilibus.

35 Hinc fit Hispaniæ maioratus institutione in hujusmodi redditibus annuis perpetuis valere tanquam in rebus immobilibus, prout in specie docet Molin. lib. 1. primog. cap. 10. num. 5. atque si quis instituat vinculū maioratus in omnibus bonis suis immobilibus, in illis etiam comprehendentur hi annui redditus, pro vt testatur Pelaez de maioratibus 1. parte quæst. 40. numer. 6. & 14. Greg. Lopez in l. 15. tit. 9. part. 6. verb. *contra.* Vnde cauendum est à Ioanne Lopez in l. 70. Taur. col. 4. qui existimavit prædictos annuos redditus non esse bona mobilia nec immobilia, sed quandam speciem per se constituere: loquitur enim expressè contra text. in d. clem. exivit. §. cumque annui redditus de verb. signific. Cæterum prædicta intelligenda sunt, nō procedere in redditibus jam cessis, nec etiam in ijs, qui ad modicum tempus sunt constituti, pro vt docent plures Auctores, quos refert Tiraq. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. gloss. 6. ex num. 10. & sequenti.

Instituens maioratū in suis bonis immobilibus, censetur etiā illū fundare in annuis redditibus perpetuis, quos habet. Palac. Rubeus refutatur.

Tutor non potest alienare annuos, vel āuuos redditus.

36 Effectus hujus rei in praxi maximi sunt. Primò enim cum prædicti annui redditus sint inter immobilia manifestè patet non posse tutorem eos alienare sine auctoritate prætoris. l. 3. §. si jus. ff. de rebus eorum, qui sub tut. vel. cur. sunt l. etiam 13. juncta. gloss. vlt. C. de prædijs minorum explicat Turneus lib. 30. advertar. cap. 35. Scurfus consil. 4. cent. 3. Nec etiam maritus pro eis poterit sine licentia vxoris in judicio litigare juxta ordin. nostram lib. 3. tit. 32. Neque etiam alienare sine prædicta licentia, ut in Ordin. lib. 4. tit. 6. & quanvis alienatio vxori vtilis sit, non valebit, quicquid Palacius Rubeus in rubr. de donat. §. 68. num. 7. Anton. Gomez in l. 54. Tauri num. 2. Xuarez tit. *De las deudas*, numer. 12. nam cum illa licentia requiratur à lege, verius est absque illa non vallere, vt firmat eleganter insignis Barbosa communis omnium præceptor in l. 1. ff. solute matrim. Arit. 96. idque ex notabili doctrina Schil· in l. si filius, qui in potestate col. 5. in fin. ff. de li. & posthū. vbi ait, Quod quando in aliquo actu requiritur certa forma à lege, ea non interveniente actus corruit, etiam si vtilis sit illi, in cujus favorem introducta est solemnitas illa, facit text. in cap. 1. extra de rebus eccl. non alienand. lib. 6. glos. in cap. 1. verb. *Sede vacante*, extra ne Sede vacante, quanvis vxor possit sua ratificatione actum validare arg. text. in c. si qua de rebus. 12. q. 2. l. Iulianus. §. si quis colludente ff. de action. empt. tradit. Pinel. de bonis mater· in l. 13. p. numer· 32. Cou. pract. quæstionum cap. 28. nume· 10. in fine, & probat. Ordin. libro 4. §. 3.

Alienatio rei dotalis non valet sine licētia vxoris facta etiā si ei vtilis sit.

Barbosa.

Quādo in aliquo actu requiritur certa forma, ea non interveniente actus corruit, etiā si vtilis sit, illi in cujus favore introduct. est solemnitas.

Opinio Barbosæ.

Vxor potest ratificare alienationē invalidam aleg.

37 Secundus effectus est, quod pro ista annona, anuisque reditibus competet interdictum recuperandæ, & retinēdæ vti possidetis, quod pro re mobili non datur, sed pro immobili l. 1. §. 1. vers. illud ff. de vi, & vi armat· glos. optima in l. rem, quæ nobis, verb. erepta. ff. de acquirenda. possess. quam ibi commendant Paulus, Bar. & Alber. Soc. cons. 87. num. 15. vol. 2. Mesing. cent. 3. obser. 85. quibus addendum est, & interdicto, vnde vi agi posse aduersus eum, qui annuos redditus solvere recusat, is enim spolium committere dicitur, atque ideo etiam ex constitutione l. si quis in tantam. C. vn. vi quæ est translata libr. 4. tit. 50. Ord. nostræ) adversus hujusmodi detentatorem poterit experiri per notata à Bal. in l. conductionis num. 2. C. locat. vbi notabiliter dicit spolium committere eum, qui debitam pēsionem domino non soluit, sequitur Socinus Sen. conf. 87. num. 15. vol. 2. Andr. Gail lib. 2. obseruatione 75. neque erit audiendus reus voleus allegare causas, cur redditum annuum solvere non teneatur, cū quæstio ista ad petitorium potiùs, quam ad possessorium pertineat, ideoque priùs solutio facienda est arg. tex. in cap. in literis c. conquærente de restit. spoliat. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. 11.

Pro annona cōpetit interdictū recuperandæ & retinēdæ quod pro re mobili non datur.

Qui recusat annuos redditus soluere, dicitur spoliū cōmittere.

Qui possidet annuos redditus relevabitur ab onere satisdādi.

38 Tertius effectus est, quod qui possidet hos annuos redditus relevabitur ab onere satisdandi, tanquam qui possidet immobilia Ord. lib. 3. tit. 20. l. sciendum, vbi Bass. & Alber. num. 12. ff. qui satisdari cogantur, Tiraq. de retract. Linagier. §. 1. glos. 6. numer. 6. quos addatis ad dict. Ord.

Annuus redditus si ex stipulatione debetur vnica præscription. 30 annorū imposterū tollitur. Secus verò si debetur ex ult. voluntate.

39 SECVNDO, & illud in proposito non minus consideratione dignum est, q in

in controversia ponitur, an siquidem in annuis redditibus incipit præscriptio, nõ a die obligationis, sed à tempore, quo cessatum est in solutione, vt in l. cum notissimi §. in his etiam C. de præscriptione 3. vel 4. annorum, vbi Bart. Bal. Salic. & alij communiter. Prædicta præscriptio. 30. annorum sufficiens sit, non solum ad præscribēdas præstationes præteritas, sed etiam, vt per eam præscribatur obligationi principali, vt imposterùm annuis redditus amplius peti non possit. Eo omissis duabus prioribus opinionibus glos. jea magis communiter recepta est, quam ponit Accurs. in d. l. cum notissimi §. in his verb. *cujusq; anni* in fine, scilicet distinguendum esse inter annuos redditus ex stipulatione, aut ex legato debitos, ut primo casu, vnica præscriptio sufficiat, non solum ad præteritas, sed ad futuras præstationes præscribendas. Secundo verò casu ait, tot esse necessarias præscriptiones, quot sunt anni, vt per singulis annis spatium 30. annorum requiratur: cujus differentiæ ratio est, quia quando annuus redditus constituitur per viam stipulationis, vna est stipulatio, & obligatio, & statim actio nata pro futuris præstationibus, vt in l. Sticum, aut Pamphilum. 16. §. stipulatio ff. de verb. oblig. l. Senatus. 35. §. fin. ff. de donat. causa mortis: ac proinde vnica etiam erit præscriptio pro redditibus futuris, vt in l. eos. C. de vsuris facit text. quem Canonistæ allegant in cap. de quarta de præscription. & sic totum istud jus, & actio præscribetur spatio 30. annorum. l. omnes l. sicut in rem C. de præscriptione 30. vel 40. ann. At verò quando relinquitur annuus redditus per viam legati, tunc sunt plura legata, pro primo anno purum, pro sequenti conditionale, & nulla est nata actio ante conditionem l. cum in annos ff. quando dies leg. cedat. l. si in singulos 4. ff. de annuis leg. atque ideò nihil mirum si pro sequenti anno non detur præscriptio, antequam actio nascatur. arg. text. in l. decem. ff. de verb. oblig. tradit glos. 1. in fine juncto text. ibi in l. empti. C. de evictionibus: neque enim erit præscriptio ejus rei, quæ sub conditione debetur l. cum notissimi §. illud C. de præscriptione 30. vel 40. annorum: cum pendenti conditione nulla sit actio l. cedere diē ff. de verb. signif.

Legatum annui redditus plura legata in se continet Antequā actio nasca tur nō datur eius præscriptio.

40 Et pro hac opinione est etiam text. in l. si vsusfructus alternis ff. quibus modis vsusfr. ct. ammittatur, vbi vsusfructus ille alternis annis relictus, ideo non amittitur, quia plura legata in se continet; sic in proposito in annuo reddditu in vlt. voluntate relicto erit dicendum, quia plura legata in eo continentur, vt in d. l. si in singulos ff. de ann. leg. Et hanc sententiam Accurs. sequitur Bart. in d. l. cum notissimi §. in his etiam, & idem Bar. in l. de pupillo §. si pluribus vbi etiam idem tenet glos. ff. novi operis nuntiation: vbi Iasl. & Alex. dicunt communem, & magis communiter receptam testantur cum plures auctores, cum quibus ita resoluit Ant. Gomez 2. tom. de contractibus cap 11. num. 45. Gigas de pensionibus quæst. 83. Abb. Ioann. Andr. & alij in cap. audicis de præscrip. Iass. cons. 7. lib. 1. Balb. de præscript. 4. part. princip. quæst. 4. Et tenendo hanc sententiam non obstat text. in dict. l. cum notissimi §. in ijs etiam, vbi æquiparat stipulationes annuas, & legata annua: quia singula singulis referenda sunt, vt scilicet, vno modo præscribatur annua stipulatio, alio verò annuum legatum, & in hoc omnes cōmuniter conueniunt.

Intellectus ad l. cū notissimi § in ijs etiam præscrip. 30. vel 40.

41 Sed certè ab hac cōi. & recepta sententia recessit Vallasc. consult. 49. nu. 6. vbi dicit, jus istud esse subtile, & nimis scrupulosum. creditque contrarium in praxi obseruari, vt in distincte vtroque casu, tā in annua stipulatione, quā in annuo legato vnica præscriptio sufficit ad liberandum debitorem ab annuis præstationib. in futurum, & movetur triplici fundamento. Primo ex regula generali, quæ habet quod omnes actiones vna præscriptione 30. annorum præscribuntur l. omnes l. sicut in rem, C. de præscriptione 30. vel 40. ann. Secundo, quia sicut annuus redditus vna præscriptione acquiritur in posterum, vt notatur in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, ita etiā è cōverso liberatio dabitur ab annuis redditibus, & præstationibus in futurū pro illa præscriptione, cū idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.

Aluari Valasqui opinio refutatur.

42 VI-

42 Vltimo, quia si propter exordium obligationis reus condemnatur ad futuras præstationes faciendas, vt habet communis opinio per textũ ibi, in l. 1. C. de fideicom. similiter aduersus principium obligationis operabitur cursus longissimi temporis, quo cessatum est à solutione, vt imposterum reus non teneatur. Quæ tamen argumenta in proposita specie nihil concludunt: nam ad primum respõdetur, quod reg. d. l. omnes procedit quando actio est nata, vt observat gl. communiter recept. per tex. ibi in d. l. empti. C. de evictionibus: at in annuo legato pendente conditione nulla datur actio l. cedere diem ff. de ver. sign. l. si in singulos. ff. de annuis legat. ideoq; præscribi non potest, arg. l. decem ff. de verb. oblig. facit text. in d. l. cũ notissimi §. illud C. de præscrip. 30. vel 40. annorum

In legato ã nuo pẽdẽte conditione nulla datur actio.

43 Ad secundũ satisfacias, si aduertas, quod & si annuus redditus præscriptione acquiratur, id fieri, quia ex ãnua præstatione nullũ aliud factũ cõsequi potest, quã vt reus teneatur in posterũ, vt obser. Bar. in d. l. cũ de in rẽ vers. n. 9. in fi. ff. de vsuris at in cessatione solutionis aliud cõsequitur, vt scilicet præteritæ præstationes præscribãtur, nõ autẽ sequentes annui legati, cũ pro eis adhuc nõ sit nata actio, q; præscribi possit, vt dixi. Diuersa est enim præscriptio aduersus soluentem, idest, facientẽ, quàm aduersus patientẽ, idest, eũ, cui solutio fit, nam primo casu, ex diuturna præstatione præsumitur cõtra soluentẽ. Secundo verò non inducitur tituli præsumptio adversus patientem, cui cessarũ est in solutione, colligitur ex Bart. in d. l. cum de in rem verso, in fine, Salicet nu. 6. Alex. vbi dicit communem, num. 7. in l. si certis annis. C. de pact. Curt. Iun. num. 19. Couar. reg. possess. de reg. juris 2. p. §. 4. num. 2.

Diuersa est præscriptio aduersus soluẽtẽ, quã aduersus patientẽ.

Intellectus ad l. 1. C. de fideicom

44 Ad vltimum respondetur, quod & si exordium obligationis effieiat, vt reus imposterum teneatur ad futuras præstationes, id enim fit fauore vltimarũ volũtatum, & alimentorum, vt observat prædicta cõmunis in. d. l. 1. C. de fideicõmis. non tamen sequitur obligationem posse per tempus tolli. Daretur enim inconveniens, & absurdũ, vt tempus esset modus tollendæ, aut inducendæ obligationis contra reg. l. obligationum ferè §. placet ff. de actionibus, & obligation. Stat resolutio opinionem Valas. non esse tutã, potiùsq; in praxi priorem commune Bar. & Accurs. quam supra retulit, recipi debere juxta Ord. lib. 2. tit. 5. juxta quam etiam semper fuisse judicatum, testatur Guido Pap. decis. 406. incipit, sed pone quod debes. Mesing. centur 3. obser. 13. Gigas de pensionibus quæst. 83.

Tempus nõ est modus tollẽdæ, uel inducendæ obligationis.

45 Ex qua resolutione primo deducitur, quod cum annona ciuilis instar vsusfructus sit, manifestè patet, quod nõ vna præscriptione amittatur arg. text. in l. si vsus fructus alternis ff. quibus modis vsusfructus amittat. Deinde cum cedat semper in causam alimentorum, vt in l. cum ij §. si in annos. ff. de transact. & supra dixi consequitur annonam ciuilem ad vitam gratuitè concessam semper, & in omni casu, & si cõstituatur per viam stipulationis, regulandam esse secundum ea, quæ diximus de legato annuo: vt nõ præscribatur, arg. tex. in l. si cum præfinitione ff. quando dies leg. ced. vers. & si quidem junctis ijs, quæ supra resolvimus in annuis legatis, explicat Gigas vbi supra nu. penult. facit, quod tradit notabiliter Platea in l. 1. (de ex coct. & trãslatione milit. annõ. lib. 12. vbi) concludit aduersus futuram præstationem annona nõ præscribi.

Annona nõ præscribitur.

Annuum legatum nõ præscribitur.

46 Secundo ex ijs deducitur adeò verũ esse in annona ciuili tot esse necessarias præscriptiones, quot sunt anni, vt nec creditori recipienti solutionem in minori valore, quam fuit tempore contractus, possit objici exceptio præscriptionis, videlicet quod tali valore tanto tempore ei fuit solutum: quin non obstante exceptione præscriptionis in eo valore solvere cogetur, qui fuit tempore contractus vt ex tex. celeb. vbi notant Canonistæ in cap. olim causam extra de censibus. notat. gl. in l. cum notissimi §. in ijs etiam C. de præscriptione 30. vel 40. ann. in fi. per quam ita determinat Gail lib. 2. obseru. 75. vbi dicit, ita cõmuniter haberi Corn. cõs. 18. li. 2. Rom. cõs. 123. & tenuit antea Bar. licet cum dist. in l. si prius, ff. de aqua pluuia arcend.

Creditori recipiẽti solutionẽ annonæ in minori valore quã fuit tẽpore contractus nõ potest objici exceptio præscriptionis.

47 Ex quo etiam deducitur ad decisionem quæstionis: vtrum in his annuis

Aucta, vel diminuta æstimatione monetæ nũmi an solui debeant secundum æstimationẽ temporis cõtractus, aut secũdũ æstimationẽ, quæ fuit tempore solutionis.

redditibus aucta, vel diminuta æstimatione monetæ nũmi solui debeant secundũ æstimationẽ temporis contractus, aut secundũ æstimationem, quæ fuit tempore solutionis, de quo post. Bar. Fulg. & Alberi. in l. 3. ff. si cert. pet. Tractant latissimè Coua. de veterũ numismatũ collat. c. 7. §. vni. Cujac. in l. quoties ff. de verb. oblig. Omissis autem, quæ à doctoribus traduntur, vera, & propria resolutio sit, quod quando in genere æstimatio mutata est, ita videlicet, vt decem aurei novi tantum valeant, quantum octo antiqui, dici non potest, quod si ego mutuavi octo antiquos, reddi mihi debeant alij octo novi, sed decem: quoniam attendi debet magis æstimatio, quàm species. Idem è converso dicendum est, si tantum habeant octo noui, quantum decem antiqui, ita vt si decem antiquos mutuaui, accipere debeam octo novos: nec est differentia, an attendatur tempus contractus, aut solutionis, quoniam si æstimatio, & quantitas reddi debeat, profectò eadem æstimatio est vtraque tempore facta solutione, & hoc casu rectè habet locum reg. tex. in l. cum quid. 3. ff. si cert. petat. Si verò æstimatio monetæ non fuit mutata in numero, sed in specie, vt olim fuit in hoc Regno circa libras, & soldos Ord. lib. 4. tit. 1. & in Regno Castellæ in Coronis, & Castellanis, sicut cauetur in l. 13. tit. 21. lib. 5. nouæ Recop. cõstat in eadem specie eas mihi reddi debere, quanvis modo pluris æstimentur aut in ea æstimatione, qua fuissent, si eas haberem, & ita in omnibus obligationibus, censu, emphiteusi. pensionibus, & alijs annuis reddittibus statuit prædict. Ord. solvi debere in §. 7. cum sequẽtibus vbi in §. 13. ad tollendam difficultatem, & lites, quæ inde oriri possunt, jubet, vt emptores, & venditores agãt de pecunia, quæ in hoc Regno fuerit. Deniq; aut inter partes auctum est, de reddenda moneta in quãtitate, vel æstimatione, aut de ea reddenda in specie. Primo casu nihil refert inspiciatur hoc, vel illud tempus, cum eadem æstimatio sit arg. text. in l. cũ aurũ, & in l. cũ certũ. ff. de auro, & argẽto leg. Secundo verò casu multũ refert, & inspici debet tempus solutionis arg. tex. vbi notat Bar. in l. Paulus, la prima. ff. de solutionibus facit Ord. vbi sup. §. 8.

Annona solui semper debet secundum æstimationẽ pecuniæ, quæ fuerit tẽpore contractus.

48 In annonis autem ciuilibus sciendũ est solutionem semper fieri debere secũdum æstimationẽ, quæ fuerit tempore, quo annona ciuilis fuit constituta, vt probat expressé Ord. Regia lib. 4. tit. 1. §. 11. ibi. *tenças*, & ibi. *como antes se pagauan.* In Regno verò Castel. jus commune observabitur.

Annona finitur morte dantis, vel accipientis.

49 Tertio sciendum est annonas ciuiles morte dantis, & accipientis finiri, vt in cap. 1. §. vlt. quis sit dux, vel Marchio in vsibus fœud. ita quidem, vt de rigore Principem, qui succederet, omnes annonas à prædecessore donatas, oporteret, principali edicto confirmare, vt fecerunt Tit. Vespasian. Cai. Caligula, & alij Imperatores, prout testatur Sueton. in eorũ vita.

50 Hodie verò jam vsu receptum est non esse necessariam confirmationem, sed tantum morte accipiẽtis extingui ad instar vsusfructus, qui morte finitur. §. vlt. instit. de vsufruct. l. corruptionem. C. eodem l. 24. tit. 31. p. 3. Et ratio est, quia cũ annona plerunq; præstetur in alimẽniã, & ad alimenta, respiciens tantum personam alimentarij, vti notatur in l. cũ ij. § si in annos ff. de transact. nihil mirum si cum persona extinguatur arg. text. in l. vsus aquæ ff. de vsu, & habit. l. non solum 9. §. tale ff. de lib. leg.

Annona si relinquatur monasterio, quo spatio duret.

51 Et hinc est quod si annona ciuilis relinquatur rei publi. schol. aut monasterio, quod perire non potest, centũ annorum spatio extinguatur veluti vsusfructus: tenuit Hugo relatus ab Acurs. in d. l. si vsusfructus gloss. fin. vbi ait idem omnino esse in annuo legato Ecclesiæ, vel monasterio relicto. vt centum annis extinguatur ad exemplum vsusfructus, cui annuum legatum solet comparari l. in annos. 8. ff. de ann. leg. sequitur ibi Bar. vbi eam tenendam affirmat Lancel. & Decius: dicit cõmunem Alex. consil. 60. lib. 1. & idem in fortioribus terminis quãdo quis relinquit legatum annuum perpetuum ciuitati vel Ecclesiæ: probat idẽ Alex. in l. 2. col. 1. ff. solut. matrim. Sed sanè contrarium longè veriùs, & receptiùs est legatum annuum civitati, aut monasterio relictum in æternum durare,

nec centum annis extingui, vt tenuit Roger. relatus ab Acurs. in d. l. vsus fructus, & eam ibi probant Dynus, & Raynerius: & illam se vidisse cómuniter practicari testatur Alber. in d. l. an vsusfructus, in fine. sequitur Soc. in l. 1. §. item si rei publ. num. 8. & sequenti. ff. ad l. Falcid. Abb. in capit. finali de testamé. Ripa referendo complures in l. 2. nu. 3. ff. soluto matrimon. vbi Gram. nu. 8 Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 10. vsque ad finem capit.

Nõ est perpetua similitudo inter annonã in fructibus, & inter usũfructũ in tali fũdo relictum.

52 Pro qua sententia sunt optima jura l. annuam. 6. & l. annua 20. §. fin. & l. ante penult. ff. de annuis legat. Prætereà hæc eadem sententia probatur ex l. in annalibus C. de legat. conjuncta. l. antiquitas. C. de vsufructu, vbi manifesta differentia constituitur inter legatum annuũ, & vsumfructum: Ex quo constat nó esse perpetuam similitudinem inter annonã in fructibus alicujus prædij constitutam, idest, inter annuos redditus, & inter vsũfructum in certo fundo relictum, immò sunt plures differentiæ, quas Iuris Consultus eleganter proponit in. l. fundi Trebetiani. ff. de vsufructu legat.

Intellectus ad l. si quis ita legauit. ff. de vsufructu.

Legatũ annuũ in fructibus, quã do sit usufructus relictus, vel quando sit annona.

53 Cui tamen ex diametro objicitur communiter textus satis difficilis in l. si quis ita legauit. 24. ff. de vsufructu, vbi Iuris Consultus probat nihil differri inter legatum annuum, & inter vsumfructum relictum. Vera, & communis concordia est, vt quando verba sunt directa ad legatarium, vt quia velit testator illũ propria auctoritate fructus percipere, tũc censeatur vsusfructus legatus, ex text. in d. l. si quis ita legavit. Si verò sint verba obliqua, ita vt legatarius à manu alterius recipiat (vt quia dixit testator, volo ei dare) tunc non vsusfructus, sed annuus redditus, aut annonæ præstatio censeatur relicta. Ita glos. vtrobiq; in d. l. si quis ita legavit, & in l. fundi Trebatiani ff. de vsu fructu legato verb. differentiam: quæ est communiter recepta secũdum Alexand. cons. 214. nu. 1. lib. 6. Afflict. decisione 252. nu. 1. & 3. tradit Pinelus de bonis maternis lib. 1. 2. part. num. 11. explicat Corrasius liber. 5. miscellan. capitul. 8. numer. 6. Cona. liber. 4. commentar. capitul. 3. numer. 4. in fine, & numer. 5.

Legatũ annuũ fructuũ per uerba directa cõstituit usũfructum.

Verba obliqua in legato fructuũ, potiùs annonã, quã usũ fructũ designant.

Ex qualitate dispositionis colligitur mens disponentis

54 Et ratio est, quia ex qualitate dispositionis colligitur mens disponentis, vt in l. non codicillum, vbi Corneus in 3. notabili C. de testament. Quò fit vt si dicat testator, lego fructus redditus fundi mei Titio in ejus alimoniam, vulgò, *per tença* adhuc vsusfructus censebitur relictus: cum verba directa sint, neque illud verbum (in alimoniam) legati naturam mutat: Cum de jure sit, quòd quando legatum certum est causa adjecta in favorem legatarij, legatum non mutat, aut restringit, vt in l. si mulier, vbi notat Cynus, Bald. Salicetus, & Albericus. C. de jure dotium. Bart. & scribentes in l. cum tale § fin. ff. de condition. & demonstration. (quanvis in hac specie, quod ex alimentis superesset ad hæredem pertinere magis crediderit Angel. cons. 338. num. 7. quem refert, & sequitur Mantica de conjecturis. lib. 9. tit. 5. in fine. n. 2.) Sicut èconverso, si dicat testator, volo ei dare centum annonæ in vsu fructu mei prædij, profecto non erit vsusfructus relictus, sed tantũ annua præstatio. Cũ verbũ illud, in vsu fructu, magis ad designãdam, aut obligandam ré ponatur, ex qua redditus præstari debeat vt in l. Lucius, & in l. penult. §. 1. in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. Facit, quod tradit Paulus de Monte Pico in l. Titia. §. Titia cum nuberet, num. 83. ff. legat. 2. vbi in fortioribus terminis concludit non esse vsum fructum legatum ex verisimili testantis mente: sequitur Mantica vbi suprà numer. 6. & sic illud verbum, *in vsu fructu*, exponi debet, id est ex fructibus, vt actus valeat, secundum Aymonem Grauet. consil. 222. col. 2. quê refert Symon de Pretis. lib. 2. de interpretatione vltimarum voluntatum fol. 223. nu. 24. solutione 1.

Quando legatũ certũ est causa adjecta in fauorem legatarij legatũ non restringit, aut mutat.

Verbum (in usufructu) exponitur id est ex fructibus ut actus ualeat.

Intellectus ad l. defũcta §. Sẽpronium ff. de usufructu.

Pro usufructu competit confessoria.

56 Neque ijs obstat text. in l. defuncta §. Sempronium ff de vsufructu. Quia licet ibi, verba directa fuerunt, tamẽ certa species in fructibus fuit designata, quo casu non esse jus vtendi, & fruendi relictum agnovit Conan. lib. 4. coment. cap. 3. num. 4 & ante eum Bart. in d. l. fundi Trebatiani: in principio.

57 HVIUS resolutionis effectus est, quia si vsusfructus reliquatur, compe-

ter actio confessoria, quæ datur aduersus quemcunque possessorem §. æquè si agat Instituta de actionibus l. uti frui veri vtrum ff. si vsusfructus petatur.

58 Et tamé si annuus redditus in fructibus legetur, tátum competet actio personalis, quæ non datur adversus particularem successorem l. fin. §. fin. ff. de contrahenda emptione. Tenet gloss. in d. l. fundi, verb. posse. ff. de vsufructu legat. explicat Paulus de Castro in l. vt pomú. ff. de servit. Scepola de seruitur. vrban. cap. 2. Pinel. vbi supra, quanvis in hac specie, si annuus redditus sit in annonam, & alimoniam relictus ex certo fundo, magis crediderim actionem realem, & hypotecariam competere posse favore alimentorum, vt in l. 2. juncta glossa verb. de voluta ff. de aliment. & cibarijs legat. & supra ad notavimus. Et sensit eleganter Carol. Ruinus, cons. 144. lib. 1. incipit, de pluribus per ordinem.

Pro annuo redditu datur actio personalis.

Annonarius capit annam à manu alterius

59 SECVNDVS effectus est, quia vsusfructuarius capiet sua propria auctoritate, non vero ille, cui annuus redditus relinquitur, ut notat glos. per text. ibi in d. l. fundi. verb. differétiam ff. de vsufructu legat, Afflict. & Alexand. vbi suprà, facit tex. in l. Caius. ibi *fideicommissi petitione.* ff. de annu. legat.

60 TERTIVS effectus est, quia ille, qui habet annuos redditus in fundo, vel in aliqua domo, non tenetur hæres ei dare habitationem vt in d. l. fundi secundo responso. Cum tamen si vsusfructuarius sit, ei habitatio prohiberi non possit: cum omne jus vsusfructus ad eum pertineat. l. 7. l. item l. sed si quid ff. de usufructu. l. si habitatio §. vltimo. ff. de vsu, & habitatione.

61 QVARTVS effectus est, quia qui habet annuos redditus non tenetur reficere prædium, ex quo ei fructus reddi debent, sed potest hæredem compellere, vt reficiat, vti notatur in d. l. fundi. Et obseruat. Bald. in l. vnic. §. libertatibus. C. de de cad. tollend. At vsusfructuarius tenetur reficere ut in l. hactenus ff. de vsufructu. cum alijs.

62 QVINTVS est quia vsusfructuarius tenetur ad censum solutionem, ad onera, & tributa vt in d, l. hactenus, ibi, *quia alia onera agnoscit.* ff. de vsufructu. l. neque in fine ff. de impens. in reb. dotal. fact. explicat Molineus in consuetudin. Parisien. tit. 2. §. 22. numer. 156. Pinel. de bonis mater. l. 1. 2. part. num. 72. Vallascus de jure emphyt. quæst. 17 Contrarium tamen est in eo, cui annona ex fructibus alicujus prædij præstari debet, vti obseruat Afflictis decisione 252. & in fortioribus terminis concludit Molina li. 1. primogen. c. 127. numer. 9. Nam si ex aliquo prædio bonorum maioratus constituantur alimenta à possessore maioratus cuilibet ex suis fratribus, vel sororibus, vt eos ex fructibus maioratus alere, tenent, vt patet. Profecto alimentarius non tenebitur ad onera, & tributa ei imposita, sed tantum possessor maioratus. Qaod est vtile in multis locis Bethycæ provinciæ pro explicatione l. 17. titul. 14. lib. 6. Recop. Tunc autem in hoc casu æstimabitur dominium ipsius prædij pro tempore vitæ ipsius possessoris, secundùm ea, quæ notantur in l. hæreditatum. ff. ad l. falcidiam cum glos. in l. ejus verb. bonorum ff. de vsu fructu, & in l. cum ij §. modus verb. cum juvene. ff. de transaction. Molina lib. 1. primogen. cap. 19. Covar. lib. 3. variarum capite 9. ex num. 7.

63 SEXTUS effectus est, quod si res pereat, ex qua vsusfructus constituitur, perit etiam ipsum jus vtendi, & fruendi, vt in l. si cui insula. ff. de usufructu. l. repeti. §. 2. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. Secùs verò est in annona, vti colligitur ex his, quæ tradit Gigas de pẽsionibus, quæst. 62.

64 SEPTIMVS effectus est, quod licet vsusfructus publicetur, vti notant in l. Statius. florus. §. Cornelio felici ff. de jure fisci, & consequenter annona, & alimenta, quæ in vsufructu constituũtur, vti notabiliter tenet Francisc. Marcus, decisione 833. in 1. part. Borgninus, qui eum sequitur tract. de vsu fructu: numer. 238. Tamen annona ipsa, & alimenta non confiscabuntur, etiam viuente alimentario, quia damnatus capax est alimentorum l. is. cui ff. de aliment. legat. l. in metallum. ff. de ijs, quæ pro nõ scriptis habentur Tradit Salicet, in l. si ademptis. C. de sententiam passis Egidius Bossius tit. de public. bonorum numer.

numer. 72. Ant. Peregrinus de juribus fisci lib. 5. tit. 1. num. 123.

SVMMARIA ex primo notabili legis primæ C. de annon. ciuilibus libro vndecimo.

1 *Scholæ militiæ erant vndecim in populo Rom. in quibus scholis officiales, & domestici Principis militare dicebantur.*

2 *Annona concessa scholis, non vniuersitati, sed singulis pro vniuscujusque meritis concessa intelligatur, vt ejus emolumenta ad cognatos ipsius, vel ex l. Prætoria, vel de jure ciuili ad extraneos pertineant ex militis voluntate.*

3 *Legatum relictum ciuibus, non singulis sed ciuitati censetur relictum.*

4 *Legatum ciuitati, si est inutile, potiùs singulis ciuibus, quàm toti ciuitati censetur relictum.*

5 *Donatio est inutilis facta ciuitati ex tex. peregrino.*

6 *Existens apud Indos, dicens se donare ciuitati Salmanticensi; civibus censebitur donare.*

7 *Per ciues representatur ciuitas, per milites verò, seu per Doctores non representatur schola, sicut nec per canonicos ipsa Ecclesia.*

Intellectus cap. requisisti de testamentis.

8 *Nomen, cives, secundum veteres refertur ad ciuitatem, & ibi limitatio ponitur ad l. 2. ff. de rebus dub.*

9 *Legatum semper censetur relictũ ex affectione, cum sit donatio, & mera liberalitas.*

10 *Expenditur doctrina Bart. in l. pater filium §. Tusculanus ff. legat. 3.*

11 *Legatum singulis ciuibus relictum, tanquam incertis personis relictum non valebat seculo Iuris Consultorum.*

12 *Intellectus l. annua §. 1. ff. de annuis legatis.*

13 *Legatum factum ciuitati, vel vniuersis, distribuitur secundum statum vniuersitatis, si verò singulis censeatur relictum æqualiter distribuitur.*

14 *Verba text. ibi non tam titulis dignitatũ explicantur, vt accipiantur electiuè, seu comparatiuè.*

LEX. I. C. DE ANNONIS CIVILIBVS LIBRO VNDECIMO

Imperator Theodos. A.

ANNONAS *Publicas nõ tam titulis dignitatum. quam singulorum virorũ meritis attributas divi Constantini liberalitate satis claruit, ideoque nihil ex ijs scholarum nomine vendicetur, sed pro vniuscujusque merito, quæ sunt concessa seruentur, vt quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in hæredes proprios jure sanguinis trãsfuderũt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt, maneat quod gestum est, vel hæreditatis merito, vel alienationis arbitrio.*

1 Omissa hujus l. generali divisione, quam nos in 12. scholijs, legendam esse existimavimus. Præmitto olim in populo Romano vndecim fuisse classes, aut ordines militiæ, quos Imperator in præsenti appellat scholas, & in l. fin. C. de locato, & conducto, in quibus officiales domus Augustæ militare dicebantur, vt in tit. C. de privilegijs eorum, qui in sacro Palatio milit. vbi exponit Platea, & Alciat, & observat. Cujac. in præsenti Brisson. de verb. jur. verb. scholæ, & supra exposuimus in rubrica.

2 Quo supposito probat textus annonam concessam scholis, non vniuersitati, aut collegio, sed singulis pro vniuscujusque meritis concessam esse ita vt ad cognatos ipsius ex lege prætoria, vel de jure civili, aut ad extraneos ex militis voluntate ejus emolumenta pertinere possint,

probatur etiam in l. 10. tit. 17. lib. 14. C. Theodosiani.

3 Quæ tamen conclusio in 1. part. difficultatem habet ex eo, quia legatum relictum civibus, non singulis, sed ciuitati censetur relictum. l. 2. ff. de rebus dubijs l. cum senatus, vbi omnes probant. ff. eodem tit. l. Lucius 90. §. civibus junct. glos. 1. ibi. ff. leg. 2.

4 Pro cujus difficultatis resolutione, respondedum est ex Bart. doctrina in d. l. cum senatus. num. 3. vbi docet, quòd quando legatum esset inutile civitati factum, non procederet interpretatio text. in d. l. 2. Sed quando esse vtile factum civitati, alias enim singulis ciuibus relictum censebitur.

5 Ex quo colligitur, quod si quis apud Indos existens, dicat se velle donare civitati Conimbricensi centum milia aureorum, & nomine eorum, ad quos res pertinet, tabellio stipuletur, aut sine stipulatione acceptet, licet per prædicta jura donatio facta cẽseatur civitati, vt in d. l. 2. ff. de rebus dub. junct. l. si quis argentum §. penult. & l. fin. C. de donat.

6 Tamen cum inutilis sit donatio facta civitati, vt probat text. peregrinus in l. hoc jure juncta glos. vltim. ff. de donat. intelligitur potiùs facta ciuibus, quam civitati, vt subsistat. argumento tex. in l. quoties à 2. ff. de rebus dubijs.

7 Sed hæc responsio nec satisfacit, nec habet rationem. Vnde aliter respondendum est, scilicet, quod ideò in d. l. 2. fit interpretatio, de qua ibi, quia per ciues representatur ciuitas, at cum per milites, seu doctores non repræsentetur schola, sicut nec per canonicos ipsa Ecclesia, vt est sententia glos. in cap. requisisti verb. nec est, de testamentis, quam dicunt magis communiter receptam, Socin. in d. l. ciuibus num. 12. ff. de rebus dubijs, & ibi Ludou. Lusitanus col. fin. Couar post alios in dict. c. requisisti num. 10. Mantica de conjecturis lib. 8. tit. 6. numer. 22. Ideoque canonicis, vel Doctoribus relictum, non Ecclesiæ, seu scholis, sed singulis censebitur relictum.

8 Pro qua interpretatione facit, quia nomen *ciues* secundum veteres refertur ad ciuitatem, ut tradit Alexander in l. in omnibus in fine ff. ad Trebellian. vnde limitatur prædict. l. 2. ff. de rebus dub. vt non procedat quando legatur omnibus ciuitatis, non per verbum *ciuibus*. Tenet Sadoletus in dict. l. ciuibus col. fin. Nisi legatum esset ita modicum, vt derisoria censeretur divisio, tunc enim recurrendum est ad interpretationem d. l. 2. juxta ea, quæ tradit Socin. vbi supra numer. 9. Antonius in d. capit. requisisti.

9 Sed hæc communis adhuc in proposito placere non potest, & rejecta ea, & alijs omissis sit vera resolutio, quod cum legatum semper censeatur relictum ex affectione testantis, cum sit donatio, & mera liberalitas, & ista affectio circa vniuersos non præsumatur, fit interpretatio, vt potius civitati, quàm singulis censeatur relictum. Cæterùm si legatum, donatio vè sit facta, pro remuneratione meritorum, qualis est annona ciuilis, ut supra explicaui in rubr. hujus titul. tunc singulis, non scholis, seu vniuersitati censebitur facta habito respectu personarum ex textu nostro.

10 Pro qua interpretatione primò inducitur doctrina Bar. in l. pater filium §. Tusculanus ff. de leg. 3. vbi docet legatum relictũ collegio templi, in dubio censeri relictum contemplatione personarum.

11 Deinde pro prædicta sententia facit quasi si sæculo Iure consultorum legatũ relictum ciuibus, nõ singulis, sed ciuitati censebatur relictum, id ex eo erat, quia singulis relictum videbatur in certis personis relictum, quo casu non valebat argumento l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & cler. §. incertis Instit. de legatis tradit Bald. in rubr. in princ. C. ad Vellean.

12 Ex qua resolutione deducitur intellectus ad textum in l. annuam §. 1. ff. de annuis legat. per quem textum non nulli dixerunt legatum canonicis relictum, ecclesiæ censeri relictum, in quo valdè decipiuntur, quia ibi non fuit legatum simpliciter liberis relictum, qui essent in templo, sed eis, qui futuri essent in templo die nũdinali, ex quo patet testatorem ad eos affectionem non habere, quæ in legatis considerantur arg. text. in l. qui filiabus, cum notat. per glos. ibi,

& Bart. ff. de legat. 1, & id circo non eis, sed Ecclesiæ censetur relictum vt aduertit Socin. in d. l. civibus, quem refert, & sequitur Mantica de conjecturis li. 8. tit. 6. num. 24.

Legatum factum vniuersitati distribuitur secũdũ statuta vniuersitatis

13 EFFECTVS prædictæ doctrinæ, & resolutionis vtilis est, quia si singulis censeatur relictum: æqualiter inter omnes diuisio fiet annonæ. Si autem vniuersitati censeatur relictum, tunc fiet distributio secundùm statuta vniuersitatis, vt plus vni, quam alij tribuatur, habito respectu qualitatis, & ordinis cujusque, vt resoluit Imola in cap. requisisti nu. 3. & Couarru. ibi numer. 10. in fin. de testament. Mant. vbi supra.

14 Vnde ex prædictis explicanda sunt verba nostri textus ibi, *non tam titulis dignitatum, quàm singulorum virorum meritis*, vt velit Imperator non tantum respectu dignitatis, vt quia sit Doctor, quantùm respectu meritorum, vt quia benè legit, annonas esse diuidendas. Neque enim excludit perpetuo dignitatem, cùm propter eam sæ è numero annona præstari soleat, vt in l. vnica C. de annonis, & capitatione, sed sunt accipienda electivè, vt sufficiant merita absque dignitate; Vel etiam comparativè, vt magis secundum merita, quam secundum dignitatem præstari debeat, & ita in effectu videtur sentire Platea, & meliùs Odofredus in præsenti.

SVMMARIA ex secundo notabili.

1 SCholaris benemeritus præfertur doctori insufficienti.

2 *Regulariter antiquior præfertur, & qui habet dignitatem ei, qui nullo honore functus est.*

3 *Scholarem quantumuis maiori scientia excellentem non esse Doctori præponẽdum, veriùs existimarũt Boerius, & Felinus contra glossam hic.*

4 *Scientia per se, seu peritia nulla priuilegia confert ex ijs, quæ doctores ratione suæ dignitatis consequuntur.*

5 *Ostenditur quomodo sit accipienda mens Accurs. hic præter interpretes in hoc loco, vt scilicet velit scholarum optimum facilius aduocari ad meritorum præmia comparanda, quàm Doctores in sufficientes.*

6 *Glossa semper debet intelligi secundùm legem, quam declarat vel sub qua posita est.*

7 *Sententia Salamonis refertur in proposito.*

NOTABILE II.

Scholaris benemeritus præfertur doctori insufficienti.

EX glossa prima hujus text. ibi, *Argumentum contra in sufficientes Doctores*, colligunt interpretes scholarem in quo maior scientia fuerit, esse Doctori præferendum, ita Platea hic, Alexand. in l. cum quid ff. si cert. petat. Tiraquell. qui alios refert in tract. de primogenit. in præfatione nu. 210. in fine.

2 Vnde licet regulariter antiquior præferatur; & qui habet dignitatem, ei, qui nullo honore functus est. l. fin. ff. de fide instrument. l. 1. ff. de albo scribend. l. 3. C. de tyronibus lib. 12. limitatur tamen non procedere, quando juuenis maiori doctrina, & scientia antiquiores excedet, vt ex sentẽtia hujus glossæ concludit Soc. in d. l. cum quid numer. 11. ff si cert. pet. Roman. in l. si ver. 4. §. de viro. ff. soluto matrim.

3 Contrarium tamen, imò scholarem, quantunvis maiori scientia excellentem non esse Doctori præponendum veriùs existimavit Boerius in tract. de auctoritate num. 99. Felin. in rubr. col. 2. versic. *Optimi scholaris intellectus*, extra de maioritate, & obediẽtia, vbi dicit hanc glossam non esse veram.

4 Et ratio est quia scientia per se, seu peritia nulla privilegia cõfert ex ijs, quæ Doctoribus ratione suæ dignitatis competunt. vt tenet Cardinal in Clement. 2. quæst. 2. de magistris.

5 Ego autem aduerto doctores nostros non rectè accepisse mentem Accurs. Neque enim intelligenda est glossa vt velit scholarem præponi debere doctori in ejus dignitate, & privilegijs. Sed est accipienda eo modo, quo loquitur, scilicet vt scholares optima facilius aduocentur, nẽpe ad meritorum præmia comparanda, & ad salaria annonaria pro legendo recipien-

pienda, quàm doctores insufficientes, & ita videntur intellexisse glosam Alexand. Boerius, & Tiraquel. in locis supra citatis.

Glos. sēper debet intelligi secūdū legem, quā allegat.

6 Et quod ista sit mens Accurs. patet, quia glossa semper debet intelligi secundùm legem, in qua posita est, aut quàm allegat, prout docet Bar. in l. non solùm §. si. liberationis num. 3. ff. de liberatione legata. Scepola in authent. sed novo jure num. 50. C. de servis fugitiuis. Tiraquel. de nobilit. cap. 26. num. 10. Unde cū tex. hic dicat annonas magis pro meritis, quam pro dignitate præstari, benè innuit argumentum, quod ad meritorū præmia recipienda scholaris optimus doctori non ita sufficiēti præferatur. Quod ita vos Domini observare debetis in dando vestra suffragia, ne aliàs dicatur cum Salamone Ecclesiastes cap. 9. ibi *Non est sapientium panis, nec prudentium divitiæ, nec scientium gratiæ, &c.* Quod eleganter prosequitur ibi diuus Hieronymus.

SVMMARIA
ex tertio notabili.

1 *DVplex lectura hujus text. proponitur in glossa, secunda ejus eligitur vt communior.*

2 *Annona concessa scholis non potest per vniuersitatem reuocari aut immutari.*

Intellectus legis legatum ff. de vsufruct. legat.

3 *Text. in concilio Tridentino ses. 22. explicatur, & ses. 25. cap. 4.*

4 *Opinio Bart. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. numer. 35. defenditur contra Bald.*

5 *Relictum pro dote mulieris pauperis, si moriatur ante matrimoniū debet expendi in dotem alterius æquè pauperis.*

Legatum pro dote mulieris pauperis est pium.

6 *Schola non potest reuocare annonam concessam scholis per statutum postea factum.*

Expenditur doctrina Bart. in l. priuilegia C. de sacrosanct. eccles.

7 *Statutum factum principaliter in fauorem doctorum, proculdubiò transit in eorum priuilegium.*

8 *Priuilegium non subdito concessum reuocari non potest.*

9 *Præfectus annonæ frumentarias species, quas à Rege publico vsui destinatas habet, non potest sibi applicare, mutuare, aut in alias necessitates cōuertere.*

NOTABILE III.

IDeoque nihil ex his scholarum nomine vēdicetur. *Verba text.*

1 Hic textus habet duas lecturas secūdùm glos. Bart. Plateam, & Lucam de Pena in præsenti, quarum posterior seligenda est, vt magis communior, & verior, scilicet, vt probet annonam concessam scholis non posse per vniuersitatem reuocari, nec etiam immutari in alium vsum, vt in l. 2. ff. de administrat. rerum ad ciuitatē pertinen. l. 2. C. frument. vrbis Cōstant. hoc libro.

Annonæ cō cessio, quā do possit reuocari.

2 Nec Obstat textus in l. legatum ff. de vsufruct. legat. & in l. legatam ff. de administrat. rerum ad ciuitatem pertin. Quia procedunt quando illud primum non potest facilè in eo experiri: tunc auctoritate superioris potest in aliud immutari, & conuerti, vt in pijs dispositionibus cautum est in sacro concilio Tridentino sess. 22. in decreto de reformatione, cap. 6. Explicat Bart. in l. pater filium §. Tusculanus. ff. de legat. 3. & l. fin. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur Abbas in cap. 3. numer. 14. de testamētis Bald. Nouell. de dote 6. part. privil. 77. versic. *& etiam jura volunt.* Tiraquell. de privilegijs piæ causæ, priuil 38. & 100. Nam si redditus Missarum non sufficiant potest numerus Missarum diminui, vti prudentissimè cautum est per concil. Tridēt. ses. 25. in decreto de reformatione capite 4. ne scilicet res pereat.

Eleemosyna relicta diuiti debet præstari pauperi.

4 Ex quibus defendi potest opinio Bart in repetitione l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesi. numer. 35. dicentis, quòd si quis relinquat eleemosynam homini diuiti, præstari debet pauperi, quam opinionem licet improbet Bald. ex prædictis, tamē rectè defendi potest. Et ex eo, quia non potest dici, quòd in prædicto casu legatarius

gatarius habeat defuncti voluntatem, si putabat eum esse pauperem. juxta text. & ibi notata in l. si pater C. de hæred. instituen. Constat enim, quod aliàs testator non fuisset relicturus, quo casu cessat dispositio l. cum tale §. falsam causam ff. de condition. & demonstr. Ergo præstari debet pauperi, & non diuiti. ex dict. l. legatum, & ex Bart. doctrina.

Relictum pro dote mulieris pauperis si moriatur ante matrimonium debetur expendi in dotem alterius mulieris æquè pauperis.

5 Et hinc etiam similiter dici debet, quod si quis relinquet aliquid pro dote mulieris pauperis, & illa ante matrimonium moriatur, debet remanere penès hæredem cum onere expendendi in dotem alterius mulieris æque pauperis, vti ex prædictis determinat Baldus Novell. vbi supra. Couar. simpliciter loquens cap. 3. numer. 11. de testament. Quæ sententia est verissima: quia legatum pro dote, vel nomine dotis mulieris pauperis est pium, secundùm Bald. in l. illud C. de sacrosanct. Eccles. Bart. & Alexand. in l. cum ijs. §. si in ea opinione sit mulier. ff. de cõdit. in deb. Ergo, & hoc casu seruari debet dispositio d. l. legatum.

Schola non potest reuocare annonã concessã doctoribus per statutũ postea factum.

7 SECVNDO amplia, & intellige textum nostrum procedere etiam casu, quo ipsa schola, vel ipsa communitas per statutum aliquid concesserit, aut pro annona præstari consueuerit Doctoribus ejusdẽ scholæ. Tunc enim per statutum in contrarium postea factum non poterit id revocari, vt colligitur ex mente Bart. in præsenti, dum loquitur in vniuersitate Perusina, pro quo facit etiam, quod ipsemet Bart. docet in alio proposito in l. priuilegia C. de sacrosanct. Eccles. vbi inquit, quod si ciuitas consueuit præstare certam quantitatem frumenti pro eleemosyna singulis annis religiosis, non poterit postea illam reuocare, per statutum in contrarium factum, sequitur Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 91. extra de constitutionibus. Contrariũ tamen tenent Pinel. & Fulgosius, & vt receptum asserit Alexand. ibi in d. l. priuilegia. quorum opinionem licet ad concordiam reducere conetur Iasl. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1.

7 Tu tamen dic in his terminis, de quibus loquimur in nostro textu opinionem Bartol. benè procedere. Nam cum primum statutum sit factum in principalem fauorem Doctorum scholæ, proculdubio transit in privilegium. argument. text. in cap. priuilegia 3. Et est certum, priuilegium non subdito concessum ampliùs reuocari non posse. ex Innoc. in cap. nouit. num. 6. de judicijs, vbi dicit receptum Decius num. 13. Menoch. qui eos non refert conf. 113. numer. 3. volum. 2. Qua ratione defendunt primam Bart. opinionem Paul. de Castro in l. si quis Curialis. C. de Episc. & clericis, & argutiùs Aretin. in l. non ampliùs §. 1. ad finem ff. de legat. 1 Et insignis Petrus Barbosa in dict. l. privilegia schol. 2. C. de sacrosanct. Eccles.

8 TERTIO hinc etiam deduci potest ad praxim, vt etiam præfectus annonæ, vel primipilaris, non possit sub maximis pœnis species frumentarias publico vsui, & militiæ destinatus sibi applicare, alij vendere, mutuare, aut in alias necessitates conuertere, vt in l. fi. C. de conditis in publicis horreis lib. 10. l. vlt. C. de ijs, qui ex publ. ratiocinijs ecd. lib. l. 2. C. de ijs, quæ ex publica collatione illata sunt non vsurpand. li. 12. l. 3. C. de frumẽt. vrb. Romæ hoc lib. l. 2. C. de frumẽt vrb. Constantinopol. juncta gl. verb. mãcipibus, ibi, *ad publicas vtilitates*, vbi sentit gl. eum, qui frumentum vsurpaverit ad privatos vsus, alia pœna maiori, quam eum, qui ad publicam vtilitatem illud frumentũ converterit, esse puniendũ, facit tex. optimus & expressus in l. fi. C. de collat. fundorum patrimo. & emphyteut. lib. 11. ibi, *ad necessitates alias transferendum*. Nec enim excusabitur præfectus annonæ, si dicat palàm, & bona fide frumentum militibus destinatum, alijs necessitatibus mutuasse, vt de dolo aut gui non possit. l. fi. ff. de ritu nupt. quia cum non habeat auctoritatem & licentiam Regis, dicitur facere occultè, etiam si in publico fiat, vt est text. in l. sciant. vbi Bart. & Platea C. de ijs qui ex publicis ratiocinijs, lib 10. Iasl. in §. item si quis in fraudem num. 4. instit. de actionibus. Corletus singul. 197. in quibus etiam aduertendum est, adeo annonæ à jure fauori, vt quilibet etiam minus idoneus ad ejus delictum accusandum admitteretur,

vti ex Dionysio, Liuio, & alijs probatissimis auctoribus docet Fenestela de Magistratibus popul. Rom. c. 15. in fin. vbi tractat. de præfecto annonæ, de cujus officio inscribitur in rub. de peculio castrensi, & de præfecto annonæ, lib 12. & in titulo de apparitoribus præfecti annonæ eodem lib. vulgo possumus nunc eum nominare *Prouedor de las armadas, y fronteras.*

SVMMARIA ex quarto notabili.

1 *Redditus annonæ, etiam pro futuro tempore illius anni, quo moritur annonarius, ad ejus hæredes transeũt.*

2 *Transmissio fit pro rata temporis, quo quis rem meruit, & tantum pro eo tempore quo quis rem gessit, mercedem lucrari potest.*

3 *Salarium, de quo in hoc textu, non est laboris, sed honoris, ideoq; totũ trãsmittitur, vbi ponitur ratio.*

4 *Salarium honoris est inæstimabile, ideoq; tanquam res indiuidua statim integrum debetur.*

5 *In re inæstimabili cessat illa ob rem dati obligatio, ex qua solet nasci cõdictio, & ideò sacerdoti sacrificij offerendi causa datum, repeti non potest.*

6 *In obligationibus respectiuis, vna res ponitur loco alterius pro pretio, & in re inæstimabili - alis conuentio cessat.*

7 *Magistratus si moriatur medio tempore, totum salarium integrum transmittit ad hæredes contra Fulgos. & Gregor. Lopez.*

8 *Salarium honoris tunc integrum transmittitur, quando est vnicum, & ex unica præstatione soluendum.*

9 *Comittibus magistratus, eo mortuo totum salarium debetur statim, non spectata temporis dilatione.*

Dilatio frustrà spectatur cujus nullus effectus, & quo modo intelligatur numer. 12.

10 *Obligatio, qualis fuit apud defũctum, talis esse debet apud hæredem.*

11 *Expenditur text. in l. 4. §. seruire ff. de statu liber. & lex. die functo. versic. si modo ff. de officio assessorum.*

12 *Intellectus l. si in lege. 27. §. si domus ff. locati.*

13 *Doctori conducto ad legendum, & aduocato, an salarium integrum debeatur si medio tempore moriantur.*

Modus potestatiuus, si non stat per implere debentem, habetur pro impleto.

14 *Famulus si infirmus sit, aut moriatur medio tempore an salrrium integrum ei debeatur.*

15 *Intellectus ad l. qui operas ff. locati.*

16 *Intellectus legis finalis. C. de domesticis, & protectoribus hoc volum. qui primo anno errat secundicerius, in sequenti anno erat primicerius, idque ex casu militiæ.*

NOTABILE quartum ex versi. vt quicunque.

Collige ex hoc text. annonæ redditus, & salaria debita vulgò *Tenças, & moradias*, ad hæredes transmitti, quod intelligit Platea hic, non solum in salarijs præteriti temporis jam perceptis, prout observat glos. in præsenti ad similitudinem vsusfructuarij, qui fructus jã perceptos ad hæredes transmittit. l. defuncta ff. de vsufructu: sed etiam in salario futuri temporis, vt antè decedens miles pro toto illo anno ad hæredem transmittat. Pro quo est melior text. quẽ nemo allegat. in l. fin. C. de domesticis, & protect. lib. 12. *Annonæ redditus etiã por futuro tẽpore illius anni, quo moritur annonarius, ad ejus hæredes transeũt.*

2 Quod tamen difficile est, propterea quod non fit transmissio, nisi pro rata tẽporis, vt l. his scholaribus, & in l. pen. § fin in fine. C. de erogatione milit. annon. lib. 12. Est enim rationi convenies, vt tantum pro eo tempore, quo quis rem gessit mercedem, lucrari possit juxta tex. & ibi notata in l. si vno anno §. item cum quidam ff. locat.

3 Sed responderi potest, quod hoc salarium, de quo in tex. nostro, non est laboris, sed honoris, ideoque totũ transmittitur, vt explicat Bart. in l. 1. §. diuus ff. de varijs, & extraord. cong. Et probatur in l. si quis in sacris C. de proxim. sacrorũ Serin. libr. 12. l. 3. C. de agentibus in rebus

rebus l. 1. C. de primipilo eodem libro l. post duo, C. de aduocat. diuers. judiciorum l. diem funct. 1. ff. de officio assess. l. diem functo ff. locati. l. legatis ff. de legationibus l. 9. tit. 8. part. 5. Auiles in cap. prætorum. verb. salarium num. 17. In quo, & illud adnotari oportet, quod licet non plus transferatur in hæredem, quàm sit penès defunctum. l. hæredem. ff. de reg. jur. Tamen in prædictis juribus totum salarium transfertur in hæredem, & si in principio anni mors contingat.

Salariū honoris statū in principio anni acquiritur

4 Et ratio est, quia cum non habeatur ratio laboris, sed honoris: neque concedatur in mercedem laboris, sed in locum beneficij, vt explicat Bart. vbi supra. Potest dici, quòd totum salarium in principio anni acquiritur, ideoque totum integrum transmittitur. Namq; cum hoc salarium sit inæstimabile, ac propter eà tàquam res indiuidua, fit inde vt mortuo milite integrum salararium debeatur, & transmittatur.

In re inæstimabili cessat obrem dati obligatio, ex qua solet nasci condictio.

5 Ex qua ratione fit etiam in tali casu, quæ data sunt repeti non posse. ex glos. magna in l. 1. §. diuus. ff. de varijs, & extr. Ord. cognit. nempè quia quando res est inæstimabilis cessat, illa ob rem dati obligatio, ex qua solet nasci condictio juxta textum in l. senatus §. 1. de donat. caus. mort. l. in summa l. damus. ff. de condictione indebiti,

6 Et ratio est, quia in hac obligatione ob rem, vna res ponitur loco alterius pro pretio, vt in l. naturalis cum materia ff. de præscriptis verbis. l. Modestinus ibi, *Pretium mandatarum actionum*. ff. de solutionibus. At in re inæstimabili talis conventio cessat: ideoque sacerdoti, vel Ecclesiæ sacrificij offerentis causa datum, repeti non potest, vt est bonus textus in cap. verum, in prima parte. Secundùm verum intellectum de conditionibus appositis quāvis ad implemētum causæ judicis officium competat. argument. tex. in l. Mævia ff. de condit. & demonstrat. l. Quintus Mutius ff. de annuis legat.

Sacerdoti causa sacrificij offerendi datū, repeti non potest.

7 EX PRÆDICTA autem ratione infertur primò, quòd si judex, magistratus, aut assessor moriatur medio tempore, cum salarium ei debeatur ratione honoris, & dignitatis, atque ideo sit inæstimabile ejus ministerium, illud integrum pro toto tempore transmittet ad hæredes, vt est text. junct. glos. ibi, verb. præstitit in l. diem functo. ff. de officio assess. (quem licet variè interpretentur Doctores, vti colligi potest ex Carond. lib. 1. verisimilium cap. 3. Brisonio lib. 2. selectarum cap. 12. Alciat. lib. 4. dispunction. contra quem latè disputat Forcatul. dialog. 62.) Hæc tamen est sententia communis secundum Curt. Iunior. ibi num. 31. Alex 41. Orol. 6. Iasl. 36. Abb. in cap. 1. numer. 9. de clerico ægrotant. tenuit etiam glos. in l. 1. §. diuus. verb. repeti. propè finem. ff. de varijs, & extraord. cognit. vbi Bart. num. 7. pro quo faciunt etiam omnia jura superiùs adducta Contraria tamen sententia magis placuit Fulgosio in dict. l. diem functo num. 4. Greg. in d. l. part. vbi neglecta ejus legis regiæ auctoritate credit de consuetudine prædictam opinionem communem non seruari.

8 Sed nihilominus non est ita temerè discedendum à priori sententia communi, quæ est verissima, quam etiam defendit Bolognet. in d. l. diem functo nu. 47. vbi fundamentis, quæ pro Fulgosio adducuntur, integrè satisfacit. Est tamen intelligenda, & declaranda, quando ipsum salarium vnicum fuerit ex vnica præstatione soluendum, & si annū pro illo anno tantum debeatur. Ita eleganter Platea hic in 3. notabili in fine. Bolognet. vbi supra, qui per quinque conclusiones prædictam resolutionem satis explicat.

9 Quibus addendum est prædicta adeò procedere, vt etiam commitibus, & ministris magistratus eo mortuo ante finitum officium, totum salarium debeatur pro omni tēpore, quo administraturi essent, si magistratus non decessisset, vt colligunt Doctores communiter ex dict. l. diem functo ff. de officio assessor. quæ est transcripta in l. 22. ff. locati. confirmat. l. qui operas. 41. ff. eodem tit. l. 4. tit. vlt. part. 2. Dicit receptum Curt. Iun. vbi suprà Bolognet. n. 10. Quod vsque adeò verum est, vt statim comites petere possint salarium, non expectata temporis dilatione, argum. text. in l. si in lege 27. §. si domus ff. locat. frustra enim

expectatur dilatio, cujus nullus est effectus l. aliquando 13. §. fin. ad Vellean. l. cum hæres. 52. §. 1. ff. de acquirend. hæred. Quod ita cum Bart. & Paul. de Cast. tenet Iass. in d. l. diem functo numer. 23.

10 Sed certè contraria sententia verior, & receptior est, vt constat ex trad. ab Oros. num. 3. Bologn. num. 22. vbi suprà. Pro qua primo facit, quia interusurium medij temporis est in consideratione, maximè cum eadem obligatio sit apud hæredem, qualis fuit apud defunctum l. 2. §. ex ijs ff. de verb. oblig. Secundo facit text. in l. in illa stipulatione 8 ff. de verb. obligat. ibi, *dies tamen superest.* l. si eum §. homo. ff. si quis cautionibus cap. commissa de elect. lib. 6. Quorum jurium decisio procedit etiam in cōtractibus bonæ fidei, vt notat Paul de Castr. in dict. §. si domus num. 2.

Obligatio qualis fuit apud defūctum talis esse debet apud hæredem.

11 Rursùs facit text. in l. 4 §. seruire. ff. de statu liberis, vbi qui seruire vno anno jussus sit Titio, & liber sit, si moriatur Titius, non ante libertatem consequitur, nisi elapso anno. Vlterius est text. in l. vxori. 35. ff. de vsufruct. leg. Deniq; inducitur text. in d. l. diem functo versic. *Si modo.* ff. de officio assessor. quem sic inducit Curt. ibi num. 11. Nam ibi ita demum debetur salarium comitibus magistratus, si modo comites cum alio magistratu non fuerint, planè sequitur expectandum esse illud tempus, neque enim potest intelligi conditio, si tēpus non præterierit residuum.

12 Neque obstat text. in d. §. si domus, quoniam ibi inquilinus fuit in culpa deserendo habitationem. Ideoque non potest objicere diem contractus, cui ipse cōtra venit cap. ex eo de regul. juris in 6. Nec etiam obstat quòd frustra expectatur adventus diei, cujus nullus est affectus, quia hoc est falsum, cō potiùs intersit hæredum lapsum tēporis expectare propter vsurium medij temporis §. plus Institu. de actionibus.

13 SECVNDO Ex prædicta ratione infertur idem etiam fore dicendum in Doctore conducto ad legendum ex glos. recept. in d. §. Diuus ad finem tradit. Iass. post alios in d. l. diem functo. num. 40. ff. de officio assessor. Quanvis in Academia nostra contrarium receptum sit, vt non nisi pro rata temporis (quo quis docuit) ad hæredes transmitat. In advocato autem magis dubitari potest. Et quanuis Iass. & cæteri suprà relati idem respondeant. Potest tamen fortasé dici nō idem jus esse quoniam Iuris Consultus in d. §. divus loquens in aduocato, non eādem rationem consideravit, quam ibidem ponit Bart. scilicet, quòd salarium sit inæstimabile, sed aliam diversam, nempè; quia non stetit per eum, quominùs officium advocationis ad impleret, quæ generaliter recepta est in omni casu, vbi modus est potestatiuus, quia si non stat perimplere debētem quominùs impleatur, habetur pro impleto l. 3. §. 1. ff. de condict. caus. dat. l. si pecuniam eodem titulo, vbi Iass. & Alex. & est bonus text. in l. quæ sub conditione §. quoties ff. de condit. instit. Vnde quemadmodum, & in alijs juris partibus, item & in hac specie datur repetitio l. 4. C. de cōdit. caus. dat. Ideoq; videtur cessare prædicta communis sententia. Tu dicas faciendam esse differentiam inter salariū promissum pro singulis annis, & inter mercedem datam, vel promissam pro patrocinio vnius causæ. Ita enim distinguit Bart. vbi suprà. Primo enim casu procedit supradicta communis opinio ex ratione, quam suprà ad notasti. Secundo verò casu; facienda est differentia inter datum, & promissum. Datum enim non repetitur, quoniam licet aduocationis officium sit inæstimabile, atque ideo videretur cessare condictio juxta superiùs dicta, quia tamen in eo consideratur aliqua ratio laboris, & industriæ: propterea à Iuris Consult. respexit ad rationem generalem, qua etiam fūdatur tex. in l. penult. C. de condit. caus. dat. Promissum verò repetitur, condicitur enim liberatio, quia eo casu videtur quodammodo sub cōditione promissum juxt. l. solent. versic. *Quod si solutum.* ff. de præscript. verb. Ideoque non impleta cōditione advocatus nihil petere, potest, sed cliens condicet liberationem, vt in d. l. 4. C. de condit. caus. dat. Quæ distinctio tenenda est, licet Iass. vbi suprà eam rejiciat, qui tantum debet intelligi in primo membro distinctionis, eo enim casu nulla est differentia inter datum, & promissum.

Aduocato an salariū integrum debeatur.

Modus potestatibus, si non stat per implere debentem habetur per impleto.

missum.

Famulus si infirmus sit aut moriatur medio tẽpore, an salariũ integrum ei debeatur.

14 HIS ETIAM, & consequenter dubitari potest, utrum si famulus infirmus sit, & moriatur medio tempore salarium debeatur integrum. Et glos. in l. arboribus §. de illo verbo *ægrotante* ff. de usufructu, putat integrum salarium deberi ex eo, quia non stetit per eum, quominus ministerium præstaret. Pro qua etiã videtur facere tex. in l. qui operas 41. ff. locat. Bart. vero in l. si vno §. item cum quidam ff. locati contrarium tenet per text. ibi, dum probat cessante ministerio, aut vsu rei conductæ, & si cesset per casum fortuitum, cessare debere mercedem laboris. Et vtriusque opinionis auctore refert Iass. in loco supra citato, numero 47.

15 Mihi autem placet distinguere inter duos casus, primus est, quando dominus convenit cum famulo de mercede soluenda in pecunia, tunc enim cum sit vera, & propria locatio jux. text. in l. 1. §. si quis servum ff. depositi. l. naturalis §. at cum do. ff. de præscript. verb. Salarium pro rata temporis debetur juxt. d. l. si vno §. item cum quidam. Nec obstat text. in d. l. qui operas. Quia debet intelligi, quando non stetit per locatorem, sed per conductorem, quominus operæ præstarẽtur, veluti si dominus famulum medio tempore dimiserit sine justa causa, vt eum textum intellexit glos. in d. §. item cum quidam. Secundus casus est, quando aliquid dedit famulo in specie pro ministerio futuro, tunc enim cum sit contractus innominatus, vt in d. l. 1. §. si quis seruum ff. depositi, & non stetit per eum, quominus operas præstaret, videtur cessare repetitio juxt. text. in l. 3. §. 1. ff. de condit. caus. dat. cum similibus supra adductis in quæstione aduocati, quam distinctionem facit eleganter glos. vlt. in d. §. item cum quidam versic. *Vel verius dic.*

L. fin. C. de domesticis protect.

16 EX SVPERIORI resolutione deducitur intellectus ad text. in l. fin. C. de domesticis, & protectoribus libr. 12. qui textus difficilis est, dum probat salarium non solum ejus anni, in cujus principio moritur miles, qui ad latus Principis assistit, verum etiam & sequentis anni ad hæredes transmitti. Nam quo ad primum plane posse procedere, supra resolutum est in principio scholij præcedentis. Quo ad secũdum vero, videtur nulla ratione posse procedere. Vnde rejecta solutione Odofredi, quam ibi sequitur Platea. Aduertendum est text. illum loqui in secundicerio, qui proximum locũ habebat à primicerio, vt colligi potest ex l. 2. C. eodem titulo de domest. & protect. l. 2. C. de primicerio lib. 12. Is enim, qui vno anno erat secundicerius, sequenti anno futurus erat primicerius, vt explicat Cujac. in d. l. fin. Constituit ergo Imperator, ibi hæredes defuncti secundicerius posse petere salarium totius anni sequentis, quo si viveret defunctus, foret primicerius, idque casu militiæ, quo subrogatus in locum defuncti debet præstare annuos redditus ejus hæredibus juxt. text. in l. omnimodo §. fin. C. de inoffic. testamen. ad quam gloss. nostra verbo *gestum* alludit explicat Lælius Taurel. in tractatu de militijs ex casu. Couar. & Cujac. quos remissiuè retuli in l. cum oportet num. 189. C. de bonis quæ liber hos tamen redditus aduocati fisci non tenentur præstare ejus hæredibus in cujus locum fuerunt subrogati l. petitionem. C. de advocatis divers. judiciorum.

SVMMARIA ex Notabili quinto.

1 *Beneficiarius transmittit fructus perceptos ad hæredes, pendentes verò minimè.*

2 *Beneficiarius solet æquiparari fructuario.*

3 *Fructus beneficij pendentes esse pro rata diuidendos inter hæredes mortui, & successores beneficij contra communem tenuerunt Couar. Molina, Auendan. & Sarmientus.*

Beneficia conceduntur ratione oneris, & officij.

4 *Clericus facit fructus suos ratione tituli, propter quem beneficium habuit, maritus verò non facit fructus ratione dominij, quod habet, sed ratione onerũ, quæ sustinet in matrimonio.*

Cap. fin. §. porrò de officio ordinarij lib. 6. declaratur.

 5 Sen-

5 *Sententia glos. hujus quomodo intelligatur, & ampliatur etiam in fructibus, qui sunt à solo separati, & nu. 6.*

7 *Fructus percepti pertinent ad renunciantem beneficium, pendentes vero ad eū, cui renunciatum est.*

8 *In venditione, & in legato fundi veniūt omnes fructus pendentes, cum ejus pars sint.*

Subrogatus debet habere omne jus, quod habet ille, in cujus locum subrogatur.

9 *Pensionarius transmittit fructus perceptos, non vero pēdentes ex sententia Petri Barbosæ, quæ quomodo procedat, & quo casu ostenditur num. 10.*

10 *In promissione fructuū subintelligitur cōditio, si fructus nascantur.*

11 *Pensio ecclesiastica cedit in alimoniam pēsionarij, & si constituta sit in pecunia, pro rata temporis, quo vixit pensionarius, ad hæredes transibit.*

12 *Commendatarij transmittunt fructus ipsius commendæ perceptos ad hæredes, non vero pendentes contra Molinam, & alios.*

13 *Emphyteuta transmittit fructus emphyteusis ad hæredes, si sint percepti.*

14 *Cap. 1. §. his consequenter, hic finitur lex, in vsibus fæudorum interpretatur.*

In his, quæ exorbitant à jure communi, non procedit argumentum de fæudo ad emphyteusim, ab vsufructu vero ad emphyteusim valida erit argumentatio.

15 *Cujacius cōtra jura apertissima affirmauit, non solum in emphyteusi, sed & in vsufructu, fructus pro rata esse diuidendos exemplo mariti.*

Intellectus. l. si operas ff. de vsufructu.

Intellectus ad l. vti frui. §. fin. ff. si vsusfructus petatur.

16 *Maioratus possessor transmittit fructus collectos ad ejus hæredes, non vero pendentes contra Molinam, & alios.*

Fructus à solo separati censentur res mobiles, & tanquam quid separatum à rebus maioratus, & ideo dividuntur inter hæredes.

17 *Maioratus bona non communicantur inter conjuges, fructus vero collecti ex maioratu inter eos diuiduntur.*

18 *Fructus pendentes ex rebus maioratus mortuo vltimo possessore, pertinent ad ejus successorem, & si maior pars anni transacta sit.*

Non solum dominium rei legatæ, sed & fructuum, qui pars rei censentur, trāsfertur absque traditione in legatarium.

19 *In Regno Castellæ mortuo vltimo possessore, non solum dominium, sed & possessio maioratus transfertur in successorem.*

20 *Maioratus fructus pendentes esse pro rata diuidendos inter hæredes defuncti, & successorem tenuerunt Couar. Molina, & Auendan.*

21 *Maioratus onera, & onera matrimonij sunt dissimilia, & leges, quæ de marito loquuntur, non conueniunt maioratus possessori.*

22 *In maioratu ex bonis regiæ coronæ transit dominium ipso jure in successorem, & si constituatur per viam donationis inter viuos. Ex bonis patrimonialibus dominium non transfertur absque traditione in Regno Portugaliæ.*

23 *In contractibus, licet resoluatur titulus; non tamen transfertur dominium ipso jure.*

Dominium non potest esse in pendenti.

NOTABILE V.

EX glossa vltima in fine ibi, *Item argumentum, quod idem sit in præbenda clerici jam percepta* colligitur, quod mortuo beneficiato perceptis jam redditibus, illos transmittit ad hæredes ex testamento, vel ab intestato, pendentes verò minimè, quam glos. sequuntur hic Odofred. Pirrhus, & Platea. Consetus in singulari verbo *clerici*. Imola numer. 1. Roman. num. 12. in l. diuortio ff. soluto matrim. Canonistæ in cap. si. de officio ordinarij lib. 6. Ancharr. cons. 116. num. 3. dicit communem Alberic. in d. l. diuortio num. 12. Alexand. cons. 15. nu. 3. lib. 2. Rota decisſ. 41. in antiquis de probationibus. *Fructus beneficij percepti trāsmittūtur ad hæredes non vero pendētes.*

2 Et ratio est, quia beneficiarius solet æquiparari fructuario ex glos. verb. *reservari* in cap. fin. de officio ordinarij lib. 6.

idcoque

ideoque in eo seruanda est distinctio tex. in l. defuncta. 65. ff. de vsufructu (ad quam glossam hic allucinatur) l. si vsus fructuarius 13. ff quibus modis vsusfruct. amittat. l. in singulos 8. ff. de annuis legat. §. is verò Instit. de rerum diuisione l. 3. tit. 8. part. 5.

3 Sed certè ab hac communi sententia recessit Couarru. lib. 1. variar. cap. 15. n. 12. qui existimat fructus pendentes esse pro rata diuidendos inter hæredes mortui, & successores beneficij, sequitur Auend. respons. 5. num. 1. quorum opinionem in forensibus controuersijs receptam se vidisse testatur Molina lib. 3. de primogen. cap. 11. num. 4. Sarmien. de reddit ecclesiast. 4. part. cap. 6. num. 13. qui Hispaniæ consuetudine ita receptum esse ait. Mouentur autem prædicti Auctores duplici fundamento. Primo, quia beneficia conceduntur ratione oneris, & officij, cap. cum secundum de præbendis cap. fin. de rescriptis lib. 6. Ideoque in eo seruanda est eadem ratio, quæ in l. diuortio. ff. soluto matrim. Secundo, mouentur ex text. in cap. fin. §. porrò de officio ordin. lib. 6.

4 Sed ad primum respondetur diuersam esse rationē in clerico, quàm in marito. Nam clericus facit fructus suos ratione tituli, propter quem beneficium habuit text. cap. si tibi absenti de præbendis (quem notabilem appellat Panor. in cap. cum M. Ferrar. num. 30. de consti tut.) Ideoque tantum attenditur, vtrū titulus, & dominium subsistat, quæ cum morte fuerint extincta, meritò succedit regula d. l. defuncta. Maritus vero non facit fructus suos ratione dominij, quod habet in rebus dotabilibus, sed ratione onerum, quæ sustinet. l. dotis fructus 8. ff. de jure dotium l. pro oneribus. C. de jure dotium l. 24. tit. 11. part. 4. Ideoque attenditur per quod tempus sustinuisset onera matrimonij, vt in d. l. diuortio, vbi ita doctissimè aduertit insignis. P. Barbos. scholio 25. Ad secundum de d. §. porrò. respondetur potiùs facere pro cōmuni sentētia, probat enim ex fructibus perceptis onera totius anni esse exoluenda, donec noui fructus nascantur, vt ibi notat Dominicus num. 4. Ergo licet beneficiarius ex fructibus pendentibus nihil prætendat, ex perceptis tamen debet esse contentus.

Maritus facit fructus suos ratione onerum, quæ sustinet in matrimonio.

Barbosa.

5 Ex quibus concludes veram esse sententiam glossæ hic: intelligendo tamen dummodo contraria consuetudo non refragetur, quia illi standum erit, cum specialiter approbetur in extrauaganti suscepti regiminis de electione. Ioannis 22. Deinde hæc recipienda sunt attenta hodierna, & generali consuetudine, quæ habet quòd beneficiarius potest de fructibus testari. Secus verò de jure communi, vt in cap. cum in officijs de testament.

Beneficiarius atteta hodierna cōsuetudine potest de fructibus testari.

6 Ampliabis autem glossæ sententiam hic non solum procedere in fructibus perceptis, & in horreo reconditis, sed etiam in ijs, qui tantum sunt à solo separati, vt ipsi transeant ad hæredes defuncti ex testamento, vel ab intestato, ita tenet Salicet. in l. si pater C. de vsufructu, & est communis opinio secundum Tiraquell. de retract. titul. 2. glos. 4. §. 5. in principio.

Fructus beneficij dūmodo sint à solo separati transeūt ad hæredes beneficiarij

7 EX SVPERIORI resolutione infertur primò, prædicta procedere etiam in eo, qui beneficium ecclesiasticum renunciauit, ut fructus percepti pertineant ad renuntiantem, pendentes verò ad eū, cui renunciatum est. disputat, & resoluit Platea in præsenti Alber. num. 13. in l. diuortio ff. solut. matrim. Rota decisione. 136. in antiquis, quicquid Couar. vbi suprà. Pro qua sententia facit, quia subrogatus debet habere omne jus, quod ille, in cujus locum subrogatur. lib. 2. C. de commitibus rei militar. lib. 12. Deinde facit, quia in venditione fundi veniūt omnes fructus pendentes l. Iulianus §. si fructibus ff. de actionibus empti. l. item si fundi. ff. de vsufructu. Et in legato fūdi veniunt etiā fructus pendentes l. Mœuius §. pen. ff. de legat. 2, l. Herennius Modestin. 42. ff. de usuris. quia sunt partes illius fundi. l. fructus pendentes ff. de rei vendicat. Sic in simili in renunciatione beneficij erit dicendum, vt fructus etiam pendentes committentur ipsum beneficium. Vltimo loco inducitur text. in rubro, & nigro in authent. vt clerici, qui recedunt alijs pro eis subrogatis collat. 5.

Percepti fructus pertinēt ad renuntiantē beneficiū.

8 SE-

Pensionarius trāsmittit fructus perceptos, nō vero pēdentes.

9 SECVNDO infertur superiùs posita etiam procedere in pensionario, vt nequaquam fructus pendentes transmittat ad hæredes, sed tantum perceptos. Nam cum pensio ecclesiastica vsufructui æquiparetur ex Cardinali in clemen. §. 1. eadem. vbi Imol. num. 26. de supplenda neglig. prælati Sequitur in eo observari debere distinctionem d. l. defuncta, resoluit Gigas de pensionibus quæst. 53. insignis Barbosa vbi supra Scholio 23.

10 Quod tamen indistinctè non arbitror esse admittendum, nisi quando pensio ecclesiastica fuerit constituta in parte, seu in quota fructuum, quia tunc cum subintelligatur conditio si fructus nascantur l. 1. ff. de condit. & demonstrat. & ante implementum conditionis nihil debeatur pensionario l. cedere diem ff. de verborum signif. consequitur ad hæredes non posse transmitti. argum. tex. in l. 4. ff. de annu. legat. l. si cum præfinitione ff. quando dies legat. cedat. Supposito, quod pēsio ecclesiastica cedit in alimoniam pensionarij vti concludit Gigas de pēsionibus quæstione 51. num. 2.

Pēsio ecclesiastica, si sit cōstituta in pecunia, pro rata tēporis, quo vixit pēsionarius, ad hæredes trāsit.

11 Cæterùm si pensio sit constituta in pecunia numerata, vt plerunque fieri soler, crederem pro rata temporis, quo vixit pensionarius, ad hæredes transire pēsionem, de cursam, & non solutam secūdum Couar. in loco supra citato num. 13. qui in hoc casu rectè procedet, tradit Gigas de pensionibus quæst. 52. & ita audiui praxi obseruari.

12 TERTIO infertur argum. nostri text. idem etiam dici debere in comēdarum fructibus. Christi videlicet, sancti Iacobi, & Auis: vt comendatarij fructus perceptos transmittant ad hæredes, non vero pendentes, ad similitudinem vsufructuarij, de quo supra dixi. Quanvis contrarium existimet obseruari Molina lib. 3. de primog. cap. 11. n. 4. vbi ait ad exemplum mariti fructuum diuisionem fieri.

Emphiteuta trāsmittit fructus.

13 QVARTO infertur superiorem resolutionem locum etiam habere in fructibus emphiteusis, quæ post finitas vitas debet ad directum dominium pertinere, vel ad alium, vt similiter emphyteutæ fructus transmittant perceptos, non vero pendentes, tenet Alex. in d. l. diuortio num. 4. Claudius ibi col. pen.

14 Licet contrarium contendat ibi Socin. num. 8. quem sequitur Tiraquell. de retract. tit. 2. glos. 4. §. 5. numer. 2. arg. text. in cap. 1. §. his consequenter. Hic finitur lex in vsibus fœud. qui text. nihil obstat, quia cum sit exorbitans à jure communi. tantum procedet in fœudo, non vero in emphyteusi, ad quam nō potest ab eo argui in ijs, quæ exorbitant à jure communi. secundum Bart. in l. vt juris jurandi. §. si liberi num. 5. ff. de ope-ris liber. Euerard. loco. 29. numer. 42. Sed potius ab vsufructu ad emphyteusim erit argumentatio secundum Iass. in l. 2. num. 18. C. de jure emphiteu. & sic in eo procedet distinctio text. in d. l. defuncta in glos. hic allegata cum similibus suprà adductis.

In ijs, quæ exorbitant à jure communi non procedit ar gu. de feud. ad emphyteus.

15 Vt mirandum sit contra jura apertissima Cujac. affirmasse lib. 4. de fœud. tit. 30. non solum in emphyteusi, sed etiam in vsufructu, fructus pro rata esse diuidendos; exemplo mariti per text. in l. si operas 33. ff. de vsufructu. l. vti frui. §. fin. ff. si vsusfructus petat. Quæ tamen jura nihil obstant, nam primus text. loquitur in operis seruorum, quæ multum distant à fructibus aliarum rerum. Neq; enim operæ simul, & vno tempore, sicut fructus vineæ, aut alterius fundi, colligūtur, sed in quotidiana perceptione consistunt, quia opera diurnum officium est l. 1. ff. de operis liber. & antequam sit in actu, non est in rerum natura vnde nisi integro anno duraret vsusfructus serui, impossibile est, quòd à fructuario tertius anni operæ perceptæ fuerint, ideoque ad eum solum pro rata pertinent ejus temporis, quo duraverit vsusfructus: scilicet an finitum vsumfructum. Non obstat text. in d. §. fin. quia nihil vetat intelligere, & supplere juxt. terminos d. l. defuncta scilicet, vt præteritorum fructuū, qui a colono, vel ab alio essent collecti ante finitum vsumfructum, vsufructuarij hæres agere possit.

Cujacius refutatur.

Operarum perceptio multū differt à fructuū perceptione.

16 QUINTO infertur, idem etiam argum. nostri text. admitti debere in maioratus fructibus, vt scilicet maioratus possessor collectos fructus transmittat ad hæredes, pendentes verò pertineāt ad

Maioratus possessor trāsmittit fructus collectos ad ejus hæredes nō vero pēdentes.

ad successorem maioratus ex l. si vsusfructuarius. ff. quibus modis vsusfruct. amitt. l. defuncta cum alijs supra allegatis ff. de vsufructu. Nam fructus à solo separati censentur res mobiles l. fin. ff. de requirend. reis, & tanquam quid separatum à rebus maioratus l. in ædibus 9. §. 1. ff. de donationibus Ideoque sicut res mobiles possessoris maioratus debent diuidi inter illius hæredes Anton. Gom. in l. 40. Tauri n. 74. verb. *quod tamen* Signerol. consil. 12. num. 2.

Fructus maioratus communicātur inter cōjuges.

17 Quo fit, vt licet bona maioratus non communicentur inter conjuges Ordin. libr. 4 titul. 7. §. 2. Tamen fructus collecti ex bonis maioratus communicentur ex Palat. Rub. in repit. rubr. §. 62. num. 10.

18 Quod si fructus sint pendentes mortuo ultimo possessore maioratus, tunc omnes insolidum pertinebunt ad successorem, & si maior pars anni transacta sit ex regul. l. Herennius Modestinus 24. ff. de vsuris, conjuncta ejus ratione, quam ponit Iass. in l. apud Iulianum §. fructus. numer 8. ff. delegat. 1. scilicet, quod in legatis transfertur dominium absque traditione l. 1. C. communia de legat. §. sed nostra. Institut. eodem. Ideoque quēadmodum efficitur dominus rei legatæ, ita & fructuum, qui pars rei censentur. l. fin. §. fructum ff. quæ in fraud. creditorum.

Fructus pēdentes maioratus pertinent ad sequentē in solidum, mortuo vltimo possessore.

19 Vnde cū ex dispositione l. 45. Taur. in Regno Castellæ sit constitutum mortuo ultimo possessore, statim non solum dominium, sed possessionem maioratus transferri in successorem, proculdubiò omnes fructus pendentes ad eum spectabunt, etiamsi maior pars anni transacta sit, quo vltimus possessor decesserit. Ita Ant. Gom. in d. l. 40. Tauri. numer. 74. Pelaes de maioratibus 4. part. quæst. 24. doctissimus Costa de successione Regni 3. part. num. 13. & sequenti, qui ita in senatu regio judicatum fuisse aliquando testatur: nempè vt fructus percepti, post delatam successionem pertineant ad successorē, non attento qua parte anni vixerit vltimus possessor.

20 Contrariam tamen sententiam tenuit Couar. lib. 1. var. cap. 15. ad finem, vbi refert in Granatēsi senatu fuisse judicatum fructus pro rata esse diuidendos inter hæredes defuncti, & successorem maioratus defendit Molina de primog. li. 3. cap. 11. num. 11. Auendan. resp. 5. num. 6. qui omnes contendunt in hac diuisione fructuum sequēdum esse exemplum mariti. Nam quemadmodum marito dos datur ad sustinendū onera matrimonij, & divisio fit pro rata temporis, quo onera sustinuit l. diuortio ff. soluto matrim. Ita quoque possessor maioratus omnia onera familiæ sustinet: scilicet fratres, & cognatos alere, & splendorem familiæ conseruare, ideoque similiter diuisio fieri debet.

Possessor maioratus sustinet onera familiæ.

21 Sed certè nō est discedendum à priori sententia, quæ est verissima. Neque obstat argum. quia matrimonij onera, & onera maioratus possessoris sunt dissimilia, cum onera matrimonij sint grauissima, & continua. at maioratus possessoris onera interdum sunt nulla, aut saltim modica, quæ oneribus matrimonij comparata sunt nullius momenti, vt est notissimum: vnde leges, quæ de marito loquuntur Maioratus possessori non conveniunt.

Leges, quæ de marito loquuntur, non conueniunt maioratus possessori.

22 Quibus addendum est opinionē Gomesij apud nos proculdubio esse recipiendam, si maioratus in testamento constituatur, quia tunc cum inducatur fideicommissum quoddam successiuū in futuros successores l. peto §. fratre. ff. delegat. 2. Inducetur etiam decisio tex in d. l. Herennius Modestinus. Et idem etiam recipiendum est in maioratu ex bonis regiæ coronæ, quia cum ex mente Ordin. lib. 2. tit. 17 §. 1. dominium transferantur ipso jure in successorem, vt advertit Costa, ubi suprà n. 14. profectò reducitur res ad terminos d. l. Herenius modestinus. Si verò maioratus sit constitutus per viam donationis inter viuos, dicendum est, quòd cum non transferatur dominium absque traditione. l. traditionibus C. de pactis l. 2. l. quoties C. de donat. quæ sub mod. Couar. li. 1. variar. cap. 14. n. 3. Non ante traditionem successor fructus lucrabitur.

In maioratu ex bonis regiæ coronæ transit dominium ipso jure in successorē.

23 Nec obstat, quod donatio licet ad vitam donatarij finito tempore extinguitur, & ipse, contractus, vt in l. fin. C. de legat. l. 2. C. de donat. quæ submo.

E Quia

In cōtractibus licet resoluatur titulus non tamen trāsfertur dominium.

Quia respondetur, id non esse intelligendum, vt translacto tempore, dominium transferatur ipso jure in eum, cui donator voluit acquiri, sed tantum, quod ei competat actio personalis, secundum voluntatem donantis. Receptissimum est enim principium in contractibus, vt licet resoluatur titulus, non tamen transfertur dominium ipso jure glos. magna communiter recepta, vbi notat Paulus num. 8. in l. 1. C. de inoffic. donat. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 27. Cum ergo dominum sit penes hæredem defuncti, vt quia non potest esse in pendenti l. nec vtilem. ff. ex quibus caus. maiores. fit, vt interim ratione dominij fructus lucrentur: & ita sentit Costa de patruo, & nepot. 3. part. num. 45. In Regno tamen Castellæ seruanda erit potius prædicta opinio Gomesij indistinctè attenta l. 45. Taur. & l. 7. tit. 4. part. 5. vbi Greg. verb. *Possesion*, resoluit. d. Petr. Barbosa in d. l. diuortio ff. solut. matr.

Dominiū non potest esse in pendenti.

SVMMARIA ex notabili sexto.

1 *HÆredes sanguinis dicuntur propriè hæredes, & in conditione, si sine hærede, per inde intelligitur, ac si dictum sit, si sine liberis, quia hi sunt propriè hæredes sanguinis.*

2 *Appellatione hæredis continentur omnes hæredes, etiam extranei, si aliqua absurditas ex eo non resultet.*

3 *Intellectus l. ex facto §. fin. ff. ad Sen. Cons. Trebell.*

Verba nunquam debēt intelligi, vt rarò, aut nunquam verificari possint.

4 *Intellectus hujus text.*

4 *Viuens non potest habere hæredem extraneum, filius verò dicitur etiam hæres viuo patre.*

5 *Verbum, hæredes, filios tantum comprehēdit in fœudo, & in annona, & quomodo hoc intelligatur.*

6 *Emphiteusis ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos.*

7 *Res Ecclesiæ ex juxta causa, & interueniēte solennitate à jure requisita, possunt dari in emphiteusim, & in annonam, etiam in extraneos hæredes.*

8 *Intellectus §. emphyteusim, auth. de non alienand. aut permutan. rebus Ecclesias. collat. 2.*

NOTABILE VI.

HAbet text. *vel in heredes proprios jure sanguinis.*

1 Notabis declarationem verbi *hæredes*, quam facit Imperator in præsent. ut scilicet intelligatur propriè de ijs, qui sunt successores sanguinis, vt non immeritò Mantica ex hoc text. dixerit lib. 11. de conjecturis tit. 1. num. 9. in conditione (si sine hærede) perinde intelligi, ac si dictum sit, si sine liberis, quia hi sunt proprij hæredes sanguinis secundum text. hîc.

Hæredes sāguinis, dicūtur propriè hæredes.

2 Nam licet regulariter appellatione hæredis contineantur omnes hæredes, etiam extranei. l. hæredis appellatione 170. l. sciendum 70. ff de verb signific. l. stipulatio ista §. si quis ita ff. de verb. oblig. Bart. in l. Gallus §. etiam si parente num. 2. ff. de liber. & posthum. communiter receptus per Iasl. ibi numer. 11. Pinel. in l. 2. numer. 12. C. de bonis mater.

Appellatione hæredis continētur omnes hæredes etiā extranei.

3 Tamen id intelligitur, quando verba hæredis verificari possunt in extraneis hæredibus. Cæterùm, si aliqua absurditas resultaret, tūc ad liberos proprios hæredes sanguinis restringi debet vt in l. ex facto §. fin. ff. ad senat. consult. Trebell. Cujus text. ea ratio est, quia verba nunquam debent intelligi, vt rarò, aut nunquam verificari possint cap. coram. 34. de offic. de legat. Vnde cum verba illa, (sine hærede) si generaliter acciperentur, nunquam fideicommissum verificari posset, ideo verbum illud, sine hærede, restringitur, & fit interpretatio, de qua ibi. Vt rectè accepit Accurs. ibi schol. vlt. quem communiter scribentes sequuntur secundum Dec. in c. in præsentia. num. 48. vers. Secunda conclusio extra de probationibus, & cons. 594. num. 1. Socin. cons. 57. num. 7. lib. 3. Grauet. cons. 38. num. 1. cum quibus ita resoluit insignis Barbosa in d. l. ex facto §. in prin. ff. ad Trebel. & explicat Cald. de nomin. emphyteus. quæst. 22. n. 44. & 47.

Verba nunquā debent intelligi, ut rarò, aut nunquam verificari possint.

Intellectus l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell.

Barbosa.

4 Ex

Filius dicitur hæres, etiam viuo patre.

4 Ex qua resolutione infertur primò ad text. nostrum, vt si annona concedatur Titio, & hæredibus suis ad ejus vitam, qualis est annona gratiosa, quia talis concessio non potest verificari in extraneis hæredibus, cum viuens non possit habere extraneum hæredem, jux. l. 1. de hæred. vendit. fit vt intelligatur tantum de filijs, non de alijs. Cum filius dicatur etiam hæres viuo patre ex Bart. vbi suprà communiter recepto, secundum Socin. in l. si filius, qui patri. numer. 16. ff. de vulgar. & pupil. Costa in 4. §. p. num. 9.

Verbũ hæredes filios tantũ comprehẽdit in fœudo, & in annona

5 Deniq; hinc etiam fit, quod si res est ejus naturæ, vt non possit transire ad extraneos hæredes, vt est fœudum cap. 1. de succession fœud. & annona regiæ coronæ O. d. lib. tit. 17. §. 5. verbum hæredes, filios tantum comprehendet. resoluit Caldas de dominat emphyt. quæst. 22. num. 28. Nisi in concessione sit dictum pro te, & quibuscunq; hæredibus, vt eleganter enuit Bald. in cap. Imperialis, de prohibita feud. alienat. per Federicum, & in l. 1. numer. 30. ff. de rerum diuisione argu. l. id tempus 14. §. 1. ff. de vsucap. Sequitur Aret. in l. pro hærede §. quòd si tamen. 1. notabili. ff. de acquir. hæred. Peralt. in rubr. num. 55. versic. *Septimus casus* ff. de hæred. instituend. & in l. & proculo. n. 8. ff. de leg. 2. Menoch. cons. 129. nu. 11.

Emphyteusis ecclesiastica nõ trãsit ad hæredes extraneos.

6 Ex ijs deducitur, etiã quod si Ecclesia concedat alicui rem in emphiteusim, vel in annonam ciuilem alicui, & suis hæredibus, ea annona, & emphyteusis non transibit ad hæredes extraneos, cum res Ecclesiæ non possint ita dari in emphyteusim, aut pro annona civili, vt in extraneos hæredes transeat, vt tenent post glos. ibi communiter scribentes. secundum Alex. in l. etiam ff. solut. matrim. nu. 3. & esse communem testatur Dec. in cap. in præsentia. n. 48. de probation. & cons. 171. n. 3. Gozadin. cons. 36. nu. 6. Affl ct. decisione 100. Rubeus in l. Gall. §. quidam rectè num. 129. ff. de liber. & posthum Caldas, qui simpliciter loquitur, vbi suprà num. 26. & probatur ea sẽtentia in auth. de non alienan. aut permutan. rebus Eccles. §. emphyteusim ibi, & *ciuiles annonæ*, collat. 2.

Res Ecclesiæ ex justa & interueniente solẽnitate possũt dari in emphyteusim.

7 Sed longè veriùs, & receptius est res Eccles. ex justa causa, & interueniente solemnitate à jure requisita, posse dari in emphiteusim, & in annonam, etiam in extraneos hæredes, vt tenuit Abb. in d. cap. in præsentia, nu. 29. & Felinus num. 27. Philip. Decius d. num. 48. vers. *Sit ergo resolutio*, & est communis secundum Alex. cons. 189. lib. 2. Socin. cons. 266. num. 33. 2. volum. Grat. cons. 55. num. 26. lib. 1. Couarr. lib. 2 var. cap. 17. n. 4. vers. *Quarta conclusio.* Et probatur in authent. de alien. & emphyteus. §. licentiam, ibi *& perpetuo in emphiteusim volentibus dare.* In authent. perpetua C. de sacros. Eccles. & probatur etiam ratione, quia si res Ecclesiæ ex justa causa, & interueniente debita solemnitate possunt in totum alienari, multo magis, poterunt dari in perpetuum emphyteusim, per quam vtile dumtaxat dominium transfertur.

Intellectus §. emphyteus. authent. de non alienand.

8 Nec obstat huic sententiæ tex. in. §. emphiteusim, quoniam dupliciter respondetur. primò, quia is text. corrigitur per d. §. licentiam, vt tenuit Accurs. in §. adeò. verb. auferre. Institut. de locato, & conduct. Et in authent. si quas ruinas verb. *dentur.* C. de sacros. Eccles. Vel secundò, & meliùs respondetur, quòd res Ecclesiæ ex justa causa, & interueniente solemnitate poterunt dari in perpetuam emphyteusim, vt in d. §. licentiam: sine solemnitate verò de jure ciuili poterunt dari vsque ad tres vitas, vt in d. §. emphyteusim. Quod tamen correctum est jure canonico Per Clement. 1. de rebus Eccles. & in cap. nulli eodem titulo. Vnde hodie res Eccles. ex justa causa, & debita solemnitate poterunt dari perpetuò in emphyteusim: Sine solemnitate verò nullo modo dari possunt. Si ergo quis accipiat ab Ecclesia rem in emphyteusim pro se, & hæredibus suis, interveniente justa causa, & solemnitate requisita, ea emphyteusis transibit ad extraneos hæredes, cũ id importet verborum proprietas, nec actus natura repugnet ex communi opinione, de qua suprà, quicquid contradixerit Gozad. d. cons. 39. num. 7.

SVMMARIA ex septimo notabili.

1 *Emolumenta annonæ jam perceptæ, non solum pertinent ad liberos, & hæredes jure sanguinis, sed ad eos, qui jure hæreditario succedunt.*

2 *Ea quæ possunt alienari, possunt etiam in extraneos hæredes transferri.*

3 *Annona perpetua transit ad omnes hæredes, etiam extraneos, annona verò regiæ coronæ jure maioratus defertur ex Ordinatione Regni Portugalliæ, & nu mer. 4.*

4 *Concessiones Principum gratiosæ non trãseunt ad hæredes extraneos: etiamsi in eis mentio hæredum fiat.*

5 *In successione eorum, quæ deferuntur iure sanguinis, non potest vltimus possessor disponere, sed pertinent ad proximum agnatum. At in successione hæreditaria potest testator etiam propinquiores, & consanguineos priuare, & de eis ad libitum disponere.*

6 *In successione sanguinis non datur diuisio, immò proximus admmittitur, etiã vltra decimum gradum, quod tamen est secùs in successione hæreditaria.*

7 *Successor jure sanguinis potest delata bona acceptare, & hæreditatem vltimi possessoris repudiare, in successione vero hæreditaria, non potest successor partem adire, & partem repudiare.*

8 *In his, in quibus primo institutori succeditur, non potest proximus exhæredari.*

9 *In successione jure sanguinis potest paciscì sine consensu vltimi possessoris. Secus vero in hæreditaria successione, vbi prosequitur remissiuè alia notabiles differentiæ.*

10 *Annona gratiosa regiæ coronæ quandò transeat ad hæredes extraneos.*

NOTABILE VII.

Vel in hæredes proprios jure sanguinis.

1 Colligo ex hoc text. junctã gl. verb. *sanguinis* emolumenta annonæ jam percepta, non solum pertinere ad liberos, & hæredes jure sanguinis, sed ad eos, qui jure hæreditario succedunt, ut per hæc verba non significet Imperator in ijs bonis debere, duntaxat, succedi jure sanguinis, sed etiam jure hæreditario: inter quæ duo longa est differentia, vt non inde miteris frustra hãc glossam, immò subtiliter adnotasse.

2 Cujus rei ratio est, quia si prædicta emolumenta titulo alienationis possunt in extraneos distrahi, vt statim in nostro text. probatur, multò fortiùs poterunt ad hæredes jure hæreditario transire, ea enim, quæ possunt alienari, possunt etiam in hæredes transferri, vti notatur in l. peto. 71. §. fratre, ff. delegat. 2, l. 1. ff. de fund. dotal. Si autem hereditas non adeatur per hæredem scriptum, tunc liberis, & agnatis ipsius defuncti, licet nõ sint hæredes, prædicta emolumenta solui debebunt ex glos. 2. in l. si quis id facis. C. de proximis sacrorum Scriniorum, quam ibi prosequitur Platea column. 1. *Ea quæ possũt alienari, possunt etiam in extraneos trãsferri.*

3 Quod etiam intellige, procedere in ipsa annona à Principe donata, si sit perpetua jure hæreditario, vulgò *Tença de juro.* Nam ea, ad quoscunque hæredes, siue proprios jure sanguinis, siue extraneos pertinebit, vt hîc.

4 Secùs verò erit in annona regiæ coronæ, quæ vti què jure maioratus semper deferri debet, vt probat expressè tex. de jure nostri Regni in lib. 2. Ordin. tit. 17, §. 5. ibi *dereytos reays,* & ibi, *de juro, & heredade,* ibi, *non filho maior baraon lidimo sem serem partidos entre os herdeiros,* Et ratio est, quia concessiones principium gratiosæ intelliguntur tantum de liberis, nõ de hæredibus, etiam si in eis mentio hæredum fiat, vt voluit glos. in l. 1. C. unde vir, & vxor, quam sequuntur Iacob. Burrig. Bart. & Dec. in vlt. colum. quãuis glossa in l. vnic. C. si liberalitatis Imperial. socius sine hæred. decit. lib. 10. quam ibi sequitur Bart. Platea, Cyn. Salicet. Alex. & Iasi. in l. 1. C. vnde vir, & vxor, contrarium teneant: quorum opinionem dicit communem Soc. Iun. cons. 73. num. 9. in princip. vt scilicet verbũ, hæredibus, simpliciter prolatum in concessione Principis gratiosa, intelligatur de *Cõcessiones Principiũ gratuitæ intelliguntur de liberis, non de hæredibus exteris.*

de quibuscũque hæredibus. Iure autem nostri Regni prior opinio seruanda est, quam etiam apud Venetos custodiri in praxi testatur Ant. Peregrinus de juribus, & priuilegijs fisci, lib. 1. titul. 2. numer. 102.

Differētiæ inter success. ion. jur. sanguinis, & in inter hæreditariũ

5 Quod sit quantum differat hæc annona successiva regiæ coronæ ab alia, nã sunt plures, & notabiles differentiæ inter vnam, & aliam successionem. Primò enim in successione eorum, quæ deferũtur jure sanguinis, non potest vltimus possessor disponere, sed pertinent ad proximum agnatum, jux. text. in cap. 1. in princip. de successione fœud. Molin. post alios lib. 1. de primogen. cap. 8. num. 10. At in successione hæreditaria potest testator etiam propinquiores, & consanguineos priuare, & de eis ad libitum disponere, jux. l. quidam cum filium, versic. in eo autem ff. de verb. oblig. resoluunt Doctores per text. ibi in l. fratris, & in l. fratres. C. de inoffic. testam. & probatur in Ord. li. 4. tit. 74. in princ. & l. 8. par. 6.

6 Item in successione, quæ defertur jure sanguinis non datur divisio, immò proximus admittitur. argum. text. in cap. Imperialẽ. §. præterea de prohibit. fæud. alienat. Ord. in d. §. 5. ibi, *sem serem partidos entre os herdeiros*: probat Bald. in authent. ex testamento. num. 6. C. de collationibus, quem sequuntur plures, relati à Molina lib. 1. cap. 11. à nnmer. 2. Menchac. de success. creat. §. 26. numer. 47. Rojas in epitom. success. cap. 5. à num. 12. At in succes. hæreditaria fit diuisio inter æquales in eodem gradu l. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & legitim. l. lege 12. tabul. versic. illa proculdubio. C. de legitim. hæred. explicat Gomes in l. 8. Taur. numer. 1. Deinde in successione jur. sanguinis admittitur quis, etiam vltra decimum gradum l. cum ita §. fideicommisso. ff. de legat. 2. l. vlt. C. de verb. significat. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 14. & cap. 4. num. 4. Gama decis. 193. nu. 4. At successio hæreditaria ab instestato non extenditur vltra decimum gradum glos. vlt. in §. vltim. Instit. de successorũ cognat. §. 2. verb. longis. Instit. legitim. agnator. success. glos. in authent. in successione C. de suis, & legitim. commu-

Successio jure sanguinis non extēditur ultra decimum gradũ.

nem resolvit Gomes in l. 8. Taur. num. 5. Couarru. de succes. abintestat. nu. 11. Rojas vbi suprà cap. 33. num. 24. l. 6. tit. 13. part. 9.

7 Præterea in successione juris sanguinis potest successor bona delata acceptare, & hæreditatem vltimi possessoris repudiare: argum. text. in l. si operarum, ibi, licet hæres non existat. ff. de oper. libert. resolvit Bart. & Doctores in l. quod dicitur ff. de verbor. obligat. Bart. in l. vt jurisjurandi. §. si liberi. num. 4. ff. de oper. libert. resoluit communem Couar. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. versic. quinto. Molina lib. 1. cap. 8, num. 4. Ad in successione hæreditaria non potest successor partem adire, & partem repudiare l. 1. & 2. l. si solus in princip. ff. de acquir. hæred. l. quidam elogio C. de jur. deliberand. declarat Iass. in l. vnic. num. 12. C. quando non petent. part. Cagnol. nu. 4. in l. jus nostrum. ff. de regul. jur. Loriot. de aditione axiom. 8. Maranta in repet. legis is potest. ff. de acquir. hæred. à numer. 18. Gomes. 1. tom. capit. 12. num. 33.

Successor jure sanguinis potest hæreditatẽ vltimi possessoris repudiare, & bona sibi delata acceptare.

8 Rursus in successione sanguinis non potest quis proximus exhæredari in ijs, quibus primo institutori succeditur argum. l. 3. ff. de interdict. & relegat l. si arrogator versic. pen. ff. de adoption. l. cohæredi. §. cum filiæ versic. nec fideicommiss. ff. de vulgari. l. filiusfam. §. cũ pater. ff. de leg. 1. ibi, *Posse exhæredati petere fideicommissum*. per quem ibi notat Cornęus, & alij, quos refert, & sequitur Costa de patruo, & nepote 3. part. ex n. 21. Molin. lib. 1. de primogen, capit, 9. num. 2. Pinel. & alij, quos refert Valascus de jure emphiteu. libr. 1. quæst. 45. col. 3. & 4.

9 Denique in successione jur. sanguinis potest pacisci sine consensu vltimi possessoris, quia non ei, sed primo institutori succeditur: argum. l. 1. C. de pactis, vbi communis notat Angel. in l. stipulatio, hoc modo. ff. de verb. obligat. quem sequuntur plures relati à Tiraquell. de jur. primogenit. quæst. 24. num. 1. & 2. Molin. lib. 3. cap. 2. num. 22. At in successione hæreditaria sine consensu vltimi possessoris pacisci non potest: vt in l. vlt. C. de pact. vbi omnes. Aliæ etiam differentiæ

rentiæ colligi possunt ex Costa de patr & nepot. 3. par. per totam Suar. alleg. 10. numer. 3. Garcia de expens. cap. 16. nu. 30. col. 2. Quæ omnia notabis ad Ord. lib. 2 tit. 17. §. 1. cum sequent, supra allegatis, vbi in bonis coronæ, seu annonis à Rege ex corona concessis, succeditur jure sanguinis, & in bonis emphyteusis: probat Ordin. lib. 4. tit. 62. §. 3. Vallascus de jure emphyteut. quæst. 50. numer. 6.

10 CÆTERVM in proposita specie aduertendum est, quòd quanvis annona regiæ coronæ non transeat ad hæredes extraneos ex Ordinatione regia, quam supra retuli, sed tantum ad liberos jure sanguinis spectet, vt antea explicaui. Tamẽ si Princeps concederet annonam gratiosam pro duabus vitis Titio cum facultate testandi in filio, aut nepote, & testator decesserit ab intestato, non facto testamento, aut eo irrito, vt in §. 1. Instit. quibus mod. testam. infirment. proculdubiò annona pertinebit ad hæredes successores, vel jure sanguinis, vel extraneos hæreditario jure succedentes: ex text. hic ita vt si fuerint plures hæredes, quia ea diuidi rectè non possit per partes, diuidetur tamen æstimatione, & adjudicatione, vt in l. si familiæ ff. familiæ ercilcundæ l. communi in principio ff. commun. diuidund. §. si familiæ §. eadem Institut. de officio judicis. Nec enim sequitur, nõ diuidetur, ergo fiet successio jure sanguinis, vt resoluit Suar. in l. quam in prioribus, in declarat. l. Regni. 2. dubi. numero 7.

S V M M A R I A
ex octauo Notabili.

1 *Redditus annonæ percepti transeunt ad hæredes, non vero ipsa annona.*

2 *Si in concessione annonæ dicatur pro te, tuisque hæredibus, annona transmittetur ad quoscũque hæredes; etiam in infinitum, nec intelligetur de primis hæredibus, sed de omnibus.*

Legatum annuum pro te, & hæredibus transmittitur ad omnes hæredes, licet regulariter legatum annuum non sit transmissibile.

3 *Legatum annuum non est sua natura intransmissibile ad hæredes, sed fit intransmissibilis ex natura dispositionis, quia pro primo anno est purum, pro sequentibus conditionale, contra Imol. Alex & alios.*

4 *Legatum annuum tunc censetur ad alimenta relictum, quando relinquitur pauperi.*

Si relinquatur legatum annuum Titio, & ejus hæredibus, non censebitur ad alimenta relictum, cum incertum sit, an hæredes Titij, pauperes, vel diuites sint futuri.

5 *In annonæ concessione facta Titio, & ejus hæredibus, non solum intelligũtur hæredes sanguinis, sed etiam extranei, nisi dicatur pro te, & tuis hæredibus ad vitam, vel nisi sint annonæ regiæ successionis.*

NOTABILE VIII.

VT *Quicunque perceptarum annonarum.*

1 Notabis emolumenta, & redditus annonæ perceptos transire ad hæredes, non verò ipsam annonam, quia est ejus naturæ, quod non potest transire ad hæredes, vt in cap. 1. in fine, quis sit Dux, vel Marchio in vsibus fœud.

2 Quod limita, nisi in concessione annonæ dicatur pro te, tuisque hæredibus, tũc enim transmittetur annona ad quoscunque hæredes, etiam in infinitum. Nec intelligetur de primis hæredibus, sed de omnibus argum. text. in l. in annalibus. C. de legat. vbi legatum anuum pro te, & hæredibus trãsmittitur ad omnes hæredes, licet regulariter legatum annuum non sit transmissibile l. si in singulos ff. de annuis legat. quem text. in d. l. in annalibus testatur Bart. ibi, non alibi reperiri, & idem testatur Bald. in l. fin. 4. oppositione. C. de hæred. instituend.

Legatum annuum non est trãsmissibile

3 Cujus rei ratio est, secundum Bart. in l. Gallus §. etiam si parente ff. de liber. & posthum. quia legatum annuum non est sua natura intransmissibile ad hæredes, sed fit in transmissibile ex natura dispositionis, quia pro primo anno est purum,

rum, in sequentibus conditionale l. 4. ff. de annuis legat. legatum autem conditionale ad hæredes non transmittitur l. vnica §. sin autem aliquid C. de caduc tollend. ideoque si in concessione fiat mentio hæredum poterit rectè ad hæredes transire. Et quanvis ab hac ratione Bart. recesserint Imol. & Alex. ibi ex eo, quia immò legatum annuum suapte natura intransmissibile est ad hæredes, quia censetur ad alimenta relictum l. cum ij. § si in annos. ff. de transactionibus, legatum autem alimentorum ad hæredes non trãsit. l. si cum præfinitione ff. quando dies legat. ced.

Legatũ annuum quã do cẽseatur ad alimẽta relictum.

4 Tamen ab hoc argumẽto rectè Bart. defendi potest, quoniam legatum annuum tunc censetur ad alimenta relictũ, quando relinquitur pauperi. Nam si diuiti relinquatur, non censetur ad alimenta relictum, vt optimè distinxit Accurs. in d. §. in annos. Si igitur annuum legatum relinquatur Titio, & ejus hæredibus, non censebitur ad alimẽta relictum, cum incertum sit, an hæredes Titij pauperes, vel divites sint futuri: ideoque tale legatum ad omnes hæredes, etiam extraneos transmittitur, juxt. d. l. in annalibus, vt defendendo Bart. tradunt. Soc. in d. § etiamsi parente 3. colu. in prin. Alciat. num. 26.

5 Quibus etiam addendum est, nec etiam in annonæ concessione intelligi de hæredibus, qui sunt de jure sanguinis, sed de quibuscũque vti colligitur ex his, quæ suprà dixi scholio 7. Quod intellige nisi dicatur pro te, & tuis hæredibus ad vitã, vt habes in scholio 6. num. 4. tradit Peralta in rubr. num. 55. de hæredib. instituend. Secundo intellige, nisi sint annonæ à Rege concessæ, tunc enim in eis locum habebit dispositio Ordin. libr. 2. tit. 17. cum de eis non loquatur in §. 5.

SVMMARIA ex notabili nono.

1 *Filiusfam. potest testari, de fructibus annonæ, quæ pro ejus meritis ei fuit concessa.*

2 *Qui Principi, vel reip. ministrant in pace, quodammodo dicuntur militare.*

3 *Filiusfam. potest testari de fructibus annonæ. etiamsi ea propter seruitia patris sit à rege, aut à Principe concessa.*

4 *Omnis donatio à Principe facta omnes effectus peculij Castrensis consequitur, non solum circa vsumfructum patri non quærendum, & collationem euitandam, sed vt de ea possit ad libitum testari filius, vel filia in patris potestate constituti,*

5 *Ampliantur prædicta, etiam si annonæ contemplatione patris sint concessæ filiofam. contra Palat. Rub.*

6 *Annonæ non imputantur, nec conferuntur, sicut, & alia officia, & dignitates, ex quibus annui redditus percipiuntur.*

7 *Annonæ, quas pater ex suis bonis dat filiæ ingredienti monasterium, conferuntur.*

NOTABILE IX.

Filius famil. potest testari de annona Regia.

VT quicunque.

1 NOTO militem, cui pro ejus meritis annona ciuilis fuit assignata, posse redditus jam perceptos in hæredes transmittere ex testamento, vel ab intestato, aut alienationis arbitrio, quocunque titulo distrahere. Quòd vt in eo specialitas aliqua Imperatoris verletur debet extendi, & intelligi, vt procedat nõ solum in eo, qui sui juris est, sed in filiofami. qui paterno juri fuerit subjectus, vt scilicet talis possit, & disponere, & testari de eis, ad instar peculij Castrensis.

Qui Principi vel rei pu. ministrant in pace, quodam modo dicũtur militare.

2 NAM bona acquisita etiam inermi militia Castrensia reputantur, vt in l. fi. (quam non frustra glos. hic allegat) C. de silentiarijs li. 12. ij enim, qui, vel reip. vel Principi ministrãt in pace, quodammodo dicũtur militare, vt in l. advocati C. d. advocatis diuersor. judiciorũ. Atq; inde in ijs bonis habetur filiusfam. tanquàm paterfam. vt hic & in l. 2. ff. ad Macedon. totumque jus est filij, non patris: vt in l. 3. C. de Castrens. pecu. lib. 12. l. ex nota. & l. ex Castrens. & in l. pater §. fin. ff. eodem tit. & in l. 3. §. 1. ff. de donat. inter. & in l. si pater. ff. de pactis: declarando tamen (vt dixi) in l. cum oportet. in 4. part.

part. C. de bon. quæ liber.

3 QVIBVS addendum est, quod si prædictæ annonæ ciuiles fuerint concessæ à Rege cuidam filiofam. pro remuneratione meritorum, & seruitiorum: tunc in eis locum habebunt plura priuilegia, quæ refert, & congerit Mench. de succeß. creat, lib. 3. §. 26. ex num. 2. & 5. Cassan. in cathal. gloriæ mund. 5. par. cōsider. 24. Iaß. in authent. ex testamento num. 12. C. de Collat.

4 CONSTAT enim omnem donationem à Principe factam omnes effectus peculij Castrensis consequi, non solum circa vsumfructum patri non quærendum, & collationem euitandam: vt specialiter notat Gomesi. in §. actiones autem de peculio. num. 13. Instit. ad actionibus, sed etiam vt de illis possit testari filius, vel filia, licet in potestate patris cōstituti, juxt. l. 1. §. hoc autem, versic. in filij ff. ad Trebel. vbi Alex. num. 5. & satis colligitur ex l. cum multa C. de bonis, quæ liber. Segura in l. Imperator. n. 42. ff. ad Trebell. Guiller. in cap. Raynutius versic. matrem, num. 17. diximus in d. l. cum oportet. num. 185.

5 Quod adeo procedit, vt etiam si prædictæ annonæ fuissent patris, & postea eædem, tanquam nouæ filio concessæ, vt plerunque fit, & contemplatione, & propter seruitia patris, adhuc in eis procedent ea, quæ nunc prædiximus, vt probat Anton. Gomel. in l. 48. Taur. n. 4. Caldas de nòmin. emphyt. quæst. 18. numer. 6. quicquid aliud velit Palat. quem rejicimus in d. l. cum oport, numer. 188.

Annonæ nō imputātur.

6 Denique aduertes prædictas annonas non imputari, vt in l. omnimodo §. imputari. C. de inof. testam. Sicut, & alia officia, & dignitates, ex quibus annui redditus percipiuntur, de quibus in l. vlt. C. de pignoribus l. Lucius 22. ff. delegat. 2. l. fideicommissa. 11. §. si seruo, ff. delegat. 3. l. creditor. 54. §. inter ff. de actionibus empti, de quibus Garsia, & alij complures, quos cumulatim retulimus in d. l. cum oportet, num. 189. vbi agimus de annuis reddititibus, annonisque ciuilibus eorum, qui in palatio Principis alicui muneri seruiunt, qui in milita, & dignitate esse dicuntur, vt in l. 3. C. de dignitatibus l. vlt. C. de silentiarijs in tit. C. de priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant: infrà hoc volum, & notavi in princip. statim hujus legis, circa expositionem verbi, *scholæ*.

Annonæ, quas pater dat filiæ moniali conferuntur.

7 Limita tamen prædicta non procedere in annonis, & panibus ciuilibus, quos pater filiæ moniali ingredienti monasterium, aut alij cuilibet filio donauerit, nam tunc conferuntur, & imputabuntur, tanquam profectitia ex mente Ordin. lib. 4. tit. 77. §. 1. Cætera verò circa istum punctum diffusiùs videbis in nostris commentarijs d. l. cum oportet.

SVMMARIA ex decimo Notabili.

1 *Beneficiarius licet de jure communi non possit de fructibus beneficij testari, poterit tamen de ijs, quos habet ex remuneratione meritorum.*

2 *In jis, quæ clericus acquirit ex industria sua, vel doctrina liberè testari potest, & similiter de eis, quæ pro remuneratione suorum laborum, & meritorū conceduntur, etiam si ratione ordinis, clericalis, veluti pro Missis dicendis, vel orationibus.*

3 *Ea, quæ dantur in præmium, & remunerationem laboris censetur per industriam quæsita, etiamsi dentur pro opera, ad quam tenebatur ratione beneficij, vtpote pro anniuersarijs dicēdis à Parrocho illius Ecclesiæ.*

4 *Beneficiarius, si vltra mediocrem, & cōsuetam diligētiam maiorem adhibuerit illud, quod pro hac maiori diligētia meretur arbitrio boni viri licitè ex fructibus beneficij deducere potest, & de eo ad libitum disponere.*

NOTABILE X.

OBserua text. istum ex generalitate hujus verbi, *quicunque*, procedere etiam in eo, qui aliàs testari, vel disponere prohibitus est, vt explicaui, in scholio præcedent. quo sit, idem

Beneficiarius potest testari ex fructibus, quos habet ex remuneratione meritorum.

idem esse dicendum clerico beneficiario, qui licet attento jure communi non possit de fructibus sui beneficij disponere, nec testari: cap. cum in officijs de testament. Tamen quando fructus beneficiarius habuerit ex remuneratione meritorũ, vt l. mercedis laboris (ad quæ alludi solet annona ciuilis, secundum ea, quæ explicaui in rubr. hujus tituli) tunc de eis impunè disponere poterit ex tex. hic.

2 Et ratio est, quia si in ijs, quæ clericus acquirit ex industria sua, vel doctrina, libe è testari potest c. relatum, el. 2. versic. cæterũ, cap. quia nos de testamẽt. cap. Episcopi 12. quæst. 1. ergo & de eis, quæ pro remuneratione suorum laborũ, & meritorum conceduntur, etiam si ratione ordinis clericalis, vt pro Missis dicẽdis, vel orationibus.

Quæ dãtur in præmiũ laboris censentur per industriã quæsita.

3 Quia cum hæc dentur in præmium, & remunerationem laboris, censentur per industriam quæsita Panor. in cap. cũ esses. num. 26. de testam. etiamsi dentur pro opera, ad quam tenebatur ratione beneficij, vt potè pro anniuersarijs dicẽdis à parrocho illius Ecclesiæ, vt concludit Nauarro in apologia de redditibus Ecclesiæ quæst. 1. munit. 2. numer. 3. in fine.

Beneficiarius si vltra mediocrem & cõsuetã diligentiã maiorem adhibuerit, quod pro hac maiori diligentia meretur, ex fructibus deducere potest.

4 Quinimò, si beneficiarius vltra mediocrem, & consuetam diligentiam, maiorem adhibuerit, vt potè audiendo confessiones, prædicando, & similia faciendo: illud, quod pro hac maiori diligentia arbitrio boni viri meretur, licitè ex fructibus beneficij deducere potest, & de eo adlibitum disponere ex text. nostro, pro- ut enim si omnes fructus essent vniuersalis Ecclesiæ in vno cumulo, vt seruientibus satisfieret ex illis, debuit præstari portio cuilibet secundum propria merita, jux. text. hìc in princip. ibi, *nõ tã titulis dignitatum, quàm singulorum virorũ meritis*, idem etiam beneficiarius licitè poterit facere in fructibus beneficij, vt tenet. Ioan. Maior. in 4. d. 24. quæst. 17. col. 4. & sequitur Nauarrus in apolog. de redditibus Ecclesiæ, quæst. 1. mon. 78. num. 3. vsq; ad fin. resoluit Barbosa in l. diuortio, scholio. 26. ff. solut. matrim. vbi allegat tex. nostrum. Hodie tamen attenta hodierna consuetudine generali, de quibuscunq; beneficij fructibus beneficiarius testari, & disponere potest, vt diximus in schol. 6.

SVMMARIA ex vndecimo Notabili.

1 *ANnonna quando possit alienari. Fructuum commoditas licet possit alienari, non tamen ipsum jus vtendi, & fruendi.*

2 *Vsusfructus quando possit alienari.*

3 *Annona regiæ coronæ ad instar maioratus debet ad legitimum successorem pertinere, nec poterit diuidi, alienari, aut permutari sine speciali Regis consensu.*

4 *Annona an possit pignorari, & de intellectu l. final. C. de rebus alien. non alienand.*

5 *Intellectus l. in quorum ff. de pignoribus.*

Declaratio vtilis ad l. vnicam. C. de cõtractibus judicum.

6 *Annona regia non potest pignorari, absq; regia facultate.*

7 *Nec etiam similiter poterit permutari.*

8 *Qui habet annonas regias, poterit cum ipso Rege permutare.*

9 *Rex catholicus debuerat exonerare patrimonium suum ab annonis, quas prædecessores Reges donarunt, faciendo permutationem cum alijs rebus.*

10 *Rex non poterit compellere, vt ei vendat annuos redditus, nisi in eis adsit pactũ de retrò.*

11 *Possessor maioratus non potest illum pignorare, & si aliquam rem maioratus alienauerit, potest admitti reuocando*

12 *Maritus, qui rem dotalem alienauit, rectè poterit venire contra factum proprium, & illam reuocare: contra Pelaes.*

13 *Possessor maioratus, si vnam rem ex bonis maioratus alienauit, potest eam reuocare: si verò pignori dedit, aut locauit in lõgum tempus, vel in vitam suam non poterit contrauenire, & repelletur ope exceptionis.*

14 *Possessor maioratus, si totum alienet, totũ transibit in sequentem in gradu, nec*

poterit reuocare, si adsit in eo clausula expressa de non alienando.

15 *Si in maioratu non adsit expressa clausula de nõ alienando, poterit possessor pro uita sua tempore alienare seruitutem, & pignus cõstituere, & resoluto jure dantis, resoluitur jus accipientis.*

16 *Intellectus l. vnicæ C. ne habitat. metrocomiæ lib. 12.*

17 *Emptor rei dotalis potest rem retinere, donec pretium ei soluatur, & idem dicẽdum est in emptore rei restitutioni subjectæ ex ratione, quæ ibi ponitur.*

18 *Maioratus etiamsi facta alienatione, statim spectet ad sequentem in gradu tamen emptor recursum habebit contra venditorem.*

19 *Malæ fidei possessor est, qui contra legem mercatur.*

20 *Lex tertia C. de fundis limitrophis lib. 11. intelligitur.*

In re Ecclesiæ prohibita alienari, pretium applicatur Ecclesiæ, quando vero prohibitio fit fauore Reipubl. pretium applicatur fisco.

21 *Annona non potest confiscari, sicut nec alimenta publicatis bonis alimentarij.*

NOTABILE XI.

VEL *alienationis arbitrio.*

Annona quando possit alienari.

1 Noto, quod licet redditus annonæ percepti possint alienari, & distrahi vt in præsenti, non tamen ipsa annona, quia est jus personale, vt dixi rubrica hujus tituli. Quod an hodie procedat in hoc Regno distinguendum est, quòd si fuerit annona gratuita ad vitam, quæ dicitur, *Tença graciosa de por vida*, tunc habet se, vt vsusfructus, vt suprà declaraui, cujus licet cõmoditas, non tamẽ ipsum jus vtendi, & fruendi incorporale cedi, aut alienari potest, nec enim potest eradicari à persona vsusfructuarij jux. ea, quæ dixi in l. cum oportet numer. 119. pag. 36.

Vsusfructus quãdo possit alienari.

2 Fit inde, vt quemadmodum ipsum jus vtendi, & fruendi, etiam vendi, & alienari potest, consentiente domino proprietatis, ita vt non jam istius mors, sed ejus, in quem vsusfructus transfertur, expectari debeat, prout noviter tradidi in d. l. cum oportet. fol. 40. ita etiam, & similiter cum consensu proprietarij, idest, personæ annonam concedentis, & ipsa annona, idest, ipsum jus percipiendi panes ciuiles, & annuos redditus vendi, & alienari, vel cedi possit, & ita sæpe vidi practicari.

3 Si verò annona fuerit perpetua jure hæreditario, vulgò dicimus, *Tença de juro*, tunc quidem cum ista possit transferri ad hæredes extraneos, poterit etiã vendi, & alienari, tanquam aliqua proprietas, & res soli. secundum ea, quæ declaraui in rubrica hujus tituli, nisi annona fuerit regia, donata ex rebus coronæ, seu ex redditibus patrimonij Regij constituta, quia tunc ad instar maioratus debet ad legitimum filium successorẽ pertinere, nec poterit diuidi, alienari, aut permutari sine speciali Regis consensu Ordinat. lib. 2. titul. 17. §. 5. ibi, *de juro de herdade*, ita quidem, vt si alienetur, res reuertatur ad fiscum, pretiumq; possit à vẽditore per emptorem repeti. Ord. d. §. 15.

Annona, possit pignorari.

4 Dubitari tamen potest in proposito nostri text. an siquidem annona ipsa principalis vendi, & alienari non potest, ita etiam & pignori dari prohibeatur: quoniã quanvis per pignoris conuentionem res non alienetur, per eam tamen peruenitur ad alienationem, ac proinde videtur censeri prohibitum per text. in l. oratio ff. de sponsalibus, Menoch. cons. 116. num. 15. lib. 2. Tu tamen dic, quòd licet quãdo quis prohibetur vendere, prohibeatur etiam & pignori dare l. fin. C. de rebus alien. non alinnand. cap. nulli, de rebus Eccles. Gomes in l. 40. Taur. num. 83. Tamen id procedit ex tacita voluntate prohibentis, prout dicebat Butricarius, quem refert Bart. in l. inquorum ff. de pignoribus, non verò ex propria significatione vocabuli, vt in l. si pupillorum. §. 1. ff. de rebus eorum.

Intellectus l. fin. C. de rebus alien. nõ alienãd.

5 Ex quibus deducitur ad text in d. l. in quorum ff. de pignoribus, vbi licet quis prohibeatur emere, non prohibetur pignori accipere, quod est vtile ad l. vnicam C. de contractibus jud. & ad Ordin. lib.

Intellectus l. in quorũ ff. de pignor.

4. tit.

4. tit. 38. vbi judex prohibetur emere, & lib. 2. tit. 8. vbi Ecclesia prohibetur rem immobilē acquirere sine voluntate Principis, quanvis enim prohibeatur emere, non tamen prohibetur pignori accipere per text. in d. l. in quorum.

Intellectus Ord. regiæ.

6 Vnde proculdubio dicendū est, quòd quanvis qui possidet annonas ciuiles ad vitam, non possit eas vendere, poterit tamen pignori dari, secundum prædicta. Quæ tamen aduertes non procedere in annona regia perpetua, ex rebus coronæ constituta cum expreslé prohibeatur in ea pignoris datio, absque regia facultate in Ord. lib. 2. tit. 17. §. 17. ibi, *nem albear*, & §. 18 per argumēt. ab speciali conjunct. §. 5. ibi, *juro de herdade.*

Annona regia nō potest vermutari.

Intellectus Ord. regiæ.

7 Nec etiam similiter poterit prædicta annona permutari, vt in d. §. 17. ibi, *nē scaimbar*, cum permutatio alienatio sit l. 1. ff. de rerum permutat. & vicem emptionis obtineat. l. sciendum §. emptorem ff. de Aedilit. edict. Nam cum eadem sit, & vendēdi, & permutandi ratio, prohibitio vno, prohibetur & aliud, secundum prædicta. Ideoque in hoc Regno cautum est lib. 4. tit. fin. ne possit vendere filio quicquam pater, aut etiam permutare, si permutatio non sit æqualis, quia tunc eadem est ratio in vtroque scilicet timor pretij claudestini in fraudem aliorum filiorum.

8 Cæterum, quanuis qui possidet annonas regias, non possit cum alio permutare: notabis tamen cum Rege ipso, à quo habet, fieri posse earum permutationem, secundum Ordin. libr. 2. titul. 17. §. 19.

9 Cujus text. argumento tentari potest, posse tunc Regem Catholicum sibi consulere causa exonerandi patrimonij sui, & vectigalis regij, quod ad expeditionem contra in fideles, & ad liberandam navigationem à pyratis, atque hostibus publicis, fuit inductum, vti notatur in l. vnica C. de classis. l. vnica C. de primatibus Alexandriæ, hoc vol. Ioan. Ceriol. lib. 2. de primogen. quæst. 2. num. 4. vt scilicet possit annonas, quas Moniales, Abbates, & monasteria habent in dictis vectigalibus, maximè in emporio Vlissiponensi, cum alijs redditibus temporalibus permutare, & ad hujusmodi permutationem possit eos compellere, fauore publico argum. text. & quæ ibi notantur in l. 4. C. de exactoribus tribut. li. 10. Nam licet prædictas annonas non possit Princeps reuocare, vti colligitur ex ijs, quæ dixi in scholio 3. ad med. poterit tamen permutare jux. d. Ord. regiam. in d. §. 19. licet enim veniat contra factum proprium, rectè tamē admittetur ob publicam vtilitatē glos. in l. post mortem ff. de adoption.

Rex Catholicus potest exonerare patrimonium suū ab annonis.

10 Prædicta tamen, quæ dixi, sunt intelligenda in ea annona, annuoque reddi tu, qui fuerit à Regibus gratuito donatus: non autem in eo, qui fuerit pretio cōparatus, nam illam poterit dominus, cum quo voluerit permutare, vendere, & alienare, nisi habeat pactum de retrò vendendo, vt communiter fieri solet.

11 EX SVPERIORI autem resolutione primo obserua, prædicta in annona regia procedere etiam in rebus maioratus, siue regiæ coronæ, siue patrimonialibus, vt prohibitus alienare bona vinculata, prohibeatur etiam, & pignus constituere seruitutem, vsum fructum, & emphyteusim imponere l. fin. C. de rebus alien. non alienand. Ita vt si possessor maioratus alienaverit aliquam rem maioratus, possit admitti reuocando, nam quando quis prohibetur alienare ex causa publica rectè admittitur reuocando, vt in l. quemadmodum C. de agricol. & censit. lib. 11. per quem ita tenet Paul. de Castro in l. filiusfam. §. Divi num. 3. ff. delegat. 1.

Possessor maioratus nō potest illum pignori dare.

12 Quo exemplo, & similiter maritus, qui rem dotalem alienavit, cum in eo etiam versetur fauor publicus rei dotalis: jux. text. in l. 1. ff. solut. matrim. & in l. 1. per totum ff. de fund. dotali: rectè poterit contravenire, vel est glos. in princip. Instit. quibus alienari licet, vel non. His enim casibus, licet, quis veniat contra factum proprium: Tamen rectè admittetur ob publicam vtilitatē; vt sentit glos. in l. post mortem ff. de adoptionibus, tenet Bart. in auth. de nō alien. rebus Eccles. in princ. num. 6. quicquid contrarium dicat Pelaes in suo tractat. maioratuum 4. part. quæst. 15.

Maioratus potest reuocare alienata rei dotalis.

13 Est autem differentia inter casum, quo possessor maioratus alienavit rem

F2 vnam

vnam ex pluribus vinculatis, & inter casum, quo imposuit seruitutem, vel pignori dedit, aut locauit in longum tempus, vel in vitam suam. Nam primo casu fit divisio, quod contrarium est ipsi maioratui, nec enim diuidi potest. Secundo vero casu sibi solum præjudicat, non autem sequentibus in gradu, tunc enim non poterit contrauenire, quoniam licet jure seruitutis, aut pignoris res non teneatur, vt in d. l. fin. C. de rebus nō alienan. Repellitur tamen is, qui pignori rem dedit ope exceptionis. arg. text. in l. per fundum. ff. de seruitut. rust. præd. & in l. fin. ff. cōmunia præd. & in l. venditor ff. eodem tit. quod non est ita in primo casu, quia in eo præjudicat sibi, & familiæ, atque voluntati testatoris, prout latè probat Pinel. in l. 1. 3. p. num. 99. C. de bonis matern.

14 Nam si possessor totum maioratum alienaverit, si sit patrimonialis, statim transibit in sequentem in gradu, l. cum pater. §. libertis ff. delegat. 2. l. peto 71. §. fratre eodem tit. nec poterit reuocare, vt supra dixi. Si vero sit regiæ coronæ ad eam devolvetur, secundum Ord. li. 2. tit. 17. §. 17.

15 Cæterum prædicta intelligenda sūt quando in bonis vinculatis, & fideicommisso subjectis adest clausula expressa de non alienando, nam si non adsit, cum possit possessorem alienare pro vitæ suæ tempore. l. Statius Florus §. Cornelio felici. ff. de jure fisci l. seruo legato §. 1. ff. de leg. 1. & in l. 3. §. sin autem auaritiæ C. communia delegatis, cum alijs, & docet Paulus in d. l. filiusfamil. §. Divi num. 7. Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. nu. 33. bene consequitur, & seruitutem, & pignus meo jure posse constitui: ita tamen, vt resolutio jure dantis, resolvatur etiam jus accipientis d. l. 3. §. sin autem auaritiæ C. communia delegat. l. si is cui §. hæres ff. quemadmodum seruitutes amittant. & in l. 6. §. fin. ff. de in diem adject. cum multis alijs, prout defendit Gomes in l. 40. Taur. num. 81. Pinel. omnino videndus in d. l. per totam. Ratio autem differentiæ est, quia primo casu adest duplex fideicommissum, unum de non alienando, alterum verò de restituendo familiæ, quo casu statim sequens admittitur, non expectata morte possidētis, vt nos latè advertimus in l. filiusfam. §. Diui ff. delegat. 1. in lectura, quam Salmanticæ publicè fecimus, quæ omitto, ne omnia ibi tradita transcribere videamur.

Possessor maioratus quando possit alienare pro vitæ suæ tempore.

16 Quibus addēdum est, quòd quemadmodum casu, quo quis annonas regias alienauit, & fiscus reuocauit, emptor repetit, pretium à venditore, ut sup à notaui. Ita similiter in maioratu erit dicendum, vt expressiùs cauetur in d. Ord. reg. lib. 2. tit. 17. §. 17. ibi, *seiâ logo tornadas.* facit text. in l. vnic. C. ne habitatoribus metrocomiæ lib. 11. in fin. dum ait forensem prohibitum emere, si emat posse pretium repetere. Quod tamen difficile est, quia in qualibet re prohibita alienari emptor non potest pretium, si scienter emit, repetere l. quemadmodum C. de agricol. & censit. libr. 11. l. 1. C. de prædijs decurio. libr. 10. l. 2. C. ne rei dominicæ l. jubemus nulli §. 1. C. de sacros. Eccles. l. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. & in l. vlt. C. de litigios. tradit Afflict. decis. 278. cujus rei rationem eā esse existimat, quia is bonam fidem aliàs necessariam in contractu venditionis nō habet, cum in eo casu nolit esse dn̄s emptor, sed prædo, ideoque venditorem non potest obligare, quemadmodum, & is, qui scienter emit rem alienam, vt in l. si in emptione §. item. Et quanvis glos. in d. l. vnic. distinguat inter scientem, & ignorātem, quod etiam sentit glos. in d. l. quemadmodum verb. empta. Tamen Bald. in l. fin. §. fin. C. communia delegat. indistinctè tenet pretium eum non ammittere per tex. ibi & in d. l. vnica, & opinionem Bald. sequitur Felin. in c. cū causam num. 26. de re jud. Andr. Siculus in c. audientiam in fin. extra de reb. Eccles. qui mouentur ex eo, quòd in tali casu nihil cautum est de amissione pretij: vnde si expressim caueatur, quòd pretium amittatur, nulla erit dubitatio, vt in Ecclesia emente rem immobilem sine Principis licentia, cautum est in Ord. li. 2. titulo 8.

Intellectus l. 1. C. ne habitatoribus metroc. libr. 11.

17 Tu autē defendes Bald. ex eo quod videtur contra bonam fidem, vt is qui vendidit rem, eam possit recuperare, & pretium retinere, quo casu pretium recuperari

perari posse, tenet Bartol. in l. si debitor ff. quae in fraud. cred. cujus opinionem sequitur Ordin. lib. 4. titul. 6. Nam qui emit rem dotalem scienter à marito, pretium non amittet, poterit enim interim rem retinere, donec pretium sibi soluatur prout tenet Gomes, alijs tamen rationibus in lege 50. Taur. num. 61. licet cõtrarium teneat Faber. in princip. num. 8. Institut. quibus alien. licet vel non Imol. in l. cum vir. num. 9. ff. de vsucapion. & in capite cum contingat num. 20. de jure jurando. Nam cum talis emptor possit aliquo casu dominus fieri, vt in dicta l. cum vir, non omnino est in mala fide quemadmodum & ille, qui scienter rem emit subjectam restitutioni, nam neque is pretium amittet. l. fin. §. fin. C. communia de leg. potest enim aliquo casu defecta, scilicet, conditione legati dominus fieri, vt in d. l. fin. §. fin autem auaritiae l. fundum ff. de condit. & demonstrat.

Emptor rei dotalis potest rem retinere, donec pretiũ ei dissoluatur.

18 Vnde siue maioratus facta alienatione deuoluatur ad coronam, siue sequẽs statim admittatur in casu alienationis, existimarem emptorem recursum habiturum contra venditionem, jux. ea, quae diximus, licet regulariter, quando res alienatur contra legis prohibitionem, & ematur ab emptore sciente, pretium rei applicetur fisco, vt in dicta lege quemadmodum, & in lege 1. C. de praedijs decurion. lege fin. C. de litigiosis.

Pretium quãdo applicetur fisco.

19 Et ratio est, quia malae fidei possessor est, qui contra legem mercatur, ex d. l. quemadmodum, & tenet glos. in cap. 1. de prohibita foeud. alienat. per Foeder. Imol. in d. l. cum vir. num. 7. ff. de vsucapion. & sequitur Ord. lib. 4. tit. 45. & ideo applicatur pretium redemptioni captiuorum ex Ord. lib. 3. titul. 30. quod de jure communi verum esse probat Card. in Clement. 1. de rebus Eccles.

20 In re autem Ecclesiae prohibita alienari, pretium applicabitur Ecclesiae, cũ ejus fauore fiat prohibitio in l. jubemus nulli §. 1. C. de sacros. Eccles. Bart. in d. l. quemadmodum. At quãdo prohibitio fit fauore publico, applicatur fisco, & ita intelliges text. in l. 3. C. de fundis limitrophis lib. 11. licet enim reseruet actionem emptori contra venditorem, nõ tamen negat, quin pretium debeat ad fiscum pertinere.

Intellectus l. 3. C. de fũd. limitroph. li. 11.

21 VLTERIUS aduertendum est, ea, quae notavimus in alienatione annonae regiae, vt nullo modo possit alienari ex Ordin. lib. 2. tit. 17. §. 2. habere locum in alienatione voluntaria, Secùs verò in alienatione necessaria, vt latiùs scribam in l. quemadmodum infrà de agricolis, & cens. hoc lib.

22 VLTIMO obseruandum est, quod licet donata per Principem alicui pro se, & descendentibus possint infiscari ad vitam delinquentis, vt notatur in l. Statius Florus §. fin. ff. de jure fisci. Tamẽ si donata sint pro annona, idest, in alimoniã, cum haec contineat eandem causam alimentorum (vt suprà dixi) & relicta, vel obligatio alimentorum praestandorum non eggrediatur personam alimentarij. l. cum ij. ff. de transactionibus l. is cui ff. de aliment. & cibar. legat. propterea nec in fiscum per publicationem bonorum transibunt, etiam viuente alimentario, sed apud eum permanebunt, quia sic dãnatus est capax alimentorum. d. l. is cui, & l. seruis ff. eodem tit. l. in metallũ ff. de ijs, quae pro non scriptis habentur, & in terminis ita decidit Salicec in l. si adeptis C. de sententiam passis, Alber. in 3. part. stat. quaest. 11. Aegid. Boissius in titulo de publication. bonor. numer. 72. vbi refert ita fuisse decissum, & sensit Bald. in l. corruptionem ad fin. C. de vsufructu, sequutus est Borgninus in tractat. de vsufructu num. 238. vbi tamen post Francisc. Martum decis. 833. in 1. p. limita quando alimenta debentur ratione vsusfructus, nam extincto vsufructu in persona vsusfructuarij extingueretur quoque jus alimentorum, quod vsufructui inerat, resoluit Anton. Peregrin. de juribus fisci lib. 5. tit. 1. n. 123.

Annonae nõ confiscãtur.

SVMMARIA ex XII. notabili.

1 *SI sint duo conjuncti concessione annonae, veluti duo conjuges, socij, fratres ve, eorum altero descedẽte res integra pro indiuiso pertinebit*

bit ad alterum, non ad fiscum.
2 *Intellectus l. vnicæ C. si liberalitatis Imperial socius sine hærede decesserit.*
3 *Casus satis nobilis proponitur.*
4 *Non consideratur media persona, sed prima, a qua beneficium emanauit.*
5 *Ius accrescendi non datur in portione non agnita.*
6 *Ius substitutionis non transmittitur ad hæredes.*
7 *Quando jus accrescendi est vnitum cum jure substitutionis benè transmittitur ad hæredes.*
Intellectus l. qui patri ff. de ae acquir. hæred.

NOTABILE XII.

VEL *hæreditatis merito.*

1 Habet text. iste, quòd emolumenta annonæ jam decursa possunt transire ad hæredes ex testamento, vel ab intestato, vt suprà explicauimus in schol. 9. vbi diximus annonam ipsam principalem non transire. Quod tamen vltimo loco intelligendem est, nisi in ejus concessione, liberali beneficio, & principali mercede à Rege gratuito facta, sint duo conjuncti, veluti duo conjuges, socij, fratres vè simul nominati; nam tūc proculdubiò eorū altero descedente (nō obstante quòd regulariter annona morte accipientis regulariter extinguatur) res integra hoc casu pro indiuiso pertinebit ad alterum, non ad fiscum, ex text. notabili in l. vnica C. si liberalitatis imperial. socius sine hærede decesserit, junct. glos. quæ ibi ita eleganter prosequitur, & obseruat Ant. Peregrin. de juribus fisci, lib. 1. tit. 2. nu. 103.

Inttellectus l. vn. C. si liberal imparial socius sine hæred.

2 Et licet ille textus loquatur in Imperatore: in Rege tamen, & Principe etiam locum habebit secundum ea, quæ scripsimus in nostris commentarijs legis cùm oportet vlt. part. num. 185. Denique si annona Regia gratiosa, & gratuita sit duobus simul donata, morte vnius ejus pars non fisco, sed consocio applicabitur.

3 Vt jam ex ijs obseruandum sit in casu proposito satis notabili, de quo fuit aliquando consultus facilè posse de jure respondi. Nam serenissimus Rex Sebastianus optimus meritorum remunerator annonam concessit Titio gratuitam cum facultate disponendi pro duabus vitis, quas nominasset, vel non. Titius ex facultate Regia fratrem, & vnicum filium suum impuberem cohæredes, & tanquā socios simul, & conjunctum instituit in Regia annona, eique fratrem dictem pupillariter substituit, moritur frater jam à pupillo adita patris hæreditate: Deinde impubes antequàm decimum quartum annum attingeret. Quæstionis est, an ad matrem ejus legitimam successorem pupilli pars annonæ, an verò ad fratris hæredes annona integra pertineret.

Non consideratur media persona sed prima à qua beneficium emanauit.

4 Movet dubitatio, quia frater, & pupillus duo socij liberalitate Regia sunt conjuncti, nec enim attenditur media illa persona patris testatoris, sed Regis, à quo emanavit l. si cum dotem ff. ad l. falcid: l. 3. ff. de interdict. & reg. l. vnum ex familia §. sed & si fundum ff. de legat. 2. Ergo in eo procedet text. in d. l. vnica C. si liberal. imperal. lib. 10. vt pupillo absque hærede scripto descendente ad socium, vel ejus hæredes integra liberalitas spectaret.

5 In contrarium tamen sunt plura & efficacissima fundamenta: hæredes, scilicet fratris conjuncti, nullo jure posse admitti. Nec ex jure transmissionis, quia hæreditas non adita non transmittitur l. vnica §. in novissimo C. de caduc. tolled. l. quoniam sororem. C. de jure deliberād. cum alijs: Nec etiam jure substitutionis, quia illud non transit ad hæredes cùm sit personale, ex Barr. in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. l. sed & si plures l. si plures l. qui liberis §. hæc verba. ff. de uulgari l. si ex pluribus ff. de suis & legitim. hæred. Nec etiam ex jure accrescendi, quia in portione non agnita nō datur jus accrescendi l. si minor ff. de acquir. hæred. tradunt omnes in l. vnic. C. quando non petent partes petent. accresc.

Ius substitutionis non transmittitur.

Ius accrescēdi nō datur in portione nō agnita.

6 Sed ijs minimè refragantibus propositam quæstionem vnicum & singulare Iure consulti Neratij resposum decidere videtur in hæc verba: *Qui patri hæres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hæreditatem ejus prætermittere: quid sic accipiendum est etiam si viuo pupillo mortuus erit, deinde pupillus impubes decesserit.*

Intellectus l. qui patri ff. de acq. hæred.

Nam

Nam is qui hæres extitit, pupillo quoque hæres necessarius erit. Nam & si ipsum inuitum obligat conjungi eam paternæ hæreditati, & accrescendi jure eam acquiri cuicunque patris hæredi existimandum est. Per quem text. ibi Bart. agnouit, quod quando jus accrescendi est vnitum cum jure substitutionis transit ad hæredes: fortiora enim sunt duo vincula, quam vnum & plura collecta juuant, quæ si collecta non essent, non juuarent, explicat Dionysius Gotifredus vnico verbo in scholijs ad illam legem. Salicet. & Albericus in l. quidam elogio. C. de jure deliberad. Et his sit satis, nec enim scribendi vllus est finis.

LEX PRIMA C. DE ANNON. CIVIlibus libr. vnd. Imperator Theodosius.

ANNONAS publicas, non tam titulis dignitatum, quàm singulorũ virorũ meritis attributas divi Cõstantini *a* liberalitate satis claruit: ideoq; nihil ex ijs *b* scholarum nomine vendicetur: sed pro vniuscujusque merito, quæ sunt concessa seruentur: vt quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in hæredes proprios jure sanguinis *c* transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo trãscripserunt, maneat quod gestum *d.* est, vel hæreditatis merito, vel alienationis arbitrio.

GLOSSÆ ACCVR.

a ANnonas Constantini, *arg. contra in sufficientes DD. vt etiã scholares optimi facilius aduocentur.*

b Ex ijs annonis scholarum, *scilicet, si nihil meruerunt, vel dic quòd sua schola, vel vniuersitas hac non reuocet.*

c Sanguinis, *vel etiam nõ jure sanguinis, vt statim colligitur.*

d Gestum, *hic de jam perceptis, sic in vsufr. vt ff. de vsufr. l. defuncta, & facit supra de inofficios. testam. l. omnimodo §. fin. & de colle. illici. & infrà de silent. l. fin. & de erog. milit. anno. l. in his. & qui milit. non poss. l. 5 §. fin. quæ faciunt vt mortuo militante aliquid ad hæredem defuncti transeat. Item arg. quod idem sit in præbenda Clerici jam percepta.*

FINIS

AD CELEBREM IVSTINIANI CONSTITUTIONEM IN LEGE CUM OPORTET. C. DE BONIS QVÆ LIBERIS.

COMMENTARII VALDE NECESSARII, ex lectione substitutionis Cathedræ Primariæ.

AUCTORE
EMMANUELE MENDEZ DE CASTRO
Olyssiponensi publico Legum professore.

CONIMBRICÆ:
Apud JOSEPHUM FERREYRA Uniuersitat. Typograph.
Anno MDC.LXXX.

DIVISIO HVIVS TRACTATUS DE BONIS LIBERORVM.

POSTQVAM compatriota noster Arius Pinelus, inter illius temporis Jurisconsultos, eximius vir literis, & ingenio præstantissimus, miro, ac eleganti stylo de bonis maternis tractatum edidit, ac eleganter conscripsit, tanquam ei appendicem De bonis filiorum, istum non pœnitendum adjunximus. In quo non solùm de rebus eorum, qui sub patria potestate sunt, sed etiam illud tantopere desideratum de collationibus compendium nunquam satis perspicuum proponimus. Cum enim res ista ardua sit admodum, & difficilis. adeoque vsu, ac forensi controuersia frequentissima, vt perfecto, & absolutissimo tractatu indigeret, nullus quem ego viderim hactenus rem istam perfectè ex professo, nisi succinctè atque per transenam tractavit, quanvis plures, quos statim citabimus varias quæstiones ad hanc l. spectantes diversis in locis attigerunt, atque etiam discusserunt, & latioribus commentarijs prosequuti, vti sunt Bart. & Crot. & alij in l. frater à fratre ff. de condict. indebiti. Hippol. Rimin. in §. 1. per quas personas. Ascani. de patria potestate effectu. 2. Menchac. de success. progressu §. 19. nu. 69. Et alios retulerunt Alfan. Anton. August. & Marcus Antonius in notis ad hanc l. Qui in omnes licet eleganti stylo conscripserint, modicam tamen præstant bonorum filiorum cognitionem. Et vt inquit eleganter Seneca Philosophus, *Multa pars veritatis etiam futuris relicta est*. Qua re in hujus tractatus progressu is ordo proponitur. Primò enim de peculij nře, deinde de profectitio, ac ejus effectibus. In secunda parte aduentitijs, quorum effectus suo ordine subsequentur, & de vsufructu patri quærendo, nonnulla elegantius repetemus. In tertia de Castrensi, & in vltima de quasi castrensi verba faciam. Quibus ita ex ordine peractis nostra hujus legis interpretatio absoluetur ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui juxta Sapientis sententiam, vel puerorum linguas disertas facit, ipse illuminet intellectũ meum, & vias veritatis ostendat.

Rationem nostræ constitutionis explicuerunt recte Cuja. in parat. hujus tit. Baldui. in Iustin. lib. 1. p. 131. & copiosius noster. Lusitan. Regis auditor Cald. in Anal. trac. verb. læsis. n. 126. 129.

TOTVM OPVS MAGIS SPECIALITER DISTRIBVTVM.

PRIMA PARS.

De Peculio in genere, Num. 1.
De bonis profectitijs n. 6
De obligatione filij in peculio profectitio, num. 39.
De executione faciẽda in bonis profectitijs pro debitis patris, numer. 44.
De successione patris in eisdem bonis, num. 46.
De collatione, & imputatione peculij profectitij 60.

Secunda Pars.

De bonis aduentitijs, nu. 73.
Quomodo succedatur filio famil. abintestato in bon. aduent. num. 79.
De confiscatione bonorum aduentitiorum per delictum filijfamil. num. 85.
De obligatione patris, & filij in bon. aduentitijs. 93.
De collatione bonorum aduentitiorum, num. 98.
De vsufructu patris in bonis aduent. & qualis iste vsusfructus sit. n. 104
De alienatione patris in bonis aduẽtitijs, num. 121.
De alienatione filij. 122.
Quibus casibus filiusfam. alienat sine patris consensu, num. 129.
De testamento filij, & an in eo possit patri in vsufructu præjudicare. 130
Quibus casibus amittitur vsusfructus bonorum aduent. in persona patris, & filio proprietario acquiritur, num. 131.
De conueniendo filio in bonis aduẽtitijs, num. 133.
De executione pro filij debitis in eisdem bonis, & in vsufructu facienda, num. 135.
De retentione dimidiæ partis vsusfructus penes patrem in præmiũ emancipationis, num. 137.

Tertia Pars.

De bonis castrensibus, & an eorum filiusfam. sit verè dominus. num. 140.
De collatione bonorum castrẽsium, num. 153.
Quomodo filiofam. in eis à patre succedatur, num. 154.
De testamenti factione filijfam. in bonis castrensibus, nu. 159.
De obligatione filij in peculio castrẽsi, num. 160.
De peculio quasi castrensi, nu. 161.
De filiofam. Clerico, & de ejus bonis, num. 162.
De filiofam. scolari, doctore, & licenciato, & alijs hujusmodi publicis personis, num. 169.
De donatione Principis in filiumfamil. collata 184.
De omnibus ijs qui in palatio militant, vel alicui publico muneri deseruiunt. 189.

EMMA-

EMMANUEL CASTRENSIS

IURIS CONSUL. IN ACADEMIA Salmanticensi extrauagantis cathedræ legum professor.

AD L. CUM OPORTET. C. DE BONIS QUÆ liberis commentaria.

SUMMARIUM.

1 *Regula l. placet, fuit in multis ab Imperatoribus limitata, & nouissimè à Iustinianoin bonis aduentitijs.*

2 *Peculium quotuplex sit, & ejus definitio.*

3 *Pater si concedat filio administrationem aduentitiorum, in eis nullo modo tenetur pro filio, secus verò in profectitijs vbi in contractibus filij tenetur de peculio.*

4 *Intellectus nouus ad legem vendicatio 56. de rei vend.*

5 *Clerici bona intuitu Ecclesiæ quæsita administrare, & peculii nomine tãtummodo possidere dicuntur, atque ideò de eis testare non posse jura statuunt.*

PRIMA PARS.

ANTEQUAM ad istã non minùs difficilem, quàm vtilem, ac præne cessariam de bonis filiorum materiam, vndecunque quæsitis explicandam accedam de toto hoc peculiorũ opere summatim pauca dicenda mihi esse videntur, ne illotis (quod ajunt) pedibus protinus fores interpretationis ingrediamur. Istæ enim præfationes (vt ait Caius Iurec.) libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producunt, & editiorem, cum ad eam pervenerimus, præstant intellectum. Præmitto itaque regulam illam, quæ habebat, omnia per filium patri acquiri jure patriæ potestatis, ex l, placet (quæ vulgo solet in id citari) ff. de acquir. hæred. fuisse in multis limitatam ab Imperatoribus, vt in l. 1. & 2. C. de bon. mater. l. 1. & 2. suprà hoc tit. ad quas refertur text. hic in princ. quicquid; Pinel. in l. 1. part. 1. n. 32. C. de bon. mater. Nunc autem nouissime ab Imper. hic fuit correcta in bonis aduentitijs, quæ vndecunque filio obuenerint.

2 Pro cujus rei pleniori expeditione sciendum est, quadruplex esse peculium, scilicet profectitium, aduentitium, cas-

 trense,

trense,& quasi castrense, vt præsupponūt Doctores hîc, & in §. igitur liberi, Institutis per quas personas,& in l. frater à fratre. vbi latissimè Crotus num. 20. de cōdictione ind. Quæ tamen divisio probari non potest, quoniam Imperator in l. fi. C. de inoffi. test. cui convenit l. 5. titul. 17. p. 4. tripliciter tantum diuisit, scilicet in paganum, castrense:& quasi castrense. Et licet DD. nostri verum existimaverint, quod in pagano contineatur aduentitium, & profectitium: verius tamen est bona aduentitia peculij appellatione non contineri. Cùm enim peculium sit quid separatum à rationibus paternis, vel dominicis, quoniam administratio filij est, vel serui, dominium verò patris, vel domini, vt in l. depositi. 5. §. fi. de peculio: quam explicant Brison. Otoma, & Bertu. lib. 14. de verb. signif. verbo peculio. Cujatius tractatu de African. 8. sub lege. 38. de peculio. Medices lib. 2. de definit. c. 30. Duar. ad titulum de peculio c. 1. Rebuf. & Forn. in l. paterfamilias, de verbor. signific. & alij, quos retulit Caldas in l. si curatorem verb, læsis nu. 89. Benè sequitur quod aduentitium dicetur magis patrimonium filij, quàm peculium, quoniam autoritate juris noui, ad filium spectat dominium, seu proprietas. Quod autē patrimonium est, non est peculium: vt in d. l. fi. in fin. Secundo comprobatur ex eo, quia peculium dicitur, quando filius, vel seruus ex voluntate patris, aut domini administrat, tacita, aut expressa, vt constat ex multis legibus titulo de peculio, & ex l. 2. §. fin. si cert. pet. & in l. 1. §. item acquirimus, de acquir. possess. quæ consideratio cessat in aduentitijs, quorum administratio non est filij, sed patris autoritate hujus l. ei permissa l. fin. §. filijs autem infrà eodem.

3 Vnde fit, vt si fortè filio pater permittat administrationem aduētitiorum, nolueritque suo jure vti, incipiet filius jure suo administrare, nō vero alieno quasi consolidata sit administratio cum proprietate, quam filius habet. Ideoque pater in his nullo modo tenetur pro filio, sed filius solus: juxta textum in §. fin autem, hac lege, & in l. fi. §. sancimus hoc titulo. In profectitijs administrationē habet filius ex jure, & concessione patris, non vero suo nomine d. l. 2 §. fin. Ideoque tenebitur pater de peculio in contractibus filij l. si quis cum filio de peculio. Ex quibus deducitur intellectus ad legem vendicatio 56. de rei vend. dum habet, legato peculio non competere rei vendicationem peculij, sed rerum peculiarum, vbi Iulianus sic scribit: *Vendicatio non ut gregis, ita, & peculij recepca est, sed res singulas is, cui legatum peculium est, petet.* Quod putāt DD. difficile, quoniam aliàs legato grege competit vendicatio gregis, etiam si in eo reperiantur capita aliena l. 1. §. per hanc, de rei vend. Sed in eo decepti fuere Doctores, qui non considerarūt quòd legato peculio filij, aut serui extinguitur nomē peculij, resolviturque ita vt in persona legatarij peculium considerari non possit: ideoque peculium non vendicabit, sed res peculiares: quod satis constat ex prædictis, & in d. l. finali C. de inoffic. l. paterfamil. peculium de verb. signific. *Lex vendicatio ff. rei vend. intelligitur*

5 Secundo deducitur intellectus ad totum titulum extra de peculio Clericorum; vbi jura dicunt Clericum testari non posse de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, sed eis mortuis ad Ecclesiam pertinere: Inde enim apparet eos in plenum dominos non esse, sed administratores, & peculij nomine ea bona possidere, cum peculij appellatio non ad dominium, proprietatemque referatur, sed ad solam administrationem, vt constat ex titulo toto de peculio; Et ex ijs, quæ suprà diximus. Nam in persona illius, qui plenè dominus est, non peculiū dicitur, sed patrimoniū, in dicti l. fin. C. de ioffi. Retenta tamen communi doctrina, de singulis nobis inspiciendum est.

Cap. de bonis profectitijs.

SVMMARIVM.

6 *Profectitium quid sit.*

7 *Contemplatione patris, relictum non profectitium, sed aduentitiū dicetur.*

8 *Intellectus ad legem sed si plures. §. in arrogato ff. de vulgar.*

9 *Donata vxori ab amicis, vel consanguineis*

neis mariti ad uxorem pertinent contra complurium opinionem.

10 *Differentia, quam nonnulli Doctores faciunt inter quæsita contemplatione patris, & inter quæsita contemplatione mariti, non admittitur.*

11 *Fictio breuis manus non potest contingere sine jussu & voluntate ejus, cujus nomine fit prima acquisitio.*

12 *Conciliatur text. in l. Auus 82. de jure dot. cum l. dotem dedit ff. de collatione bonorum, quæ videtur esse antinomia. & n. 13.*

14 *Verbum (ex re) intelligitur, id est, ex substantia, & aliquãdo exponi solet, id est, ex negotio.*

Seruus alienus bona fide possessus dupliciter acquirit bonæ fidei possessori.

15 *Datum patri ad hoc vt in dotem filiæ daret, non dicitur profectitium, sed aduẽtitium.*

16 *Bartoli authoritas declaratur.*

Socio aliquid relictum contemplatione personæ, licet occasione societatis, non erit commune inter socios: secus verò si contemplatione societatis illud lucrũ alicui ex socijs obuenerit.

17 *Relictum, vel donatum nepoti ab auo, profectitium dicetur quãdo contemplatione, vel respectu ipsius auidonantis, vel relinquentis, expresse fuerit relictum: vel quando hoc colligitur ex qualitate rei donatæ.*

Relictum seruo, vel filio fam. simpliciter non censetur, domino, vel patri relictum contra communem.

18 *Dominium rei donatæ à patre non transit, nec possessio ciuilis in filium. Fructus ex re à patre filio donati sui ipsius filij labore, & industria collecti, profectitij dicuntur, non tanquam ex re patris, qui donati non fuerunt, sed tanquam habiti ejus occasione.*

Intellectus l. Ballista ff. ad Trebel. remissiue.

19 *Lucrum quæsitum ex pecunia filio à patre data, an sit profectitium, vel aduentitium.*

20 *Lucrum tale ex pecunia patris quæsitum inter patrem, & filium æquè esse diuidendum secundum sententiam Bartoli.*

Diuisio non potest locum habere, nisi contracta societate.

21 *Secundum Baldum lucrum, de quo suprà, judicis arbitrio definiẽdum est, inspecta quãtitate rei, & qualitate ipsius lucrantis, vt hoc aduentitium, illud vero profectitium dicatur.*

22 *Opinio gloss. approbatur jure Regni Castellæ, & Portugaliæ, ad quas dantur plures remissiones.*

23 *Opinio glossæ nouiter, & eleganter defenditur.*

Hodie etiam stante decisione nostri textus, potest filius patri in totũ acquirere, si hoc intendat, secundum Bartolum.

Tutor cõtrahens simpliciter in re pupilli, videtur tutori nomine agere, & ei acquirere.

24 *In dubio semper præsumitur filius ex re patris, quam propria industria lucrũ comparasse.*

25 *Filius quãtumuis protestetur, lucrum per eum quæsitum ex pecunia patris, profectitium erit, nec protestatio ei proderit, contra Nauarrum.*

26 *Si filius acquirat ex bonis patris, & simul sua industria, & non alatur à patre, planè procedent opiniones Bartoli, & Baldi.*

27 *Acquisita per filium ex pecunia patris per vsuras, vel alios modos illicitos profectitia dicuntur, secundum glossam, quæ communiter reprobatur.*

28 *Acquisitio turpis specialiter mandari non potest, nec debet.*

29 *Dominiũ vsuræ in vsurarium non trãsfertur.*

Sentẽtia glossæ quando possit saluari ibidem.

30 *Si pater remiserit filio vsumfructum aduentitiorum, fructus ex eo collecti, an sint profectitij, vel an aduẽtitij.*

31 *Differentia inter omittere, & omittere.*

32 *Acquisitio, quæ fit jure patriæ potestatis, resoluitur nolente patre, & in ejus persona sit reuocabiliter.*

33 *Intellectus ad §. sin autem. infra hac lege.*

34 *Declaratur glossa in dicto §. sin autem.*

35 *Bartoli opinio existimantis fructus aduẽtitiorum esse conferendos per filium emancipatum, reprobatur.*

36 *De-*

36 *Declaratio ad l. 47. Tauri.*
37 *Si filius succedat in Ducatu, vel Comitatu per mortem matris suæ, non acquiret vsumfructum patri, aduersus Gomesium.*
38 *Si filius ex matris successione succedat in Regno, liberatur à patria potestate, nec vsumfructum patri acquiret.*

In tex. ibi, Ex ejus substantia.

COlligo profectitium esse illud, quod ex patris bonis profectum est Glossa tamen in præsenti addit etiam profectitium esse, quod contemplatione patris est quæsitum. Quam sequuntur Bartolus, Paulus, Baldus, Cornelus, & alij in præsenti. glos. etiam & alij in §. igitur liberi. Institutis per quas personas. Vbi Riminal. num. 68. Ias. in l. 1. num. 27. & ibi Decius num. 92. C. qui admitti & in l. vt liberis. num. 2. C. de collat Crotus in l. frater à fratre. num. 3. de condictione indebiti. Nauar. in man. c. 17. num. 143. Gregor. in lege 2. tit. 11. partit. 4. & alij relati per Cald. in l. si curatoré. verb. Læsis. fol. 345. Et facit pro hac opinione imprimis textus in lege, sed si plures §. in arrogato ff. de vulgari in fine. vbi datum, vel relictum filio ab amico, vel propinquo patris arrogatoris, pertinet ad substitutum pupillarem tāquam datum ab ipso patre arrogatore. Et inquit Vlpianus in hæc verba.

In arrogato quoque impubere dicimus, ad substitutum ejus ab arrogatore datum non debere pertinere ea, quæ haberet si arrogatus non esset: sed ea sola, quæ & ipse dederit arrogator, nisi fortè distinguamus, vt quartam quidem, quam omnimodo ex rescripto D. Pij debuit ei relinquere, substitutus habere non possit, at superfluum habet. Sceuola tamen lib. 10. quæstionum putat, vel hoc arrogatori permittendum. Quæ sententia habet rationem. Ego etiam amplius puto, & si quid beneficio arrogatoris acquisiuit, & hoc substitutum posse habere, vt puta si arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit. Hactenus Vlpianus. Secundo, est textus in l. dotem dedit. 6. de collatione bon. Ubi dos data ab auo paterno, perinde est, ac si pater de- *L. dotē dedit ff. de colla bon.* disset, & filia mortua ad eum reuertitur. Celsus enim ita inquit: Dotem, quam dedit auus paternus an post mortem aui, mortua in matrimonio filia patri red di oporteat? quæritur. Occurrit æquitas rei, vt quod pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit, perinde sit, atq; si ipse dederim. Quippè officium aui circa nepotem, ex officio patris erga filium pendet: & quia pater filiæ, ideò auus propter filium nepoti dotem dare debet. Tertiò, facit text. in §. igitur liberi, ibi, *ex re patris*, per quas personas, juncta. l. additio 45. in fin. de acquir. hæred. ibi (ex re.) Quarto, facit l. profectitia 5. §. 1. de jure dotium. I. C. autem sic alterit. Quid & si quis patri donaturus dotem dedit? Marcellus lib. 6. digestorum scribit hanc quoque à patre profectam esse: & est verum. Quinto, est authoritas Bar. in d. §. in arrogato ibi, si quid beneficio patris, vel ejus occasione, &c. Sexto, est text. in §. igitur liberi cui conuenit. l. 5. tit. 17. part. 4. l. 2. tit. 11. eadem part. ibi (*Por razon de sus padres.*) Consuluerunt secundum hanc opinionem Deci. consil. 180. num. 4. Corn. consil. 181. num. 39. li. 1. Soc. consil. 91. num. 10. lib. 1.

7 SED His non obstantibus, contraria sententia magis placet, scilicet, quod cōtemplatione patris relictum, non profectitium, sed aduentitium dicatur. Pro qua sentētia imprimis facit text. hic: vbi solùm appellat profectitium id quod ex substantia patris, scilicet ex illius bonis profectum est, & ita sonat lex, vt liberis. suprà de collat. ibi, de substantia ejus, de cujus hæreditate agitur l. quoniam nouella. C. de inofficioso. Deinde est textus in dicta lege profectitia §. si pater hæreditatem, de jure dotium. vbi innuit, dotem profectitiam esse illam, qua patrimonium parentis fuerit diminutum Idē probat Vlpianus in fragmentis titul. 6. Facit etiam pro hac opinione textus in l. final. C. de vsufructu. & l. 3. in fine de interd. & releg. ibi (quæ vero non à patre, sed à genere, &c) Vltimo, consideratur textus in authentica excipitur ibi (ab aliquo parentum) infrà hac eadem lege. *Inducitur Authent. excipitur ...eo.* Et retenta hac verissima sententia non obstant jura in contrarium adducta: & impri-

imprimis text. in dicto §. in arrogato: nam ille textus duplicem habet intellectum.

8 Nam si intelligatur in quæsitis à filio arrogato, viuente arrogatore, nihil facit ad hoc, quia tempore digestorum nihil habebat filius, quod non esset profectitium ex regula l. placet. de acquirenda hæredit. Si verò intelligatur in quæsitis à filio arrogato post mortem arrogatoris, prout melius intelligit Cumanus, & sequitur Ias. ibi propè finem. Tunc respondetur, quòd ille textus probat ad substitutum pupillarem pertinere non solùm bona patris, sed etiam ea, quæ pupillus non haberet si arrogatus non fuisset: inter quæ considerauit. I. C. quartam ei debitam authoritate Diui Pij. Considerauit etiam ea, quæ ab amicis, vel cognatis arrogatoris pupillus acquisiuit: quæ cùm post mortem arrogatoris quæsita fuissent, illius esse non potuerunt; sed tantùm illius contemplatione pupillo acquisita: ac propterea non pertinebunt ad substitutum pupillarem, tanquam bona patris, sed tãquam bona propter arrogationem quæsita.

9 Ex qua resolutione infertur falsam esse opinionem, quam post alios defendit Palatius Rub. in Rubr. de donatio. §. 45. Segura in l. 1. §. si vir vxori num. 92. de acquirend. possess. Antonius Gomez in l. 50. Tauri. numer. 67. Ayora de partitionibus 1. part. quæst. 8. n. 19. & alij relati per Caldas vbi suprà pagina 345. in verbo læsis: dum dicunt, argumento textus in dicto §. in arrogato. donata vxori ab amicis, vel consanguineis mariti spectare ad maritum: nèque pertinere ad vxorem, nisi præmortuo marito; ex text. in l. cum hic status de donat. inter. Nam contraria opinio verior est, quam tenuerunt Bald. consil. 316. vol. 4. per l. si mater. C. de donat. ante nupt. Roman. consil. 172. per legem si servus communis. 38. de donat. inter. & plures alij, quos refert & sequitur Altiatus regula 1. præsumptione 18. Zacius lib. 2. singularium intellectuum. num. 9. Pro quibus facit l. si consentiente. 14. C. de donat. juncta l. in communibus §. vlt. de donatio. vbi quod donatur sponsæ, aut vxori à cõsanguineis viri minimè reuocatur, aut aufertur vxori, inducitur etiam illa ratio, ob quam Consultus in l. auus. 82. de jure dotium respondet: dotem non esse profectitiam eam, de qua ibi quæritur, quia à patre non fuit profecta, quamuis data ab auo: Et istum magis probat Caldas vbi suprà fol. 346. col. 2.

L. si consentiete 14. C. de donat.

10 Et licet nonnulli ex supradictis distinguendum existiment inter quæsita contemplatione patris, & inter quæsita contemplatione mariti: quasi primo casu admittatur acquisitio in persona patris propter patriam potestatem, quæ in vxore cessat: tamen decipiuntur, nam si rectè aduertatur communis opinio doctorum in d. §. in arrogato, non fundatur in potestate patria, sed in eo, quod putant rem datam filio, videri priùs datam patri, deinde filio. Et ex eo inferunt rem datam vxori contemplatione mariti, priùs videri datam marito, deinde vxori.

11 Nec enim obstat, si ex aduerso dicatur hanc donationem factam vxori nõ debere valere propter fictionem breuis manus. Nam replicatur quòd fictio breuis manus non potuit contingere in proposita specie sine jussu, & voluntate mariti, cujus nomine fit prima acquisitio, juxta d. l. 1. §. fin. de dona. inter Tradunt omnes in l. singularia, & in l. certi cõdictio. § si nummos si certum petatur.

12 NON Obstat secunda difficultas de dicta l. dotem dedit, qui text. in eisdem terminis patitur grauem difficultatem ex l. auus. 82. de jure dotium, vbi Labeo sic scriptum reliquit. *Auus neptis nomine ex filio natæ, genero dotem dedit, & moritur. Negat Seruius dotem ad patrem reuerti, & ego cum Seruio sentio: quia non potest videri ab eo profecta, quia nihil ex bonis suis habuisse.* Cui text. Bart. in dicto §. in arrogato, quem magis communiter recipiunt, respondet faciens talem distinctionem; scilicet, quòd quando contemplatione patris auus dotauerit neptem, tunc sit profectitium. Si verò contemplatione neptis, minimè. Et sic procedere, d. l. auus. Quam solutionem, vt minus periculosam sequuntur communiter

Doctores, vt probat Alex. & Ias. in l. qui in aliena §. interdum, de acquir. hæred. & in l. quartam num. 27. vbi Ripa numer. 102. Decius consil. 85. numer. 5. Gom. in l. 29. Taur. num. fin.

13 Sed ab hac communi recesserunt Fulgo. in d. l. auus, Cuman. in l. post dotem. vbi Ias. num. 25. soluto matrimonio, aliam assignantes solutioné, scilicet, quòd dicta lex Auus loquatur quando solutum est matrimonium morte viri. Quæ sanè solutio similiter non placet: quia etiam eo casu, quo matrimonium soluitur morte viri, constat etiam dotem ei datam reuerti, fierique inter patrem, & filiam communem. d. l. 2. §. quod si in patris soluto matrimonio nec in d. l. Auus de hoc dubitatur.

Vnde pro vero intellectu, aduerte verbum illud *(moritur)* exponi debere, id est filia, vt sit sensus, quòd mortua filia, superstite auo, dos non reuertatur ad patrem, sed ad auum, qui eam dotem dedit. Neque enim pater dotem dare poterat, cùm nihil proprium habuisset. dict. l. placet l. sic eueniet 22. ad l. Iul. de adulterijs. At verò in d. l. dotem. mortua fuit filia post mortem aui: & ideò nihil mirum si reuertatur ad patrem, propter quem dos data fuit nam æquitatis causa, videtur ab eo filiæ profecta, cùm auus neptem dotans, vtriusq; matrimonij onera dicatur sustinere: & sic respectu vtriusque dos dicitur profectitia, respectu patris, qui eam dotem dedit, & respectu aui, à quo æquitatis causa videtur data.

14 NON obstat tertia difficultas ex d. §. igitur liberi (ex re patris) quia respondetur, quod cùm ille textus desũptus sit ex nostro textu, illud verbum (ex re) intelligi debet, id est, ex substantia patris, arg. text. l. rei appellatione de verb. significatione. Nec enim est inconueniens, quod patrimonium cujuslibet patrisfam. dici soleat res familiaris: juxta quem sensum intelligitur l. nam quod 14. §. fin. cum duabus sequentibus ad Treb. vbi grauatus de restituendo fideicommisso particulari, compelli non potest hæreditatem totam restituere: & tamen si grauatus sit vniuersam rem, quia rei appellatione omnis substantia continetur, compelli potest. Neque etiam obstat text. in d. l. additio 45. §. fin. ad finem de acquirend. hæred. ibi (ex re.) Nam præmittendum est, quòd seruus alienus bona fide possessus dupliciter acquirit bonæ fidei possessori: Scilicet, vel ex operibus suis, vel ex re. l. liber homo de acquirend. rerum dominio ibi (ex re.) Quod verbum exponi debet, id est, ex negocio l. si pupilli §. sed si quis & l. litis de negot. gestis. Vult ergo dicere text. in d. l. additio, quòd seruus institutus contemplatione bonæ fidei possessoris, acquirat ei ex re, id est, ex ejus negotio: cùm impossibile sit, quod eo casu ex operibus suis videatur acquirere.

Text. in §. igitur liberi Instit. per quas personas nob. intelligitur.

15 NON Obstat quarta difficultas ex d. l. profectitia §. 1. Quia ei breuiter respondendum est, quòd ille textus loquitur in fictione breuis manus, in qua duæ sunt donationes; altera donatoris patri facta, altera patris in filiam, juxta l. 3. §. fin. de donat. inter. notatur in l. singularia. si certum petatur: Ex quibus inferas intellectum ad textum in d. l. profectitia §. si quis vbi inquit: *Si quis certam quantitatem patri donauit, ita vt hanc pro filia daret, non esse dotem profectitiam Iulianus. XVII. digestorum sentit, & scribit. Obstrictus est enim, vt det, aut si non dederit, condictione tenetur.* Quibus verbis patet, datum patri ad hoc, vt in dotem filiæ daret, non dici profectitium, sed aduentitium: & ratio est, quia cùm accipiat ob causam, non contrahitur, donatio, sed ob causam dati obligatio l. Aristo. de dona. l. senatus §. 1. de donatio. causa mort. Vnde, nuptijs non sequutis, repetitio non competit patri, sed ei, qui eam dedit l. si ergo de jure dot. & tamen diuersum est si pater rẽ sibi purè donatã, & irreuocabiliter quæsitam filiæ in dotẽ dederit, quia de suis bonis dat.

16 QVINTO non obstat authoritas Bart. suprà relata: nam aduerto, quòd malè à doctoribus allegatur, qui nec ejus mentem satis acceperunt. Vult enim magis Bart. contrarium dicere: cujus mens ea est si benè aduertatur, quod quando constat de traditione facta filio propter patrem, id est, propter amicitiam (quia alias donator non esset

don-

donaturus tunc donatio non videatur celebrata fuisse in filium, sed in patrem: & quod filius accipit, non videtur sibi, sed patri quærendum accipere ex donatione sibi facta, juxta textum in l. qui mihi donatum. 13. de donat. Si verò constat donationem factam fuisse filio tanquam causæ proximæ, & immediatæ, tunc affirmat Bart. donationem filio acquiri per text. cui responderi non potest in l. Socium, qui in eo. 60. § 1. pro socio, vbi si aliquid socio relictum sit contemplatione personæ, licet occasione societatis, non erit communicandum inter socios: & tamen diversum est si contemplatione societatis illud lucrum alicui ex socijs obuenerit. Et sic Bart. residet in eadem opinione, quàm suprà defendimus.

17 SEXTO non obstat text. in d. §. igitur liberi, ibi, *occasione patris*, & duæ leges Regni, scilicet. l. 2. ibi, *del padre del abuelo.* titul. 11. p. 4. & l. 5. titul. 17. ead. par. ibi, *por razon de sus padres.* Possūt enim tripliciter intelligi, primo, quòd loquantur quando expresse donatum, vel relictum ab auo est nepoti contēplatione filij. Secundo, quòd loquantur respectu ipsius avi donantis, vel relinquentis: scilicet quando agitur de successione ipsius, non filij. Tertio, quando hoc colligitur ex qualitate rei donatæ, veluti quando auus dotauit neptem, vt suprà diximus. Ex quibus obiter infero contra Bart. in l. si servus ejus ff. de acquirend. hæred. quem ibi sequuntur communiter scribētes, Alex. in l. Gallus 1. col. Iaso. num. 12. qui tenent relictum seruo, vel filiofam. simpliciter domino, vel patri censeri relictum. Quæ opinio vera non est, & cuilibet placere non potest: primo, ex text. in §. alienus quoque servus Instit. de hæred. inst. cum alijs vbi seruus alienus hæres institutus, & postea manumissus, vel alienatus, sibi, vel novo dño acquirit, cùm alioquin si primi domini contemplatione fuisset institutus, ei hæreditas restitueretur, ex l. quidam cum filium ff. de hær. instit. Secundo, facit §. seruus autem plurimi, juncto §. si plures eod. tit. Præterea hæc sententia contra cōmunem probari videtur in l. liber homo ff. de acquir. rei ū domin. Deinde

Bart. opinio refutatur, & cōmunis.

est textus expressius in l. 3. §. nec enim, ibi, *cui honos habitus est.* ff. de leg. præst. Vltimo, hanc partem firmat eleganter I. C. in l. legatū nulli. ff. de adimen. lega. Cui sententiæ magis patrocinatur, quam obstat. l. cum aliquis ibi, tanquam liber. C. de jure delib. cui etiam potest responderi ibi fuisse seruum institutum, pendente judicio servitutis. Vnde deducitur ad l. cùm hæres de acquir. hæred. vbi, Martianus sic inquit: *Cum hæres institutus esset filius, & haberet patrem furiosum, in cujus erat potestate, interponere se suam beneuolentiam Dius Pius rescripsit, vt si filiusfamil. adierit, perinde habeatur, ac si paterfamil. adjisset. Permissit itaque ei, & seruos hæreditarios manumittere, &c.* Cujus text. communis intellectus est filium ibi quæsiisse sibi hæreditatem, & non patri. In quo textus ille non leuem patitur difficultatem, cùm lex in præjudicium patris, jus, & emolumentum patriæ potestatis tollit. Cui tamen respondendum est, quòd cùm institutio facta simpliciter de filio in potestate, intelligatur ipsius filij contemplatione facta (vt dixi) nullam lex patri injuriam fecisse videtur conseruando hæreditatem filij, ad quem ex judicio testatoris pertinet. Solum enim tollit beneficium patriæ potestatis ab eadem l. patri concessæ: quod quidem ex causa solùm Princeps, & non inferior potuit (quemadmodū, & in l. Imperator. ff. ad Treb.) auferre. Sic etiam subinfertur ad Africani responsum l. filiofam. ff. de condit. & demonstrat. de cujus intellectu cum ingenio disputat Costa lib. 2. Selecta c. 17. & nos infrà latiùs dicemus. Nunc autem obiter aduerto jure isto, quo filius est capax aduentitiorum, Africani dictum non procedere: atque illud totum emolumentum sic filijsfam. relictum non esse profectitium, sed tanquam adventitium ad filium pertinere, cum contraria opinio quam ibi voluit Bart. & in l. filiofam. ff. de dona. causa mortis) magis voluntati disponentiū aduersetur, vt infra adnotavimus.

L. cū hæres ff. de acquir hæred. propter cōmunem intelligitur.

18 POSSVNT etiam, & ea verba *occasione patris*, exemplificari optimè in fructibus collectis ex fundo donato à patre: cùm enim nec dominium transiret

siret in filium, juxta text. in l. 2 cum glos. C. de inoffi. dona. nec possessio ciuilis: juxta l. stipulatio ista. 38. §. hæc quoque, ibi *possidere ciuiliter non possit*. ff. de verb. consequēs est, vt sibi filius fructus lucrari non possit, quanvis industria, & labore eos collegerit: atque ideo tales fructus erunt profectitij, non tanquam ex re patris, qui donati non fuere l. in ædibus §. 1. de donat. sed magis tanquam habiti illius occasione. Et hoc est, quod voluit glossa expressè in d. §. igitur liberi dum citat. l. 3. §. nonnunquam versic. cum Polidius ff. de vsuris. Facit. l. Ballista ff. ad Trebel. quamvis hìc text. vulgò aliter intelligatur, vt expendit Costa in 3. cap. p. verb. personis. num. 27. & verb. obliqua num. 52. & aliter Cujac. lib. 4. obser. c. 39. cui subscribit Vital. lib. 1. var. cap. 1. satis tamen opinio Acursij in d. l. 3. eleganter probatur.

19 SED & illud maximè controuerti solet, si pater dederit pecunias filio, ex eisque lucrum quæsierit. Vtrùm hoc lucrum dicatur profectitium, an aduentitium. In qua quæstione tres sunt opiniones principales. Primò enim glossa in præsenti, verbo, *Ex ejus substantia*, in ea residet opinione affirmans, hoc lucrum esse profectitium, per text. in §. 1. Instit. per quas person. ibi, ex re patris, & ibi occasione. Secundo facit, quia sicut fructus ex fundo à patre donato sunt profectitij, vt suprà diximus: sic & lucrum ex pecunia, juxta l. vsuræ de vsuris. Et hanc opinionem glossæ dicit receptam Orosius in l. si tibi §. si pactus. de pactis num. 2. Cassan. in consuet. Burg. rub. 6. §. 4. numer. 6. Caldas in l. si curatorem verb. læsis. nu. 118. & resoluit Lara in l. si quis à liberis. §. sed si filius n. 138. de lib. agnos. Sed ab ea recesserunt Bart. & Paul. & alij hìc. Ias. in l. illud. col. penult. Decius num. 12. C. de collat. arg. text. in l. vsura pecuniæ. 121. de verb. signif. nec enim ex corpore pecuniæ nascitur, quemadmodū fructus ex fundo, qui ejus pars est l. fructus ff. de rei vendicatione.

Bart. opinio, & magis cōmunis proponitur.

20 Secunda vero opinio fuit Bart. in l. 1. §. nec Castrense. num. 5. ff. de collat. bonorum & in tract. de duobus fratribus 1. part. num. 2. existimantis hoc lucrum inter patrem & filium æquè dividendum, arg. l. 1. cum glo. C. pro socio l. cum duobus §. in coeunda ff. eod. quā dicit æquam, & magis communem Curtius Iunior in d. l. penult. num. 15. C. de collat. Arias in l. 17. num. 119. Gomez. in l. 29. num. 24. & nouissimè Ayora de part. 3. p. q. 3. num. 6. Cæterum contra Bartolum facit, quia ea diuisio non potest locum habere, nisi contracta societate, qua cessante, talis diuisio cessare debet: vt contendit Baldus in l. certum nu. 5. C. fam. herciscund. quem refert & sequitur Calcan. consil. 19.

21 Tertia opinio fuit Baldi in auth. ex testamento. num. 6. C. de collat. credentis arbitrio judicis esse relinquendum, ac definiendum, inspecta quantitate rei, & qualitate ipsius lucrantis, vt hoc aduentitium, illud verò profectitium dicatur. Quam receptionem dicit Ripa in l. in quartam numer. 157. ff. ad l. falcidiam. Corral. in l. frater à fratre. 2. p. num. 48. Segura in l. si ex legati causa. numer. 47. de verb. & in l. 1. §. si vir vxori. num. 69. de acquir. possess. Greg. in l. 5. tit. 17. part. 4. & in l. 3. tit. 15. par. 6. Riminald. d. §. igitur liberi. num. 74. Instit. per quas personas nobis acquiritur. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. casu 126. num. 5. & plures alij relati per Caldas verb. læsis. num. 118. & per Ascan. de patria potesta. effectu 2. num. 8. Hæc sunt de jure communi.

22 De jure verò Regni, prima opinio glossæ videtur approbata tā in jure Regni Castellæ, vt in l. 3. tit. 15. p. 6. quàm Portugaliæ; vt in Ord. lib. 4. tit. 77. §. 22. & tit. 78. in principio. Ad quas leges varios intellectus colliges ex Gomez. in l. 29. Taur. num. 24. & cæteris vbi suprà, & alium ex Nauar. in man. c. 17. num. 144. & 148. vbi totum tribuit patri, nisi filius protestetur. Tu autem defendas glossam istam in puncto juris, non ex eo procedere, vt glossa, & sequaces existimant, quia erat pecunia patris: sed ex eo, quia cum pater concessit pecuniā filio in peculium, videtur voluntatem suam accommodasse, vt filius contrahat ejus nomine. l. 1. §. item acquirimus. de acq. poss. l. quod seruus. in fin. de solut. Quod mandatum filius exequendo, patri rem acquirit, non per vtiles actiones,

vt-

vt institutor, & procurator; sed per directas tanquam filius, ex doctrina Bart. in l. quodcunque de verb. vbi docet etiam hodie attento jure nostri text. posse filiũ patri acquirere, si hoc intendat: quod adeò procedit, vt etiam si filius simpliciter contrahat, quia tamen ex mandato patris videtur contraxisse, patri, & non sibi acquiret, arg. text. in l. post mortem §. 1. ff. quando ex facto tutor. vbi tutor contrahens simpliciter in re pupilli, videtur tutorio nomine agere, ac ei acquirere. Item ampliatur hæc Bart. doctrina, etiã si sibi velit filius acquirere ex l. qui mihi donatum 13. versic. & placet. ff. de donat. pro quibus, & illud facit, quia filius non potest agere rem patris peculiarem suo nomine, sed patris, juxta totum titulum ff. de peculio. Secundo, quia cum filius sit domesticus patris, & ab eo alatur, ei operas præstare tenetur, idque facere tanquam domesticus ratione alimẽtorum, juxta notata per Baldum hìc nu. 10. Paul. in l. diuortio, num. 10. soluto matrimonio: sicut obsequium, & reuerentiam debet, ex l. penult. de obsequijs l. veluti vbi omnes de justitia, & jure: quidquid nonnulli perperam existimassent, cum Baeça in tractatu de decima tutor cap. 2. ex num. 12. & Lara in l. si quis à liberis §. sed si filius numer. 136. de lib. agn. qui putant patrem non posse compellere filium, vt ei seruiat: quod quã absurdum sit, vel ex eo deprehẽdi potest, quod lib. Eccles. 1 gitur c. 30. in ijs verbis: *incurua ceruicem ejus*, & rursus, *doce filium tuum, & operare in illa, &c.* Remanet ergo hæc supràdict. sententia in puncto juris verissima, quam etiam defendit Roman. licet non ita consil. 469. credens in puncto juris, id esse verum, quicquid Socin. consil. 92. vol. 1. & Menoch. de arbitr. quæstionibus centuria 2. casu 126. contradicant.

Filiusfam. simpliciter contrahẽs ex mãdato patris, videtur contraxisse, & ei acquiret.

24 Quod fit ut in dubio semper præsumatur filius ex re patris, quam propria industria lucrum comparasse. Vt rejectis alijs opinionibus varijs, magis probat Alexan. consil. 31. num. 6. & 7. lib. 4. & consil. 10. num. 24. libr. 3. defendit Ias. consi. 25. lib. 1. & hanc esse certam & claram conclusionem affirmat Bart. Socin. consil. 92. num. 14. lib. 1. quam securè videtur sequutus Gregor. in l. verbo *de su padre* tit. 15. p. 6. Pro qua potuit expendi celebris Accur. adnotatio in l. defens. facultas 8. glos. vltima. C. de jure fisci lib. 10. obseruantis præsumptionem esse sumendam contra administratorem rerum fiscalium, vt auxisse proprium patrimonium intelligatur ex rebus fiscalibus: quod in œconomis, & prælatis probat idem Accur. in authen. licentiam. verbo probatus. C. de Episcopis, & Clericis, & præter Alex. vbi suprà probat multi relati per Caualcanum decisione 39. num. 32. quod esse celebre, & obseruandum contra thesaurarios, & quæstores Regios, aduertit Bald. in d. authen. licentiam argum. authent. de Ecclesiasticis tit. § interdicimus, & cap. 1. de peculio Clericorum.

25 Ex superioribus tamen infertur primò, quòd si pater dederit pecuniam animo donandi filio, sine vlla spe lucri, tunc ipse filius totum lucrum sibi acquiret. Nam cùm pecuniæ patris nihil debeatur d. l. vsura, nec ipse filius nomine patris contraxerit, relinquitur ex industria quæsitũ lucrum ad eum pertinere, juxta nostrum textum.

Suprà d. glos. sentẽtia limitatur.

Secundo infertur protestationem Nauarri vbi suprà, quem sequitur Parla, quotidianarum quæstionum, cap. 19. nõ semper esse necessariam, præcipuè in casibus suprà relatis: nec eam patri obstare, argum. text. in l. nemo potest de leg. 1.

26 Tertio infertur, quòd si filius acquirat ex bonis patris, & simul sua industria, & non alatur à patre: vel etiam si expresse sit contracta inter patrem, & filium societas (poterit namque talis conuentio patrem obligare, secundum regulas juris novi) Tunc procedant opiniones Bal. & Bartoli vbi suprà. Ex quibus similes resolues quæstiones, de quibus Ias. in l. pen. ex numer. 7. de collat. vbi Decius, & idem consil. 621. ex numer. 1. Palat. Rub. in Rubr. § 65. ex num. 2. Laurentius de Pina. consil 65. num. 22. lib. 1. Gomez vbi suprà numer. 24. cum sequent. latè Baeça tract. de decima tuto. c. 2. ex num. 12. Lara in l. si quis à liberis §. sed si filius nu. 136. de lib. agnos.

Alia ...into glossæ hic communiter refutatur.

27 EX HAC quæstione sic resoluta, subinfertur & illud dubium. Vtrùm acquisita per filium ex pecunia patris per vsuras, vel alios modos illicitos, dicantur profectitia, patrique acquirātur. Et gloss. hîc in verbo, *ex ejus*, existimat esse profectitia, quæ communiter reprobatur ex Bart. hîc num. 3. Paulo 5. Ias. in l. illud col. penult. Decio. num. 12. de collat. Rimin. in §. 1. num. 77. Insti. per quas personas. Palat. vbi suprà num. 5. Caldas referendo plures in l. si curatorem. verbo, læsis num. 118. vltra Grego. in l. 9. verbo, *vsufructu*. tit. 17. part 4. Matienço ad l. 9. glos. 2. num. 15. tit. 1. lib. 5. comp. Baeça tractat. de decima tuto. cap. 26. num. 3. Qui omnes moveri possunt argu. text. in l. quod seruus in fine ff. de acquirenda possessione.

28 Cujus rei ratio vltrà omnes, ea etiam esse potest, quia cum acquisitio turpis specialiter mandari non potuerit, nec debuerit l. si vero non remunerandi. §. si adolescens ff. mandati non venit in generali mandato patris peculium concedentis, juxta legem qui peculij 47. de peculio l. si pater filio, quæ in fraudē cred. notat. Bartol. in l. si procurator num. 3. & 6. de procur. Facit pro hac sententia l. quod autem ff. pro socio. *Quod autem ex furto, vel ex alio maleficio quæsitum est in societate non oportere conferri palam est, quia delictorum turpis, atque fœda communio est.*

L. quod autem ff. pro socio.

29 Probat glos. & ibi Salicetus in l. bona C. fam. hercisc. l. 4. §. 1. ff. eodem vbi turpe lucrum non venit in judicio familiæ hercisc. & hæc est vera & recepta prior sententia: quicquid Alber. Bal. Fulgos. Florianus ibi contrarium dicant, contendentes lucrum istud vsurario patri quæsitum inter hæredes judicio familiæ herciscundæ esse dividendum, argum. gloss. in c. si quis vsuram 14. quæst. 4. quatenus probat dominium vsuræ rectè in vsurarium transferri. Nam contrarium verius est, vt ex glos. in cap. ex transmissa de decimis probant Abb. ibi, & cæteri communiter: ex contractu enim reprobato dominium non transfertur argum. l. 1. §. si vir vxori ff. de acquirend. poss. & l. non dubium C. de legibus. Et in specie ita videtur colligi ex 28. Proverb. c. in ijs verbis: *Qui conseruat diuitias vsuris, & fœnore, in pauperes congregat eas.*

Proverb. c. 28.

POTERIT tamen sententia Accursij saluari eo casu, quo vsuræ fuerint licitæ, & in repu. permissæ, videlicet, quæ dantur à nummulario, vel quæ ex annuis redditibus quæruntur: quos Vulgo, *Censo*, appellant. Nam in his, quia filiusfam. solùm habet negotiationem, & administrationem, sequitur prædictam opinionem benè procedere, scilicet, tale lucrum ad peculium profectitium esse reducendum, quod ex substantia paterna, aut ejus occasione filius comparaverit: qui proculdubiò in hoc casu habebitur perinde, ac negotiorum gestor, aut quidam procurator, vt tunc facilè pro Accursio induci possit l. quod Procuratorib. l. si ita 16. versic. vltim. ff. de vsu & habitat. l. ex re. 31. de vsufruct. l. sed si vir. 32. cū l. vltim. de donat. inter vel eo modo, quo suprà cōmunem explicauimus, ac defendimus.

L. quod procurator ff. de procurat pōderatur.

30 SECVNDO vtiliter dubitari solet: Si pater remiserit filio vsumfructum adventitiorum juxta textum in §. sin autem inf. à hac lege: Fructus vtrùm sint profectitij, an adventitij. Et prima facie videtur eos esse profectitios: quia cum vsusfructus aduentitiorum ad patrem spectet per textum nostrum, debuit remanere in persona patris, quanuis donatus sit filio, juxta l. 2. de inoff. dona. l. donationes quas parentes C. de donat. inter virum & vxorem. Et per consequens debuit numerari inter profectitia, vt in principio nostri text. propter quam difficultatem Corneus in d. §. sin autem num. 3. rectè distinxit inter fructus collectos antè patris donationem, & collectos post, vt illi sint profectitij, juxta regulam hujus text. in principio: hi verò aduentitij, juxta dictum §. sin autem. Quam sentētiam sequitur Tellus Ferdinand. in l. 17. Tauri numer. 61. nec contradixit Dueñas regula. 223. fall. 3. Gutierrez in cap. quanuis pactum numer. 35. & nouissimè Caldas. Pereira in l. si curatorem habens verbo, læsis. num. 148. Et ratio est, quia quando pater remittit fructus colligendos, magis dicitur omittere, quàm amittere: inter quæ duo longa est differentia, vt in l. qui autem. ff. quæ in fraude

dem creditorum, vno casu dicuntur bona aduentitia, alio verò profectitia vt in l. profectitia. §. si pater hæreditatem. de jure dotium: & in l. si sponsus §. si maritus hæres, de donation. inter tradit Vitalis de collat. quæst. 8. n. 184.

32 Et confirmatur, quia illa acquisitio, quæ fit jure patriæ potestatis, resoluitur nolente patre; fit enim reuocabiliter in persona patris, juxta glossam, & ibi tradita in §. item vobis Instit. per quas personas nobis acquiritur, & in l. etiam de acquirendo rerum domini: nec enim beneficio confertur in inuitū, & repugnantem l. hoc jure §. non potest ff. de donat. l. inuito. 70. ff. regul. jur. Ac proinde remittente patre, filius jure suo fructus colligit, consolidato vsufructu cum proprietate. Nam cùm sit vsusfructus vna, & eadem res cum proprietate. ex l. si. cum testamento. 21. §. si fundum ff. de except. rei judicatæ, non debet diuerso jure censeri: ex regula l. eum, qui ædes. 23. ff. de vsucapion.

33 Ex quibus infertur textum in dicto §. sin autem non specialiter procedere, quicquid dicat Bald. in l. 2. numer. 5. C. de inoffic. donation. Bart. in l. frater à fratre. numer. 56. ff. de condictione indebiti, & ibi Ias. nu. 45. Crotus num. 80.

Glos. in d. §. sin autē declaratur.

34 Infertur etiam, glossam in d. §. sin autem, verbo *lucretur* dicentem donationem, de qua ibi, morte, confirmari, debere necessario intelligi in facultate colligendi fructus per patrem filio remissa, quam potest pater iterum recuperare si velit, quandiu durat patria potestas: Cæterum in fructibus ante donationem patris acquisitis, textus ille non loquitur, quia sunt profectitij: item in fructibus post patris donationem à filio perceptis, Intelligi glossa non debet: quia sunt aduentitij, & statim perficitur acquisitio, sicut colliguntur, nec expectanda est mors patris per ea, quæ supra diximus.

35 Infertur vlterius opinionem Bartoli non posse defendi in l. pater filium num. 5. de collatione dotis: quem sequuntur Paul. Alex. & Ias. in l. final. C. de collat. idem Ias. in Rub. ejusdem tituli, & est concors omnium opinio, secundum Stellam in tractatu de collat. cap. quæ bona sint conferenda: dum ait: Fructus aduentitiorum esse conferendos per filium emancipatum. ex text. in l. si fratres §. idem Papinianus. ff. pro socio. Nam contrarium est verissimum tàm de jure communi, quàm Regio, & in praxi. Bartoli enim argumentum procedit attento jure antiquo; cæterum attento jure nouo, cùm tales fructus acquirantur ex re aduentitia, sunt aduentitij, ex d. §. sin autem. & in §. cum autem infrà hac l. ac propterea non conferuntur d. l. fin. C. de collat. Ex quibus perperam labitur Costa in 3. §. parte ex numero 228. quatenus prædictæ sententiæ assentitur.

Filius emācipatus non confert fructus aduētitios cōtra cōmunē.

36 Ex qua resolutione resultat maxima utilitas ad decisionem l. 47. Tauri, cū sequenti: vbi cauetur quod pater reddat filio conjugato vsumfructum liberum, ex quo tempore benedictiones Ecclesiæ suscepit: nam eos fructus non confert postea, quicquid Bart. vbi suprà. Quod intelligi debet, si matrimonium contractum sit à filio cum consensu patris, quicquid velint Cifuentes, & Gomez. in l. 48. Taur. numer 6. & dubitet Palat. Rub. in repetitione Rubricæ §. 72. de donation. inter virum & vxorem. Cùm igitur eos fructus percipiat jure aduentitio, per ea, quæ supradicta sunt, cōfestim sequitur nō esse conferendos, ex d. l. fin. C. de collat.

37 Prætereà deducitur, quòd si filius succedat in Ducatu, vel Comitatu per mortem matris suæ, licet regulariter fructus adventitiorum, & cujuscunque maioratus acquirat patri ex jure patriæ potestatis, vt in præsenti, & in his terminis adipsum doceat Anton. Gomez. in l. 48. Taur. numer 4. contrarium tamen existimo verius, non solùm quando bona sunt data à Rege, quia in eo casu sunt quasi Castrensia. l. cùm multa infrà hoc tit. l. 7. tit. 17. p. 4. & tenent multi authores, quos refert Gomez. vbi supra Matienço in l. 9. glos. 2. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil. Sed etiam quando bona fuerunt propria fundatoris. Tunc enim cum is filius succedat matri in dignitate, fiatque Dux, Marchio, aut Comes, fiatque de consilio Regis, vt in l. 4. tit. 4. lib. 2. recop. liberenturque à patria potestate, vt in

Vsusfructus Comitatus, vel Ducatus filij nō acquiri patri contra Gomez.

vt in authen. constitutio. quæ de dignitatibus collat. 6. & notant DD. in §. filius Instit. quibus mod. jus patriæ potestatis soluitur. Et est text. in l. 7. & ibi glos. tit. 18. p. 2. Deducitur, quod sibi acquiret ex re sua, quemadmodum, & is, qui matrimonium contraxit: ac proinde ea ratione fient aduentitia; & ita vidi postea practicari à Iurisperitissimis in causa Comitis de Valentia cum Duce de Najara patri ejus per jura, & rationes hîc positas, licet contrarium teneant nonnulli, quos refert Matien. vbi suprà, glos. 3.

38 Quod jus etiam in eo, qui ex matris successione Rex factus est, recipi necessario debet, quoniam Rex, jure ipso liberatur à patria potestate: cùm enim ea potestas juris ciuilis sit, vt in l. 3. ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris. Bene sequitur eum Regem non manere amplius in patria potestate, cum legi ciuili subditus non sit. l. Princeps. ff. de legibus maximè cum omnes dignitates, quibus quis liberatur à patria potestate, sint in ipso Principe, à quo tanquam à fonte, vel à capite solent cæteræ dignitates, vt in membra dimanare; vt inquit Bald. in cap. 1. quis sit Dux, vel Marchio in vsibus fœudorum, quem refert Platea in l. 1. col. 2. in fin. C. de dignitat. lib. 12. Ial. in l. 1. num. 4. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio. Nam Carolus Philippi maximi, ac optimi Hispaniarum Regis filius, si hodie viueret, profecto solus in Regno Portugaliæ succederet excluso patre, nec ei vsumfructum Regni acquireret, per ea, quæ suprà ad notauimus.

Sequuntur nonnulli effectus Peculij profectitij.

SVMMARIVM

39 *Cum filiusfam. licet incapax acquisitionis, obligari potuisset ciuiliter, & naturaliter, etiam sine expresso patris consensu, pater tenetur de peculio, siue propter contractum filij, siue proter ejus delictum.*

40 *Filius fam. sine expresso patris consensu, hæreditatem adire non potest: & hujus rei noua ratio.*

41 *Ex mutuo, nec filius, nec pater obligatur & quando obligetur, ibidem.*

42 *Intellectus ad l. 22. tit. 11. lib. 5. compilationis.*

43 *Sine patris authoritate filius non obligatur propter votum: nec pater tenebitur, & quomodo hoc intelligatur.*

Intellectus ad l. 2. §. voto ff. de pollicitationib. ibidem.

44 *Pro debitis patris non potest fieri executio in peculio profectitio.*

45 *Nec propter delictum patris, peculium profectitium confiscari.*

46 *Meliorationem tertij, & quinti quantũuis reuocabilis patre relinquente, non cõfiscari.*

47 *Intellectus ad l. cum hic status. versic. si maritus ff. de donationib. inter virum, & l. res vxoris C. eod.*

48 *Intellectus ad l. 1. §. sed si alio ff. quando actio de peculio.*

50 *Si filiusfam. decedat viuo patre intestatus, bona aduentitia transmittet in liberos jure hæreditario, non vero profectitio.*

51 *Dos profectitia quare dicatur jure singulari ad patrem reuerti.*

Pro intellectu l. 47. Tauri, & lib. 4. tit. 71. Ordin. Portugaliæ.

52 *Ad declarationem l. 6. Tauri.*

53 *Ad legem. 5. Tauri.*

54 *Ad l. 17. Tauri.*

55 *Melioratio facta filio per patrem irreuocabiliter, licet reuocari non posit, dominium tamen absolutè, & perfectè non transit in filium ante mortem patris.*

56 *Donatio facta filio militi à patre ex causa castrensi, licet sit irreuocabilis, tamen si is filius moriatur intestatus, quãuis liberos relinquat, reuertetur ad patrem jure peculij.*

57 *Filius melioratus, si relinquat liberos in aui potestate, propterea quod mortuus sit ante benedictiones Ecclesiæ, talis melioratio ad patrẽ reuertetur: nisi habeat clausulam de restituendo.*

58 *Licet donatio patris in filium juramento firmata valeat, & debeat obseruari secundum communem, tamen si filius moriatur relictis liberis, talis donatio tanquam*

quam profectitia, ad patrem spectabit jure peculij, non ad liberos tanquam hæredes.

59 *Quamuis filius habet rem patris, seu ex donatione, seu ex peculio cum libera administratione, adhuc tamen si filius committat delictum, propter quod bona debeant confiscari, talis res, aut peculium patri, qui dominus est, auferri non debet.*

60 *Mortuo patre, peculium profectitium uenit diuidendum, vel conferendum inter liberos.*

61 *Donatio simplex an conferatur.*

62 *Donationem simplicem conferendam esse ex profecto, & cum magna animi deliberatione defenderunt Doct. Hector Roder & filius ejus Iurecõs. præstantissimi.*

63 *Intellectus ad l. penult. ff. de collat. dotis.*

64 *Intellectus ad l. 2. C. de inoffi. donationibus.*

65 *Donatio facta filio jure antiquo, morte non confirmabatur: Sed si pater donabat, & in ea voluntate perseuerabat, censebatur præoccupasse judicium familiæ erciscundæ.*

66 *Confirmatio donationis, quæ morte patris fit ex iure Codicis, retrotrahitur ad tempus celebratæ donationis, quantum ad dominium, vt fingatur filius dominus fuisse in vita patris.*

67 *Falso putare eos, qui dicunt talem retrotractionem non fieri nisi quantum ad fructus.*

68 *Intellectus ad l. si donatione. C. de collat.*

69 *Intellectus ad l. penul. C. eodem.*

70 *Decisio l. 4 tit. 15. part. 6. quod seruari non debeat.*

71 *Intellectus ad l. 29. Tauri.*

72 *Intellectus ad l. 26. Tauri.*

De obligatione filij in peculio profectitio.

39 PRIMVS Effectus peculij profectitij est, quod (cùm filiusfamil. licet incapax acquisitionis, ex reg. l. place, obligari potuisset naturaliter, & ciuiliter, etiã sine expresso patris cõsensu. l. filiusfa. 38. ff. de actionibus & obligationibus l. tàm ex contractibus 57. ff. de judicijs) pater teneatur de peculio, siue propter contractum filij, vt in l. 3. §. sed vtrùm ff. de minoribus l. si quis cum filio 45. ff. de peculio siue propter delictum, vt in l. & si condemnatus 35. juncta glossa ff. de noxalib. Tenetur enim pater ciuiliter & naturaliter: quia licet non consentiat specialiter in contractibus filij §. præterea. Instit. quod cum eo: tamen permittendo administrationem peculij, generaliter consentire videtur l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquirenda possessione l. quod seruus 35. in fine ff. de solutionib. *Pater tenetur de peculio ex cõtractu filij, seu ejus delicto*

4. QVOD tamen primo fallit in hæreditatis additione: nã licet ille, qui addit, contrahat, vt in l. 3. §. fin. ff. quibus ex causis in possess. eatur l. 4. §. hæres ff. de actio, & oblig. tamen filius adire hæreditatem non potest sine expresso patris consensu. l. qui in aliena. in princip. ff. de acquirenda hæreditate. *Qui in aliena est potestate, non potest inuitum hæreditati obligare eum, in cujus est potestate, ne æri alieno pater obligetur, &c.* Cujus rei rationem inuestigant DD. ibi, & plures congerunt Alciat. lib. 4 Paradox. c. 2. Bellonus lib. 3. supputatio c. 2. Loriotus de additione hæred. axiom. 19. Sed illa videtur verior, & noua ratio, quia in cæteris contractibus obligantur simul filius & pater d. l. si quis cũ filio. At in additione hæreditatis facta per filium, cùm solus pater in solidum obligetur, filius verò in nihilum, cum in eo nullum emolumentum permaneat, sed statim transferatur in personam patris, ex regula l. placet, fiatque hæres l. qui liberis §. hæc verba de vulg. sequitur nè pater inuitus obligetur, necessarium esse expressum, & specialem cõsensum patris: quod manifestè comprobatur ex ratione textus in l. acquiritur. 10. de acquirendo rerũ dom. ibi, *ideoque, &c.* quasi ostendat ibi. I. C. ex eo, quod hæreditas non possit remanere in persona serui, sed debeat transire in personam domini, ratione dominicæ potestatis necessarium fore consensum ipsius, nè inuitus hæreditati obligetur: adeundo enim obligatur quis, & hæreditas eum oligat. l. 3. §. fin. ff. quibus ex causis in possessionem *Ratio textus in l. acquiritur ff acq. rerum dom. põderatur.*

nem

nem eatur l. more l. fuit quæst. l. si quis mihi bona §. justum ff. de acquirend. hæred.

Pater non obligatur ex mutuo filij.

41 SECVNDVM Fallit in mutuo: non enim posset filius obligari ex mutuo, nec pater de peculio l. 1. & per totum ff. ad Maced. & inde infertur intellectus l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. dū habet filium emētem habita fide de pretio non obligari, idque non alia ratione procedere, quam propter authoritatem Macedoniani. quo filio mutuum accipienti succurritur, licet enim filius non fuerit obligatus ex mutuo, quia tamen eo emente habita fide de pretio fraus fit Senatusconsulto, æquum est, vt eo casu etiam locum habeat, argumento l. oratio §. 1. desponsalib. & in terminis probat. l. si filiusfamil. la. 1. & in l. sed & Iulianus 9. §. mutui ff. ad Maced. tacitè enim videtur conuerti vna obligatio in aliam: quod & fieri potest l. si ex pre-

42 tio C. si certum petatur. Cæterum si vtiliter pecunia consumpta sit, & in rem patris, vel filij convertatur, tenebitur pater non obstante Maced. vt in dict. l. sed. & Iulianus §. proinde versic. quod dicitur, & in l. Macedoniani C. eodem titulo, vbi Imperator Alexand. sic statuit: *Macedoniani Senatusconsulti authoritas petitionem ejus pecuniæ non impedit, quæ filiofamil. studiorum, vel legationis causa alibi degenti, ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, credita est, &c.* Cui concordat l. 6. tit. 1. p. 5. quo casu non potest intelligi dict. l. 22. cùm filius obligatus maneat, ac proinde si filius vrgente necessitate obligetur ex mutuo, vel ex alia causa, vel obligatio conuertatur in vtilitatem patris, vel filij, crederem non obstante dict. l. Regia, filium, & patrem manere obligatum de in rē verso, vel ex negotio gesto: aliàs enim lex illa cōtineret iniquitatem.

Pater quo casu teneatur ex mutuo filij.

43 TERTIO Fallit in voto l. 2. §. voto de pollicitation. vbi vlpianus lib. 1. disput. scribit. *Voto autem patresfamil. obligantur puberes sui juris: filius enim famil. vel seruus sine patris, domini vè autho ritate, voto non obligantur.* Quod intelligitur sive in reali voto, vt dando aliquid, sive personali de eundo ad aliquam partem: non enim obligatur filiusfamil. sine patris authoritate, nec pater tenebitur: quia tale votum tendit in præjudicium patris, id est, in patris potestatem, & ita DD. ibi communiter. Sed certè ego existimo filiusfamil. sine præcedenti patris consensu non solùm obligari ex voto religionis, vt in l. fin. § 1. C. de Episcopis & Clericis, sed etiam in alio quolibet voto, nisi statim pater contradixerit: quod mihi ratione comprobatur & stat cautum in sacra pagina Numerorum cap. 30. quasi per taciturnitatem pater consentire videatur, cap. qui tacet. de regul. jur. in 6. neq; enim hic casus potest differri ab alijs, in quibus filius ex generali consensu patris obligatur, vt supra diximus. Nec obstat text. in l. 2. §. voto ff. de pollicit. quia Iureconsf. ibi non intelligit de voto Deo facto, sed de eo, quod fit reipub. vt eleganter accepit Accursius in d. l. 2. schol. 2. ad finem, & tradit Alciatus li. 5. Parergon. c. 9. vbi hujus rei reddit rationem: & sic cessat distinctio inter jus Canonicum, & Ciuile, quam faciunt Decius in l. 1. colu. 3. C. qui admitti. Marcus Antonius in §. 2. col. 2. Instit. quibus non est permissum facer. testam.

Filius obligatur ex voto contra DD.

Numerorū c. 30.

De excusatione facienda in peculio profectitio.

SECVNDVS Effectus est, quòd pro debitis patris non potest fieri executio in peculio profectitio filij, vt est text. singularis in l. 3. §. sed vtrum ad fin. ff. de minorib. ibi, *a fisco propter debita,* per quem ita est recepta sententia, vt resolvit Alexand. in l. si finita § si de vectigalibus. num. 48. ff. de damno infecto: & ratio est, quia cùm filiusfamil. habeat peculij administrationem, non debet in ea puniri propter culpam patris l. crimen ff. de pœnis l. sancimus. C. eodem, tradit Crotus in l. frater à fratre. num. 32. ff. de condit. indeb. Sic & similiter propter delictum patris, peculiū filij profectitium non erit publicandū, publicatis bonis paternis, licet bona profectitia sint patris, & non filij, ex d. l. 3. §. sed

L. 3. §. sed vtrùm insi ne ff. de minorib. i... er pretati

sed vtrùm, & ibi Bart. vbi est recepta traditio, secundum Alex. vbi supr. 46. Ias. in §. actiones n. 64. de actionibus. Palac. Rub. in Rubr. de donationib. inter §. 66. n. 24. Suarez in l. post rem judicatã. casu 13. num. 9.

45 Contrariam tamen sententiam post plures defendit Menoch. de recup. poss. remedio 9. numer. 74. & esse communem vsu, & authoritate testatur Quemada quæst. fiscali. 19. & post alios esse verissimam saltem jure Regio affirmat Caldas in l. si curatorem habens verb. læsis num. 119. & tanquam in dubitatum præmittit Siman. cathol. instit. nu. 17. qua retenta, licet sit difficile respondere ad d. §. sed vtrùm, vt videbis apud supra relatos, & Vitalem lib. 2. varia lectio. cap. 27. mihi tamen videtur probabiliter dici posse. d. §. sed vtrùm non esse accipiendum de confiscatione, quæ subsequitur delictum, sed potiùs debitum aliquod ciuile, idque introductum magis ex æquitate, quàm ex juris regula, ex constitutione Claudij, vt vbi adnotare videtur Cujac. & qui melius explicat Duarenus ad titulum de peculio cap. 1. pag. 2. licet vt nouum tradat Caldas vbi suprà, qui aliorum relatis rationibus magis probat de confiscatione esse intelligendum. Ego autem aduerto posse considerari nouam, & elegantem rationem differentiæ inter confiscationem propter delictum, & additionem bonorum propter æs alienum: nam hoc casu, cùm filius adhûc maneat in potestate patris, conseruatur nomen peculij: illo vero damnato, & patria potestas, & nomen peculij amittitur, quia confiscatio præsupponit delinquentem amittere vitam & libertatem, aut ciuitatem l. 1. ff. de bon. damnato quibus casibus amittitur, & patria potestas l. vltim. ff. de capitis diminutione: & ideò confunditur cum alio patrimonio patris (vt infrà dicam) atque ideò nihil mirum si possit confiscari.

46 QVÆ Licet ita sit in peculio profectitio, aduertendum tamen in proposito notabiliter existimo meliorationem factam filio reuocabilem in terminis l. 17. & 44. Tauri non esse reuocandam, nec fisco applicandam, quandis bona patris donantis, vel meliorantis publicentur; vt tenet Anton. Gomez in l. 40. Tauri, nu. 91. per textum, [illegible] ad hoc optime induxit in l. res vxoris C. de donat. inter; quatenus probat publicatis bonis mariti, non publicari donationem, quam maritus fecerat vxori; probat idem l. sed si mors in fin. ff. de donation. inter. Sed contrarium tenuit Peralta in l. 3. §. qui, fideicommissum. num. 128. ff. de hæred. instituend. referens ita judicatum fuisse, idque ex eo, quia ea bona sunt patris donatis, seu meliorantis ex nostro text. ac proinde erunt publicanda. Et pro hac sententia est textus in l. cùm hic status. §. si donator. versic. si maritus ff. de donation. inter. qui text. difficilis est, & directo ei contrarius, quem supra retulimus: & pro concordia satis laborant Salicetus ibi, & DD. in l. post contractum ff. de donationib. Conanus lib. 8 commentar. cap. 11. prope finem. qui tamen non tollunt difficultatem. Tu dic, quod si delictum est tale, vt ipso jure bona publicentur, donatio quoque publicabitur, dicto versic. si maritus, vbi ponuntur duo casus, & in vtroq; contingit publicatio ipso jure, vt in l. 3. ff. de bonis eorum, qui mortem sibi consciu. l. ex judiciorum de accusat. §. 1. cum alijs. de publi. jud. Si verò sit tale delictum, vt sententiam deportationis, aut aliam requirat, tunc bona omnia non publicentur, sed donatio causa mortis, aut facta inter virum & vxorem donatario relinquatur ex fauore & benignitate quadam, per text. in d. l. res vxoris, & per dict. l. sed si mors. Quæ distinctio in nostra quæstione est aptissima, vt scilicet donatio, vel melioratio relinquatur filio, nec publicetur, eo casu, quo patris bona fuerunt fisco per sententiam applicata, quasi minus possit sententia, quàm lex ipsa: & pro hac parte induco Bart. doctrinam per text. ibi communiter receptam in d. §. sed vtrum, vbi communiter DD. concludũt patre damnato, & ejus bonis per fiscum occupatis, etiam ex causa delicti, peculium tamen filio non auferri, & est concors opinio ex suprà allegatis, quæ cùm fundetur in d. §. sed vtrùm, necessario debet intelligi secundum textus ibi,

Pro explicat. l. 17. & 44. Tau. optima animaduers.

Melioratio facta filio nõ confiscatur publicatis bonis patris.

Bart. doctrina in §. sed vtrum intelligitur.

ibi quando propter sententiam condemnatoriam fiscus bona patris occupauit. Si ergo peculium filio non auferetur, à fortiori non auferetur donatio, seu melioratio, quæ melius ad filium spectat, juxta
48 notata in l. certum C fam. ercisc. Nec in contrarium quicquam facit l. 1. versic. sed si alio. ff. quando actio de pecu. per quam text. contra communem tenet Fulg. in d. §. sed vtrum numer. 4. Vigl. in §. 1. num. 23. quibus non est pernil. Quia respondetur, quòd is text. nõ impugnat in totum communem opinionem, sed vno tantum casu, scilicet eo, quo pater per sententiam amisit jura ciuitatis: sic intelligitur alia communis, de qua suprà: tunc enim cum cesset patria potestas §. cum autem quibus mod. patria potest, sol. cessat quoque in filio nomen peculij l. vltim. in fin. C. de inoffic. resoluto enim peculio, reperiuntur omnia bona esse patris, non filij, & tanquam pertinentia ad patris hæredes: ita etiam spectare debent ad fiscum, qui loco hæredis est. l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub l. 10. tit. 2.
49 p. 3. declarando, vt suprà. Sed hæc ratio cessat in nostris terminis, quia cessante patria potestate, incipit donatio ad filium pertinere jure dominij ex præcedenti patris voluntate l. donationes, quas paren. C. de donat. inter l. 47. Tauri, ac propterea fortius dicetur condemnato patre, non auferri filio donationem, secundum opinionem Gomez. vbi suprà.

De successione patris in peculio profectitio.

50 Tertius effectus est, quod si filiusfam. decedat viuo patre in testatus, bona aduentitia transmittet in liberos jure hæreditario, non verò profectitia, auth. de hæred. ab intest. veniens in princ. §. si quis igitur. coll. 9. *Nec enim* (vt inquit Paul. ad Cor. 12.) *debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.* *Paul. ad Cor 12.* Bona profectitia reuertentur ad patrem jure peculij l. 2. de cast. pecul. cum in his bonis nihil sit immutatum ex nostro text. nec enim in eis poterat filiusfam. habere hæredem: quod tradunt DD. in l. dos à patre C. soluto matrim. l. illam cap. de collat. Nec mirum videatur jure singulari se ipsum videri receptum in dote profectitia l. jure succursum de jure dotium, vbi Pomponius: *Iure succursum est patri, vt filia amissa, solatij loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta, nè & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret.* Quoniam cum dotalia non in filiam dotatam, sed in maritum transeant matrimonij causa ad onera ipsius sustinenda l. dotale. §. dotale prædium. ff. de fundo dotali. l. dote ancillam C. de rei vendicatione tex. in princ. Inst. quibus alienare licet, vel non. Fit inde, vt quia dos profectitia nõ manet penes filiam, censeatur diuerso jure, quam cætera profectitia, argum. textus in simili. in l. sed etsi pater §. 1. ff. ad Macedon. ideò in solatium filiæ amissæ receptum sit, vt dos profectitia ad patrem dicatur jure singulari reuerti. At cætera profectitia non reuertuntur, sed jure peculij occupantur à patre, cujus sunt.

51 Quod jure Regio admitti debet, quando filius decesserit ante benedictiones Ecclesiæ, & nepotem reliquerit in aui potestate, secundum glossatores l. 47. Tauri, & in terminis l. 9. Tauri, & in Ordin. Portugaliæ lib. 4. tit. 71. in princ. & in fine. Neque obstat, quòd tunc bona vnius, & ejusdem hominis diuerso jure censentur, contra l. cum qui de viucap. l. 1. & 2. de acquiren. hæred. Quia respondetur, quòd si is filius habens castrensia, testaretur tàm de aduentitijs, quàm profectitijs, existimaretur tanquam hæreditas duorum hominum diuersorum, argum. l. si certarum. 18. §. 1. de milit. testam. & idem dicendum est decedente eo sine testamento, quoniam in persona hæredum nihil immutatur ex jure defuncti l. 2. §. ex his de verb. & sic tenendũ est ad patrem pertinere jure peculij; aduentitia verò ad liberos jure hæreditario. *Pro explicatione l. 47. Tauri, elegãs animaduersio. Ordin Portugaliæ li. 4. tit. 71.*

52 ET HINC Infertur, quòd cum jure nouo parẽtes simul ad hæreditatem filij admittantur ex l. 6. Tauri, admittentur vtrique in aduentitijs. In profectitijs verò, solus pater, vt infrà declarabo. *Pro declaratione l. 7. Tauri.*

53 Infertur etiam, quòd cum filiusfamil. jure Regio testari possit ex l. 5. Taur *L. 5. Tauri interpret.*

id debet intelligi in aduentitijs, quoniam profectitia ad patrem spectant, ex nostra lege. Nec enim credendum est legem Regiam concessisse filijs jus testandi de rebus alienis, quibus lex illa noluit præjudicari: & ita notabiliter resoluit insignis Emmanuel Alfonsus dominus, ac Præceptor meus, cujus publicis, ac domesticis doctrinis, & documentis à teneris vnguiculis suauiter fui imbutus, in priuatis apostillis ad hanc legem.

Pro declaratione l. 17. Tauri optima animaduersio.

54 RVRSVS Infertur tertio, quòd licet pater fecerit meliorationem in fauorem filij, per donationem irreuocabilem inter viuos, juxta l. 17. Tauri, adhuc si is filius moriatur viuo patre, reuertetur melioratio ad patrem jure peculij; nec enim pertinebit ad vtrunque parentem jure hereditario.
55 Primò, quoniam licet reuocari non possit, non propterea dicendum est dominium absolutè & perfectè transiuisse in filium ante mortem patris, cùm melioratio habeat tacitam conditionem mortis, vt constat ex suprà dicta l.
56 Tau. Secundò, quia cùm talis melioratio profectitiorum numero censeatur, non differt ab alijs profectitijs, quamuis sit irreuocabilis: nam ea donatio, quæ facta est filio militi à patre ex causa castrensi, irreuocabilis est, & in ea censetur filius tanquam paterfam. vt in l. 1. C. de castren. pecul. lib. 12. l. ad Macedon. & tamen quamvis hic filius liberos relinquat, si moriatur intestatus, reuertetur ad patrem jure peculij d. l. 2. de castren. pecul. Quod jure Regio debet recipi quando is filius melioratus relinquat liberos in aui potestate, propterea quòd mortuus sit ante benedictiones Ecclesiæ, nisi habeat clausulam de restituendo,
57 juxta l. 44. Tauri. Tunc enim fiet restitutio argum. l. quoties de donat, quæ sub mo. Idem procedit si filiafamil. meliorata filios Vulgò quæsitos relinquat: licet enim hi filij jure Regio sint hæredes matris deficientibus legitimis hæredibus, vt in l. 9. Taur. tamen non admittentur ad eam meliorationem, quoniam profectitia est, cùm sit regula, quod in profectitijs filiusfam. non habet hæredem, vt suprà dictum est, & constat ex d. authen. de hær. ab intestato venient. versic. si quis igitur, quatenus permittit, vt filiusfam. habeat hæredem; solùm in ijs bonis, quæ secundum alias leges patris acquisitionem effugiunt.

Pro interpretatione l. 9. Tauri.

L. 3. C. de bon. proscriptor.

58 PRÆTEREA Infertur quarto, quòd licet donatio patris in filium juramento firmata valeat, & debeat obseruari, secundum communem opinionem Bart. & aliorum in l. frater à fratre de cond. indebiti, quam etiam obseruant Abbas, & alij in cap. cum contingat. de jure jur. & tradit Dueñas regula. 219. ampliatione 2. versic. pro qua opinione. tamen si filius moriatur relictis liberis, talis donatio tanquam profectitia ad patrem spectabit jure peculij, non ad liberos tanquam hæredes: nec enim in filium potuit dominium rei donatæ transire, quin etiam obstaret jus publicum patriæ potestatis, quod privatorum pactionibus tolli non potest l. jus publicum de pactis. c. si diligenti de foro competenti.

59 QVINTO Infertur, quòd licet filius habeat rem patris, seu ex donatione, seu ex peculio, cum libera administratione, adhùc tamen si filius committat delictum, propter quod bona debeât confiscari, talis res, aut peculium patri, qui dominus est auferri non debet, vt est text. expressus in fortioribus terminis in l. 3. C. de bonis proscripto. *Si filius tuus cùm esset in potestate, in insulam deportari meruit, peculium ejus, nec quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Per quem ita est communis opinio, secundum Alex. in l. si finita. § si de vectigalibus n. 50. de damno infecto. Mari. Socci. consil. 77. volum. 2.

De collatione peculij profectitij.

QVartus effectus est, quòd mortuo patre, peculium profectitium venit diuidendum, vel conferendũ inter liberos. l. certum. C. famil. ercis. *Certum est* (inquit text.) *liberorum peculia post mortem patris in hæreditate diuidẽda, ad communionem esse reuocanda.* Et est recepta Accursij sententia verbo transacto. in l. 1. C. qui admitti. vbi resoluunt omnes ex Caldas in l. si curatorem. verbo 60

 læsis.

læsis. fol. 347. col. 4. Corrat. in expositione l. frater à fratre num. 43. Nam & ea omnia, quæ habet filius ex donatione, vel ex causa dotis, vel ex alia causa confert. l. vt liberis. C. de collat. quod non procedit in aduentitijs ex l. fin. C. eodem.

61 IN Quo articulo se offert quæstio maximè disputabilis, & satis controuersia: Vtrùm donatio simplex conferatur, & imprimis donationem simplicem non conferri, tenet communis opinio, quam refert Couar. in c. Raynaldus §. 2. numer. 6. Gomez in l. 29. Taur. num. 26. Gregor. in l. 3. titul. 4. part. 5. & in l. 4. tit. 15. p. 6. & primo pro hac cōmuni facit text. in l. filiæ cujus 18. C. famil. ercif. vbi inquit: *Filiæ cujus nomine pater res comparauit, si non postea contrarium ejus judicium probetur per arbitrium diuidendæ hæreditatis præcipuas adjudicari sæpè rescriptum est.* Secundo facit l. penultim. §. fin. per argum. ab speciali C. de collat. *Si quid* (inquit Imperator) *hujusmodi acciderit, jubemus ad similitudinem ejus, qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam, quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data solam simplicem donationem à parentibus suis accepit, conferre eam, nec recusare collationem, eo quòd simplex donatio non aliter confertur, nisi hujusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentiæ imposuerit.* Tertio, vrgens illa ratio adaptatur, quia hujusmodi donationes non valent in vita, sed post mortem patris: vt habetur in l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter: ergo conferri non debent, juxta regulam l. à patre l. nec emancipati. C. de collat. & confirmatur ex l. Regn. 26. Taur. vbi per simplicem donationem cēseri factam meliorationem, quæ non cōfertur, sic cauetur: *Si el padre, o la madre en testamento, o en otra qualquier vltima voluntad, o por otro algun contracto entre viuos, hizieren alguna donacion a alguno de sus hijos, o decendientes, aunque no digan que le mejoran en el tercio, o en el quinto, entiendase que le mejoran en el tertio y quinto de sus bienes, y que la tal donacion se cuenta en el dicho tercio y quinto de sus bienes, en lo que cupiere, para que ni a el, ni a otro no pueda mejorar mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio quinto. Y si de mayor valor fuere, mandamos que vala hasta en la cantidad del di tertio y quinto, y legitima de lo que deuian auer de los bienes de su padre y madre, y abuelos, y no en mas.* Cujus authoritate idem determinat Ayora de partit. 2. p. q. 3. num. 6.

l. 26. Tau.

ET Retenta hac communi opinione non obstant fundamenta, quibus contrarium niti videtur gloss. 2. in fine. post Ioannem, & alios antiquos in authentica ex testament. C. de collation. Cujatius lib. 3. obseru. c. 3. & imprimis non obstat text. in d. authent. ex testam. ibi, datorum, cujus verba sunt hæc: *Ex testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum dotorum collatio; ita demum si parens hoc designauit expressim, alijs, quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus.* Nam communiter respondetur, vt intelligatur in donationibus propter nuptias, non in simplicibus; quoniam desumptus est ex authentico de triente & semisse. §. illud quoque. vbi Iust. exempli gratia proposuit data non decidendi causa: & sic *datorum*, id est similium doti, quæ est communis expositio, per plures citatos à Dueñas regul. 222. Quæ confirmatur: quia dare, est transferre dominium. §. sic itaque discretis. Instit. de action. quod in donatione simplici dici nō potest, cum in vita patris non valeat, nec transferatur dominium l. 2. C. de inoffic. donat. juxta quæ intelligenda est l. 29. Taur. ibi, *y las otras donaciones*, disponit enim in hunc modum. *Quando algun fijo, o fija viniere a heredar, o partir los bienes de su padre, o de su madre, o de sus ascendientes, sean obligados ellos y sus herederos a traer a collacion y particion la dote y donacion,* propter nuptias: *y las otras donaciones que huuieren recebido, de aquel cuyos bienes vienen a heredar.* Scilicet, vt loquatur de donationibus ob causam non de simplicibus, vt latè tradit Gomez. ibi numer 29. in fine. Tellus Ferdinan. num. 2, Suarez in l. quoniam in prioribus 5. q. princip. post limitationes col. 5. in princ. Couar. vbi suprà num. 8. rationem tamen discriminis inter donationem simplicem, & ob causam latè explicat Tell. ex num. 4. vbi suprà, & elegantius Duaren. in priori parte ad Pandectas, ad titul. de collat. cap.

Authen. ex testam. C. de collat. interpretatur.

L. 29. Tauri interpretatio.

cap. 2. & ex superioribus etiam venit intelligenda Ordinatio Portugaliæ lib. 4. titul. 77. §. 1. ibi, *en qualquier otra maneria*, quæ Ordinatio videtur desumpta ex auth. ex testam. C. de collat. ibi *aliorum datorum*. Vnde sicut ibi non comprehenduntur donationes simplices, vt suprà habes, videtur quòd hæc non comprehendantur in Ordinatione.

Ord. lib. 4. tit. 77. §. 1.

L. si donatione C. de colla. interpretatur.

SECVNDO Non obstat textus in l. si donatione C. de collatione. vbi Cæsares sic scripserunt: *Si donatione tibi post mortem patris fundum quæsisti, soror tua portionem ejus vendicare non potest: nam si is filiæ familias constitutæ tibi à patre donatus est, eum sorore patri communi succedens, eum præ... habere contra iura postulas.* Quia facil... præter communem responderi pot... Cujatio in notis ad Paulum lib. 6. ...tent tit. 11. & in cōmentarijs ad l. ... §. vlt. pro hærede, & in l. 1. §. vlt. ff. pro ...

62 ... certè contrariam sententiam ... communem, imò donationem si... esse conferendam ex professo, & ... magna animi deliberatione semp... scholis defendere Præceptores m... Pro cujus rei euidenti cognitione pr... constituendum est opinionem cōmun... aliam, quæ habet donationem sim... morte patris confirmari, indistinctè & simpliciter non esse veram, attenta dispositione juris antiqui, quoniam non confirmabatur, vt in l. 2. §. filium vbi Cujacius notat. ff. pro hærede. & in l. si pater ff. pro dānato, & in l. 4. §. fiñ. ff. pro suo. Ex quibus intelliges textum in l. penult. ff. de collat. dotis, quatenus ibi contra donationem filiæ factam concedit text. reiuendicationem fratribus. Papianus enim sic scriptum reliquit: *Pater nubenti filiæ quasdam res præter dotem dedit, eamque in familia retinuit: ac fratribus sub conditione, si dotem, & cætera, quæ nubenti tradidit contulisset, cohæredem adscripsit. Cùm filia se bonis abstinuisset, fratribus res non in dotem data vendicantibus exceptionem doli placuit obstare, quoniam pater filiam alterutrum habere voluit.* Si enim morte patris confirmaretur donatio, filia statim domina fuisset, & ipso jure tuta esset, nec esset ei necessaria exceptio, de qua Papini. loquitur.

63

64 Secundo, intelliges textum in l. 2. C. de inoffi. donation. quatenus ibi donatio immensa in filium facta, ita diuiditur in judicio familiæ ercifcundæ, vt fratri læso, tota ligitima debeat adjudicari: nec enim quantum ad hoc seruatur patris donantis voluntas: inquit enim textus: *Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit: siue in potestate ejus is permansit, arbitri familiæ erciscundæ officio congruit, vt tibi quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumen, &c.* Quod si talis donatio morte patris confirmaretur, nullo modo veniret diuidenda judicio familiæ erciscundæ. sed rescindenda per quærellam inofficiosæ donationis, quemadmodum rescinditur illa, quæ confirmatur emancipatione (vt ibidem statim testatur Imperator in fine.) Igitur satis ex his omnibus constat donationem factā filio, morte non confirmari. Cæterum si pater donabat, & in ea voluntate perseverabat, censebatur præoccupasse judicium familiæ erciscundæ: ita vt arbiter teneatur sequi illius voluntatem, filiusque rē habeat magis ex diuisione patris, quàm ex donatione, vt constat ex l. quæ pater la secunda ff. fam. erciscundæ: *Quæ pater* (inquit Papinianus) *inter filios non diuisit post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro hæreditaria portione pertinent, modo si cætera, quæ non diuisit, in vnum generaliter non contulit, vel res datas non sequuntur.* Idem constat ex l. si filia. § si pater. ff. famil. erciscund. l. si cogitatione C. eodē l. 2. eodem tit. in C. Gregoriano. Tradit Cujac. ad Paulum lib 5. sententiarum tit. 11. vbi eum locum ita intelligit: & idem Cujac. in nouella 18. versic. 4. pars. Atque ita planè procedit d. l. penult. ff. de collat. dotis, quatenus ibi filia donataria defenditur in donatione propter patris voluntatem: ita enim procedit. l. filiæ cujus suprà allegata.

L. quæ pater ff. fam. ercisc.

66 Sed cum authoritate juris novi, de quo in l. donationes, quas parentes C. de donation. inter virum & vxorem, cujus verba sunt hæc: *Donationes, quas parentes in liberos cujuscunque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel vxor in suam vxorem, vel alteruter eorum in aliam personam,*

L. filiæ cujus C. fam. ercisc. declaratur.

nam, cui constante matrimonio donare non licet, vel aliæ personæ in eam, cui donare non poterant: ita firmas esse per silentium donatoris, vel donatricis sancimus: si usque ad quãtitatem legitimam, &c. Nunc hodie cautum sit donationem patris confirmare morte ipsius, proculdubiò dicendum est talem donationem, non obstante communi opinione conferendam esse: quoniam talis confirmatio retrotrahitur ad tempus donationis, vt apertè constat ex eodem textu ibi, *Et specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit.* Et in l. finali. C. ad Macedo. ac proinde tanquam bona acquisita inter vivos conferri debent, juxta text. in d. authentic. ex testam. C. de collat. in verbo, *dotorum*, quod planè intelligitur ad differentiam relictorum. Quod autem prædicta confirmatio retrotrahatur ad tempus celebratæ donationis, vt ibi, sentit etiam I.C. in l. sequens. quæstio. 70. jũcta glos. in fin. ff. de legat. 2. & Pompon. in l. sub conditione ff. de solut. tradit Aret. in l. talis scriptura ff. de legat. 1, Ias. in l. si is qui pro emptore num. 110. ff. de vsucap. Decius in l. illud. C. de collat. vbi omnes prædicti authores tenent prædictam confirmationem trahi retro quantum ad dominium, vt fingatur filius dñs fuisse in vita patris. Et quamvis nonnuli pro constanti tenuerint eam retrotractionem non fieri, nisi quantum ad fructus, vt tradit Gomez. 2. tom. cap. 11. num. 20. Padi. in l. cum virum num. 28. C. de fideicom. Gregor. l. 4. tit. 11. p. 4. ver. *en su vida.* Pinel. 2. p. de rescind. c. 4. num. 51. Id tamen fallum est ex prædictis, & ex eo, quia erat impossibile eam retrotractionem fieri quantum ad fructus, quin etiam fieret quantũ ad dominium. Nam si filius non potuit in vita patris dñs esse rei donatæ, non potuit esse possessor. l. stipulatio ista §. hæc quoque de verb. ergo nec fructus acquirere, juxta notata in l. 2. C. de acquir. possel. ac proinde si fingitur fructus percepisse jure dominij, fingetur etiam dominus fuisse: ergo tanquã rem acquisitam in vita patris debet conferre: vnde cessat ratio suprà pro communi, tertio loco cõsiderata, quin potiùs contra communem attento hoc jure, optimè retorquetur.

Reprobantur nonnuli authores Regni Castellæ.

68 Nec quicquam facit text. in l. si donatione. 13. C. de collat. quam suprà allegaui, vbi idem ipsum cautum videtur de jure antiquo, quia relictis expositionibus Doctorum, quas ibi tradit Deci. nu. 6. Ias. num. 2. relicta etiam expositione Cujatij, quam scribit lib. 3. obseruationum, cap. 30. dici potest in d. l. si donatione, duos casus constitui. Primus est, quando filia post mortem patris quæsiuit fundum donatum sibi in vita, & tũc præcipuus est ipsius filiæ ex jure antiquo l. filiæ cujus, & dictum est supra. Secũdus casus est, quando fundus donatus est filiæfamil. constitutæ, & quæsitus in invita patris, quod aliter non fiebat, quã per emancipationem l. donationem 22. §. pater de donat. & tunc præcipuus nõ est quia dubitari non potest etiam jure antiquo talem donationem in collationem venire l. si emancipati. C. de collat.

69 VNDE IAM Huic verissinè resolutioni minimè aduersatur text. Vulgò non intellectus in l. penult. C. de collat. pro communi opinione suprà adductus, tantum enim abest, vt pro communi faciat, quin potiùs verius sit contrarium ibi esse statutum. Nam Imperator ibidem nihil aliud intendit, quam excludere opinionem dicentium donationem simplicem non conferri Dicebant enim donationem simplicem non conferri, nisi quando expressum fuisset: quod probant ex eo, quia non imputatur, nisi quando expressum sit quod imputetur ex l. si quã do 35. §. finali C. de inoffi. test. Quam collectionem rejicit Imperator ibi, dicens multa conferri, etiam si non imputentur: nec enim valet consequentia, non imputantur, ergo non conferuntur: aliàs enim sequeretur, quòd si vnus filius habeat donationem simplicem, alius verò donationem propter nuptias. hæc donatio conferetur, quia imputatur l. quoniam nouella. C. de inoffi. illa verò non conferetur, quia non imputatur d. l. si quando §. fin. quod tamen Imperator ibi dicit esse absurdum, præcipiens collationem simplicis donationis non posse recusari eo prætextu, quod non aliter cõfertur, quàm si expressum sit tempore donationis, ea enim allegatio filij recusãtis-

Text. in l. penult. C. de collat. Vulgo non adhuc intellectus restituitur.

tis collationem non proderit, & hæc est intentio Imperatoris ibi.

70 HINC Infertur, quod cum l. 4. titul. 15. p. 6. desumpta sit ex textus in d. l. penultim. secundum communem intellectum, & is sit falsus, vt supra probatum est, nullo modo talis decisio servari debet, quin potiùs seruanda sit decisio textus in l. 3. titul. 4. p. 5. vbi expressé cavetur donationem simplicem factam filio in potestate conferendam esse, & idem cavetur in nostro Regno libr. 4. titul. 77. §. 1. quæ sic debet intelligi, vt constat ex generalitate verborum, ibi: *de qualquier outra maneira*, & in §. 4. & 5. cum sequentibus, vbi excipiuntur nonnullæ donationes simplices, ergo cæteræ simplices conferuntur ex d. §. 1. & ita praxis observat in dicto Regno Portugaliæ.

Quo fit, vt licet attento jure communi contraria opinio sit recepta, in judicando tamen, & consulendo hæc servari debet jure nostro: quam etiam attento jure communi probat Cujac. lib. 3. observat. capitul. 30. & libr. 1. capitul. 17. & hæc opinio secundum Præceptores meos Hectorem Rodericum, & filium ejus Iureconsultos sapientissimos (qui hoc noviter ante omnes dixerunt) probatur expresse in d. l. 29. Taur. dum ait, dotem, & donationem propter nuptias, & alias donationes conferri: nec illud verbum, *otras donationes*, referri potest ad donationes ob causam, vt malè glossatores ibi tradiderunt, quoniam donatio ob causam propriè, & verè non est donatio. l. 1. & l. Aristo, ff. de donat.

L. 29. Tauri interpretatio.

72 Nec obest. l. 26. Tauri, dum ait, donationem simplicem censeri esse meliorationem, quod si verum est, conferenda non est, quoniam melioratio non confertur. Respondetur enim rejectis conciliationibus aliorum, quas ponunt DD. ad l. 29. Tauri, & Gregor. Lop. in d. l. 3. veriorem esse interpretationem prædicti Doctoris Hectoris Roderic. in privata lectura dict. l. 29. Tauri (quam publicè, & cum magno omnium applausu & consensu in scholis istis fuisse interpretatam) dicentis textus in d. l. 26. non simpliciter asserere donationem, simplicem esse meliorationem, sed meliorationem esse quantum ad hoc, vt donator non posset alium filium meliorare, nisi in residuo tertij, & quinti: itaqui nihil probat. d. l. 26. quam quod donatio simplex debet deduci de tertio, & quinto: cui interpretationi rectè convenit alia, quam ponit Palatius Rub. in repetitione cap. per vestras. §. 22. vbi tanquam vnus de conditoribus illius legis testatur textum illum debere intelligi, quando is filius, cui donatio facta est, habet prætereà tempore mortis paternæ, suam ligitimam aliunde: tunc enim talis donatio rectè appellabitur portio tertij, & quinti; aliàs enim si talis filius legitimam non habeat, tunc talis donatio imputari debet in legitimam, juxta Bart. doctrinam in l. in quartam ff. ad legem falcidiam, quam refert Greg. vbi supra.

L. 26. Tauri interpretatur.

(⁂)

SECUNDA PARS
DE BONIS ADVENTITIJS.

SUMMARIUM

73 *Aduentitium quid sit. Aduentia pertinent ad filiũfam. jure proprietatis, ita tamẽ ut usufructus patri acquiratur.*

74 *Dos aduẽtitia in plenũ ad filiã spectat, nec ejus usufructus patri acquiritur.*

75 *Vlpiani locus in fragmentis declaratur cõtra Goueanum.*

76 *Vsumfructũ dotis aduẽtitiæ ad patrẽ spectare contra communem verius videtur.*

77 *Quod filiusfam ali serviendo meretur aduentitium erit.*

78 *Filiofa. datũ ex conuentione, vel transactione, vel ex judicis sententia in compensationem acceptæ injuriæ aduentitiũ dicetur.*

73 SECVNDA Pars hujus legis est in versiculo, *Nõ ex substantia:* quæ verba manifestè denotant aduentitiũ esse illud, quod profectitiũ nõ fuerit vt sit videlicet, quod nec à patre, nec à militia armata, sive rogata filio obuenerit, vt in l. vlt. infrà eodẽ, prosequũtur Bart. Corral. in l. frater à fratre ff. de condit. indeb. Caldas in l. si curatorem habens, verb. læsis. num. 124. Alcan. de patria potesta. effectu. 2. Menoch. de succes. progressu. lib. 2. §. 29. num. 69. Matien. ad l. 9. gloss. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. Nauar. in manual. c. 17. num. 143.

L. vlt. C. de bo. quæ liber.

QVIBVS Observa authoritate hujus legis aduentitia ad filiumfam. jure proprietatis pertinere, ita tamen vt vsusfructus patri acquiratur. Quod primo limita non procedere in dote adventitia, quæ cum jure digestorum patri non quæreretur, vt notãt communiter DD. à cõtrario sensu in l. 2 §. quod si in patris ff. soluto matrim. & resolvit Ias. ibi. num. 15. & Ripa n. 29. consequens videtur attenta decisione hujus text. qui statuit (quod solus vsusfruct. patri quæratur earum rerũ, quæ antea in plenũ patri quærabantur) dotem adventitiam in plenũ ad filiam pertinere, nec ejus vsumfructũ patri acquiri: & ita eleganter deducit Ias. n. 19. Socin. n. 2. Dec. in authent. quod locum nu. 6. C. de collat. Crotus in l. frater à fratre. nu. 66. ff. de condictione indeb. Bald. nouellus tractat. de dote 6. par. privilegio 32. Riminal. in l. filiæ dotem num. 6. C. de collat. & fuit opinio Bart. in l. contra nurũ, §. quoties ff. de actione rerum amotarũ, quem refert Boerius decision. 195. num. 3. 1. part. Nec in contrarium me movet quod ait Goueanus 75
lib. 1. variarum cap. 44. dotem aduentitiam fuisse olim communem patris & filiæ ex Vlpian. in fragmentis. titul. 6. Vnde videbatur corruere argum. communis opinionis, quia respondetur solum Vlpianum probare, nec filiam sine patre, nec patrem sine filia posse agere: id enim contingebat ex eo, quòd filiusfamil. non potest esse in judicio sine patre, suo nomine l. filiusfamil. 8. ff. de actionibus, & obligat. Vnde oportebat & patrem agere nomine, & voluntate filiæ, nè ipse fortè dotem dissiparet, vt in dote profectitia cauetur in d. l. 2. §. quod si in patris & in l. dotem 38. ff. solut. matrimon. Cæterum aduentitiæ dotis actio ad filiam solam expectabat ex dict. §. quod si patris á contrario sensu, & ex l. Caius. 46. ff. eodem nec enim consolidabatur in patrem quemadmodũ pro fectitia l. si socer. 45. l. in insulam ff. solut. matr.

L. 2. §. quod si in patris ff. solut. mat. interpretatur.

76 SED Tamen hæc communis opinio placere domino meo non potuit. Verius enim ei visũ fuit vsumfructũ dotis

tis aduentitiæ ad patrem ſpectare ex noſtro textu: nam licet conſtante matrimonio, dos filiæ fuiſſet l. 3. §. ſed vtrum ff. de minor. in fin. quo ſeſu dicitur capax. dotis l. Pomponius Philadelph. 36. ff. fam. erciſc. in fi. idque ex eo, quia interim exiſtit penes maritum l. ſi is qui 57. §. vbi dos ff. de jure dot. text. in princ. Inſtit. quibus alien. licet, ac ideò ceſſabat patris acquiſitio l. profectitia 5. verſic. ſi fortè, de jure dot. l. ſive vxor. 35. ff. de donat. inter. idque argum. text. in l. ſed ſi pater. 11. §. ad Maced. ceſſat enim ratio legis tertiæ §. verbum poteſtatis de donat. inter virum tamen facta dotis reſtitutione, juxta l. 2. ſoluto matrimonio nemo doctus negabit eam acquiri patri ſuo, ſecundum tempora digeſtorum, ex l. placet. atque ideò fatebitur neceſſario in eiſdem terminis acquiri patri vſumfructum ex noſtro textu. Nec obſtat. l. Caius, quia reſpondetur actionem dotis competere filiæ, cùm eſſet ejus proprium patrimonium dict. l. 3. §. ſed vtrùm. Cæternm nõ negatur ibi patriæ poteſtatis acquiſitio, vt infrà latiùs videbis.

77 Exemplum autem præter alia vulgaria peculij aduentitij, erit in ſalario, quod filiuſfam. alij ſeruiendo meretur: quod quidem ſibi quo ad proprietatem, vſumfructum vero patri acquiret, vt cõtra Alciatum benè reſoluit Antonius de Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius n 136 cum ſequent. de liber. agnoſ. & inducitur l. Regia 5. ibi, *por obras de ſus manos*, titul. 17. p. 4.

Pōderatur l. 5. tit. 17. p. 4.

78 SECVNDVM Exemplum vtiliſſimum eſt in eo, quod filiofamil. datum eſt, vel ex conventione, ſive tranſactione, ſive ex judicis ſententia in compenſationem acceptæ injuriæ: quod quidem aduentitium eſſe probari poteſt à ſufficienti partium enumeratione: & id ſecurè neminem referens obſervat Pinel. in l. 1. 3. p. numer. 105. C. de bonis mat, ex definitione hujus l. in prin. & jurium ſimilium. Quæ tamen ſententia videtur habere difficultatem propter l. 1. verſ. vſque adeò. & l. ſed ſi ejus 17. §. filiofam. de injurijs, vbi patri cõpetit actio propter injuriam filio illatam, quæ ex Bart. in l. interdum §. qui furem. de furtis, & ex cõmuni opinione, de qua per Couar. lib. 2. var. cap. 10. nu. 7. principaliter competit ad vindictam, incidenter autem ad pecuniariæ injuriæ perſecutionem: conſequens eſt id totum patris fieri, argumento elegantis l. 3. §. emancipatos de collat. bon. vbi filius emancipatus, qui actionem habet injuriarum, ideò ex ea acquiſitum, alijs fratribus non confert, quia illa actione magis proſequitur vindictum quàm pecuniam; multoque magis id videtur recipiendum in patre, vt quod acquiſierit omninò ſibi acquirat, quia venit in cõſequentiam vindictæ, & propriæ actionis. Nec obſtat ſi ex adverſo dicatur prædicta jura intelligi de ſeculo Iure cõſultorum, quo têpore bona adventitia in vſu non erant, prout nunc conſiderantur in acquiſitione filij, vt advertebat Decius in l. nemo. in princip. C. qui teſtam. facer. poſſ. nam & adhuc pater pro filio injuria afficitur: quoniam etiam eo caſu, quo actio injuriam filio competebat ex l. in perſonam. 30. ff. de pactis l. ſed ſi ejus §. penult. in fine. de injurijs, adhùc tamen patri reus injurioſus condemnandus erat in id, quod intercrat. l. eum, qui nocentem 14. verſic. ſi nupta de injurijs: vnde etiam conſequenter ſit poſſe hodie patrem pro ſua parte injuriam filio illatam remittere, licet pecuniaria æſtimatio filio, & non patri quæratur, cum enim pater & filius vna & eadem perſona cenſeatur, negari non poteſt, quin pater etiam injuria afficiatur, vt pro ea & hodie agere poſſit, quidquid Hoſtienſ. in ſumma de injurijs, Cujus meminit Boerius deciſ. 120. num. 2. & tradit Octavianus Vulpelus, tract. de pace. q. 8.

L. 1. verſ. vſque adeo ff. de injuris.

Sequuntur nonulli effectus reſultantes ex proprietate filij in bonis aduẽtitijs.

SVMMARIVM

79 *MOrtuo filio, habẽti bona aduẽtitia ea ad liberos pertinebãt, & ijs nõ extãtibus, ad fratres, fratribus verò deficiẽtibus,*

tibus, ad parentes.

80 *Iure nouissimo authenticorum concurrit pater cum fratre in bonis filij.*

81 *De jure Regni in successione filij, præferuntur ascendentes exclusis fratribus.*

82 *Nouus intellectus ad textum in principio, Instituta quibus non est permissum facere testam.*

83 *Differentia, an succedat pater jure peculij, an jure hæred. remissiuè.*

84 *Textus in l. 3. C. de bonis proscriptor, procedit etiam hodie contra Angel. & complures, quos defendit Caldas.*

85 *Filiusfamil. licet habeat proprietatem ad uentitiorum, tamen si committat delictum, propter quod bona ejus debeant fisco applicari, non confiscabuntur aduentitia.*

86 *Intellectus ad l. postulauerit 27. §. jubet ff. ad l. Iuliam de adulterijs.*

87 *Quando prohibitio fit in fauorem tertij, censetur quoque prohibita alienatio necessaria, saltem ea, quæ fit mediante delicto.*

88 *Aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum, filius alienare potest sine patris consensu.*

89 *Bona aduentitia, delinquente filio fisco esse applicanda, defenderunt viri magis ingeniosi.*

90 *Diuersum est prohibitionem esse in rem, aut esse in personam.*

91 *Filius sine consensu patris, vel etiam minor 25. annis sine curatoris consensu ingrediendo monasterium, transfert omnia sua bona in monasterium.*

63 92 *Alienatio, quæ fit ex delicto, est necessaria, & nunquan censetur prohibita.*

93 *Iure digestorum: nec judicium, nec vlla obligatio poterat inter patrem, & filium existere.*

94 *Attenta dispositione nostri textus, poterat inter patrem & filium ciuilis consistere obligatio.*

95 *Bart. sibi ipsi contrarius existimauit, nec hodie naturalem obligationem inter patrem, & filium oriri.*

96 *Pater poterit filio ciuiliter obligari ex cõmuni opinione, filius vero patri non poterit ex alia communi.*

97 *Intellectus ad l. Labeo §. contractum ff. de verborum signific.*

98 *Aduentitia non conferuntur.*

99 *Si pater in emphyteusi non empta, nec à se meliorata filium suum nominauerit, filius non tenebatur eam conferre cæteris fratribus, nec imputare.*

100 *Ampliatur supradicta opinio etiam si in vita eam emphyteusim filio tradiderit reseruato sibi vsufructu.*

101 *Limitatur tamen si emphyteusis sit hæreditaria.*

102 *Emphyteusim nominationis pro se, & liberis, non tamen antiquam, sed ab ipso patre defuncto acceptam jure cõmuni magis videtur conferri, & imputari debere.*

103 *Contrariam tamen sententiam magis videtur approbasse Ordinatio Portugaltæ, & est verisima.*

Quomodo succedatur filio familii. in peculio aduentitio.

PRimus Effectus ex proprietate filij in bonis adventitijs erit, quod mortuo filio habenti bona aduentitia, ea 39 ad liberos pertinebunt, & ijs non extantibus, ad fratres: fratribus vero deficientibus, ad parentes: vt cauetur in l. finali. C. communia. de successionibus, ampliante legem quartam, supra hoc titul. ad cujus decisionem se refert. Imperator in §. sub hac infrà hac l. Neque intelligas his locis primum inductum fuisse, vt filiusfamil. haberet hæredem, prout communiter putant DD. in l. 3. suprà eodẽ, & alibi sæpè. Fulgo. in dict. l. 4. Nam eo ipso, quod filiusfamil. habet rerum proprietatem, consequens, & necessarius effectus est, vt in his habeat hæredem, cùm successio in jus defuncti nihil aliud sit quem hæreditas l. nihil aliud 24. ff. de verb. signific. oportuit tamen id exprimi, propterea quòd si non exprimeretur, posset admitti pater, tanquam proximus agnatus, juxta regulam l. 12. Tabul. quæ habetur in l. pronunciatio. §. familiæ ff. de verbor. signif. Mens igitur Imperatoris in his locis hæc est, vt quemadmodum olim in hæreditate filij defuncti, qui sui juris esset, patri præferebatur frater, aut soror defuncti, jure cõsanguinitatis l. 2. §. si sit consanguineæ. ff. ad-

L. fin. C. cõmunia de success. intelligitur contra Doctores.

ad Senat. Tert. ita etiam hodie idem seruetur in bonis aduentitij filijfam. vt frater patri præferatur,& fratre deficiente, jure communi admittatur pater vt in principio Instit. quibus non est permissũ facere testamẽtum, hoc est tãquam proximus agnatus: est enim pater agnatus filio suo, ex Cujacio nouel. 118. Quod jus agnationis antiquum, & commune est, jus verò consanguinitas posteà introductum, & particulare, vt tradit Vlpian. in frag. tit. 26. & constat ex l. 1. §. post suus ff. de suis, & legitimis hæredibus. Succedit ergo pater tanquam hæres, non verò jure peculij, vt dicebat gl. ssa in dicto principio, & tenet Fulgol. & alij in l. 4. suprà eodem. Nec quicquam facit text. in l. 2. de Castr. pecul. quia loquitur in bonis, in quibus solùm filiusfamil. habebat administrationem, non verò dominium, vt infrà latiùs dicemus;

L. 2. de castren. pec.

80 Iure verò nouissimo concurrit pater cum fratre, vt in authen. defuncto, & in corrore, vnde sumitur. C. ad Tertul. ita tamen, vt in portione fratrum pater non habeat vsumfructum, authent. item hæreditas infrà hac l. correcta in hoc decis. l. fin. C. ad Tertul. tradit Cujacius vbi supra. Quibus obiter observa textum illum in prædicta authen. item hæreditas, tantum procedere in casu, quo loquitur, scilicet in hæreditate fratris, vel sororis, quasi secus sit in hæreditate fratris, vel sororis, quasi secus sit in hæreditate alterius extranei, vt tradit Corneus reprobata glossa ibi in versiculo forsan, secundum Irnerium: quem sequuntur Salicet. & Paul. num. 5. Bart. cõsil. 118. Bald. consi. 324. lib. 5. Baptista in l. fratre. à fratre. num. 103. ff. de cond. indeb. Nam Cornei opinio verior est, & in praxi seruanda quam contra dictam glossam tenuerunt Cinus, & Fulgol. ibi. Palril. consil. 129. num. 7. lib. 1. Roland. consil. 95. num. 48. libr. 1. Hyppol. Rimin. in §. 1. num. 111. Instit. per quas personas. Gomez. in l. 48. Taur. num. 12. Crotus in d. l. frater à fratre. numer. 52. quos sequebatur insignis quondam Præceptor meus Anton. Solisius I. C. sapientissimus, ac hujus ætatis juris prudentiæ lumen, admirabilisque sanctitatis & virtutis exemplum, in interpretatione, quam nobis publicè dictabat. l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posth. Pro quibus optimè facit text. in auth. de hæred. abintest. venientib. §. si igitur *el primero*, coll. 7.

Authẽt. itẽ hæredita. infra hoc ti. explicatur.

81 Postremò tamen de jure Regni in successione filij præferuntur ascendentes exclusis fratribus, vt in l. 6. Tau. quæ est translata in l. 1. & 4. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. & in Regno Portugaliæ, lib. 4. tit. 75. Nec dubitari potest quin eo casu, quo pater admittitur, jure hæreditatio admittatur, non verò jure peculij. Ex quibus infertur intellectus ad textum in princip. Instit. quibus non est permiss. fac. test. dum ait, filiofam. mortuo intestato, illius bona pertinere ad patrem, *jure communi*, quæ verba licet glossa ibi intelligat, id est, *de jure peculij*, tamen ex supradictis procedere non potest. Vnde dicendum puto ea verba maximum juris mysterium in se continere, nam si filius habeat bona castrensia data à patre, habeat etiam alia aliunde acquisita ratione militiæ, eo mortuo, cessat nomen & privilegium peculij castrensis l. per procuratorem, alias incipit Paul. 99. ff. de acquir. hæred. illa, quæ patris fuerunt, spectabunt ad eundem patrem, *jure peculij*, id est, quasi sua semper fuissent. l. 2. ff. de castren. pecul. quoniam in nihil est immutatum jure nouo ex nostro text. alia verò aliunde acquisita pertinebunt jure hæreditario d. §. sub hac. Atque vtroque casu verum est dicere, quod jure communi admittatur secundũ prædicta. Quare in his bonis aduentitijs ratione militiæ sibi acquisitis, si filius testatus fuerit, habebit querelam pater, vt in auth. vt cum de appel. cognol. §. sancimus. collat. 9. & in auth. præsbyteros in fin. C. de Epis. & Clericis. Cum enim in his bonis sit verus hæres, ab intestato, habebit querelam contra testamentum filij inofficiosum l. nam, & si parentibus ff. de inoffi. in alijs verò bonis datis à patre ob causam militiæ, quæ & sunt castrensia, vt in l. 1. C. de castrens. peculio lib. 11. pater querelam non habebit, etiã ex jure novo, vt in l. fin. in fine. C. de inoffi. testamento. Cum enim in his bonis abintestato non sit hæres, nõ potest queri de

Pro explicatione l. 6. Tau. l. 1. & 4. tit. 8. lib. 5. Recopilat.

de filij testamento, nec enim queri possũt de testamento inofficioso, nisi qui abintestato sunt hæredes l. posthumus de inoffic. idque operatur privilegium bonis castrensibus cõcessum, vt de ijs filius disponat liberè sine metu querelæ. Differẽtiam verò an succedat pater in jure peculij, an jure hæreditario, ponit Iat. & alij in l. scimus, & in l. infanti. C. de jure delib. & nos infrà latiùs dicemus in 3. p. de castrensi peculio.

84 Ex quibus infertur valdè deceptos fuisse Angelum in l. si filius famil. num. 2. de damn. infect. & Romanum in l. si finita §. si de vectigalibus num. 15. eodem titul. Crotum in l. frater à fratre, num. 34. de cond. in deb. Gomez 2. tom. var. c. 15. num. 14. Simancas in Cathol. inst. c. 6. ex numer. 13. quos etiam constanter defendit Caldas in l. si curatorẽ verb. læsis. num. 93. Quemada q. 19. fiscali. dum prædicti DD. docent quod cum hodie pater succedat filio tanquam ejus hæres, ex authen. defuncto, supra allega. & glossa recepta in l. pater, qui castrẽsi. 17. de peculio castr. nõ procedat text. doctrina in l. 3. C. de bonis proscr. *Si filius tuus* (inquit Imperator) *cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit peculium ejus, nec quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Vbi patet propter delictum filij peculium castrense non confiscari: illud enim occupat pater jure peculij. Nam verius & receptius est textũ illum etiam hodie procedere, cum pater etiam nunc succedat in multis jure peculij, vt supra proximè probatum est: nec enim ille textus invenitur correctus, vt resolvit Alexand. in d. § si de vectigalib. num. 49. Bœrius decis. 7. num. 14. Covar lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. doctissimus Emmunuel in l. qui duos §. cum in bello verbo patris numer. 11. de rebus dubijs. Nec obstat l. 6. Taur. ibi, *de qualquier calidad,* propter cujus verbi difficultatem contrariũ resolvebat Gregor. in l. 6. glossa vltim. tit. 17. par. 4. quia respondendum est textum illum necessario intelligi in adventitijs cujuscunque qualitatis sint: id est, quocunque modo fuerint ea filio acquisita, sive ex sua industria, sive ex nuptitijs, sive ex alterius beneficio, vel successione ei donata, vel relicta, nec quidem mirum si lex illa generaliter loquens restringatur sic de habilitate juxta l. vt gradatim 11. versic. & si lege. ff. de muneribus & honoribus de qua Gomez. in §. actionum numer. 22. Instit. de actionibus. & Tiraquel. congerens plura de retractu. §. 1. glos. 7. num. 27. quia aliàs maxima totius esset juris conversio, quod de sapientissimis illius legis conditoribus præsumi non debet, & sic hic est illius text. verus intellectus, vt præmissimus suprà, numer. 92.

Pro interpretatione l. 3. C. de bon. pros. cõtra cõplures autores adnotatio.

Explicatio elegans præter ejus interpretes ad l. 6. Tauri.

De confiscatione peculij adventitij ex delicto filijfamil.

SECVNDVS Effectus est, quòd filiusfamil. licet habeat proprietatem adventitiorum ex nostro textu. tamen si committat delictum, propter quod debeant ejus bona fisco applicari, non confiscabuntur adventitia, nec patri auferentur, argum. text. in l. fin. §. filijs autem intrà hoc titulo, ibi, *citra voluntatem,* juncta regul. l. Imperator. 12. & ibi Bart. ff. de fideicom. libert. habetur in l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de jure fisci, tradit Anton. Gomez. in l. 40. Tauri. numer. 92. & est text. in l. si marito 32. ff. soluto matrim. & probat text. à fortiori in l. 3. C. de bonis proscrip. quam suprà allegavi, considerando etiam ibi particulam, *Nec,* quæ casus minus dubitabiles solet implicare, ex citatis ab Everard. loco. 110. quippè cũ filius minùs habeat in adventitio, quàm in castrensi. Quam sententiam tenuit Bart. in l. si finita §. si de vectigal. num. 12. ff. de damno infect. receptus ex Alex. ibi. num. 44. Paris. consil. 157. Riminal. in l. 1. num. 446. C. qui admitti. Suarez in l. post rem judicatam casu. 13. numer. 6. Marian. Socin. consil. 77. tradit Covar. lib. 2. variar. cap. 8. numer. 7. Costa in l. qui duos §. cum in bello num. 11. ff de rebus dubijs, quidquid perperam Simanc. in Cathol. inst. tit. 9. num. 18. Et retenta hac parte, non obstant duo argumenta, quibus cõtrarium nitũtur

Subtiliter põderatur text. in l. 3. C. bõ. proscrip.

... probare. Alberic. & Fabr. in l. si quis in tantum C. vnde vi. Ripa in c. sæpè numer. 76. de restit. spol. Primo, ex text. in l. si postulaverit. 27. §. jubet ff. ad l. Iuliam. de adulterijs, vbi propter delictum confiscatur etiam res, in qua quis habet proprietatem solùm, licet alius habeat vsumfructum. Secundo, quia hujusmodi alienatio censetur necessaria, de qua prohibitio text. in d. §. filijs autè intelligi non debet, arg. l. 3. §. fi. de rebus eorum l. alienationes. ff. fam. ercisc. l. qui solidum §. prædium ff. de legat. 2. Quia ad primum respondetur, procedere in eo, qui liberè alienare potest, non autem in eo, qui sine alterius consensu alienare non potest. Soc. Iun. consl. 77. nu.
87 7. lib. 1. Ad secundū respondetur, quod hæc prohibitio facta fuit in favorem patris, & quando prohibitio fit in favorem tertij, censetur quoque prohibita alienatio necessaria, saltim ea, quæ fit mediāte delicto Bar. in d. l. si quis in tantam num. 12 Alciat. respon. 522. numer. 3. resolvit insignis Bar. in l. si finita. §. si de vect. gal. ibus ff. de dam. infect. Limitatur tamen hæc communis in adventitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, de quibus per glossam in auth. item hæc edictio inf. à. & in Ordinatione Portugaliæ. lib 4. tit. 78. Nam hæc filius alienare poterit sine patris cōsensu, auth. vt liceat matri, & aviæ in princ. col. 8. Vnde à cessante ratione, de qua suprà prædicta bona venient in confiscationem, & ita Crotus in d. l. frater à fratre. num. 35. Paris. vbi sup à ex numer. 11. lib 4. Menoch. de recu. er. poss. remed. 9. ex nu. 84. quicquid Ruinus consil. 24. ex num. 9. lib. 5. Socin. Iun. vbi suprà ex num. 8. lib. 2. per text. in d. l. 3. C. de bonis proscrip. cujus verba suprà retulimus. Cui tu respondeas eam legem procedere ex ratione l. 2. de castren. pecul. Quæ ratio cessat in adventitijs.

89 VERUM Enim verò præstantissimus ille Emmanuel Præceptor meus cujus opiniones tanquam magis ex principijs jurisprudentiæ deductæ, mihi præ oculis habentur in lectura privata, quam fecit super hanc legem indistinctè contra communem defendit, scilicet, cum hodie filius habeat bonorum advētitiorum proprietatem ex nostro textu, consequēter delinquendo eo, fisco esse applicanda, propterea, quòd fiscus succedit in omnia jura condemnati. l. si ademptis. C. de sententiam passis. l. de portatorum C. de pœnis, l. ex judiciorum de accusat. à qua regula non potest discedi sine lege expressa. & hanc opinionem tenuit etiam Cinus, & Fulgosius in dict. l. 3. & in pūcto juris veriorem esse affirmat doctissimus Costa vbi suprà numer. 10. sentit Cujacius in §. igitur Instituta per quas personas nobis, respondentes ad textum in dict. l. 3. C. de bonis proscrip. bona castrensia non potuisse patri auferri, propterea, quod olim ad patrem spectabant jure proprietatis, solùmque filius habebat administrationem ex Imperatorum cōstitutionibus, vt latiùs dicemus in 3. p. hujus textus de castr. pecul. ac propterea ex delicto filij, illa bona non potuisse ad fiscum pertinere, cùm patris essent, non filij, cæterum illius text. doctrinam in adventitij non procedere, cùm propria filij sint, vt dixi.

L. 3. C. de bon. proscri p. interpretatio.

90 Nec item hanc sententiam impugnare videtur text. in d. l. Imperator, cum similibus adductis pro communi opinione, quoniam Modestinus ita scribit: *Imperator Antoninus, cum Firmius Titianotragœdos tres legasset, & adjecisset, quos tibi commendo, nè cui alii seruiant, publicatis bonis Titiani, rescripsit debere eos publicè manumitti.* Nam prædictum argumentum procedit quando ipsa bona erant prohibita alienari, tunc enim nec ex delicto possunt alienari. At in proposito non prohibentur alienari bona filij, sed ipse filius alienare prohibetur, & est prohibitio personalis, non verò realis: vnde non censetur prohibita alienatio, quæ fit ab ipsa lege, nec enim hìc filius alienat. sed ipsa lex: ac propterea cessat prohibitio, arg. l. more. de acq. hær. & l. forinsius de actio. & obligat. & eadem ratione hìc filius, etiam sine consensu patris, vel etiam minor 25. an. sine consensu curatoris ingrediendo monasterium, transfert omnia sua bona in monasterium, propterea, quod talis alienatio fit ab ipsa lege authē. ingressi monasterium C. de Sacros. Eccles. c. in præsentia de prob. vbi idipsum tenent DD. & si alia ratione moveantur, vt

L. Imperator. ff de fideicom. libert. explicatio.

vt ibi tradit Dec. num. 35. Speculator. tit. de statu monach. num. 9. Facit etiam, quod alienatio, quæ fit ex delicto, est necessaria, vt habetur in l. peto. 71. §. prædium delegat. 2. talis alienatio nunquam censetur prohibita l. alienationes. 13. ff. famil. ercis. tradit Caldas Pereira in libro suo de renovatione emphyteutica. q. 16. num. 39. ad fin. Quæ opinio licet ita cum ingenio & subtilitate defendatur, à priori parte communi judicãdo & consulendo non esse temere discedendum, magis placet ex rationibus supra allegatis.

De obligatione inter patrem. & filium in adventitijs.

93 TERTIUS Effectus est, quod licet jure digestorum nulla posset esse obligatio inter patrem, & filium, ex §. item inutilis de inut. stip. cujus verba hæc sunt. Item inutilis est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo juri subjectus est, vel si is à te stipuletur, &c. cõstat etiam ex l. 6. tit. 11. p. 5. cum ad contrahendam obligationem distinctio personarum requiratur l. 2. de stipulatione servorum, quæ non reperitur inter patrem, & filium, vt deducitur ex l. 57. §. 1. de fidejus. & ex Aristot. lib. 1. Magnorum Moral. cap. 34. nec pater filio, aut filius patri quidquam dare potest, quod non sit ipsius patris l. placet. de acquir. hæred. & inde fit vt inter patrem & filiũ non possit esse emptio, nec venditio l. 2. de contrah. empt. nec vllum judicium, vt in l. lis nulla. 4. & in l. si à me. de judicijs, de quibus Cujac. lib. 9. observ. c. 13. Vaconius, lib. 1. declar. cap. 9. & lib. 4.

Arist. lib. 1 Mag. Moral. c. 34.

94 c. 57. Tamen hodie cum filius sit capax acquisitionis, sequitur necessario inter patrem & filium super omnibus aduentitijs consistere civilem obligationem, vt per legem jubemus. §. 1. C. ad Treb. tenet Bar. in l. frater à fratre num. 16. post glossam ibi de cond. indebiti, & est communis opinio secundum Ias. ibi in lectura num. 37. & in repititione num. 28. Baptista. num. 40. Pro qua opinione vlta adducta per DD. vbi supra, vide bonum text. in l. fin. ibi, *Quasdam actiones.* C. de dotis promissione.

Communis opinio.

95 SED adhuc contra hoc graviter vrget, videtur enim, quod nec obligatio naturalis consistere possit ex eo, quia jure isto pater est legitimus administrator bonorum filij l. fin. §. filijs autem infra hoc tit. & contrahendo cum filio, fiet author in re propria, quod est absurdum l. 1. de author. tut. per quem tex. tenet hoc Bart. sibi ipsi contrarius, nec naturalem obligationem oriri inter patrem & filium in adventitijs, & idem Barto. in l. tam is. §. 1. de donat. causa mortis. & est communis secundum Soci. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Treb. quod tamen argumento non obstante, Baldus, & Paulus in l. lenium. C. qui test. fac. & alij quos refert Tiraq. de jure maritali glos. 6. vers. *Sed in hoc,* defendũt in proposita specie filium patri etiam civiliter obligari, limitantes regulam in d. l. 1. de auth. tu. rationibus de quibus per eos quos repetit idem Bald. in l. pactum quæst. 21. C. de col.

Bart. sibi contrarius

Communis sententia contraria

Limitatio l. 1. de outhor. tut.

TVVERO dic patrem obligari posse filio civiliter ex prædicta communi opinione, filium vero non posse ex alia communi: quas sic ex mente Barto. observat Fulgo. in d. l. frater à fratre col. 3. & Paulus. numer. 16. nec est inconveniens contractum ex parte filij claudicare, quia id regulare est, quoties vnus ex contrahentibus ex consensu suo non potest obligari l. Iulianus 14. §. si quis à pupillo ff. de action. empti. *Si quis* (inquit Vlpianus) *à pupillo sine tutoris autoritate emerit, ex vno latere constat contractus, nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum autem sibi non obligat.* Qui text. non procedit in pupillo ex aliquo favore, vt vulgo existimatur, sed rigore, vt probat Iust. in principio de author. tut. ibi ex duobus principijs eandem doctrinam generaliter deduxit, quod enim vulgo colligitur ex l. Labeo. §. contractuum de verb. signif. contractum esse vtrinque obligatorum, 97 fallum est, quia hoc ex accidenti venit in quibusdam, vt constat ex dicto principio de auth. tut. In his vero cõtractibus, qui mutuam producunt obligationem satis est ad substãtiam eorum alternam partem manere obligatam dummodo ea obligatio vltrò citròque hoc est vtrique, & ex vtroque consensu deducatur 96

L. Labe. §. cõtractum ff. de verb. signif. declaratio subtilis.

ducatur d. §. contractum, quem sic intelliguntur nonnulli viri docti, idque ad differentiam obligationis, quæ deducitur ex delicto, vel testamento, eas demum constat non deduci ex duorum consensu, sed vnius tantum vt patet.

De collatione pecul ij aduentitij.

98 QVARTVS effectus est adventitia non conferri. l. vltima vbi hoc noviter statuitur in suis hæredibus C. de collat. & ejus verba hæc sunt. *Vt nemini de cætero super collatione dubietas oriatur, necessarium duximus constitutioni quam jam favore liberorum fecimus, hoc addere, vt res quas parentibus acquirendas esse prohibuimus, nec collationi post obitum eorum inter liberos subjaceant. Vt enim Castrense peculiũ in commune conferre in hæreditate diuidenda, & exprisci juris authoritate minime cogebatur: ita & alias res quæ minime parentibus acquiruntur propias liberis manere censemus.* Nam quod dicitur in l. vt liberis. C. eodem ad emancipatos refertur, in quibus hoc idem cavetur autoritate illius legis, prout Bart. intellexit. in l. si emancipati. C. illo tit. idque ex eo patet, quia text. in d. l. vltima refert se ad decisionem nostri text. vbi non agitur de emancipatis, sed tantum de suis hæredibus. Nam antea de jure digestorum omnia adventitia conferebantur l. 1. & per totum ff. de collat. bonorum. Deniq; filij in potestate non tenẽtur conferre adventitia, & ratio est, quia non sunt ex substantia ejus de cujus hæ-

L. Vt liberis liuert. C de collat. adnotatur.

99 reditate agitur. Vnde deducitur quod si pater in emphyteusi non empta, nec à se meliorata, filium suum nominaverit (vt plerunque fieri solet) in tali casu filius non tenebitur eam cæteris fratribus conferre, nec imputare. Quod planè procedit in emphyteusi nominationis antiqua, quæ scilicet non ab ipso patre, sed jam ab avis obtenta fuit: filius enim tunc à patre nihil habere censetur, juxta textum in l. vnum ex familia cum suis §§. & quæ ibi notant Docto. ff. de legat. 2. Hispanus Molina lib. 2. primog. cap. 4. nu. 5. & 10. & ex num. 21. Lusitanus Pereira. in suo tract. de nominatione emphy. q. 18

Emphiteusis quãdo cõfertur.

n. 13. glo. recepta in l. qui in aliena. §. interdum verbo, *faciet hæredem*, in fine ibi, *hodie secus.* ff. de acqui. hæred. & ita de jure communi probat glos. verb. apud hæredem in fi. in l. si patroni. 55. ff. ad Sen. Consult. Treb. Alex. in l. in quartam. n. 229. ff. ad l. Falcid. & cons. 8. lib. 3. cõmunis ex citatis per Iulium Clarũ. quæst. 46. verbo, fœudum. Mencha. de succeff. §. 30. ex num. 233. doctissimus Alvarus Valascus, de jure emphyt. 1. p. quæst. 46. 100
& his non citatis defendit novissimè Caldas, vbi suprà nu. 22. facit Ordinatio Portugal. lib. 4. tit. 77. §. 30. ibi. *Nam será obrigado.* Et ampliatur etiamsi in vita eam emphyteusim filio tradiderit, reservato sibi vsufructu, quia nihil de suo omnino præstat pater quod suam substantiam & patrimonium minuat: ac proinde tanquam adventitium non conferetur ex dict. l. vltim. C. de collat. juncta lege vt liberis. C. eodem. tradit in terminis Pereira in tract. de nominatione emphyt. quæst. 18. nu. 3. & 9. Sed limitari debet 101
si emphyteusis sit hæreditaria, scilicet accepta pro se, & hæredibus: quæ vtique cõferetur & imputabitur, vt probat idem Caldas post alios vbi suprà, quæst. 18. n. 27. Ias. & alij in l. penulti. C. de collatio. & in l. omnimodo §. imputari C. de inoffi. testam.

Ad lib. 1. tit. 77. §. 30.

SED circa hæc dubium magis est si 102
emphyteusis sit nominationis pro se, & liberis, non tamen antiqua, sed ab ipso patre defuncto accepta, an conferatur vel imputetur. Et jure communi magis inter plerosque obtinuit tanquam profectitiam esse imputandam, cum ab ipso patre, vel ipsius occasione sit obtenta juxta notata per Docto. in l. penultima C. de collat. & communem de qua Menchaca in progressu successionem §. 30. ex numer. 249. quam etiam dicũt communiter receptam Iulius Clarus. q. 46. verbo feudum. Alvar. Valasc. vbi suprà quæst. 1. Cæterum contrariam sententiam tenuit Angelus post glossam ibi in l. si patroni ff. ad. Trebel. 103
quam dicit communem Ias. in d. l. penul, num. 4. & eam magis probat Ordinatio Portugal. in l. 4. tit. 77. §. 30. Ego autem de jure veriorem esse prædictam sententiam mihi magis persuadeo, cum filius

opinio Angel. defenditur.

L

lius non habeat talem emphyteusim vt hæres, sed vt filius, vel extraneus, nec ex patre, sed à domino l. vnum ex familia §. 1. suprà allegato. Secundo quia nec illa bona censentur esse in bonis patris quo ad hoc, cum non essent futura post ejus mortem, juxta notata per eundem Valascum in d. q. 1. in fine. Tertio, quia cum non fuerit concessa pro se, & hæredibus, sed pro se, & liberis, non videtur concessa ea mente, vt liberis imputaretur tanquam hæredibus, sed tanquam bona adventitia ab ipso domino concessa, sicut & propterea onus aliquod à patre apponi non potest ex l. vnum ex familia §. sed si fundum ff. de legat. 2. Et ita noviter defenditur doctrina Angeli, & ordinatio vbi suprà; quibus non obstant argumenta Alexan. in d. l. si patroni, & consil. 27. libr. 5. numer. 9. Nam eis satisfacit Caldas in nominatione emphyt. quæst. 118. ex numer. 24. cum sequentibus, licet non attenderit ad ea quæ proximè retulimus.

De vsufructu patris in bonis aduentitijs.

SVMMARIVM

104 *Pater habet vsumfructum in bonis aduētitij, dummodo sint justè, & licitè quæsita.*

105 *Filius tunc demum acquirit vsumfructum patri in bonis aduentitijs, si legitimus est, vel sub consensu super subsequens matrimoniū legitimatus.*

106 *Pater habet vsumfructū in maioratu, vel in bonis vinculatis ex linea mater filiofa. acquisitis, & in emphy.*

107 *An sit verus vsusfr. qui patri acquiritur ex hac lege.*

108 *Fructus acquirit pater eodem momento, quo filius eos acquirit. & statim simul ac à solo sunt separati.*

109 *Intellectus ad l. 4. supra hoc tit, de bon. quæ lib.*

110 *Lato modo fructuum commoditas solet appellari vsusfructus.*

111 *Intellectus ad auth. excipitur infrà hoc tit. de bon. quæ liber.*

112 *Vsucapta proprietate cōtra filium perijt etiā vsusfructus patris, nisi pater ante vsucapionē rem vendicauerit.*

113 *Si filius fam. non proprietatem rei quærat, sed vsumfructum, commoditas ipsius juris, hoc est ipsi fructus ad patrem spectabunt vt ipsa.*

114 *Ius vtendi, & fruendi an pertineat ad patrē, mortuo filio fam. vsufructuario*

115 *Reprehenditur intellectus Cujacij ad l. fin. C. de vsufructu.*

116 *Refutatur alius Fulgosij intellectus ad eundem textum.*

117 *Traditur vera & noua illius textus interpretatio.*

118 *Hodie si vsusfruct. filio famil. relinquatur, morte filij vsusfructus extinguetur.*

119 *Vsufructuario alienante aut cedente jus vtendi & fruendi, vsusfructus amittitur secundum communem.*

120 *Itellectus ad §. finitur Inst. de vsufructu. & ad l. si vsusfructus ff. de jure dotium.*

EX NOSTRO textu ibi, *& eorum vsusfructus,* obserua regulariter ex omnibus bonis adventitijs patrem habere vsumfructum, autoritate hujus legis: quod sanè procedit, dummodo bona sint justè & licitè quæsita: aliàs enim in rebus adventitijs ex illicita causa quæsitis, pater non habet vsum, nec vsumfructum, argum. tex. l. quod seruus 24. ff. de acquir. possess. & ibi Alex. de Imo. & alij, tenet etiam Andreas in addition. ad Speculatorem titul. de actore §. 1. in glossa peculij. num. 23. allegans text. in l. quod autem 54. ff. pro socio quam suprà retuli. Secun- 105
do limita hujus text. decisionem ad filium legitimum pertinere non autem ad filium naturalem quem constat esse non in potestate patris, ex §. vlt. instit. de nuptijs: cum non sit procreatus ex legitimis nuptijs, quod est omnino necessarium ad inducendam patriam potestatē, vt in principio Instituta de patria potest. l. 3. & 4. ff. de ijs qui sunt sui atque ea ratione in bonis aduentitijs ejusmodi filij naturalis pater non consequitur vsumfructum: est enim in hoc casu filius naturalis melioris conditionis, quam legi-

In aduentitijs quæ filius ex illicita causa acquirit pater non habet vsumfructum.

Filius natu ralis ... in patria potestate.

Pater non habet vsūfructū in aduētitijs filij naturalis.

legitimus, vt probat Alcia. lib. 4. parergon. cap. 5. & observat Pinel. in rubr. de bonis mat. 2. p. n. 8. & varijs exéplis ostédit Mercer. li. 2. opin. c. 8. Consequetur tamen pater vsumfructũ, si contrahat matrimonium cum matre illius filij naturalis: quia eo modo qui ante erat naturalis, nunc efficitur legitimus, & redigitur in patris potestatem ex d. §. vlt. de nupt. & ex auth. quomodo naturales effic. legi, & in auth. quomodo naturales effi. sui & ex c. tanta est vis, qui filij sint legit. Qua in re videndus est Cuja. lib. 13. obser. c. 14. intelligens, nisi filius contradicat nolens effici legitimus, sic limitata decisione d. c. tanta per tex. express. in d. auth. quibus modis naturales effic. sui §. generaliter, qui proculdubio loquitur in hac specie legitimationis, vt contra Couarr. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 3. fatetur Sarmiento lib. 1. (select. c. 8. col. 2. Pro quo facit l. vlt. de ijs qui sunt sui ibi, *redigitur*, juncto quod tradit Rebuf. in l. verbum reddendi. 94. de verborum signifi. pag. 565. defendit Costa in 2. §. p. ex num. 116. vbi Aquil. eleganter 2. par. ex n. 197. & cum alij Gab. lib. 6. com. tit. de legitim. cap. 1. n. 16. Dueñas, reg. 350. limit. 9.

C. tãta qui filij sint legi elegans limitatio.

106 Ampliatur tamen regula nostri textus, vt procedat etiam in maioratu, vel in bonis vinculatis ex linea materna filiofam. acquisitis in quibus etiam pater habet vsumfructum, vt tradit Soarez in quæstione maioratus num. 1. & 9. & per totam Molina lib. 1. primogen. cap. 19. nu. 18. Item & in emphyteusi, vt docet eximius Valascus Lusitanus de jure emphyteutico q. 38. n. 28. quicquid Ascanius de patria potestate effectu 2. nu. 41. limitia 7. & Pereira in suo tractu. de nominat. emphy. q. 19. num. 40. qui male recessit à sapientissimo Valasco vbi supra, qui nihil sanè ignoravit in jure, præsertim in materia emphy regno Portugaliæ vtilissima, & in isto, & vbique terrarum maximè desiderata.

Defenditur Valascus cõtra Caldas.

107 SED dubium est qualis iste vsusfructus sit: & quamvis Doct. communiter non distinxerint inter hunc vsumfructum, & cum de quo agit titulus. ff. & C. de vsufru. videtur tamẽ diversus esse, videmus enim multa in vero vsufructu observari, quæ in hoc cessant, vt in §. non autem infra hac l. tradit Pinel. 2. part. l. 1. num. 16. C. de bonis maternis, quod mihi persuadetur ex eo, quia cum acquiratur ratione patriæ potestatis vt in præsenti, remanente in hoc dispositione juris antiqui, consequens est, vt prius filio, deinde patri acquiratur: quemadmodum & olim proprietas ipsa acquirebatur l 1. ibi. *quippe cum filiusfamil.* ff. si quis à parente fuerit manumil. Boerius decisione 199. num. 8. ac propterea penes patrem non sit verus vsusfructus formalis, sed solum causalis; nam is solum ad filium spectat, cum sit rei dominus l. si ita stipulatus 126. §. 1. ff. de verborum obligatio l. vti frui. 5. ff. si vsusfructus petatur. Et facit, quia si pater esset verus vsusfructuarius, non acquireret fructus, nisi ipse eos perciperet §. is vero Inst. de rerum divisione l. si vsusfructuarius verfic. Iulianus ait ff quibus modis vsusfructus amittatur, & tamen, cum eos acquirat ratione patriæ potestatis, & per consequens eodem momento, quo filius eos acquirit l. placet de acquiren. hære. dicendum est eos necessario simul ac à solo sunt separati, patri acquiri ex d. §. is vero ibi, sed domino proprietatis. Nec obstat quod talis vsusfructus durat in vita patris l. 4. supra eodem ibi, *vsque in diem vitæ.* l. fin. suprà ad Tertul. ibi *donec viuat.* l. vltim. in fine. C. communia de succes. quod est propriũ vsusfructus formalis § finitur. Inst de vsufr. non vero solius commoditatis, quæ respicit personam illius qui habet ipsum jus principale l. l. necessario 8 §. fin. ff. de periculo, & cõmodo rei vend. Quia respondetur id novè cautum esse in dict. l. 4 nec enim ibi Imperator concedit patri vsumfructum bonorũ, quæ filius vel filia ex conjugio acquisivit, quia id jam cautum erat, ex l. 1. suprà. cod. ad similitudinem rerum maternarum: sed concedit noviter vsumfructum quandiu pater vivat, videbatur enim cessante patria potestate, cessare etiam vsumfru. (quando quidem ad patrẽ non pertinet, nisi ratione patriæ potestatis per tex. nostrum) sicut cessante causa privilegij, cessat privilegium l. Titia 89. §. vsuras delegat. 2. quod tamen removet Imperator ibi dicens,

Vsusfruct. de quo in hac l. non est formalis sed causalis.

Acutè l. 4. supr. hoc tit interpretatio. 109

cens, vsumfructum ad patrem pertinere quandiu vivat: & ita procedit. d. l. fin. C. ad Senat. Consultum Tertul. Et præterea si verus esset vsusfructus in persona patris, constabat cum morte ipsius patris extingui, nec esset necessaria decisio, & expressio dict. l. 4. Non etiã obstat quod

110 in ijs legibus juris novi solet appellari ab Imperatoribus vsusfructus: vnde videtur id intelligi debere de vero & proprio vsufruct. Quia respondetur, quod lato modo fructuum commoditas solet appellari vsusfruct. d. l. necessario §. fin. l. cui vsusfruct. 74. ff. de vsufru. quidquid Gomez in l. 6. Taur. num. 11. & 12. & in l. 48. num. 5.

111 Et ex hac differentia colligitur intellectus ad text. in authent. excipitur infra hoc tit. quam valde extollunt Bart. & alij ibi: & præter alios de ea tractant Cavdas in l. si curat. habẽs verb. læsis n. 114. Alcã. de pat. pot. effec. 2. ex n. 41. Gutier. in c. quanuis pactum vers. nullum ex n. 28. Molina de primog. lib. 1. c. 19. n. 30. Cavalc. tract. de tut. & curat. cap. de vsufr. mulieri relicto, sub n. 136. Anton. Gom. in l. 48. Taur. num. 13. Pereira de nom. emphiteu. quæst. 19. nu. 46. Si enim hic vsusfructus formalis esset, vere, & propriè distingueretur à proprietate, & esset res maximè diversa l. rectè dicimus 25. de verb. sig. & per consequens non posset filio ita dari, aut relinqui, ne patri acquireretur, jus enim publicum patriæ potestati nemo privatus posset impedire l. jus publicum ff. de pact. l. nemo potest ff. de leg. 1. Cum autem non sit res distincta, sed pars ipsius proprietatis, & dominij accessoria, vt modo defendo, non est mirum si ipse filius possit plenum acquirere proprietatem sine eo quod patri aliquid acquiratur: nam accessorium regulatur secundum principale: & ita accidit in §. sin autem infra hac lege, de quo supra diximus. An autem ille textus in auth. excipitur, procedat in legitima filij relicta à matre hoc modo, ne patri vsusfructus quæratur, tu vide Costã. in §. & quid si tantum 5. part. num. 90. & Soares in l. quoniam in priorib. limit. 1. num. 12. Boer. decis. 196. num. 4.

Vsusfructus formalis est res distincta à proprietate

Alia declaratio d. auth. excipitur remissiue.

112 EX eadem differentia colligitur notabilis effectus: nam si iste vsusfructus est servitus personalis, competere potest patri confessoria l. 2. ff. si servitus vendicetur. Et quanvis res filij vsucapiatur, durabit adhuc vsusfructus patris l. locum 21. § proprietarius. ff. de vsufru. l. justo. 44. §. non mutat. ff. de vsucapio. quod rectè contingere potest secũdum Angeli sententiam in l. 1. supra titu. 1. Si tamen non sit vera servitus, sed sola fructuum commoditas, vsucapta proprietate contra filium: peribit etiam vsusfructus patris, cum sit facta, & proprietati conjunctus, qua ratione perit legatum operarum vsucapto servo l. 2. in fine de vsuf. legato vnde ante vsucapionem necessaria est patris vendicatio, vel filij nomine, vel vtilis in rem suo nomine, juxta tradita à Pinelo in l. 1. 2. part, num. 18. Ex eadem doctrina colligitur argumentum contra Angelum in §. igitur Inst. per quas personas, quem sequitur Ias. in l. cum filio. num. 157. ff. de leg. 1. quem etiam reprehendit Riminal. in d. §. igitur. nu. 133. Ex eadem etiam colligitur quod si filiusfam. non proprietatem rei quærat, 113
sed vsumfructum, commoditas ipsius juris, hoc est ipsi fructus ad patrem spectabunt vi ipsa, non vero ex ratione quam ponit glossa in auth. idem est in fine, cum qua alij communiter transeunt.

Ratio glos. in auth. idẽ est eodem rejicitur.

SED IN hoc disputari potest, an ipsum jus vtendi & fruendi ad patrem pertineat mortuo filio: in qua quæstione videbatur, cum hodie filiusfamil. sit capax 114
dominij ex nostro textu, & dominium in vsufructu possit considerari l. 3. ff. si vsusfruct. petatur, quod vsusfructus filio famil. relictus, in ejus solius persona consistere, ita vt ejus morte finiatur, juxta §. finitur de vsufruct. Sed contrarium probatur in l. fin. C. de vsufruct. vbi vsusfruct. relictus filio famil. eo mortuo, ad patrem spectat: mortuo vero patre, ad filium: & ejus verba à Iustiniano hujusmodi scribuntur. *Ex libris Sabinianis quæstio nobis relata est, per quam dubitabatur si vsusfructus per servum acquisitus, vel per filiumfamil. capitis dimmutione filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel servi quacunque alienatione vel morte, vel manumissione posset adhuc remanere, & ideo sãcimus in hujusmodi casibus nec si servus vel filius famil. in præfatos casus inciderit, interrumpi*

Intelle[illegible]us l. fin. [illegible] de vsufr. mul[illegible] tip[illegible] proponitur

rumpi patri vel domino vsumfructum, qui per eos acquisitus est, sed remanere intactum, neque si pater magnam capitis diminutionem, vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exeptus vsumfructum perire, sed apud filium remanere etiam post patris calamitatem oportere, cum plerunque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quam patris vsumfructum ei reliquisse Neque dici debet hunc text. esse correctum prout videtur tenere Imol. in l. filiosamil. ff. de donat. causa mortis quia ex supra scriptionibus constat esse posteriorem, quã text. nostrum: fuit enim illa constitutio edita à Iustiniano post consulatum Lampadij & Orestis vt ex ejus data apparet, qui consules fuerunt anno à Christo nato 532. vt constat ex annorum digestione per consules Romanos facta ab Aloandro, quæ habetur in fine Codicis. tex. vero noster editus fuit Decij consulatu, qui consulatũ gessit anno. 531. vt ex eodem Oleandro videre est. Vnde in hac difficultate communis opinio Doctorum respondet ex morte filij judicandum patris cõtemplatione datum esse vsumfructum, morte vero patris contemplatione filij relictum esse à patre vt primo casu procedat prima illius text. pars, secundo vero procedat pars secũda prout glos. Barto. Alber. & alij Doctores docent, probat Gom. in l. 48. Tauri n. 20. Cæterum hæc solutio communis nulla juris ratione fundatur, neque enim juri convenit, vt ex eventu judicemus volũtatem fuisse testatoris hanc, vel illam, præsertim cum quando aliquid filiofam. relinquatur, in dubio ejus contemplatione censeatur relictum, non patris: vt post alios probat Caldas Pereira de nominatione emphi. quæstio 19. num. 44. & nos suprà diximus num. 17. Item quamvis contemplatione patris constet datum esse vsumfructum filij est ex jure novo secundum veriorem sententiam, quã defendit in principio hujus legis. Vnde aliter intelligebat Cujac. tract. 5. ad African. pag. 76. dicens patris & filij vnam esse personam, ac propterea altero mortuo non extingui vsumfructum, quasi superſit eadem persona. Quæ subtilis interpretatio non rectè impugnatur ex eo, quia idem foret dicendum in vsufructu

Communis opinio l. fin. C. de vsufruct.

Noua ratione cõmunis cõuincitur.

115

patri relicto, nam pater, cui relinquitur vsusfructus, solus rectè fruitur & vtitur: filius verò sine patre nec vti, nec frui potest. Nec etiam impugnatur rectè ex eo, quod idem dicit deberet in proprietate filio relicta, nam proprietas non cohærebat personæ juxta tradita in l. fin. C. de legat. & propterea subdito transibat in patrem, nec momento residebat penes filiũ l. placet ff. de acqui. hæredita. sed vsusfructus personalis est, l. 4. ff. de novationibus l. si id quod ff. de duobus reis, nec mirum, si omnino non discedat à persona filij vt in dote profectitia traditum est, in l. 2. §. quod si in patris ff. solut. matrimo. Impugnatur tamen rectè prædicta solutio Cujacij ex eo, quia secundum regulas juris antiqui poterat procedere, non secundum regulas juris novi, secundum quas filius est capax dominij, ac proinde videtur totum dominium vsusfructus in filio esse, ita, vt ejus morte finiatur dicto §. finitur.

116 Nec etiam placet alia solutio Fulgosij quam nonnulli sequuntur, & male in scholis defendunt, nempe, quod morte filij maneat intactum jus antiquũ, quasi cessante filij favore videatur vsusfructus à principio patri quæsitus, mortuo vero patre habeant locum jura nova, & videatur vsusfructus semper fuisse in persona filij, quemadmodum & idem videmus in hæreditate filio delata, vt si filius adire velit, ipse sit hæres, & dominus secundũ jura nova, & si nolit, hæreditas tunc patri acquiratur secundum jura antiqua l. fi. in prin. §. 1. & similique modo infra hoc titul. Quia hæc solutio videtur esse contra tex. dum refert quæstionem etiam antiquitus disputatam, & præterea si Imperator ea ratione moveretur, facile foret eam exprimere.

Selutio Fulgos ad d. l. fi. refutatur.

VNDE melius ergo intelligo in dicta l. vltima fuisse hujusmodi quæstionem propositam, an eo casu, quo vsusfructus filio relictus, & per filium patri acquisitus, scilicet in terminis legis antiquæ (poterat enim cõtigisse ante legem nostram cum oporteret) morte patris finiretur, an filij, & quod non finiretur morte filij, patet ex eo quia semel fuit quæsitus patri, & quanvis expectetur persona filij in acquirendo, non tamen spectatur in retinendo:

Nouus intellectus l. vlt. C. de vsufru.

nendo: vnde nec ejus emancipatione, nec deportatione, nec servi manumissione, alienatione finiebatur per d. l. vltimam: obtinuit enim hæc sententia inter Iure Consultos antiquos, qui de hac re late disputarunt, vt constat ex text. in d. l. vltima & ex l. inter antiquam illo tit. C. de vsufru. & ex l. repeti §. 1. ff. quibus modis vsusfru. amit. & l. si seruo eodē etiam tit. vbi Iurisconsulti in ijs casibus testantur non tantam fuisse dubitandi causam. At vero, & si hic vsusfructus patri quæsitus fuisset ante nostram legem cum oportet, cum pater moreretur stante jam decisione d. legis, nova quæstio orta erat, an extingueretur vsusfructus morte patris, & videbatur extingui per text. dict. §. finitur, quia tamen vsusfructus quotidie legatur & cōstituitur vt vni jure accrescēdi quæratur à collegatario amissus, ac si verè nunquam legatus, & constitutus esset & amittenti nunquam acquisitus l. 1. §. fin. ff. de vsufruct. accres. intelligendo secundum Robertum lib. 2. sentent. c. 26. decidit Imperator, ibi eum vsumfructum morte patris non finiri, quasi nunc ei relictus & constitutus fuisset l. post nostram l. cum oportet, præsertim considerata testatoris voluntate, quæ est vt filius vtatur, fruatur, argum. l. 3. ff. de legat. præstand. Itaque hodie si vsusfructus filiis famil. relinqueretur, constanter defendendum est morte filij extingui ex jure novo, & eo viuente penes patrē nihil aliud esse, quā fructuum commoditatē prout suprà ostendit, & videtur sentire Tellus Ferdinandus in l. 5. Taur. numer. 8. quamvis contrarium existimet Molina lib. 1. de pa. primog. cap. 19. num. 23. quæ commoditas etsi morte filij soleat remanere in patre ex l. fi. C. ad Senat. Consult. Tert. id tamen procedit in commoditate, & vsufructu aliarum rerum, quæ ad hæredes filij transeunt, non verò in hac commoditate hujus juris quod personale est & cum persona filij extinguitur, ex quibus principijs cessat anxius labor Molinæ vbi suprà capit. 19. nu. 20.

L. fi. C. ad S.C. Tertullian. intellectus.

119 QVO etiam fit vt si filius vsusfructuarius, non administrante patre, illud jus vtendi & fruendi alij cesserit, vel alienaverit, similiter vsusfructus amitteretur atque domino proprietatis propè modū consolidaretur ex textu in d. §. [illegible] Institut. de vsufructu. l. si vsusfructus 67. ff. de jure dotium ibi, *nihil ad eum trāsire sed ad dominum proprietatis reuersurum*, probat. l. 24 tit. 31. part. 3. & sic intelligendus est Iustinianus in d. §. finitur ibi, *quia cedendo extraneo nihil agit*, scilicet in fauorem extranei, sed nihilominus vsusfructus amittatur vt ibi explicuit Accursius, quem sequitur Paul. in l. 4. ff. de novat. & ait receptam Negusant. de pignoribus 3. mem b. 2. part. numer. 3. Alciatus in d. §. finitur, & ad Paulum lib. 3. sentent. tit. 6, & ad Vlpianum titulo. 18. in fragmen. Contrariam tamen sententiam adversus communem docuerūt Aretinus in l. qui Romæ §. duo fratres numero 28. ff. de verborum obligation. Theophil. & Othoma. in dicto §. finitur vbi Balduinus latè communem convicit. Molinæus in labirintho sexdecim legum numer. fin. Pinel. in l. 1. 1. part. numer. 38. C. de bonis maternis. Suarez Lusitanus lib. 1. obserua. cap. 6. Prateius in thesauro juris civilis verbo vsusfructus, quam antea video præsensisse Accur. in l. arboribus 13. versicul. vel donec tur solutione fin. ff. de vsufruct. pro quibus facit. I. C. responsum in l. necessario 8. in fin. ff. de periculo & commodo rei vend. vbi ait jus ipsius vsusfructus uendi posse, necdum corpus fructuum. Præterea, quia, si alienatio vsufructuario permittitur, vt in d. l. arboribus §. vsusfructuarius l. non vtitur. l. cui vsusfructus ff. de vsufructu. l. in vendit. ff. de bon. auct. jud. possidend. sanè absque vlla pœna intelligenda est argument. l. Gracchus C. ad l. Iul. de adulterijs. Deinde pro hac opinione argui potest à sufficienti patrium enumeratione ex l. corruptionem. C. de vsufructu. §. finitur. Instit. eo. nec ex illis text. verbis: *Nam cedendo extraneo, nihil agit*, sequitur ergo statim, quod finiatùr vsusfructus, nisi domino proprietatis cessa sit. Denique prædicti authores ex illo juris principio juvari possunt, quo docemur, quid si jus, quod ceditur, vel transfertur in aliquem, ei non acquiritur ex aliqua causa, remaneat penes illum à quo cessum fuit l. si quis vi. 17. §. differentia. ff. de acquiren. possess. l. nec vilem

Communis opinio glossæ.

Contra communem.

Glosa sibi ipsi contraria.

lem 20. cum glos. vlti. ff. ex quibus caus. maiores l. cum quis 38. §. si debitori, ibi, *mansuros eos debitores.* ff. de solutionibus. Nec eis obstat difficilis text. pro communi adductus, cum Pomponius lib. 5. ad Sabinum, ita scribit. *Si vsusfructus fundi, cujus proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi à domino proprietatis detur: difficultas est post diuortium circa reddendum jus mulieri: quoniam dicimus vsumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis. Et si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum. Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendum esse, vt vel locet hunc vsumfructum mulieri maritus, vel vendat numo vno: vt ipsum quidem jus remaneat penes maritum, perceptio vero fructuũ ad mulierem pertineat.* Nec enim docet Consultus, quod si vsusfructus cedatur extraneo, ad dominium proprietatis statim reuertatur, sed morte cedentis in cujus persona vsusfructus consistit. Quod clarius percipi poterit si Pomponij mentem ibidem & speciem quam disputavit penitus intelligere velim, agit enim de restitutione vsusfructus in dotem dati, cum autem soluto matrimonio dotalia omnia fibi à marito restituenda, videbatur impossibilis vsusfructus restitutio, quippe qui in persona mariti ita residet, vt nullo modo ab eo separari queat, nec si mulieri propter restitutionem cedatur, in eam aliquid transferatur ex jure vsusfructus, cum solummodo persona viri vsusfructuarij inspici debeat, vt in eo extincto vsufructu ejus morte, vel alijs legitimis modis ad proprietatem sit reversurus, atque ideo huic difficultati volẽs subvenire Põponius remedij loco introduxit, vt maritus locet aut vendat vno numo mulieri jus, ita vt hoc modo jus vsusfructus penes maritum semper resideat & ab ejus persona in totum eradicari non possit, sed in ea finiri debeat, perceptio vero fructuũ ad mulierem pertineret, atque hoc casu non negat I. C. vsumfructum alienari & ipsum jus vendi posse, ita tamen vt vsufructuarij persona ad ejus extinctionem expectetur non ejus, in quem ipsum jus fruendi transfertur. Hæc de illorum opinionibus.

L. si vsusfructus ff. de jure D. intellectus.

MIHI autem videtur eos omnes interpretes non satis rem ipsam percepisse. Falluntur enim antiqui docentes vsumfructum alienari non posse. Neoterici quoque non minus decipiuntur, qui falso docuerunt vsumfructum etiam extraneo cedi posse & eo casu ad proprietatem non reverti. Atque igitur verissimum constituo vsumfructum extraneo cedi nullo modo potuisse, vendi vero aut locari rectè posse, quo casu vsusfructus ipse non in emptorem, conductoremuè transit, sed tantum fructuum perceptio ad fructuarij vitam, quod quidem si Pomponium consideramus in d. l. si vsusfructus ex eo clare deprehenditur, nam postquam negavit cessionem extraneo fieri posse, remedij loco venditionem, aut locationem faciendam admisit vno numo, sed hujus diversitatis ratio quærenda est, prænosci enim oportet quid in jure olim, *cedere*, significaret, cedere autem in jure dicebantur illi, qui dominium rei suæ in alium trasferebant, ita, vt penes se nihil remaneret, fiebat autem cessio per tria verba de quibus meminit Ovid. libr. 1. fastorum.

Cedere & cessio quid significet proprie.

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur.
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Ouid. libr. 1. fast.

Fiebat etiam per tres personas cedentis, vendicantis & addicentis, cedit dominus, vẽdicans cui ceditur, addicit Prætor, vt explicat Ulpian. in frag. tit. versic. in jure cessio. Brison. de ver. signific. verb. cessio, & lib. 1. selectarum antiquitatũ. c. 6. Othoman. de verbis juris. verb. alienare & ad ll. 12. tabu. cap. 4. Prateius in thesauro juris civilis verb. cedere in jure. Rebardus ad ll. 12. tab. cap. 16. Guevara. in topicis Ciceron. §. 19. num. 26. Et per hanc juris cessionem omnes res incorporales alienabantur vt explicat Vlpian. tit. 19. & ibi Cujac. sic servitutes cedi passim legitim. l. 3. ff. de servit. rusticorum l. per fundum in princi. eodem tit. l. nemo 29. ff. de servit. vrbanorum l. fin. ff. commun. præd. & cedere nomina. l. Iulianus 30. ff. de petitione hæred. & vsusfructus ceditur. d. l. si vsusfructus. d. §. finitur. Hac autem cessione jus omne, quod cedens in ijs rebus incorporalibus habet, in cessionarium transfert, erat enim cessio legitimus modus trans-

cessio quo modo fiebat

Omnis res per cessionẽ altemina.

Cedi seruitute.

Cedere nomina.

transferendi dominium, vt ex Vlpian. & alijs quos suprà retulimus, deprehenditur: & ex ijs apparet cur vsusfructus cedi nequeat extraneo. Nam per cessionem jus illud incorporale vtendi & fruendi transferendum erat: quod impossibile est quoniam servitus personalis est: jux. tex. in l. 1. ff. de servit. & in persona vsufructuarij adhærens, & ideo à sua persona in aliam transferri nequit. & ideo ait Iustinian. in persona extranei nihil agitur in dict. §. finitur. quæ verba magis probare videntur nostram sententiam, vt statim finiatur vsusfructus in persona vsufructuarij & ad dominium revertatur. Quod facile apparebit si conferamus tex. in l. per servum 37. §. fin. ff. de acquirend. rerum domi. cum l. qui mihi donatum. 13. ff. de donat. nihil enim agitur in persona extranei, benè tamen agitur in domini persona. Vendi autem vsusfructus, vel alio modo alienari potest, quia non est propria rerum incorporalium alienatio, sed fructuum tantum, aut corporum, quæ in vsufructu continentur, & ita jus illud incorporale non amittitur ex venditione, sed fructuum perceptio competit, quod remedij loco introductum est, vt fiat restitutio vsusfructus soluto matrimonio, & ita fructuum perceptio mulieri competet, vsusfructus autem in mariti persona residebit, & ejus morte extinguetur. Deprehenditur ergo ex prædictis vsumfructū à filiofam. fructuario extraneo cedi nō posse, quod si cedatur statim extingui & ad proprietatem reverti, vendi autem aut alienari posse, casu quo pater administrator nō fuerit vt in specie glos. in auth. idem est, infra hoc titul. deducitur etiam quod cum legum partitarum conditores communem errorem secuti fuerint in l. 14. titul. 31. part. 3. versicul. *Outro si dezimos*, non esse servandam, cum contrarium sit jure communi statutum & magis juri consentaneum, aut saltim si præd. lex patriæ propter ejus autoritatem servanda sit, ejus decisionem temperanda eo modo, quo statim declarabo, vel eo, quo limitat & intelligit Bald. in l. res quorum C. de jure dot. scilicet quando vsusfructuarius tradiderit possessionem, non vero si non tradiderit. Hinc autem Alvarus Aegidius clarissimus discipulus meus tentabat prædictam communem & legum partitarum opinionem defendere, ac rectè intelligere, & vt est ingeniosus & benè doct. effugere alio modo nitebatur verba Iustiniani & Pomponij superiùs relata: contendebat enim vsumfructum cedi nec alienari posse scilicet invito vel ignorante domino proprietatis, sic strictè intelligendo verba illa, nam cessionem vel alienationem non ex alio prohiberi dicebat quam quia per illam cessionem in extraneum factam in commodum proprietarius sentiret, ac proinde in ejus favorem factum fuisse vsumfructum nec cedi nec alienari posse, vnde cum quis suo favori renuntiare queat, nihil mirum si cessio licet impropriè cum consensu & voluntate proprietarij fieri posset, quasi nouus vsusfructus à domino constitueretur ex l. 4. ff. de novat. vbi fructuarius delegavit vsumfructum Titio, quem habebat in rebus sui proprietarij, præsupponit Consultus valere delegationem & etiam post mortem fructuarij vsumfructum non extingui, sed adhuc Titio deberi, cui vsusfructus fuit delegatus, vt manifestè probant verba text. ibi, *quia etiam hoc in commodum sentit, si post mortem meam maneat ejus vsusfructus, &c.* Sed de ijs jam satis.

Alv[arus] Aegidiu[s] Nouus i[n]tellec. §. [..] Instit. de vsufructu.

Effectus resultantes ex vsufructu patris.

SVMMARIVM

121 *Pater legitimus administrator bonorum aduentitiorum filij ratione vsusfructus tam in judicio quam extra judicium, omnia potest agere, & alienare sine decreto judicis in casibus sibi à lege permissis cōtra Caldas, qui aliud existimauit.*

122 *Filius licet jure isto sit capax acquisitionis, alienare tamē res suas non potest sine patris consensu nec mutuare, & num. 127.*

123 *Alienatio facta à filiofam. sine autoritate patris etiam juramēto firmata, non valet, contra Caldas.*

124 *Mi-*

124 *Minor habens curatorem, sine eo alienare non potest, etiam cum juramento.*

125 *Filiusfam. potest obligari in profectitijs quorum administratio filij est: non autem in aduentitijs, quorum patris administratio est.*

126 *Filiusfam. licet hodie possit obligari in aduentitijs sine consensu patris, non tamen sequitur quod possit alienare, cum vnus actus distinguatur ab alio: nempe quia alterum consistit in legitimo consensu, alterum in administratione, illud fieri poterat sine authoritate, hoc vero non poterat.*

Pater etiamsi consentiat obligationi filij impuberis, nec ipse, nec impubes obligatur.

127 *Intellectus ad l. frater à fratre versic.* (repetiturum) *ff. de conditione indebiti.*

128 *Licet seruitus etiam cum consensu vsufructuarij vsufructui imponi non possit, cum consensu tamen patris vsumfructum habentis, filius seruitutem imponere in aduentitijs, & hypothecam constituere non prohibetur.*

129 *Proprietas aduentitiorum transit in monasterium per professionem filijfam. vsusfructus tamen, quem pater habebat, remaneret penes patrem, ad quem spectare debet quandiu viuit.*

130 *Filiusfam. licet ex lege regni possit disponere de tertia parte aduentitiorum non tamen poterit disponere de vsufructu, contra Gomez.*

131 *Plena proprietas cum fructibus ad filiũ pertinet, si pater se monasterio mancipauerit, & religionem fuerit professus: nec vsusfructus monasterio acquiritur.*

Pater si dissipator sit, amittit administrationem, & per consequens vsumfructum in bonis aduentitijs.

132 *Vsusfructus nõ transit ad fiscum per hæresim patris.*

133 *Filiusfam. sine patre conueniri non potest in aduentitijs, licet secus in profectitijs.*

134 *In aduentitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, nec administrationẽ, filius sine patris consensu cõueniri potest.*

135 *Pro debitis filij fieri potest executio in aduentitijs, sed non in vsufructu, qui patri quæritur.*

Prohibitio alienationis facta in fauorem tertij, semper censetur prohibita.

136 *Casus, in quibus etiam in vsufructu patris fit executio pro debitis filij, & quo modo fieri debeat.*

137 *Filius quando exit à patria potestate per emancipationem, non autem per matrimonium, potest pater dimidiam partem vsusfructus, quem tempore emancipationis habebat, retinere in præmium emancipationis.*

138 *Seruus manumissus grauari non potest, vt aliquid det pro libertate: quæ inæstimabilis est, licet talis voluntas in testa, aliquando obseruetur judicis officio.*

139 *Intellectus ad §. cum autem infra hac lege.*

De alienatione aduentitiorũ à patre facta vel facienda.

PRIMVS effectus est quod, cum pater ratione vsusfructus sit legitimus administrator bonorum aduentitiorum filij (vt constat)[f] tàm in judicio, quàm extra judicium, omnia poterit pater agere, & alienare sine decreto judicis, scilicet in casibus sibi à lege permissis, vt probatur in l. 1. C. de bonis maternis, & fuit opinio Azonis in rubr. supra eodem Couar. lib. 1. varia. resolutionum c. 8. n. 5. Gomez in l. 48. Taur. num. 14. & 15. Tiraquel. de legib. connubialibus glos. 5. numer. 4. & communis excitatis à Gomezio vbi supra & in 2. tom. capit. 14. post num. 13. Sed certè ab hac communi sententia videtur recedere Salicetus in l. p acceps. num. 5. C. de transact. fragili fundamento, & Caldas Pereira in l. si curatorem habens verbo contractum fecisti numer. 5. versic. Cæterũ, vbi præsertim in Regno Portugaliæ defendit patrem sine decreto non posse alienare bona filij adventitia, & movetur Caldas ex Ordinationibus nostris libr. 1. titul. 67. §. 5. & 6. vbi pater ad similitudinem tutoris tenetur inventarium facere, ergo, sicut tutor 121 Communis opinio. Caldas opinio.

tutor non poteſt alienare vt conſtat, ſic & pater. Secundo argumento text. in l. ſi pupillorum §. ſi pater ff. de rebus eorum qui ſub tutel. l. 3. C. de prædijs mino. ibi *Pater.* Tertio fundatur ex Ordinatione lib. 3. titul. 87. §. 3. juncta doctrina Caſanei in conſuetudinibus Burgundiæ in rubric. §. 5. n. 4. Verum meo judicio hæc ſententia licet ex antiquis carthophilaceis deprompta à Pereira falſa eſt, nec ſuſtineri poteſt. Nam licet quod ſupponit ſit verum, ſcilicet patrem debere facere inventarium, non ideo ſequitur bona non poſſe alienare ſine decreto. Lex enim in vno caſu correcta non extenditur ad alium caſum diverſorum. Authen. quas actiones, & ibi Bart. C. de ſacroſ. Eccleſ. Præterea non obſtat ratio Caſanei, quia fatemur quod in caſu, quo pater non habet vſumfructum, neque adminiſtrationem non poterit alienare, & ſic procedit Ordinatio in d. §. tertio. Sed in caſu in quo loquimur, etiam ſi authoritate ordinationis teneatur facere invẽtarium, tamẽ nemo doctus negabit, quin etiam habeat vſumfruct. & adminiſtrationẽ, vt apertè patet ex d. Ordinatione lib. 1. tit. 67. §. 5. ibi. *Porq̃ elle por dereito he ſeu legitimo adminiſtrador*, ergo ſi adminiſtrator eſt, alienare poterit, vt in l. fin. §. filijs autem infra hoc titul. & in §. cum autem. infra hac l. quæ non inveniuntur correctæ: & facit expreſſè Ordinatio vbi ſuprà, ibi, *Nam ſerà ſeu pay obrigado a lhos entregar.* Fuit autem juſtiſſima cauſa illiùs ordinationis, ſcilicet, vt pater teneatur inventarium facere: quia poteſt contingere quod pater ſine inventario poſtea mortuo, relictis minoribus, eorum bona occultarentur, & ab extraneis hæredibus ponderentur: & hoc probat Pinelus in l. 1. 2. p. nu. 23. C. de bon. matern. Non obſtant d. l. 3. & text. in d. l. 2. & tex. in d. §. ſi pater: loquũtur enim ea jura, quãdo pater eſt curator filiorũ, diverſum autem eſt ſi pater ſit adminiſtrator, poteſt enim vt pater etiam res immobiles ſine decreto alienare vt in l. vltima. §. ſin autem æs alienum infra hoc titul. tradit Loaces in l. filiusfamil. §. divi. n. 32. ff. de legat. 1. (quem text. publica diſputatione fœlicibus auſpicijs fuit quondam aliquali patrum applauſo Salmanticæ interpretatur anno. 1579. At vt tutor, vel curator minimè alienare poteſt niſi prius cauſa cognita, & judicis decreto præmiſſo. l. ob æs alienum. Cod. de prædijs minorum. l. 18. titul. 16. part. 6. Cujus differentiæ ratio ex eo manifeſtè patet, quia poteſtas patris maior eſt re filijs, quã tutoris, vel curatoris in re minoris l. fi. C. de curatore furioſi, reſolvit elegãter Greg. Lupus in l. 24. tit. 13. par. 5. verb. *En ninguna manera.*

Ad lib. 3. tit. 87. §. 3.

3. C. de prædijs minor.

L. Ob æs alienum C. de prædijs mino.

NEC enim præſumendum eſt res filij patrem ita temere alienaturum, cum maximè præter affectionem paternam, commodum in re filij habeat. Atque igitur jam ex ijs conſtare poterit prædictam ſententiam communem in regno Luſitaniæ intactam manere, ſecundum quam praticari à viris doctiſſimus Olyſſipone ſæpius audivi. Quibus tamen addendum puto circa inventarij confectionem in regno Caſtellæ idem, quod in Luſitania obſervari debere, quando videlicet illud filius petierit, vt probari poteſt ex traditis à Molina libr. 1. de Hiſpanorum primogenijs capitul. 15. numer. 34. & ex eodem libr. 1. capit. 28. numer. 4.

De alienatione filij in bonis adventitijs.

122 SECVNDVS Effectus eſt, quod licet jure iſto filius ſit capax acquiſitionis, alienare tamen res ſuas non poteſt ſine patris conſenſu & authoritate l. fin. §. filij autem, hoc titul. explicat pulchrè Minſingerius Centuria legali. 3. obſervat. 10. Nec id eſt iniquum cum lege prohibeatur ex juſta cauſa ſecundum Bartoli doctrinam communiter receptam in l. ſi quis vi. §. differentia ff. de acqui. poſſeſ. Cauſam enim prædictæ prohibitionis non reticuit Imperator in d. §. filijs, imò ſtatim elegantiſſimis verbis eam ſic expreſſit, *melius eſt*, inquit, *coarctare juveniles calores ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, &c.* Cognovit enim rectè eos facile credulos, vt notat gloſ. in l. cum dotem §. eo tempore verb. juvenis ff. ſolut.

Iuuenis eſt facile credulus.

ſolut. matrimonio atque ineffrenatæ libidini plerumq; deditos, nec vnquam ſatis ſuo naturæ fervori repugnantes, vt in l. ſi vero non remunerandi §. ſi adoleſcẽs ff. mandati. auth. de non eligendo ſecundum nubentes §. optimam collatio. 1. nec vſquam perdiu ſtabiles vt ex ſententia Salomonis notat gloſ. in §. 1. Inſtituta de juſtitia, & jure, maximumque propter hæc ſuis rebus, ſi liberè eis (prout de Phaetonte poetæ fabulantur) regimen committeretur, exitium allaturos, quæ mirè deſcripſit Horatius de arte poetica in ijs verſibus.

Iuuenis mutabilis.

Horat. de arte poet.

Imberbis juuenis, tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine cãpi
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.
Vtilium tardus, prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq; & amata relĩquere pernix

Quò ſit quàm præſtans & neceſſarium eſſet ſuarum rerũ alienandi facultatẽ juvenibus interdici argum. l. fi. C. in quib. 123 cauſ. in integ. reſtitutio non eſt neceſſaria. Quod adeò procedit, vt & ſi filiusfam. apponat juramentum, alienatio tamen non valeat, vt ſentit gloſ. in d. §. filijs autem, & ibi Bald. & Paul. Caſtr. & idem Bald. in auth. ſacramenta pub. C. ſi advers. vendition. & eſt recepta ſententia ſecundum Oroſium in l. & hæred. §. filiæfamilias numer. 5. de pactis: & ſi contrarium teneat Crotus in l. frater à frat. nu. 117. de cond. ind. & eo non relato Pereira in l. ſi curatorem habens, & in tractat. de renouatione quæſt. 16. numer. 61. Et quanvis predicta communis moveatur ex eo, quod quando alij præjudicium ſit, juramentum non ſervatur, cap. cum contingat cum alijs de jur. jurand. tradit Anton. Gomez. in l. 54. Taur. Caldas de renovatione quæſt. 11. numer. 25. & quod in propoſito ſit patri præjudicium in vſufructu, manifeſtum eſt: ea tamen ratio non concludit, quia potuit juramentum ſervari, retento vſufructu penes patrem, juxta textum in l. fundi Trebaliani. 38. ibi, *vendere.* ff. de vſufructu legato, præſertim cum vſusfructus duret in vita patris l. 4. 124 ſuprà eodem l. fin. C. ad Tert. Vnde

Communis opini.

Ratio communis refellitur.

tu dic veram hujus rei rationem eſſe, quod cum propter vſumfructum habeat pater legitimam bonorum adminiſtrationem, vt conſtat ex omnibus legibus hujus tituli: Conſequens & neceſſarius effectus eſt, vt filius etiam cum juramento nequeat alienare, propterea quod ipſe adminiſtrationem non habet, ſed pater: nec obſtat vinculum juramenti, quia cum illi, cum quo filius contraxit, non ſit jus efficax quæſitum propter legis prohibitionem, facilis erit abſolutio, ne juramentum ſit vinculum iniquitatis: & idem dicendũ eſt minore habenti curatorem, & ſine eo contrahẽte: quo caſu cum adminiſtratio ſit penes curatorem, vt in l. ſi curatorem habens C. de in integrum reſtitut. conſequens eſt vt alienare non poſſit etiam cum juramento: vt poſt multos authores tradit Caldas Pereira, ſibi contrarius in d. l. ſi curatorem habens, verbo hunc contractum in principio.

Melioratio proponitur cõmunis opinioni, ſupra citatæ.

NEC obſtat quod filiusfamilias poteſt obligari tanquam paterfamili. l. tam ex contractibus 57. de jud. l. filiusfamil. ſ. la. 2. ff. de actionibus. & obligationibus. Quia reſpondetur id procedere in profectitijs, quorum adminiſtratio filij erat ex patris voluntate, & quandiu erat in poteſtate, quanvis in ſolidum eſſet obligatus l. ſi quis cum filio ff. de pec. ſatisfaciebat enim de peculio patris l. 3. §. ſed vtrum ff. de minoribus factus vero ſuis juris, ſolum in id quod facere poterat, conveniebatur l. 2. ff. quod cum eo ſecundum ea quæ ſuprà declaravimus in prima parte hujus legis. At in adventitijs propterea quod adminiſtratio patris eſt, filius efficaciter ſine ejus conſenſu nequit obligari per text. in d. §. filijs autem, quod tradidit quondam dñs meus in lectura hujus textus. Ego vero vlterius ſtatuto, 126 quod licet filiusfamilias etiam hodie poſſit obligari ſine conſenſu & authoritate patris, vt mihi magis placet: quia in hoc nihil eſt immutatum jure novo: non tamen ſequitur, quod poſſit alienare: diſtinguitur enim vnus actus ab alio, vt quamvis obligari poſſit, alienare tamen non poſſit: quemadmodum, & minor, qui curatorem habet, quamvis

M2 enim

enim obligari possit. l. puberes 101. secundum veriorem intellectum quem ibi ponit Cujac. (licet aliter receptum sit) de verbor. obligat. tamen alienare non potest d. l. si curatorem habens. Item minor potest obligari ad rem immobilem tradendam, & tamen poterit tradere sine authoritate prætoris l. magis puto 5. §. si pupillus, de rebus eorum. Vbi Vlpianus scribit. *Si pupillus stipulanti spoponderit, an solvere possit sine prætoris authoritate? & magis est ne possit: alioquin inventa alienandi ratio, &c.* Nemp è quia alterum consistit in legitimo consensu, alterum in administratione: Illud fieri potest sine prætore, hoc vero non potest, & filiofamil. rectè hoc accommodatur, vt quamvis obligari sine patris consensu possit ex d. l. tam ex contractibus, alienare tamen non possit ex d. §. filijs autem. Cæterum id debet intelligi in filiofamil. pubere: nam filius famil. impubes, etiam cum consensu patris obligari non potest l. fin. §. 1. ibi, *ne authoritate quidem patre* ff. de verb. obligat. Cujus rei ratio ea esse potest, quia non potuit cadere obligatio personalis in filiofamilias impubere, cum solus sine patre personam non habeat l. fin. ibi. *Cum & natura pater & filius eadem persona pene intelligantur.* C. de impub. & alijs substi. consensus vero patris non fuit interpositus ad hoc, vt ipse obligaretur, sed filius, vnde quamvis consentiat, nihil tamen fit, quoniam pater non obligatur, quia non voluit, nec filius, quia non potuit. Quod tamē in pupillo patrefamil. recipi nō potest, quia cum tutoris authoritate rectè obligatur, quoniam in eum rectè cadit obligatio, cum sit paterfamilias. Nec obstat quod eadem ratio filijfamilias impuberis militat etiam in filiofamil. pubere. Quia respondetur, puberem post legitimam ætatem, cum posset naturaliter cōsentire, æquum esse, vt qui consentire potest, obligari possit, quam juris vtilitatem non advertit Caldas Pereira, in suo tractatu, quem ad l. si curatorem habens non in eleganter conscripsit.

L. fin. §. 1. ff. de verb. oblig. noua, & elegans ratio.

127 EX prædictis consequitur cum filius non habeat jus alienandi in adventitijs quod nec mutandi facultatem habebit l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur: ac proinde cessabit decisio famosæ legis frater à fratre ff. de condict. indeb. Si vero pater vsumfructum non habeat & ipse filius solus administrationem: juxta tex. & ibi glos. in auth. idem est infra hoc titul. tunc numeranti filio pecuniam adventitiam patris nomine duæ obligationes cōtrahuntur. l. certi condictio §. si nummos ff. si cert. pet. cum materia, & ceslat decisio d. l. frater à fratre, quicquid glos. ibi dicat communiter recepta, fallitur enim ex ijs quæ infra dicam in 3. part. de bonis castrensibus. Si vero suo nomine tanquam extraneus mutuavit in solidum fratrem obligavit civiliter (potest enim hodie inter eos nasci civilis obligatio, vt supra vidistis ex l. jubemus §. 1. C. ad Senat. Consult. Trebel. num. 94. patrem vero de peculio l. siquis cum filio. ff de peculio. ac per consequens decisioni legis frater à fratre locus non erit secundum glossam ibi, quam alij sequuntur: sic fiet, vt mortuo patre, tanquam debitor pro parte sua hæreditaria nō repetat, pro parte vero cohæredis eatenus repetitionem habeat, quatenus de peculio, quod ex mutuo fratris auctum est, ad eūdem fratrem creditorem, & cohæredem peruenit secundum regul. d. l. frater à fratre. quicquid Iasf. ibi in repetitione numer. 27. contrarium teneat indistinctè, cujus opinio solum procedit quando pecunia mutua facta est adventitia in persona filij debitoris, quod casu levis differentia non est inter casum, quo filius mutuavit pecuniam nomine suo, & casum, quo nomine patris mutuavit, quia quando nomine patris numeravit, directo pater obligatur d. §. si numos, & per consequens pro parte filij mutuantis extinguitur obligatio in solidum l. debitori C. de pactis, nec habetur illa ratio peculij. Quando vero simpliciter mutuavit, pater solum tenetur de peculio in d. l. siquis cum filio, & eatenus extinguitur obligatio, quatenus ad eum pervenit de peculio filij debitoris, ex text. in d. l. frater à fratre.

Rejicitur glo. opin. cōm. in d. l. frat. à fra.

Hinc apparet intellectus ad prædictam l. frater à fratre versiculo, *repetiturū*, cujus ratio est secundum Bart. & omnes ibi, quem explicat. Corras. numer. 6. scilicet, quia cum filius patri, cujus erat pecunia mutuata, hæres esset, atque ideo debitor creditori succederet, confusa est obliga-

obligatio pro parte hæreditaria l. debitori C. de pactis, videtur enim ipse debitor hæreditati solvere l. si debitori ff. de fidejussoribus, & locupletiorem adire hæreditatem l. 1. §. si debitor. ff. ad l. falcid. l. si ei cui vendidi. §. si is cui ff. de evictionibus, ac proinde solutionis potestate, quæ naturalis est. l. verborum ff. de solutionibus, non solum civilis, sed & naturalis obligatio extinguitur. l. Stichum §. aditio ff. de solut. quicquid dicat Hotom. qui novo quodam ingenio cōtendit morte patris non fuisse extinctam obligationem, sed per successionem peculij, ad fratrem mutuantem judicio familiæ ercis cundæ pervenientis, quod probat ex tex. in versiculo, *naturalem*, & in versiculo, *adeo*, atque ideo ait filium debitorem pro parte hæreditaria, quasi hæredem non repetiturum contra antiquam librorum fidem addita negatione, cujus opinionem refutat Cujacius in tractatu. 9. ad Africanum. Sed quia Hotom. in renovata disputatione contra Cujacium suam opinionem defendit, & argumenta adducit fortiora: rejectis rationibus Cujacij, advertendum est, pro vera articulari resolutione, quo Hotoman. decipitur in eo, quod putat filium mutuatarium solum fratri debere, non patri, atque ita existimat hæreditario jure succedentem in peculio suo juxta l. certum. C. fam. ercis. obligatum manere, quasi hæredem patris, qui ex mutuo, *inquit*, tenebatur filio mutuanti pro filio debitore, ex regul. l. si quis cum filio ff. de peculio, ac subinde quasi hæredem non repetiturum. Cui argumento Cujacius non respondet benè, negat enim debere patrem filio mutuanti, quod nos admisimus supra contra communem in prima parte de bonis profectitijs, & verum est, vt Hotomanus contra eum existimat, & fuit opinio Hugon. quem glossa magistra ibi refert. Tu autem dicas filium mutuatarium patri debere pecuniam, quam mutuam accepit à fratre, vt probat l. peculium ff. de peculio, cui Hotoman. non respondet: retenta enim consideratione Hotomani adhuc probat Vlpianus ex opinione Servij contra Hotomanum, id quod filio debet servus, patri ac domino debere jure potestatis, si igitur filius mutuatarius patri debet, rectè confunditur obligatio morte patris secundum prædicta. Quod enim Hotomanus ibidem ait; eam confusionem intelligendam esse in extraneis, non vero in hæredibus suis, in quibus non diversa patrimonia cēsentur, sed vnum atque idem continuatur ex l. in suis ff. de liber. & posthumis, refellitur hoc modo ex eo, quod filius in vita patris existimatur quidem dominus bonorum, sed non hæres, quemadmodum patris viventis non est hæreditas l. qui superstitis. ff. de acquirenda hæreditate l. 2. ff. de rerum divisione, & in principio Instituta de rebus corporalibus, ac subinde morte patris novum jus quæritur, quod filium obligat creditoribus paternis l. more, ff. de acquirenda hæreditate, efficitque cōfusionem debiti, & crediti, vt dictum est. Argumentum vero Hotomani non obstabit, quia concedimus patrem debere filio mutuanti ex opinione Hugonis superius relata, sed negamus eam obligationem, quæ de peculio est in persona patris in filium mutuatarium transire, quoniam talis obligatio non est directa nec principalis, sed respectiva & accessoria, vt patet, extinguiturque extincta principali obligatione argumento l. cum principalis ff. de regulis juris, liberato igitur filio debitore patris, pro parte hæreditaria, liberabitur etiam pater debitor filij mutuantis pro eadem parte. Denique contra Hotomanum retorquetur consideratio sumpta ex versiculo, *naturalem*, & ex versiculo, *adeo* loquuntur enim in alia parte obligationis, quæ extinguitur in persona filij creditoris per obventionē peculij, quod patet ex eo, quia Iulianus relatus ibi ab Africano, loquitur solū de parte hæreditaria pertinente ad filiū creditorem, vt patet ex textu, & probatur ejus opinio in l. quæsitum §. 1. ff. de peculio, & in l. his consequenter §. fina. ff. familiæ erciscundæ, probat Bartolus nu. 46. ergo pars filij debitoris per confusionem fuit sublata secundum commune, quicquid dicat Hotomanus, cujus opinio si vera esset, sequeretur eundem filium mutuatarium fortè ex asse institutū solvendo fratri exheredato, nihil repetiturum, quod tamen falsum est, cum peculium ex hæreditate pertineat solum ad

Hotomani sētentia ad l. fr. à fra. refellitur à Cujacio.

Vltra ratio nes Cujac. Hotoman. novis argu tis refutatur.

Aliud Hotoman. argumentum rejcitur.

Contra Hotomani tex recusio.

ad filium hæredem l. certum C. familiæ ercifcundæ. Nec quicquam in contrarium facit textus in d. l. frater à fratre in verficulo finali, quia retento eodem themate, de quo Africanus agebat, intelligendus eft in emancipato, cui pater peculium non retinendo videbatur conceffiffe l. donationes §. pater ff. de donationibus.

128 EX Superioribus tamen fatis colligitur, quod accedente patris confenfu poterit filius alienare, mutuare, adventitia pignori dare, & feruitutes imponere: hæc enim omnia fub verbo alienationis continentur l. fi. C. de rebus alie. non alie. ita docent omnes in d. l. vltima §. filijs autem in fin. eod. fubfcribit Caldas in l. fi curatorem habens verb. venum dedifti. num. 1. Sed obftat text. difficilis in l. fed & fiquis. 19 §. fin. ff. de vfufructu dum probat etiam confenfu vfufructuarij non poffe imponi feruitutem quod ita Vlpian. expreffit in his verbis, *proprietatis autem dominus ne confetiête quidem fructuario feruitutem imponere poteft.* In qua difficultate gloffa in d. § filijs autem, & Paul. infiftunt, fed non fatisfaciunt. Tu dic quod pater filio rectè confetiat tanquam legitimus adminiftrator: nec enim verus eft vfusfructuarius, vt fupra diximus, at ille qui verus eft vfufructuari, domino feruitutem imponenti non poteft confentire d. §. fin. rationes vero hujus rei plures refert Pinel. in l. 1. 2. p. num. 74. de bon. matern. fed ijs rejectis verius dicendum puto, quod fi confentire poffe, efficeretur, vt vnus & idem locus duobus infolidum ferviret: quod eft contra naturalem rationem l. fi vt certo §. fi duobus vehiculum. ff. commodati. nec enim vfufructuarius poffet confentire, vt fuo jure fibi vti, quandocunque non liceret. l. penultim. ff. de pact. l. quoties verfic. & ideo ff. de feruitut' vnde fit vt feruitus, quæ non diminuit jus vtêdi fruendi recte imponatur, vt probat l. C. in l. nifi 20. ff. de vfufru.

Vltra Pin. noua proponitur ratio.

(:!:)

De alienatione neceffaria filijfamilias in bonis adventitijs.

TERTIVS Effectus eft quod licet filiusfamil. non poffet alienare bona fua fine patris confenfu, vt fupra diximus, fi tamen ingrediatur religionem, quo cafu autoritate legis bona transferuntur in monafterium, authent. ingreffi. C. de facrof. Ecclefi. licet profiteatur religionem fine patris voluntate, alienat tamen bona fua, quia prohibita alienatione, & adminiftratione intelligitur prohibita ea, quæ fit fola prohibiti voluntate l. 3. in fine principij ff. de rebus eorum qui fub tutella vel cura funt: non autem quæ fit ex legis minifterio, tunc enim, fi res aliàs eft alienabilis, prohibitio ceffat: tradunt Doctor. in cap. in præfentia extra de probationibus, vbi Deci. num. 33. & ingeniofe Pereira de renovatione emphyteu. quæft. 19. num. 22. & idem in l. fi curatorem habens, verbo cum non abfimilis. num. 37. Et fuit opinio Speculatoris de ftatu monachorum, licet prædicti authores aliam reddant rationem. Et averto, quod licet in prædicto cafu proprietas bonorum adventitiorum tráfeat in monafterium per profeffionem filijfamil. vfusfruct. tamen remanet penes patrem, quoniam licet ceffet hujus patris poteftas in filio juxta gloffa l. fi ex caufa. §. Pomponius ff. de minoribus non potuit filius patri fuo præjudicare in vfufructu, ad quem fpectari debet quandiu viuit l. 4. fupra hoc titulo, & ita tradit Decius in dicto capit. in præfentia, num. 62. Doctores, quos refert Pinel. in l. 1 prima parte. nume. 43. de bonis maternis Caldas in l. fi curatorem habens verb. læfis num. 143. Anton. Gomez. in l. 6. Taur. numer. 11. Matienzo in l. 1. glof. 3. numer. 20. tit. 8. lib. 5. novi Ordinament. fic tempora decifio authen. ingreffi. C. de facrofanct. eccleſ. juncto argumento legis conficiuntur. 8. §. fi poft factum ibi (*& de alienis quodammodo rebus*) ff. de jure codicillorum fiunt enim bona monafterij, ita vt patri non aufera-

auferatur vlusfructus, quem acquisivit ex regula hujus legis. Quæ opinio intelligi debet in vlusfructu eorum bonorum, quæ filius habebat tempore professionis: nam eorum, quæ postea filius monachus quæsivit, & proprietas & vlusfructus ad religionem spectat: quoniam authoritate juris pertinet vlusfructus ad patrem eorum bonorum, quæ stante lege, licet, si acquiruntur: hæc autem bona etiam stante dict. l. placet non acquiruntur patri, sed religioni cap. olim el 2. & ibi Innocen. extra de privilegijs, tradit doctissimus Martinus Azpilcueta de redditibus Ecclesiast. quæst. 3. num. 25. idque ex eo, quia quod non residet penes filium, sed in alium transfertur, patri non acquiritur l. sed etsi pater §. 1. ff. ad Senatus Consult. Maced. ita etiam vsusfructus eorum bonorum post professi nē patri acquiri non potest, propterea quod ex lege nostra ita demum acquiritur vlusfructus patri, si secundum legem antiquam proprietas acquirebatur, & hæc sententia vera est, quicquid nonnulli ex eo, quod putant, per ingressum religionis patriam potestatem minime dissolvi, vti fuere Matesalanus tractatu de successionibus abintestato in principio num. 7. cui videtur subscribere Pinelus in l. 1. 1. parte numer 45. de bonis mater. Caldas vbi supra à quorum opinionem noster ille concurrēs doctissimus Aegidius Ramirez nunc Reges catholici cōsiliarius dignissimus (quē etiam honoris causa vbique nomino) libenter amplectitur, quod verum non est: cum & illud quod præsupponunt prædicti authores, sit falsum, vt patet ex traditis à Costa in cap. si pater, verbo testatore mortuo numer. 11. Ascan. de patr. potest. c. vltim. ex numer. 67. & vt indubitatum observat Caldas de nomin. quæst. 6. numer. 8. scilicet religione filij patriam potestatem dissolvi, & filium incipere esse in potestate abbatis, atque ita plane procedit resolutio quam supra posui. (:!:)

Animadversio cōtra Mathesal. Pin. & alios.

De testamēto filijsfamil. in bon. aduentitijs.

QVARTVS effectus est quod licet autoritate legis 6. Taur. filiusfam. possit disponere de tertia parte bonorum adventitiorum, non tamen poterit disponere de vsufructu, quia in eo filius patri suo præjudicare non potest l. si. § filijs autē juncta communi ibi, infra eodem. & ita in terminis tenet Bald. in l. si quæramus in fine ff. de testamentis argum. l. si quando 35. in principio de inofficiosa quam in proposito adduxit Caldas in l. si curatorem verbo læsis sub numer. 129 col. 7. Grego. in l. 13. tit. 1. part. 6. Peral. in rub. de hæred. inst. numer. 180. Tello Fernand. in l. 5. Taur. Pelaez de maior. 1. part. q. 1 numer. 38 & 46. & hanc esse communem resolvit Matienzo in l. 4. tit. 4. glos. 3. numer. 3. & 4. qui debuit citare Molinam optime resolventem lib. 1. de primogen. cap. 11. num. 24. facit text. in argum. in l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico: & quod per illum textum tradit Lusitanus Caldas de nominatione emphyt. quæst. 21. numer. 56. quidquid Gomez. in l. 6. Taur. num. 13. & 14. 130

De testamēto filij fam. in bon. aduentit.

Quibus casibus amittitur vsusfructus peculij aduentitij in persona patris, & filio adquiritur.

131 QVINTUS effectus est, quod vsusfructus semel patri quæsitus transit in monasterium, si ipse profiteatur, tenet glossa in authen. idem est ibi, *& non finitur*, infra hoc titulo, & durabit in vita sua, juxta text. in l. fin. supra ad Senat. Consult. Tertul. & hæc est magis communis opinio secundum Decium in cap. in præsentia num. 66. de probat. & eam etiam resolvit communem, referens plures contra aliam communem, Doctor Espinio in speculo testam. glos. rubri. 4. part. num. 16. Cōtrarium tamen tenet Salicet. & Ias. in auth. 131

Duæ opiniones in hoc articulo.

auth. ingressi num. 48. de sacrosan. eccles. & alij quos refert idem Espino vbi supra Gomez. in l. 48. Taur. numer. 8. Couarru. in cap. 2. de testament. vbi tenent plenum proprietatem cum fructibus ad filium pertinere. Quæ opinio verior mihi videtur ex eo, quia cum pater ingrediendo monasterium transeat in potestatem Abbatis cap. non dicatis 12. quæst. 1. cap. fin. de sepul. lib. 6. consequens est, vt bona filij administrare non possit, & per consequens videatur ipse administrationem & vsumfructum filio dimittere: qui vsusfructus ad patrem spectat secundum has leges propter administrationem. Vnde ex ipsa patris remissione, quæ profitendo fieri intelligitur, vsusfructus ad filium spectat juxta §. sin autem infra hac l. Cui addatis casum alium, quo pater amittat administrationem, scilicet si dissipator sit, vt in l. fin. §. minores C. de sententiam passis. tradit Alexand. in l. Imperator. num. 6. ad finem ff. ad Senat. Consult. Trebel. Pinelus in l. 1. 2. p. num. 33. C. de bonis maternis. Molina lib. 1. de primogen. c. 16. num. 7. Baeza tract. de decima tuto. cap. 4. num. 8. & per consequens vsumfructum, vt in terminis observat aduersus Ioannem Andream Paulus num. 4. & Alexand. num. 6. in d. l. Imperator, & est recepta sententia ex Boerio decisione. 61. num. 17. in quo manifestè labitur Arclatanus in l. generaliter numer. 168. C. de

l. fin. §. minores C. de sententiam passis.

Communis opinio.

132 secundis nupt. Similiter etiam si propter hæresim pater fuerit condemnatus, publicatis ejus bonis per hæresim, filius vsumfructum vendicabit, quem pater habebat in bonis adventitijs filij ex ratione supradicta, & quia cessat jam patria potestas ex cap. 2. §. vltim. vbi glos. de hæret. in 6. Alcan. de patria potest. effectu. 7. quæ vna est fundamentum acquisitionis vsusfructus, vt supra notavimus: traditum est enim cessante causa, cessare ejus effectum cap. cum cessante de appellat. tradit Simanc. catholi. insti. titul. 9. numer. 81. & ante eum hæc opinio probatur à Salicet. in l. post hac C. de bon. damn. cujus meminit Quemada quæstione fiscali. 14. pagin 70. Pro qua sententia facit ea ratio, quòd vsusfructus nõ potest transferri in extraneam personam §. finitur, ibi, *quia cedendo*, insti. de vsufructu: seu bona quæ non transeũt in extraneum, confiscari non posse receptum est l. Imperator. 12. ff. de fideicommiss. lib. vbi Bart. l. jura de jure patronat. Bossius in praxi. titu. de publi. bon. num. 40. & cum infinitis dicit communẽ Molina lib. 1. de primogen. cap. 20. num. 9. & nos diximus late supra num. 48. Quibus etiam accedit argument. in l. 1. ff. de vsufruct. legato, ne fiscus haberet vsumfructum vsusfructûs, quod juris ratio nõ patitur: & quia vsusfructus non est in bonis ex eadem l. 1. ergo confiscatis bonis, non veniunt vsusfructus, quidquid nostri commilitonis in alia Cathedra substituti Pagella in aliud tendat cum Gomez. lib. 2. variar. c. 15. num. 16. & Ioannes Garcia Galateo tit. de expensis num. 47. cap. 10. in fine. Quin dato, quod vsusfructus publicetur secundum eos, adhuc tamen fiscum cogendum esse restituere filio, qui matrimonium contraxit, pro constanti asserendum est, quia pater id facere tenebatur ex l. 48. Taur. ergo & fiscus, argument. l. 3. & 4. de bon. damn. l. Marcellus. 3. §. vltim. ff. ad Trebel. l. in facto 59. § fiscus ff. de conditio. & demonstratio.

Bona quæ nõ transeũt in extraneum confiscari non posse.

Fiscus tenetur reddere vsũfruct. filio conjugato dato quod vsusfruct. cõfiscetur.

De conueniẽdo filio in peculio adventitio.

SEXTUS effectus est, quod etiamsi filiusfamil. olim possit tanquam reus 133
esse in judicio sine patris consensu l. filiusfamil. la. 1. ff. de actio. & obligat. quia scilicet poterat obligari l. tam ex cõtractibus. ff. de jud. vt de peculio solueret juxta l. 3. §. sed vtrum ff. de minor. hodie tamen non potest, etsi conueniatur in aduentitijs: nam sine patre non habet legitimam personam standi in judicio, quemadmodũ nec minor sine curatore, vt in principio instit. de curat. l. in vniuersis. 11. Cod. qui tutores dari possunt Quod aperte constat ex l. fina. §. necessitate, infra hoc titul. vbi notant Fulgosius, & Corneus; & est text. per locum à speciali in cap. vltimo in fine de judi. lib. 6. tradit Curtius Iunior in l. 1. num. 65. C. qui admitti. Unde caue à glos. fin. in §.

Cap. vlti. de judic. lib 6.

item

item inutilis Insti. de inutilibus stip & à Paul. in d. §. necessitate. numer. 6. Lanfranco in cap. quoniam contra verbo, cõfessis. num. 5. de probat. dum dicunt filiumfam. non posse convenire sine patris consensu: Sunt enim intelligendi in advētitijs, ex prædicta ratione: nam in profectitijs, cum nihil sit immutatum ex nostra lege, habebit locum d. l. filiusfamil. & ita tenet Angelus in §. pupillus. num. 5. insti. de inutil.

134 VNDE deducitur in his adventitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, nec administrationem, patris consensum non esse necessarium, ex text. in d. capit. fin. de jud. libr. 6. per quem ita tenent Doct. communiter secundum Ias. in l. sensium nume. 5. & ibi Riminaldum numer. 3. C. qui testa. facere possunt: Gomez in §. actiones. num. 17. de actio. Palat Rub. in rub. §. 42. numer. 9. Etsi contrarium teneat Decius in auth. quod locu[m]. C. de Collat. numer. 6. per d. versi. necessitate: qui text. nihil obstat. quoniam ejus verba sunt hæc: *Necessitate per officium judicis patri imponenda tantummodo filio consentire vel agenti, vel fugienti, ne judicium sine patris voluntate videatur consentire*) Requiritur autem ibi consensus patris, quando filius conuenitur super bonis in quibus pater non habet vsumfructum: potuit tamen habere, & sic in signum repudiationis requiritur patris consensus, & voluntas: & ita explicat Bart. in l. 3. §. sed vtrum, & in d. versi. necessitate, post antiquiores, & est recepta interpretatio secundum Ripam. in l. 1. §. fuit quæsitum. num. 3. ad Trebel. Vel melius respondetur, quod etsi pater in eo casu non habeat vsumfructum bonorum, super quibus filius convenitur, non tamen negat quin habeat administrationem. Vnde ad integrandam personam filij, requiritur patris consensus secundum prædicta.

l. fin. § necessitate infra hoc titul.

Communis interpretatio.

De executione in aduentitijs, pro debitis filij.

135 SEPTIMVS effectus notabilis est, quod cum vsusfructus adventitiorum patri acquiratur ex nostro tex. necessarius & consequẽs effectus est executionem pro debitis filij fieri posse in adventitijs, quæ filio quæruntur, sed non in vsufructu, qui patri quæritur: Pro quo est text. in l. pen. vbi colligunt Bald. Salicet. & Paul. num. 2. C. qui bonis cedere possunt Alexa. in l. si finita §. si de vectigalibus num. 51. de damno infecto. Sed verior videtur sententia, quòd nec in proprietate aduentitiorum, possit fieri executio viuente patre, quia si filiusfamil. sine patris consensu super aduentitijs contraxit, non potuit efficaciter obligari. l. fin. §. filijs autem, infra hoc titul. nec potest fieri executio in proprietate, & ita intelligit Bart. in d. §. si de vectigalibus versiculo, sed melius colu. fin. Albericus in l. & si condemnatus de noxalibus. Ias. in §. omnes numer. 11. de actionib. Gomez. 2. tom. vari. cap. 13. n. 12. quæ probatur ex l. fi. §. filijs autem. infra eo. Nec obstat quod videatur alienatio necessaria, quæ non censetur prohibita. Quia respondetur quòd prohibitio alienationis facta in favorem tertij, vt in hoc casu scilicet patris, etsi necessaria sit semper censetur prohibita, vt supra dixi in 2. parte hujus textus. ex Bart. (quem supra retuli nu. 87.) recepto communiter secundum Molinam lib. 4. primogen. cap. fin. num. 75. & hæc opinio videtur tenenda sine dubio, quia aliàs daretur ocasio filiofamil. defraudandi prohibitionem legis, contrahendo debita, quorum ratione fieret executio in proprietate adventitiorum: facit regula text. in l. oratio ff. de sponsalib. quod prohibitio vno, censetur prohibitum, &c.

l. pen. C. qui bonis ced. poss.

136 Illud vero est certum, & expeditum: in vsufructu, qui est patris nullo modo fieri executionem, quia jam hodie super aduentitijs non convenitur nisi tanquam legitimus administrator nomine filij ex glossa in l. pater qui castrense, gloss. magna, versiculo idem in adventit. de castrensi peculio. Præterquam si pater ipse consentiat, juxta gloss. in l. & si condemnatus ff. de noxalib. Videtur autem pater consentire, si concesserit filio ipsius peculij administrationem ex Barto. vbi supra col. fin. recepto per Alexand. ibi numer. 51. cum sequentibus. Ias. in §. actiones. num. 13. de act.

Abb. Panorm. consi. 66. lib. 2. Boer. decis. 7. num. 17. Quæ sententia vera est, propterea quod cum filius super adventitijs legitimè contraxerit. juxta d. §. filij autem, iniquum foret executionem non fieri etiam in patris vsufructu, non tanquam in bonis patris, sed tanquam in bonis filij, cum vsusfructus non consideretur, nisi deducto prius ære alieno, vt infra dicam: quidquid frustra de hac re dubitasset Rom. quem refert Alexand. supra existimans nec in proprietate fieri posse executionem, quasi pater administratione concessa, non potuerit filio alienandi facultatem concedere, quam ipse non habebat: nec enim aduertit Roman. ejus argument. procedere si filiusfamilias patris nomine contraxisset. Fatemur enim quod pater eam facultatem non habet nomine suo. l. 1. supra de bon. matern. habet tamen nomine filij, tanquam ejus legitimus administrator, ex §. non autem infra hac lege: vnde verius dicitur pater eam facultatem liberam filio dimittere, quam concedere. Item si similiter pater consenserit filio contrahenti, vel agenti in judicio, vel se defendenti, ex glos. in d. l. 3. §. sed vtrum de minorib. verbo, inuito, ibi, *Quia prima causa consensit*, quam ibi sequitur Bart. & plurimi autores relati à Tiraquelo de legib. connubia. glos. 5. num. 150. Quæ omnia procedunt etiam in filiofamili. minor ex Bal. in l. pen. n. 10 C. qui bonis cedere possunt. Abb. in cap. 2. nu. 15. de delictis pueror. quicquid contradicat Roman. consil. 120. quem sequitur Parisi. consi. 94. num. 41. volum. 10. Item & similiter executio in vsufructu patris fiet, si filius tanquam hæres ex aliqua causa conveniatur, vel delinquat, ita vt per sententiam condemnatoriam maneat obligatus, (potuit enim filius delinquendo obligari. l. tam ex contractibus. ff. de judicijs) & ratio est, quia pater habet quidem vsumfructum in bonis filij: cum enim bona dicantur deducto ære alieno. l. subsignatum. §. bona ff. de verb. significat. sequitur in bonis tantùm, quæ supersunt, deducto prius ære alieno, superesse patris vsumfructum: aliàs enim sequeretur, quod si filius haberet in nuda proprietate tantum, quantum debet, proprietas tota decederet à filio, & pater retineret totum vsumfructum, quod est absurdum, & contra filij vtilitatem, cui providere intendit imperator. Rectius ergo fiet executio hoc modo, vt vna res tota vendatur, & si illa sufficiat ad debiti solutionem, tunc in reliquis bonis habeat pater vsumfructum. Nec obstat textus in dict. l. penultim. verb. acquiri. Cod. qui bon. ceder. poss. quia loquitur enunciativè in bonis adventitijs, nec aliquid disponit super vsufruct.

Bald. sententia defenditur contra Rom.

Executio in vsufru. quomodo fiat.

His tamen notabiliter in praxi addendum est, si pater non habeat penes se vlla bona filij, & pro filio delinquente condemnationem solverit, quòd poterit mortuo patre alter filius pro parte retentionem debiti ad se pertinentem deducere, tanquam hæres in judicio familiæ erciscundæ, cùm enim filius pro quo solutum est, naturaliter patri teneatur, necessario recipienda est talis deductio: filium vero naturaliter manere obligatum patri constat ex text. in l. peculium. §. fin. ff. de pecul. atque etiam ex eo, quod obligatio naturalis inter patrem & filium, dominum ac seruum, nascatur necne, an non nascatur, peti debet ex causa civili. l. non solum §. 1. ff. de peculio junct. tex. in princ. instit. quod cũ eo. Causa vero ciuilis obligaret extraneum actione negotiorum gestorum: vt in titul. toto de negot. gest ergo filium patri naturaliter. Nec obstat quod propter paternum affectum videtur pater solutionem fecisse. arg. l. is qui C. de neg. gest. & l. 1. sub paterno C. eodem tit. quæ jura ad hoc citat Bart. in l. stichus de pecul. leg. Quoniam respondetur in nostro casu filium obligatum ex delicto juxt. text. in l. tam ex contractibus, de judicijs, liberatum fuisse soluente patre l. solvendo de negot. gest. ergo locupletior redditur, atque ideo patri obligatur l. si pupilli ff. de solut. Quod in dictis juribus cessat. Sic patet non satis percepisse Doct. hujus articuli solutionem, qui aliter disputarunt, vt constat ex Bart. vbi suprà & ex Alex. in l. in quartam. nu. 22. & ibi Rip. n. 185. ff. ad l. Falcid. vbi tractarunt de imputatione in legitimam, quod tamen non reperitur

Vtilis adnotatio in praxi.

ritur procedere, nisi eo casu, quo res imputanda pervenit ad filium ex titulo lucrativo donationis, vt constat ex ijs quæ tradunt in l. omnimodo §. imputari. C. de inoffic. & in l. penult. Cod. de collat. eo enim casu, quo filius manet patri suo naturaliter obligatus, vt in specie de qua agimus non memini me legisse textum, qui loquitur de imputatione in legitimã. Ex quo etiam illud notabile deducitur in praxi, quòd si filius furtum fecerit patri suo, quo casu tenetur naturaliter §. is quidem Instit. de oblig. quæ ex delicto l. 1. ff. de action. rerum amot. l. peculium. §. sibi. ff. de pecul. & comprobat sententia Salomonis, Proverb. 28. *Qui subtrahit* (inquit) *aliquid a patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.* Mortuo patre confusa obligationis propriæ parte in persona filij debitoris, secũdum quæ dicta sunt suprà numer. 127. manebit in residuo fratribus suis obligatus naturaliter, ac oportebit, quod in divisione hæreditatis ab his fiat divisio per viam retentionis, quæ secundum prædicta fieri potest, si enim omittatur, non dabitur postea actio adversus fratres, quoniam ex furto naturaliter tãtùm tenetur.

Notabile in praxi advertitur.

Prou 28.

De retentione dimidiæ partis vsusfructus penes patrem, in præmium emancipationis.

OCTAVVS effectus est, quod pater emancipãdo filium, poterit dimidiam partẽ vsusfructus retinere in præmium emãcipationis, vt in §. cum autẽ infra hac lege, & in §. hoc quoq; instit. per quas personas nobis acquir. l. 15. tit. 18. part 4. Et quãvis Cifuentes in l. 48. Tau. per text. ibi, existimet id esse correctum: verius tamen est correctum non esse. Nã tex. in d. l. 48. non loquitur quando filius exijt à patria potestate per emãcipationẽ, sed solum quando exijt per matrimoniũ, & ita advertit Gomez. ibid. num. 6. Correctum tamen esse apud Lusitanos lib. 4. Ordinat. tit. 78 §. 2. tradit. Pinel. in l. 1. 1. part. n. 39. C. de bon. mat. Scias autem hanc decisionem juris communis ex eo descendere, quod tempore emancipationis pater habebat vsumfructum. Nam si vsusfructus esset penes filium, cessaret hæc decisio, vt patet ex text. in d. §. cum autem ibi, *nisi sese ab huiusmodi alienauerit:* & ratio est, quia tunc pater emancipando nihil amitteret, nec de proprietate, nec de vsufructu.

Pro explicãda l. 48. Tau. contra Cifuentes animaduersio.

138 Difficilis tamen est hæc decisio supradicta, quoniam cum patria potestas sit inæstimabilis, vt in l. filius familias. 117. §. secundum vulgarem ff. de leg. 1. nihil potest dari pro pretio illius: & ita sensit Iure Consl. in l. vxorem § hæres ff. de leg. 3. & eadem ratione fit, vt servus manumissus gravari non possit. l. planè sa legũ da. §. fi. ff. de leg. 2. Unde videbatur, nec filium emancipatum gravari posse à lege vt dimidium vsusfructus patri remittat, ne patri aliquid dare possit, vt eum emãcipet. Quam difficultatem sentit Cujac. in d. §. hoc quoq; nec eam satis dissoluit. Tu dic, quòd filius emancipatus non gravatur in proposito, vt aliquid det patri suo nec etiã datur patri aliquid cũ onere emancipationis: id enim fieri non potest, vt in dictis juribus (quamquam in testamento si fiat, talis voluntas aliquando observabitur judicis officio l. si cui de cond. & demonstr. idq; ex ratione text. in d. l. Quintus Mutius in fin. de annuis leg.) sed lex ipsa patri concedit dimidiam partem vsusfructus, si filium emancipaverit, & sic sub conditione, quomodo rectè fieri potest l. si quis in testamento ff. de cond. instit. l. vtrum, de condit. & demonstrat. l. assignare de assig. libertis.

Soluitur difficultas præter Cujac. & alios doctores.

139 Vnde intelliges text. in d. §. cum autem, ibi, *obtinenti*, vbi pater, etiam si nihil retineat in vsufructu, tamen eum lucrabitur, nempe quia filij est, & ab ipsa lege datur patri sub conditione, quæ impleta fuit: si enim filius habeat bona profectitia, propterea quod ea sunt patris, non verò filij, vt hic necesse est, vt pater emãcipando filium, expressè ea retineat, alias videbitur donationem perfecisse. l. donationes §. pater ff. de donatio. & ita distinguit Angel. in dict. §. hoc quoque, per quas personas.

(:!:)

INCIPIT TERTIA PARS HUIUS LEGIS IN VERS. EXCEPTIS.

SVMMARIVM.

140 *CAstrense peculium quid sit, & ad quos pertineat.*

141 *Intellectus ad l. Seius Saturninus ff. ad Senat. Consult. Trebel.*

142 *Datum à fratre commilitone, vel ab amico, censetur occasione militiæ esse quæsitum & castrense fit.*

143 *Castrense an aliquid sit, vel non, pendet magis ex juris dispensatione, quàm ex voluntate donantis, & ideo quæ occasione militiæ sunt acquisita, vel quæ ad munus belli sunt apta, castrensia fiunt, & ibi, de intellectu l. divus, ff. de castrens. pecul.*

Intellectus ad l. tutor. §. 1. ff. de excusat. tutor.

144 *Intellectus ad l. cum allegat. C. de castr. pecul. lib. 12.*

145 *Bona castrensia ad patrem spectare, solumque administrationem, & dispositionem filii esse ex constitutionibus, & indulgentijs Imperatorum verius est ita vt administrante, alienante, aut alias disponente filio, dominium videatur nunquam patris fuisse sed non disponente retrò dominus pater credatur, quasi jure post liminij semper fuisse, & numer. 149.*

146 *Intellectus ad l. 3. Cod. de bon. proscrip.*

147 *Pater sic se habet in ijs bonis castrensibus, sicut maritus in re dotali, & vxor in bonis lucratis constante matrimonio, quæ omnes dominos esse cōstat licet alienare non possint.*

148 *Intellectus ad l. Imperator ff. ad Senat. Con. Trebel.*

149 *Intellectus ad l. penul. & fin. ff. de castr. pecul.*

150 *Intellectus ad l. ex castrensi. §. seruos ff. de castrensi. pecul.*

De bonis castrensibus.

PRimo aduerte castrense peculiū esse, quod filiusfamilias habet occasione militiæ, quod si non militaret, acquisiturus non fuisset l. castrense ff. de castrens. pecul. tradit Paul. Iure Consult. lib. 3. sententiarum tit. 4. vers. filiusfamilias, quæ doctrina verior est, & magis generalis, quam alia quævis. Nec minùs colligitur ex multis juribus, sic necessario intelligendis, scilicet, ex l. 3. 4. 5. 6. & 8. ff. de castrens. pecul. in l. 1. C. eodem lib. 12. l. 4. C. familiæ erciscundæ l. 2. tit. 3. part. 8. eam ponit Azo. in Rubric. hujus titul. gloss. Aretin. & alij in §. igitur liberi. instit. per quas personas nobis acquiritur. Platea, & alij in d. l. 1. C. de castr. pecul. libr. 12. Doct. Esp. neminem referens in glos. rubr. 4. specul. testament. num. 13. Corras. in l. frater à fratre. 1. p. num. 56. qua de re plura congerit Caldas in l. si curatorem verb. læsis nume. 90. Nauar. in man. c. 17. num. 141. Claud. lib. 2. de jure milit. cap. 11. Ant. de Quelad. diversarum quæst.

140 *Peculiū castrense est, quod filius famil. habet occasione militiæ.*

quæst. c. 7. Qui omnes intelligunt dicta de terrestibus milit. procedere in limi- narchis, sive limitrophis, item in nau- frenjs, nauarchis, & remigibus, ex l. 1. §. item nauarchos ff. de bon. possess. ex test. milit. tradit Bald. in præsenti. num. 17. Greg. in l. 6. verb. *destos lugares*, tit. 17.
141 p. 4. Ex cujus decisione verissime illustra tur difficilis text. in l. Seius Saturninus. 46. ff. ad Senat. Consul. Trebel. vbi præ- terito filio in potestate præsuponit text. testamentum valere contra omnia juris principia legis inter cætera ff. de liber. & postu. in prin. Inst. de exhæredat. liber. de quo mirantur scribentes, varijs in locis tradentes divinatorios, & commentitios intellectus, cum tamen text. ille sine vlla divinatione possit accipi, scilicet, in- telligendo testatoré ibi archigubernum fuisse, hoc est, Principem gubernatorem ex classe Britanica, & consequenter jure militari prætereundo filium, potuisse te- stari. §. penul. Inst. de exhæred. liber. l. sic ut certi. l. si cum, vel in vtero. C. de test. milit. & ita verè & eleganter expli- cat Costa in §. & quid si tantum. 1. p. n. 62. refert & sequitur Mencha. de suc- cession. creat. §. 24. num. 14. nec bene restingit Rip. in l. centurio n. 11. ff. de vulg. sed tamen meliùs & generaliùs lo- quitur in l. miles numer. 6. ff. de re judic. Quibus addi potest prædicta etiam infer ri ad milites, sive satellites, qui latus Prin- cipis agunt, & militant vti probatur arg. l. 1. C. de pecul. Palat. lib. 12. l. fi. C. de silentiarijs eodem lib. & comprobat l. 6. & 7. tit. 17. p. 4. vbi castra interpretatur non solum pro loco expeditionis, sed etiã pro castello, vel Curia Regis, vt si ac-
142 quisitum in ijs locis, eorum intuitu, non minùs castrense peculium appelletur. Ex hac tamen superiori diffinitione videtur superflua distinctio Bar. in l. si fortè ff. de castr. pecul. quod enim pater, aut ma- ter cognati aut amici filio familias militi vel eunti ad castra dederunt, si ad munus belli aptum censeatur, occasione militiæ datum intelligetur, & propterea efficie- tur castrense l. 1. Cod. de castren. pe- cul. liber. 12. ibi, *eunti.* & ita intelligi- tur textus. in l. 3. §. 1. ff. de fidei- commissarijs libertatibus. Si verò belli ministerio non conveniat, potius ob ami-

L. 1. C. de castrẽs. pecul. lib. 13.

citiam, ob sanguinem, vel cognationem, aut pietatem paternam datum intellige- mus, quam ob militiam, nec tunc erit castrense l. si militi. l. si fortè ff. de cas- trensi peculio. l. 4. C. fam. ercilcundæ, nisi ab ijsdem cognatis aut fratribus cõ- militonibus datum sit: tunc enim magis propter militiam datum videtur l. hæ- reditate in principio de castrensi pecu- lio l. 4. C. eodem lib. 12. & inde intelli- ges fuisse necessarium Imperatoris rel- criptum in casu l. divus ff. eodem tit. cum enim amicitia & conjunctio vxoris ratio- ne militiæ inita non fuisset, videbatur hæ reditas vel legatum relictum marito mi- liti, quæsitum esse magis propter amici- tiam, quàm proter militiam, vnde inter- positum est rescriptum, vt talis hæredi- tas castrensis fieret: quamvis enim amici- tia vxoris non fuit inita ex castris, quia simul non militabant, fuit tamen inita in castris, & ita videtur colligi ex l. dotem eodem tit. vbi fit mentio ejusdem rescri- pti, aliàs enim si ante militiam matrimo- nium fuisset contractum, videretur hæ- reditas magis ob amorem conjugalem re licta, quam ob militiam, atque; ideo ca- strensis non fieret, & ita intelligo text. a- lias difficilem in dict. l. si forte ff. de cas- trensi peculio.

143 Hinc tamen non levis difficultas insurgit ex text. in l. tutor. §. 1. ff. de ex- cusation. tutorum, quatenus probat le- gatum relictum filio per patrem, magis censeri relictum tanquam filio, quam tã- quam tutori. Papinianus enim ita ait. *Quæ tutoribus remunerandæ fidei causa testa- mento parentes relinquunt post excusationem ab hæredibus extraneis quoque retineri placuit quod non habebit locum in persona filij quem pater fratri cohæredem, & tutorem dedit, cũ judicium patris, vt filius, non vt tutor pro- mouerit.* Quem text. in hac rem adducit Palacius Rubeus in rubri. §. 45. numer. 16. Romanus singulari. 652. Peralta in l. legatum numer. 6. de legatis 2. facit text. in l. fin. C. de dotis promissione, & l. profectitia in fin. ff. de jure dotium er- go videbatur, quod legatum relictum à fratre vel cognato commilitone, magis relinqueretur ratione fraternitatis aut cognationis, quam militiæ: & in hac dif- ficultate Doctor. communiter resoluunt

L. tutor. §. 1. ff. de excusat. tut. explicatur.

sumendam esse præsumptionem magis fauorabilem legatario, & hoc in dubio ne actus pereat argum. l. quoties de verb. atque ideo in vtroque casu inspici debere favorem filij: altero, vt legatum cōferatur, vt in d. l. tutor §. 1. altero, vt fiat castrense vt in specie proposita, & ita Deci. in l. si donatione n. 14. C. de collat. Alex. in l. si tibi §. si pactus numer. 6. ff. de pactis, Iason. in l. quod dicitur la. 2. num. 21. de verborum. Gomezius in §. actiones numer. 14. de actionibus. Alciatus regul. 1. præsumptione. 30. Tiraquel. in l. si unquam verbo donatione largitus n. 74. & 83. C. de revocandis donationibus. Sed hæc solutio vera esset si vtroque casu ageretur solum de interpretanda voluntate donantis, quod admittimus in specie. d. l. tutor. §. 1. non autem in proposito vbi id quod datur, sit ne an non castrense pendet magis ex juris dispositione, quam ex voluntate donantis d. l. si forte. Tertulianus enim ita eleganter expressit. *Si forte vxor vel cognatus vel quis alius non ex castris notus filiofamilias donauerit quid, vel legauerit, & expresserit nominatim, vt in castrensi peculio habeat. an possit castrensi peculio aggregari? & non puto, veritatem enim spectamus, an vere castrensis notitia, vel affectio fuit, non quod quis fingit.* Vnde dicas quod in his casibus, & in specie d. l. 4. ideo bona fiunt castrensia, quia occasione militiæ sunt acquisita, primò quia sunt apta ad munus belli, deinde quia si militia nō fuisset, acquisita non fuisset, vt patet: Credimus igitur relicta esse magis tanquam à milite militi, quam à fratre fratri, crevit enim amor fraternus ex vsu militari ita vt non cognatio sed amicitia militaris causam præberet vt deprehendi potest ex illo Eccles. c. 29. *Necessitudine domus meæ hospitio factus est frater.* Quæ solutio tollit difficultatem, & vera est: licet aliter interpretentur Corr. lib. 2. Miscellaneorū c. 4. Cova. in c. requæsisti. nu. 8. de test. & sequitur Baldui. in §. 1. verb. Castrensibus. instit per quas personas nobis acquiritur. Nec omittendum est vltra DD. circa text. in d. §. quæ tutoribus Papinianum in ea specie dū taxat loqui de filio, in quo longè maior ratio vigebat, juxta text. in l. fi. in princ. versiculo quis enim. C. de curatore furiosi, &

Ecclesiast. cap. 29.

tamen nihilominus per omnes scribentes vbi supra satis cautè adduci & extendi ad alios consanguineos: quæ extensio licet in alia materia denegetur à Iu. Cons. in l. 3. §. liberis ff de leg. præstan. in hac tamen de qua loquimur, expressé conceditur à Rom. Pont. in d. c. requæsisti. versiculo si vero. & à l. C. in d. l. dotem §. hæreditatem ff. de castrensi peculio: nec minus in contrarium retorqueri potest. text. in d. §. liberis, quatenus etiam in ea specie, & materia opus fuit extensionem denegari.

144 Consequitur ergo adhuc ex prædictis ad d. l. cum allegas. 4. C. de castr. pecul. lib. 12. quod ibi ille frater non videatur institutus ex eo, quod frater, sed ex eo, quod miles, potueritque magis ratio moralis, quam naturalis, hoc est affectio ratione militiæ, quam ratione fraternitatis, atque ideo ad castrense peculium ea bona pertinere, vt explicatum est supra. In quo tamen notabiliter advertendum est, quod si de eisdem bonis testari velitis frater jam factus hæres sui fratris, debebit attento jure novo patri suo legitimam relinquere, quoniam licet in persona fratris testatoris fuerint bona profectitia, in persona tamen fratris hæredis jam sunt aduentitia, attenta decisione nostri text. in hac l. cum oportet: ideoque tenebitur legitimam patri relinquere, vt explicavi supra in prima parte de bon. pro fectitijs. Quæ sententia ad fratres simul studentes, & habentes jam peculium castrense trahi debet, vt si vnus à patre receperit donationem studij causa factam, & is fecerit fratrem hæredem: talis hæreditas quanvis sit quasi castrensis, aduentitio jure quæsita est, & in ea habebit is frater secundus patrem suum hæredem, ex l. 4. supra hoc titulo, & ex §. sub hac infra hac lege: ideoque debebit legitimam relinquere. authen. præsbyteros in fin. Cod. de Episcop. & cler. & in authent. vt cum de appell. cognos. §. sancimus. coll. 8.

Singularis ad notatio.

145 SECVNDO principaliter in nostro text. ex versiculo, *Nec vsumfructum*, ibi, *exceptis*. Colligo bona castrensia etiā de jure antiquo in plenum spectare ad filiumfamil. vti etiam probatur in l. 2. ff. ad Sen. Consul. Macedon. & constat ex l. fin.

fin. C. de inofficio. testam. ibi (filiusfam. miles in bonis castrensibus censetur paterfam.) totumque jus esse filij, & non patris, vt in l. 3. C. de Castren. pecul. lib. 12. l. ex nota. l. ex castrens. & in l. pater §. fin. ibi (plenam proprietatem) ff. eodem l. 3. §. 1. ibi (*filio quæritur*) ff. de donatio inter vir. & vxor. & in l. si pater ibi (*patri non quæritur*) ff. ad l. Cornel. de Falsis. l. 1. §. nec castrense ff. de collat. bonorum, quatenus ex bonis quæ conferuntur eximit. I.C. castrensia. cum enim sola filij bona conferantur, text. in l. 1. in princip. eod. titul. non erat necesse castrensia excipere, patris fuissent: igitur tanquam bona filij autoritate constitutionum excipiuntur ab onere collationis: quibus juribus patet jus bonorum castrensium proprium esse filiorum, & ita ex ijs docuerunt & observarunt antiquiores communiter.

146 Melior tamen est sententia dicentium ea bona etiam jure antiquo ad patrem spectare ex generali regul. d. l. placet, solamque filij esse administrationem, prout tenuit Cujac. Balduin. & Hotom. in §. igitur liberi, Instituta per quas personas nob. acquir. idem Balduin. in Iustinianum lib. 3. pag. 131. à quibus (licet taceat) habuit Caldas in l. si curatorem, ver. læsis numer. 93. qui debuisset videre Costam id eleganter tractantem in l. qui duos §. cum in bello verb. patris de rebus dubijs: & forsan ante eos ita explicuit Accur. in l. vlt. verb. judicio ff. ad Tertul. & in l. pater 17. verb. testaméto versic. vnde. de castrensis pecul. Pro quo etiam considerantur l. patre furioso ff. de ijs qui sunt sui l. 1. in princ. ff. si quis à patr. fuer. manumis. verb. *quodcunque.* Quæ verba tam ampla, & generalia satis indicant etiam castrensia aut quasi castrensia includi in regula d. l. placet argu. l. à procuratore. C. mandati, nihilque ab ea regula fuisse exceptum, nisi quæ quæri nullo modo poterant, vt jus personale cohærens filij personæ, nempe jus militiæ, quod dumtaxat ab Vlpiano excipitur in l. 3. §. si quid. ff. de minoribus, vt eleganter declarat Bald. vbi supra. Postea vero principium constitutionibus privilegium armatæ militiæ tributú est, & speciali beneficio militibus filijs concessum, vt in castrensi peculio vicem patrumfamilias obtinerent, idque expresse constat ex Vlpian. in l. 1. §. nec castrense. versiculo hoc autem, ibi (multis constitutionibus) ff. de collatione bonorum l. 4. §. 1. ibi (principales constitutiones) & ex l. hæreditate §. pater, ibi (jure concesso.) ff. de castrens. pecul. cum alijs infra referendis.

147 Ex qua verissima interpretatione jam refulget sententia elegans text. in l. 3. C. de bon. proscriptorum, quam ibi admirantur Salicet. & cæteri rationem investigantes: rescripserunt enim Cæsares delinquente filiofamili. bona castrensia non auferri patri. Si enim jure proprietatis, & dominij ad filium spectarent, cófiscari deberent, juxta regulam text. in l. si ademptis. Cod. de sententiam passis. l. in deportatorum C. de pœnis l. ex judiciorum. de accusatio. quicquid aliter intelligant DD. prout refert Alex. in l. si. finita. §. si de vectigalibus num. 44. de damno infecto.

148 Quæ confiscatio cum non fiat in d. l. 3. ex eo est quia ea bona filij non sút, sed patris, qui in his bonis sic se habet, quē admodum vxor in bonis lucratis constante matrimonio, quorum libera dispositio marito permissa est ex l. 5. ibi. *Que los pueda enagenar el marido,* vbi latissime Matienço glos. 6. tit. 9. lib. 5. Cóp. soluto tamen matrimonio, retro, & ab initio semper domina fuisse intelligitur pro sua parte, nimirum eorum bonorú quæ supersunt eo tempore, vt tunc jus vxoris retentum, & illud antiquum dominium prorumpere incipiat, cum jam maritus de illis bonis disponere non possit, vt elegantissime ad interpretationē similis cósuetudinis obseruat Molinæus, ad consuetud. Paris. 1. parte. §. 25. numer. 1. & 2. Idemque etiam patet in l. ex castrensi ff. de castr. pecul. vbi ait Iur. Consult. patrem sic se habere in his bonis, sicut se habet maritus in re dotali, quem dominium esse constat, licet disponere non possit, vt in principio quibus alic. licet vel non.

149 Quare pro resolutione observa autoritate constitutionú Principum, quibus privilegia castrensis peculij conceduntur filiumfamil. non fieri dominium, sed admi-

ministratorem: ita tamen, vt si vtatur jure sibi concesso, credatur retrò dominus fuisse. Si verò non vtatur, credatur semper pater dominiũ retinuisse jure patriæ potestatis: quod ex l. seruum filij 46. in principio de lega. 1. & l. fin. ff. ad Tertul. (in cujus licet casus fictione turpiter lapsus sit Viuianus) aperte constat, & ex l. 2. & in l. proponebatur 9. ibi (non nũc ei obuenisse) l. hæreditate 19. §. pater, ibi (jus patris cessabit) & ibi (antiquo jure) de Castrensi peculio l. filiusfamil. 18. ibi (jus pristinum) ff. ad l. falcid. nec enim ex privilegio filijs militibus cõcesso, jus antiquum parentis omninò abrogatum fuit & penitus extinctum: cessat potius & in suspenso est, quandiu filius viuit & suo privilegio vti potest, proinde filio intestato mortuo jus patris antiquum vires sumit, & effectum, retròque haberi incipit, vt eleganter probatur ex supra citatis juribus, quæ aliter nequaquam accipi poterant. Nec diversum significat jura quæ dicũt proprietatem plenam ad filium spectare, vel totum jus filij esse, vel ea bona filio acquiri, vel nullum jus patrem in his habere, vel filium esse dominum. Debet enim intelligi lato sumpto vocabulo, respectu administrationis, quæ tota filij est, non patris, scilicet, quia jus disponendi de re castrensi, & totum emolumentum in filio est, & non in patre; quo sensu dicitur seruus peculij castrensis acquirere filio, non patri l. pater. §. 1. ff. de castrens. pecul. Ita quidem vt administrante, alienante, aut alias disponente filio, dominium videatur nunquam patris fuisse; sed filio non disponente, retrò dominus pater credatur quasi jure postliminij, vt in dict. §. pater, vbi Iuc. Cons. id magno cum ingenio magis probat circa quæstionem de facto emergẽtem, vbi inducit alias juris fictiones, in quibus id ipsum contigit, vt patet ex l. illa institutio §. 1. ff. de hæred. instituend. l. si tibi homo §. cum seruus ff. de legat. 1. l. si fũdum de conditio. & demonstratio. l. 3. §. sin autem avaritiæ. C. communia de legat. Postquam enim filiusfamili. miles disponit de re castrensi, propterea tunc patris acquisitio cessat, vt etiam fit in l. sed & si pater §. 1. ff. ad Maced. & in simili est bonus text. in l. sive vxor. de donat. inter. Vnde fit vt præmortuo patre, cessante etiam patria potestate, dicamus filium semper dominum fuisse, & ad collationem fratribus faciendam teneri, jux. l. 1. in principio ff. de collat. bonorum, nisi is casus exciperetur propter privilegium militare d. l. 1. §. nec castrense ff. de collatione bonor. qui text. ita inductus nihil facit pro communi.

150 Et secundum hanc interpretationem ex prædictis intelliges textum difficilem in l. Imperator. 50. ff. ad Senatus Consult. Trebel. cujus verba sunt hæc. *Imperator Adrianus, cùm Iunius Cerealis filio suo Iunio Simonidi, si in potestate sua esse desijsset, hæreditatem restituere rogatus esset, ac multa in fraudem fideicommissi fieri probarentur, restitui hæreditatem filio jussu, ita ne quid in ea pecunia quandiu filius ejus viueret, juris haberet. Nam, quia cautiones non poterant interponi, conservata patria potestate, ideo damnum conditiones propter fraudem inflixit. Post decreti autem autoritatem in ea hæreditate* (filio militi) *comparari debuit, si rei à possessoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteat, &c.* Qui tex. obscurus est, quatenus ibi Papinianus æquiparat filiumfamil. militem, & eum, cui propter prodigalitatem patris hæreditas ex Trebelliano restituitur ante tempus; quẽ dominum esse, dum pater viuit, nemo admittit, secundum tempora d. l. placet, ergo nec filiusfamilias miles ex bonis castrensibus; faciunt notata per Nauar. tractat. de reddit. eccles. ex num. 25. Comparat igitur pulchrè Papinia. filium fideicommissarium militi, vt perinde habeatur in ea hæreditate, ac miles in suo peculio castrensi. cum enim hæreditas in ea specie verè castrensis non sit, & cõparatio generaliter non fiat quo ad omnia, sed dumtaxat in illo casu particulari, nempe ad effectum agendi, & conveniendi in judicio, vt ex littera constat, planè sequitur in alijs cessare privilegium, vt sic filiusfamilias in ea hæreditate nec testari possit, nec sine patris voluntate donare causa mortis l. tam is §. fin. ff. de donat. causa mortis, quod prudenter observat Bart. ibi numer. 3. Ias. in l. finali nume. 3. vers. septimo. C. qui testament. facer. poss. & Cujac. in l. 6. ff. de testam. licet hodie contrarium sit dicendum ex l. 5.

Taur.

Taur.

151 Secundò ex eisdem principijs facile intelliges tex. in l. penul. & in l. fin. ff. de castr. pec. ubi si pater dederit libertatem servo peculij castrensis, & posteà decedat filius intestatus, tunc valere talem libertatem probat. Triphonin. & Paul. idque nulla alia ratione, quâ quia data est ab eo, qui dominus erat tempore dationis libertatis, cum aliàs quanvis posteà acquisijsset dominium ipsius servi, libertas nô potuisset valere vt in l. si servo. 20 ff. qui, & à quibus.

152 Tertiò intelliges text. in l. ex castrensi. §. servos de castr. pecul. dum Iur. Con. Martian. ait, posse patrem acquirere servitutem prædio castrensi, quam tamen acquirere non posset, si dominus non fuisset. l. 1. & 2. ff. communia præd. nec enim posset pater filio acquirere id quod omnino filij esset furtum l. quod dicitur. la. segunda de verb. l. cum dos. ibi per patrem ff. de pactis conventis. Id autem ex eo fit propter jus, quod pater in suspẽso habet, vt si sic quasi dominus possit castrẽsi prædio servitutem acquirere. licèt non imponere, ne contra privilegium filij faciat, ideoque eleganter, & subtiliter comparatur à Iur. Conf. ibi ei, cui à jure ob dissolutionem morum bonis suis interdictum est, quem constat dominum esse: patrimonium tamen suum augere posse, non minuere l. is cui bonis ff. de verbor. obligat. sic patri, idest domino ob privilegium militiæ castrensibus bonis interdicitur, ne noceat, & perdat, sed magis filio consulat: explicavit ingeniosé Cujac. in d. l. is cui bonis & in §. 1. Institut. per quas personas. Et hinc etiam est quòd mortuo filio ab intestato, magis dicitur ea bona non discedere à patre, quam & de novo acquiri, vt patet ex juribus suprà citatis: & magis jure peculij, quam hæreditario pertinere l. 2. l. proponebatur. ff. de castrens. pecul. Et eo deportato perindè ac mortuo. ex l. 1. §. si patruus ff. de conjungen. cum emancipat. liber. ejus, à patre non auferri dicatur, quasi quod ejus proprium est, sine facto suo ad alium transferri non debeat, nec queat l. id quod nostrum ff. de regulis juris, vt satis exprimit vis verbi *auferri*, de quo in dict. l. 3. C. de bon. proscrip. adjuncta l. nec utile ibi, *auferre dominium*. ff. quibus ex causis maiores.

Effectus bonorum castrensium.

SVMMARIVM

153 *Castrensia profecta à patre, hoc est, quæ pater ipse filio eunti ad bellũ dederit, ex privilegio non conferuntur, quæ verò filiusfamilias miles aliunde quæsivit, ut sunt stipendia militaria, & spolia hostium, jure communi sine vllo privilegio sunt præcipua ipsius filij.*

154 *Morte filij intestati, castrensia profecta à patre, jure peculij ad patrem spectant: aliunde vero acquisita jure hæreditario deferuntur patri ex jure novo, tanquam aduentitia, & ibi de intellectu nostri tex.*

155 *Differentiæ an pater succedat jure hæreditario, an jure peculij.*

156 *Fiscus, cui bona alicuius ex delicto, vel tanquam vacantia deferuntur, non tenetur vltra vires bonorum, & si talia bona vendiderit, ipso iure liberabitur, transferetq; onus in emptorem.*

157 *Monasterium non tenetur amplius, quã sit in bonis monachi professi, ad similitudinem patris arrogatoris, qui tenetur tanquam bonorum successor pro filio arrogato. Illam autem erroneã & falsam allegationem, quæ jam in prouerbium obiit, monasterium habere loco filij, penitus extirpandam esse ostenditur.*

Intellectus ad l. filius famil. ff. de castr. peculio.

158 *Peculium transit cum onere suo.*

159 *Filiusfamil. miles licèt hodie testari possit sine metu querelæ, id intelligitur procedere in bonis castrensibus, quæ à patre sunt profecta, non in ijs quæ aliunde obuenerunt, cum in eis patri querela adhuc competat.*

160 *Lex Frater à fratre, vtrum procedat in castrensi peculio.*

O De

De collatione peculij castrensis.

153 PRimus effectus, quod hodie & si castrensia fuerint profecta à patre, juxta l. 1. C. de castr. pecul. lib. 12. non tamen conferuntur à filio durante privilegio l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bon. cujus verba sunt hæc. *Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur: hoc enim præcipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur* & in l. fi. C de coll. in quibus locis à collationis regula excipiuntur castrensia, quasi aliàs sub eadem regula includerentur tanquã bona filij: & ratio exceptionis est, quia regula procedit in bonis filij, quæ tamen potuerunt patris esse. Cum enim emancipatus succedat vt suus, recta capitis diminutione l. 6. in fine ff. de bono poss. conferre in medium debet vt suus, prout argutè argumentatur Iure Cons. in d. l. 1. in princip. Hæc autem bona castrensia, mortuo priùs patre perinde habentur ex privilegio constitutionum, ac si semper filij fuissent; nec vllo modo ad ejus patris spectarent, quia vt supra explicavimus, non pertinent ad patrem nisi mortuo prius filio sine testamento. Ideoq; mortuo priùs patre eximuntur à jure collationis, ut docet Cost. sic intelligendus in l. cum duobus, alias l. si fratres 55. §. idem Papinianus ff. pro socio, licet aliam rationem vt suam, & novam non minus eleganter tradat Costa in 3. §. p. num. 229 quam etiam adverbum prius retulit Rimin. Senior vt refert Riminald. Iun. in l. si emancipati, numer. 291. C. de collat. Cætera tamen, quæ filiusfamilias miles aliũde quæsivit, vt sunt stipendia militaria, & spolia hostium, jure communi sine vllo privilegio sunt præcipua ipsius filij: juxt. text. in l. vlt. C. de collat. ibi (etenim castrense peculium in commune conferre in hæreditate dividenda, & ex prisci juris authoritate minimè cogebatur. &c.) notando verba (& ex prisci juris authoritate) l. fideicommissaria. 23. §. 1. vers. cætera ff. de fideicommiss. libert. & in d. l. 1. §. nec castrense: ibi, hoc enim præcipuũ esse oportere multis constitutionibus cõtinetur. At hodie in regno Castellæ indistinctè castrensia non esse conferenda, expressè probatur in l. 3. tit. 4. part. 3. & in l. 5. tit. 15. par. 6. In nostro vero regno castrensia aliquando conferuntur, vt cõstat ex lib. 1. Ord. tit. 77. §. 1.

Notatur Costa.

De successione in bonis castrensibus.

SECVNDUS deducitur effectus, quod licet hodie jus castrensis peculij intactum sit ex nostra constitutione, tamen cùm mortuo filio bona desinant esse castrensia l. per procuratorem 2. part. ff. de acquiren. hæred. illa quæ filius habet à patre morte filij intestati, tanquam profectitia spectabunt ad patrem jure peculij l. 2. ff. de castrensi peculio, vbi Vlpianus (si filiusfamilias, inquit, miles decesserit siquidem intestatus, bona ejus non quasi hæreditas, sed quasi peculium patri deferuntur, &c.) Aliunde verò acquisita, jure hæreditario deferuntur patri, ex jure nouo tanquam adventitia, vt in §. *Sub hac tamen diffinitione* (inquit Imperator infra hac l.) *hunc legis articulum ducimus, vt in successione quidem earundem rerum, quæ* extrinsecùs *filijsfamil. acquiruntur, jura eadem obseruentur, quæ in maternis. & in nuptialibus rebus statuta sunt.* Et probatur in principio Inst. quibus non est permissum, ibi (*iure communi*) explicando vt suprà dixi in 2. part. num. 82. Quod enim textus noster in præsenti dicit nihil esse correctum, intelligitur respectu administrationis, quam filius habet tãquam paterfamil. l. 2. ff. ad Maced. 154

155 Differentiæ autem an pater succedat jure peculij, an jure hæreditario, hæ sunt. Primò quia si jure hæreditario, admittitur, debet addire hæreditatem; aliàs non transmittet, vt in l. vnic. §. in nouissimo, C. de caducis tollendis. Secundò tenebitur inuentarium facere aliàs in solidum obligatus erit l. fin. §. sin autem. Cod. de jure deliberandi, eritque obligatus perpetuò ex quasi contractu l. apud Iulianum. §. vltim. ff. quibus ex causis in possessionem eatur l. pater qui castren-

castrensc. ff. de peculio castrens. At si pater occupat bona jure peculij, non tenebitur ea addire, quanvis enim moriatur antequam bona filij vendicet, rectè transmittet, & etiam ignorans l. 1. §. si is qui. ff. de collat. bonorum, tradit doctissimus Emanuel in l. qui duos §. cum in bello, verbo patris. ff. de rebus dub. Neque etiam tenebitur inventarium facere, & quamvis non fecerit, ipso jure vltra vires peculij, non obligabitur, vt probat Ias. in l. si infanti. nu. 8. C. de jure deliber. Viglius in princ. Institut. quibus non est permissum facere testamentum. n. 21. Misingerius centur. 2. observat. 93. quidquid aliter censeat Aretin. in Rubric. ff. de acquir. hæ ed. Item & solum intra annum post mortem filij poterit conveniri. l. pater qui castrensé. ff. de castr. pecul. vbi Papinianus ita eleganter expressit. (Pater qui castrense peculium intestati filij retinebit, æs alienum intra modum ejus, & annum vtilem jure prætorio solvere cogitur idem si testamēto scriptus hæres extiterit, perpetuò civiliter vt hæres cōvenietur.)

156 Quæ differentiæ apertiùs patent in fisco, cui bona alicujus ex delicto, vel tan quā vacātia deferuntur: neq; enim hæres est, quidquid dicat glo. in l. ex facto §. si. ff. ad Trebel. sed bonorum successor. l. 1. §. an bona. ff. de jure fisci. Barr. communiter receptus in rubr. num. 4. de acquir. hæred. Nec ipso jure tenetur vltra vires bonorum, etsi inventarium non fecerit, secundum Ias. in l. scimus. num. 1. vbi resoluit hanc esse communem. C. de jure deliberan. Fanuc. de inuentario hæredis char. 23. numer. 6. Cùm bona non dicantur nisi deducto ære alieno. l. subsignatum. 39. §. bona, de ver. signif. Ac propterea si fiscus vendat talia bona liberatur ipso jure, transfertq; onus in emptorem l. 1. C. de hær. vendita, vbi Cæsares, Severus, & Antoninus ita rescripserunt: (æs alienum hæreditate nomine fisci vendita, ad onus emptoris bonorum pertinere, nec fiscum creditoribus hæreditarij respondere certum & absolutum est,) etsi is text. communiter intelligatur in fisco hærede, & male, obstat enim l.

157 2. cod. tit. Idemq; dicendum est in monacho professo: nec enim amplius tenebitur monasterium, quam sit in bonis monachi professi, quia succedit in bonis, non vero in hæreditate, vt tradunt omnes per text. ibi in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. ad similitudinem patris arrogatoris, vt in l. si pater. 15. ff. de adopt. qui tenebatur tanquam bonorum successor pro filio arrogato, singularis text. in l. 2. ff. de capitis diminutione. ibi (dabitur plane actio) etiamsi summus Pontifex in cap. in præsentia de probat. lato modo monasterium appellaverit hæredēm monachi, vel impropriè, vt voluit Caldas Pereira de nominat. emphit. quæst. 6. numer. 10. videndus etiam in quæst. 20. numer. 26. Quibus addaris falsam & erroneam illius capituli allegationem, quæ jam in proverbiū abijt (monasterium haberi loco filij) esse penitus extirpandam, vt cum alijs ostendit Covar. lib. 1. var. cap. 19. nu. 6. latissimè decisio Pedemontana. 126. numer. 4. & 20. Mantica de conjectur. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. Cad. vbi suprà, & de renovat, quæst. 19. num. 9.

Ex prædictis tamē infero, quod si is filiusfam. non fecerit testamētum sed codicillos, & in his patrem gravet de restituendis bonis, cum hoc possit facere ex l. conficiuntur, de jure codicillorum, & in l. 1. §. sciendum, de leg. 3. tunc dicemus patrem loco hæredis haberi, si impleuerit filij voluntatem, nam & Falcidiam deducet rectè; vt probat. l. filiusfamil. ff. ad l. falcid. Quod etiam in fisco ita gravato, per eum cujus bona tanquam vacantia ad fiscum deberent pertinere, juxt. l. 1. Cod. de bonis vacant. libr. 10. recipiendum est, vt probat. l. secularc. §. si fisco ff. ad Trebel. & in l. filiusfam. in princ. ff. de leg. 1. Paulatim igitur inducemus inventarij conficiendi obligationē cum Falcidiæ beneficio nemo vtatur, nisi qui inuentarium fecerit l. fin. & si præfata. C. de jure deliberandi.

Infertur etiam, quòd si filius testetur de castrensi peculio, & deinde hæreditas per institutum repudiata sit quamuis testante filio, jus patris cesset in l. fin. ff. ad Tert. & in l. seruum filij, in princ. de leg. 1. quia tamen repudiata hæreditate perinde res se habet, ac si testamentum

factum non fuisset l. 1. ff. de injust. rupto, & in princ. de hæredit. quæ ab intestato. Deducitur rectè rursus peculium fieri, & perinde haberi, ac si semper patris fuisset, ex l. penult. C. de castrens. pec. lib. 12. Vnde Papin. in l. filiusfamil. ff. de castrens. pecul. deducebat, quod si medio tempore servus peculiaris aliquid acquirat stipulatione, vel traditione, totum id pertineret ad patrem, si fuerit repudiata filij hæreditas: rejecta opinione eorũ, qui putabant stipulationẽ, quã is servus medio tempore fecisset, non valere: in qua opinione fuit Pomponius in l. si servus communis Mevij. ff. de stipulat. servor. vbi in specie, qua servus, qui pro parte erat peculij castrensis, proponitur stipulationem fecisse, ait totam stipulationem acquiriri alteri ex socijs ex eo, quod in eo casu hæreditas jacens partem non faciebat: in quo licèt defendatur per gloss. & Doctores communiter, errat tamen, quia cum stipulatio (secundum veriorem sententiam Papiniani vbi suprà, & Scevolæ, quem refert Paulus Iure Cons. in l. in eo. ff. de acquir. rerum dominio, vbi expressè rejicit contrariam opinionem.) in termin. suspenso esse intelligitur, bene sequitur in prædicta specie, hærediditatem jacentem partem facere, & ex eventu postea rem cognosci, vt si hæreditas addita sit, intelligitur servus hæreditarius fuisse, & medio tempore futuro hæredi acquisiuisse: quoniam hæreditas jacens vicem domini repræsentat, vt in principio de stipulatione servorum: si vero addita non sit tunc talis servus, tãquam peculiaris (secundum prædicta) acquirat patri, ad quem peculium spectat ex ratione text. in d. l. penult. C. de castrens. pecul. lib. 12. Nec obstat quod res est in pendenti, quo casu stipulatio vitiatur l. vsum fructum ff. de stipulat. seru. eaque ratione totam stipulationem alij socio acquiri putabat Iure Cons. in d. l. si servus, videlicet si servus communis medio tempore, quo hæreditas castrensis jacebat, stipulatus fuit: Quoniam respondetur rem certã esse ex juris fictione, de qua in l. proponebatur, & in l. hæreditatem. §. final. ff. de castrens. pecul. licet nobis medio tempore certa non sit, qui ignoramus, an adeunda sit, vel repudianda hæreditas: talis autem incertitudo non vitiat, vt est bonus text. in l. hæc venditio. 7. §. hujusmodi ff. de contrahend. empt.

158 Vnde etiam deducitur in proposito, quòd quemadmodum emolumẽtum peculio acquisitũ sequitur peculium, vt in prædictis satis constat, ita etiam onus peculij debet transire cum peculio, non secus, ac onus hæreditatis cum ipsa hæreditate, quod ita acceperunt omnes in l. frater a fratre. Bald. in l. fin. C. quod cum eo. Ias. in §. actiones. numer. 23. Institut. de actionibus. Quibus obstat. l. 1. §. item hæres. ff. quando actio de pecul. annal. est, & l. si servo. ff. de peculio legato. vbi negatur actio in successorem peculij contra prædictam regulam, & contra l. 2. §. per contrarium. ff. de dote præleg. & in l. at cum hæres junctis præcedent. ff. de peculio. In qua difficultate nostri Doctores diuinant, vt ex ijs videre, Cujacius in tractatu. 9. ad Africanum colligit ex ijs locis dissensisse authores olim, & tamen obtinuisse Proculeianus, quorum opinio probatur in d. §. itẽ hæres, vbi constat quæstionis fuisse, Vtrum venditor an verò emptor servi teneretur de peculio, & tamen placuisse vtrũque teneri l. si creditor. 38. §. 1. in fin. l. si noxali. 12. §. idem scribit, & l. & ancillarum. 28. §. si servus. ff. de pecul. quæ sententia videbatur recipienda in hærede, & legatario, vt vterque teneretur, quod tamen prædicto juri non convenit: nec possum Doctores negligentiæ non notare, qui hujus differentiæ obliti nec susceperunt quidem illius disputationem. Ego autem præter omnes existimo differentiam in eo consistere, quod legatarius in re legata habeatur pro hærede l. id tẽpus §. 1. ff. de vsucapionibus, not. à Bartulus per textum ibi, in l. in conuentionibus ff. de verbor. signif. vnde æquum est non vtrunque teneri (quoniam jus eorum vnus defuncti est) sed vnum tantum: legatarium, scilicet, vel hæredem, in quo olim dubitatum fuit. Quod autem Cujac. affirmat hæredem omnino teneri, non est omnino securum: cum enim dominium rei legatæ transeat rectà via & nunquam factum hæredis. l. à Titio. ff. de furtis l. legatum ita ff. de leg. 2. qui

qui fieri potest, vt hæres teneatur, ad quē nec minimo momento peculium potuit pertinere? Sanè hæredem teneri de peculio quod ad eum pervenit, non est ignotum l. quæsitum §. 1. ff. de pecul. l. his consequenter §. fin. ff. fam. ercifcund. ergo in proposito non tenetur hæres. Vnde ad tollendam controuersiam arbitror vtiliter posse tentari: quod dominium rei legatæ transit quidem directò in legatarium, sed secundum ordinem intellectus prius transivit in hæredem adeuntem, licet non videatur, nec credatur vnquam fuisse dominus fictione juris, vt sensisse videntur interpretes, qui in hunc sensum explicant Neratium Iur. Conf. vt declarat Cujac. ibid. circa speciem; text. in l. à Titio 60. Basilicon. tit. de fur. Id vero juris principium hactenus ignotum persuaderi debet ex text. expresso in l. 10. §. sed & creditor. ff. de pec. ubi jus deducendi de peculio, æs alienum quod seruus legatus debebat, competit hæredi, quod tamen jus non competit nisi dño, vt in l. peculium in princ. & in l. & ancillarum ff. de peculio, ibi, de ducto, & alibi æ. è. Quo præmisso non est iniquum dicere, quod hæres conveniatur de peculio, fuit enim aliquando dominus serui legati, licet fictione juris desierit esse & habeatur ac si nunquam dominus fuisset, & cum potuerit in traditione servi legati de peculio deducere æs alienum, aut certe exigere cautionem de indemnitate, sibi imputet vt in dict. §. si seruus, & in §. item hæres. Legatarius tamen atque etiam manumissus seruus cum peculio tenetur hæredi per condictionem indebiti argum. l. 5. §. 1. de vsufruct. earum rerum & l. qui exceptione. §. si pars ff. de cond. indeb. ponit Paul. in l. Frater à fratre. numer. 26. Cujac. vbi supra num. 2. Ergo rectè defenditur prædicta regula, scilicet, onus peculij transire cum peculio: licet enim legatarius non debeat cōueniri, sed hæres per actionem de peculio, vt Proculeiani tenebant. in d. §. item hæres, tamen æs alienum de peculio solvendum est, prout tenebant Sabiniani relati in d. §. per contrarium. Ex quibus intelliges difficilia verba l. Frater à fratre versic. (adeò) quæ fatetur Hotoman. se non intelligere, vt probet Iur. Cons. opinionem subintellectam in versic. naturalem, scilicet onus peculij transire cum peculio vt communiter recipiunt DD. ibi, & probat Cujac. tract. 9. ad African. prope finem.

Principiū juris hactenus ignotū cōprobatur.

De testamenti factione filij familias in pecul. castrens.

Tertius necessarius subsequitur effectus quod etiam hodie filiusfamil. miles testari poterit sine metu quæreIæ. l. fin. C. de inoffic. id tamen intellige hodie procedere in bonis castrensibus, quæ à patre sunt profecta, non quæ aliunde obvenerunt: hæc enim cum patri deferantur jure hæreditario, vt in principio quibus non est permissum, ibi (jure communi) secundum veriorem intellectum, quem supra proposuimus. nume. 82. & numer. 150. consequens est, vt propter legitimam quæ ei debetur tanquam parenti. l. nam & si parentibus de inoffic. possit competere querela, & ita intelligo text. in authent. præsbyteros in fine, vbi hoc ipsum disponit Imperator in quasi castrensibus; nec potuit moveri alia ratione. Et ita etiam intelligo authent. vt cum de appellat. cogn. §. sancimus coll. 8. *Sancimus itaque* (inquit Imperator) *non licere liberis parentes suos præterire, aut quolibet modo à rebus* (proprijs) *in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi causas quas enumerauimus, in suis testamentis specialiter nominauerint.* Procedit enim in bonis aliunde, quam à patre quæsitis, vt constat ex text. ibi verbo (*proprijs*). Nam castrensia, aut quasi, quæ fuerunt à patre profecta, propria filij non sunt, sed patris secundum veriorem sententiam, quam supra defendi. nu. 145.

De obligatione filij famil. in peculio castrens.

Quartus effectus deducitur ex glos. in l. frater à fratre ff. de condition. indeb. quatenus docet text illum posse intelligi in pecunia castrensi, vel qua

quasi, quam frater mutuam fratri, nomine patris absentis dedit, quæ probatur à Bart. ibi. numer. 13. si modo pater id ratum habuit l. si absenti. C. si cert. pet. Et quanuis Fulgos. 3. col. Paul. num. 15. Ias. in repet. illius l. num. 24. Bartolum reprehendant dicentes, quòd in numeratione, quæ fit nomine absentis non est necessaria ratihabitio ex l. certi condictio §. si nummo ff. si cert. pet. decipiuntur tamen quia ille text. in d. l. frater, intelligitur præcedente mandato: quo casu ratihabitio non est necessaria, etiamsi mandatum speciale non sit, vt constat ex eodem text. & probat. l. indebitam ff. de condit. indebiti, cessante etiam mandato necessaria est ratihabitio. d. l. si absentis, & eundem effectum habet l. vero procuratori in fine. ff. de solut. nec est differentia inter pecuniam, & alienam l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff de verb quicquid dicant prædicti authores vbi sup. rà.

Meo tamen judicio sive præcedat mãdatum patris sive eo non præcedente sequatur ratihabitio, opinio glos. & Bart. falsa est, cùm qua alij transeunt, quoniã etiamsi numerante fratre nomine patris absentis acquisitio fiat patri per d. §. si nũmos, & d. l. si absentis, diversa tamen acquisitio est, de qua in d. l. frater à fratre, vbi patri acquiritur obligatio naturalis jure patriæ potestatis, ex reg. d. l. placet, vt est verius contra Hotom. ponderando text. expressum in l. peculium 10. ff. de pecul. quem etiam consideravit Cujac. Ratio autem differentiæ est, quia in terminis d. l. frater à fratre, vna solum contrahitur obligatio, quæ acquiritur filio, & per filium patri ex d. l. placet: at in d. §. si nũmos & d. l. si absentis, duplex obligatio est, & ex duplici contractu producitur, altera inter dantem, & absentem, altera verò inter absentem, & eum qui accepit. l. 3. §. final. ff. de donat. inter. Sic fit, vt mortuo patre. quia filius numeranti pecuniam castrensem civiliter est obligatus jux. reg. l. 2. ff. ad Maced. dividitur obligatio inter fratres hæredes, ita vt mutuatarius pro sua parte remaneat obligatus civiliter tanquam hæres patris, & per consequens solvendo non repetat. Quod tamen in specie d. l. frater à fratre non cõtigit, in qua mutuatarius pro parte sua liberatur per confusionem jure hæreditario in persona sua factam. l. debitori. C. de pact. l. 1. §. si debitor. ff. ad l. Falcid. l. Stichum §. aditio. ff. de solut. l. si ei cui. §. si is ff. de evictión. Nam cum obligatio naturalis transeat etiam in hæredes l. 1. si pupillus ff. ad l. falcid. l. in numerationibus. §. 1. ff. de solut. (quicquid Hotoma. in expositio. d. l. frater à fratre aliter excogitaverit) atque etiam in peculio successorem, vt in l. si noxali §. penulti. l. si ex duobus §. fin. ff. de pecul. consequitur quòd prædicta obligatio, quam dicimus patri acquisitam, extinguatur partim confusione jure hæreditario in persona filij debitoris (vt modo dixi) partim vero peculij pervẽtione in persona filij creditoris, quatenùs de peculio obligato ad eum pervenit (vt supra latiùs explicui num. 127.) debet enim pervenire ex l. certum. C. famil. ercis cun. quoniam cum debitum & creditum in eadẽ persona reperiatur, consequens est, vt vtroq; casu extinguatur obligatio ipso jure in d. l. frater à fratre, quod in proposita specie non fit. Sic patet ibi nõ fuisse duas obligationes, vt glos. putabat, sed vnam tantum, vt docet Bart. & communis ita tamen vt duplici respectu consideretur. Nec est quòd dubitemus, an pater in casu illius legis sit debitor & creditor simul, illud enim fit ex diversis respectus, quia est creditor vnius, & debitor alterius (vt supra latiùs ostendi) quemadmodum contingeret si ego tibi mandarem, vt crederes Titio ex l. si quis alicui §. fin. ff. de mandati, ego enim tenebor tibi ex mandato, Titius verò mihi ex negotio gesto. Sed jam videamus quod sequitur.

RESTAT

RESTAT QVARTA ET ULTIMA PARS HUIUS TEXT. IN vers. Eadem observando etiam in his peculijs quæ quasi castrensia peculia ad instar castrensis peculij accesserunt.

SUMMARIUM.

161 *REspub non minus defenditur ab his qui publicis muneribus funguntur, quam ab his qui militum numero scribuntur. Peculium quasi castrense quid sit.*

162 *Filiusfamil. clericus in bonis sibi quæsitis plenum jus disponendi habet: nec in eis vsumfructum patri acquirit.*

Text. in l. Sacrosanctæ. C. de episcop. & cleric. procedit in ijs bonis, quæ pater filio clerico dedit, quæ licet castrensia sint, non tamen deferuntur jure hæreditario, sed ad patrem spectant jure peculij.

163 *Intellectus ad cap. quia nos de testam. & authen. presbiteros. C. de Episc. & cler.*

164 *Pater retinet vsumfructum in bonis filij ante clericatum quæsitis, & si filius propter clericatum, vel superuenientem dignitatem eximatur à patria potestate, & ibi de intellectu l. 3. tit. 21. part. 1.*

165 *Bona ad quorum titulum filiusfamili. fuerit clericus factus pertinent ad peculium quasi castrense: & quomodo hoc intelligi debeat.*

166 *Prædicta bonorum quasi castrensium priuilegia, an procedant in clericis primæ tonsuræ cum sequentibus.*

167 *Intellectus ad Auth. presbyteros C. de epis. & cleric.*

168 *Text. in Concil. Trident. ses. 23. cap. 6. & 11. illustratur & declaratur, & ibi de intellectu l. 1. & 11. titul. 6. par. 1. Clerici dicuntur quasi electi.*

169 *Quæ filiusfamil. habet occasione studiorum, quæ, si quærerentur, essent aduentitia, pertinent ad peculium quasi castrense. Quæ vero ei à patre sunt donata ob causam studij, vt fiant quasi castrensia, necesse est filiũ militare.*

170 *Causa militiæ, & studij, an æquiparetur.*

171 *Æquiparatio, quam scribentes communiter faciunt inter Doctorem & Licenciatum, quantumuis in faborabilibus procedat: in ijs vero privilegiis de quibus in l. cum oportet, de jure communi locum non habet.*

Intellectus ad l. penult. ff. de tastam. militis.

172 *Singularis intellectus ad l. cum filius ff. si sert. pet.*

173 *Bona quæ filiusfam. habet à patre causa studij, licet ante implementum studij non sint castrensia, tamen speciali fauore in collationem non veniunt, & num. 177.*

174 *Donatio, quæ valet in vita patris conferenda est,*
175 *Intellectus ad l. quæ pater ff. famil. erciscund. & num. 179.*
176 *Tractatus de opinione Bart. in l. donationes §. pater. de donationibus.*
177 *Erogata in honorem filij (puta in Doctoratu) nullo modo conferenda sunt, nisi id declarauerit pater tempore donationis, aut erogationis, vel penes se bona filij habuerit.*
178 *Intellectus ad l. fin ff. de pet. hæred.*
179 *Sumptus voluntarij facti ab eo, qui bona filij, vel nepotis habet, censetur fieri administrationis nomine, scilicet illius, cujus negotia geruntur.*
180 *Salarium aduocati etiam ex priuata causa quæsitum ad peculium quasi castrense refertur, quantumuis l. fin. Cod. de inofficios. in publico salario loquatur.*
181 *Idem procedit in Medico, tabellione, & judice, qui publicum munus exercent.*
182 *Reprehenditur Bald quē absolute sequuntur Nauar. & Greg. quatenus negauit peculium quasi castrense in acquisitis à tabellione, nisi ex publico salario.*
183 *Procuratoris officium, an publicum vel priuatum dici debeat, & quid in eo obseruetur hodie quoad priuilegia quasi castrensis peculij.*
Procuratoris officium an sit vilissimum, vel infame, & ibi de intellectu aliquorum jurium.
184 *Data à Principe filiofamil. ad eum spectant in plenum etiam ratione vsusfructus, ita vt de illis possit filius testari tanquam de quasi castrensibus, & num. 185.*
186 *Fœmina potest habere peculium quasi castrense, ad cujus imitationem militaribus D. Iacobi Spatiferi insigniis in Hispania hodie fœmina decorantur.*
187 *Lex loquens de Rege, in Imperatore locum habet.*
L. cum multa infra hoc titul. non solum procedit in Rege sed in alijs populis, & dominis non recognoscentibus superiorem.
188 *Donatio facta filiofam. à Principe etiam contemplatione patris & propter eius seruitium, vel cum onere perpetuo fideicommissi, filio in totum acquiritur.*
189 *Quæ etiam pertineant ad hoc exemplum quasi castrensis peculij & de militia ex casu remissiuè.*

De bonis quasi castrensibus.

NVNC Aggreditur Imperator ex hoc versiculo agere de peculio castrensi militum inermis militiæ, quod quasi castrense appellatur. Cum enim respublica nō minus defendatur pace, quam bello, vt tradit Iustinian. in proœmio instit. Nec minus defendatur ab his, qui publicis muneribus funguntur, quam ab his, qui in militum numero scribuntur, vt in l. advocati. & in l. fori. C. de advocatis diuersorum judiciorum: æquum fuit, vt quod militi armato concessum est, concedatur etiam inermi. vt hic, & in l. final. C. de pecul. castrens. lib. 12. & constat ex l. 1. §. nec castrense, de collat. bonor. Et inde est, quod etiam quasi castrense appellatur quod clericus quæsierit. L. sacrosanctæ. C. de Episc. & cler. quia dicitur militare id cœlesti militia, vt in cap. degradatio. §. actualis de pœnis. lib. 6. cap. 1. de clerico ægrot. cap. 4. de præb. Alciatus, & alij in l. miles de re judic. tradit Alex. in l. centurio. ff. de vulg. latè per Euerard. *Sapient. 5.*
loco. 21. de milit. terre. ac cœlest. & patet ex Sapient. cap. 5. vtriusque inermis militiæ arma metaphoricè, sic describenti, *Induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet duram iram in lanceam, & pugnabit contra insensatos.*

Quod autem sit peculium quasi castrense, tradit glos. in §. igitur liberi, & ibi Aret. num. 3. Riminald. num. 57. per quas personas nobis acquir. Alex. cons. 2. nu. 3, Dec. in l. fin. num. 5. C. qui testam. facere possunt. Palat. Rub. in rubr. de donat. §. 62. num. 18. Medices lib. 1. definit. cap. 90. Anton. de Quel. quæst. cap. 7. Coua lib. 9 cap. 4. num. 4. prosequitur Cald. in l. si curatorem verbo læsis ex num. 98.

Dé-

De filiofamil. clerico, & de ejus bonis.

PRimum exemplum peculij quasi castrensis sit in filiofam. clerico, in quo talis sit effectus, vt in bonis sibi quæsitis plenum jus disponendi habeat, vt in l. sacrosanctæ C. de episc. & cler. nec in eis vsusfructus patri acquiratur, vt observat Andreas Barb. in cap. quia nos de testam. post. Hostiens. & antiquiores cómunem resolvit Couar. ibi. numer. 2. & 3. & senatus sententia comprobata refert Xuarez in quæst. Maior. numer. 31. & 39. & cum alijs Rojas c. act. de succes. cap. 17. nu. 9. Ioseph Gond. lib. 1. var. quæst. num. 26. Perez ad l. 1. gjol. 1. col. 24. vers. est & aliud ti. 3. lib. 1. antiqui Ord. Est tamen valde dubium in illo tex. in d. l. sacrosanctæ, de quibus bonis intelligi rectè possit, quoniam ejus verba talia sunt. *Sacrosanctæ orthodoxæ fidei episcopi atque præsbyteri, Diaconi quoque qui semel probatis moribus, integritate castissima, ad hũc gradum meruerunt pervenire, ea quæcunque in eodem clericatus gradu, locoque viuentes: acquirere & habere potuerint, & si in patris, auique aut pro aui potestate constituti sint, & adhuc superstites habeantur, antequam bona propria vendicent, de his (si quando eis libitũ fuerit) testandi vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessa: vt ea bona quoquo tempore nunquam ad diuisionem veniant, nũquam fratribus, vel sororibus, aut ex his genitis conferantur, sed ad eorũ filios posteros, & quoscunq; extraneos hæredes perueniant, nec à patribus, aut proauis, sed ab ipsorũ liberis tanquam præcipua vendicentur, & certè ijs lucro cedant, quibus ipsi ad peculium, vel inter viuos alienatione habita, vel mortis tẽpore, vltima, & jure cognita voluntate cõcesserint.* Nam primo adverto, quòd licet Ias. in l. filiæ licèt n. 4. de collat. Crotus in l. frater à fratre n. 107. Segura nu. 54. in l. Imperator ad Treb. bel. Rebuf. de priuileg. scholarium, privileg. 54. Gomez in l. 29. Taur. nu. 17. intelligant illam facultatem procedere in quibuscunque bonis etiam profectitijs, quanuis clericus sit primæ tonsuræ, vt scribit Molina libr. 1. de primogen. capit. 19 numer. 29. Id tamen mihi falsum esse videtur, quia cum ille text. dicat filio intestato mortuo, bona ad liberos tanquam hæredes pertinere juxt. sententiam text. in l. 3. & 4. supra hoc tit. de bon. quæ liber: & l. fin. Cod. communia de succes. manifestè ostendit non posse procedere in illis quæ pater dedit, quæ licet castrensia sint, non tamen deferuntur jure hæreditario, sed ad patrem spectant jure peculij l. 1. de castrens. pecul. & suprà in 3. part. diximus num. 145.

L. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. interpretatio.

163 Vnde Palac. in rubr. §. 42. num. 6. Ripam l. sin quartam num. 171 ad legem Falcid. & alij quos refert Couar. & sequitur in cap. quia nos de testam. per text. ibi, existimant illam facultatem esse intelligendam in aduentitijs, vt ea fiant quasi castrensia in persona clerici, etiamsi aliunde quàm ratione clericatus ei acquirantur: pro qua opinione facit etiam text. quem ibi allegat Paul. de Castro in authent. præsbyteros, ibi (res quolibet modo) eodem titulo. Sed tamẽ hæc sententia impugnatur primò, quia text. in dict. c. quia nos, non loquitur in clerico filiofamil. prout advertit Gomez. in l. 48 Taur. num. 7. & olim Pinel. relatus à Iosepho Gondisaluo lib. 11. var. quæst. nu. 28. cap. 12. Caldas verb. læsis num. 131. Secundò, quia tex. in d. authẽ. presbyteros, licèt generaliter loquatur, debet tamen restringi de habilitate, vt intelligatur de bonis clerici, tãquam à clerico acquisitis quocunque modo; vt in simili argumentatur Consult. in l. Titius. 27. versiculo constitutionibus, de testam. milit. conjuncta. l. castrense. 11. de castrensi peculio, vbi ea bona castrensia dicuntur, quæ filiusfamilias quæsivit miles jam factus, & occasione militiæ nec verum est bona, quæ antea erant aduentitia, effici castrensia; fieret enim, vt jus patris diminutum foret, & patria potestas læderetur: quod in dubio credendum non est argument. text. in l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco pub. Nec in præsenti mutatur persona, vt mutari videmus in l. pot procuratorem. 89. versiculo vltimo de acquirenda hæreditate, vt existimabat Panorm. in cap. in præsentia de probat. quæ debuerat observare Caldas dũ

P cum

cum reprehendit in l. si curatorē habens. verb. læsis nu. 103. Unde fit, vt jus testādi, & disponendi, concessum filiofamilias clerico in d. authentica presbyteros, intelligendum sit in bonis ex clericatu acquisitis, prout tenet Bartolus, & Albericus, in d. l. sacrosanctæ, Ant. Gomez in l. 48. Taur. numer. 7. Concessa enim testandi facultas intelligi debet, casu quo alicui non inferatur incommodum arg. l. cum filiusfamil. ff. de testa. milit. l. impuberi. 41. ibi, nam ad alienam injuriam. ff. de administratione tutor. Et ita intelligo d. l. sacrosanctæ, pro qua opinione videtur textus expressus per locum ab speciali in cap. fin. de judic. in 6. Atque istam sinè de jure verissimam existimo, secundum quam interrogatus non in causa levi semel consuluti, nec cōmuni gravissimorum virorum contra existimatium opinion potuit quicquam

Exodi. 23. asserere. Scribitur enim divinitus Exod. 23. *Non in judicio plurimorum acquiesces sententia, vt a vero devies.*

164 Et quamvis supradicta contraria sententia jure Regio probatur in l. 3. titul. 21. part. 1. quæ si de jure communi procter ejus authoritatem servanda foret, intelligetur tamen in ijs bonis post clericatum acquisitis: nam in ijs quæ antea obvenerunt, semper pater administrationem habet, & vsumfructum, vt contra plures tradit tanquam verus eximiè Pinel. in l. 1. 3. part. numer. 43. de bonis matern. Tellus Ferdinand. in l. 5. Taur. numer. 4. & 5. Secundum quorum verissimam obseruationem sine scrupulo admittendum est, in bonis ante clericatum quæsitis, ita patrem vsumfructum conseruare, vt eum retineat post filij sacerdotium, prout ex supradictis colligitur. Quod esset recipiendū, etiamsi probaremus filium eximi à patris potestate propter clericatum, quia vsusfructus semel quæsitus patri in bonis filij non amittitur propter superuenientem dignitatem, & contingentem filio, vt resolvit Palac. Rub. vbi suprà num. 13. & est communis opinio post Anton. Gomez & alios relatos à Molina. lib. 1. de Hispanorum primogenijs. capitul. 19. numer. 26. cujus meminit Caldas vbi suprà n. 130. fol. 139. & probat Didacus Perez in l. 1. tit. 3. li. 2. antiq. Ordin. & Greg. Lopez in l. 5. glo. 2. tit. 17. par. 4.

Ex quo etiam infertur ad l. 3. tit. 21. par. 1. versic. *è outrosi*, quatenus quoad potestatē disponendi hodie videtur profectitium æquare quasi castrensi in clericis, quod est mirabile ad maximam exceptionem l. sacrosanctæ, & auth. presbyteros in sua generalitate: de quibus supra: ex ea namque videtur necessariò colligi hodie cessare differentiam, & distinctionem peculiorum in filio clerico, & sic omnia ab eo quæsita in effectu judicari quasi castrensia, quod de jure communi admiserunt Doctores numer. 162. superiùs citati. Sed quia id omnino juris principijs adversatur in materia peculij profectitij, specialiter que infringi jus patriæ potestatis, ideo meliùs erit intelligi & restringi. dict. l. Regiam in ijs tantum, quæ pater donat filio clerico intuitu Clericatûs, vt in exemplo Bart. recepto in d. §. nec castrense. num. 4. & in alio, scilicet, quando pater donat ad effectum, vt filius ordinetur ad titulum patrimonij.

165 Illa enim bona, ad quorum titulum filiusfa. fuerit clericus factus juxta decisionem Concilij Tridentini. sess. 21. cap. 2. sive mobilia sint, siue immobilia pertinebunt ad hoc peculium, vt resolvit Tellus in l. 17. Taur. nu. 82. Cæsar Perus. in l. in quartam. n. 469. ad l. Falcid. Communem resolvit Matienço ad l. 3. glos. 2. n. 9. ti. 8. lib. 5. Compil. contra Couar. in capit. Rainaldus §. 2. numer. 7. Quod debet intelligi postquam filiusfamil ordines susceperit, tunc incipient in peculio numerari. Nam interim, non sequuta causa, affirmandum est ea bona nequaquam posse numerari inter peculium quasi castrense, sed mortuo patre esse dividenda tanquam bona patris, ex l. certum. C. famil. ercisc. cum antequam causa subsequatur, donatio non valuerit, nec dominium rerum donatarum transierit in filium, prout tanquam veriùs statim probatum videbis in secundo exemplo, circa donationem factam filiofamil. causa studij numer. 172. Denique secundum prædicta, in ijs quæ pater dederit filio ad suscipiendos ordi-

nes

nes post clericatum jam castrensibus factis, intelligi poterit dict. l. Regia, de qua supra. Pro quo intellectu non obscurè expendi possunt verba text. in dict. authent. presbyteros, ibi *Ad dominium eorum venientes*. Vbi Iustinianus loquitur de ijs tantum bonis quorum dominium filij clerici consequuntur, & sic necessario debet verificari, quando pater eis donat ex causa castrensi, nempè eo modo, quo diximus, cum aliter de jure regulariter non consistat donatio. l. 2. C. de inoffic. donat. l. donationes quas parentes. Cod. de donat. inter. Ne ergo dispositio Iustin. in d. authent. hoc modo intellecta, & simul totius regulæ corrigantur, tutius est restringere decisionem d. l. Regiæ ad hunc casum, & ad terminos d. authent. & juris communis. In cæteris verò, quæ non profectitia, nec à patre donata sunt, intuitu militiæ acquisitis procedet generaliter privilegium dict. l. Regiæ l. sacrosanctæ, & authent. presbyteros.

166 Quorum decisio vtiliter extenditur per scribentes omnes vbi suprà ad clericos primæ tonsuræ, quia ordo est, & inter ordines connumeratur. c. cum contingat, in fi. de ætate & qual. l. 1. in fin. & in proœmio. tit. 6. par. 1. vbi Gregor. verb. corona. communem dicit licèt propriè non sit ordo sacer, quo casu procedit tex. contrarius in cap, clericus. el segundo de vita, & honest. cleric. secundum glos. 1. ibi communiter receptam, vt latiùs resolvit Couar. d. cap. quia nos num. 3.

167 Meliùs ergo, & consultiùs alij jure contendunt ea privilegia non esse hodie extendenda ad clericos primæ tonsuræ, nec in eis locum habere decisionem d. authent. presbyteros. & aliorum jurium, & ita de communi opinione in hoc dubitat Imol. in d. cap. quia nos, de test. & ab ea recedunt Viglius in princ. num. 18. Institu. quibus non est permiss. facer. test. Ripa in l. in quartam nume. 171. ff. ad l. Falc.

(:!:)

De filiofam. scholari Doctore, & Licenciato, & alij hujusmodi publicis personis.

SEcundum exemplum peculij quasi castrensis celebratissimum est in ijs, quæ filiusfamil. habet occasione studiorum, quæ, si quærerétur, essent aduētitia: puta ex disputationibus, lectura, cōsilijs, advocatione, vel etiam ex hæreditate alteriùs scholaris studio noti juxt. tex. in l. miles de castren. pecul. in plenum enim pertinent ad filiumfa. per tex. nostrum. Si verò donato sunt à patre ob causā studij, veluti libri, sententia est recepta cōmuniter, quòd vt fiant quasi castrēsia requiratur quod filius in vita patris studiū compleuerit, ita vt possint militare juxta text. in l. fori, & l advocati. C. de advocatis diversorum judiciorum. & ita tenet Bart. in l. 1. §. nec castrense de collatione bonorum post Dinum, & alios quos refert, & sequitur idem Bartol. in l. filiæ, licèt. C. de collat. vbi Ias. nume. 2. & est recepta opinio secundum Alexand. in l. si donatione num. 19. eodē titu. Ripa in l. in quartam. n. 168. ad l. Falc. vbi Berengar. n. 81. Roger. in l. donationes §. pater. n. 3. ff. de donat. sequuntur Corn. in authent. ex testamēto n. 40. C. de coll. Cæpol. in l. irritam. nu. 22. C. pro donato & tanquā receptum tradit Perez plures casus distinguens in l. 8 titul. 1. libr. 1. Ordinam. glos. 2. column. 4. versic. 1. conclusio: Gomez. in l. 29. Taur. numer. 17.

Neq; ea quæ sunt donata à patre transeunt in filium, sed in eo remanent quandiu filius non incipit militare: & sic non potest dici, prout contendebat Couar. in capit. Raynaldus §. 1. numer. 7. quod ea donatio defendatur; quemadmodum & donatio ex causa dotis, quæ valet ex l. Pomponius ff. famil. ercisc. Nam licet dotis, & studij fauor æquiparari solent, tamen in dote est diversum, cùm dotis dominium transeat in virum, vt suprà probatum est in 1. part. numer. 50. quod in filium non potest transire, nempè, quia statim re acquiritur patri ex regula l. pla-

P2 cet.

cet. Similitudo tamen in eo optime obseruari potest, quod quemadmodum data ob causam dotis etiam antequam matrimonium sequatur, revocari non possunt per patrem, quia doti destinata sunt, vt in l. dotis fructus in fin. ff. de jure dot. & in l. quod seruus ff. de condict. causa data: ita & donata à patre ob causam studij, cum sit causa publica, quandiu vtilitati publicæ destinata sunt, non revocentur. Antequam tamen causa donationis sequatur, filiusque studium compleat, & viuo patre incipiat militare & ita quod accepit, efficiatur castrense secundum Bart. supra non video quare donatio debeat valere, nec enim valet, nisi dominiũ translatum sit juxt. text. in l. Senatus §. 1. cum simil. de donat. causa mortis, diximus suprà num. 165. Nec obstat, quod ea bona solent præcipua esse ex privilegio studij, prout tenet Bart. post glos. ibi in l. quæ pater. ff. famil. ercisc. Cuman. cons. 40. Alex. in l. si donatione. numer. 20. C. de collat. Rebuf. de privil. schol. pribileg. 56. & est communis secundum Dueñas. reg. 271. Quia respondetur, quòd licèt ea opinio vera sit contra nonnullos, quos refert Rip. in l. in quartam numer. 172. ff. ad l. Falcid. debet tamen intelligi, quando pater moriens nihil expressit, tunc enim stat privilegium studij, & ratio pietatis vt infra dicam. numer. 177. Nec dici potest, quòd ea bona habent privilegium quasi castrensis peculij, etiam anteaquam filius studium compleat ex l. cum filius ff. si cert. pet. quatenùs videtur concedere administrationem filiofamil. in studio existenti in ijs verbis. *Cum filiusfam. viaticum suum mutuum dederit, cum studiorum causa Romæ ageret, responsum est a Sceuola extraordinario judicio esse illi subueniendum*, quoniam id non procedit ex eo quod scholaris est, sed quia pater absens est, juxt. l. si longiùs. §. 1. de judicijs. & ita intelligetur l. 5. C. ad Maced.

170 Neque etiam causa studij, & militiæ indistinctè æquiparatur, prout contendebant plures, vt per glos. in l. quæ pater. ibi libros, vel arma ff. famil. ercisc. Rupella in enchiridio juris Galliæ. pag. 223. Claudium in tract. legitimarum artic. 12. num. 14. Quod etiam jure Regio securè probant Auend. in reper. leg. partitarum, verb. castrense. Anton. Gomez in l. 29. Taur. num. 17. & Dueñas. reg. 222. limit. 3. citantes ad id expressas ll. Regias 5. tit. 15. part. 6. l. 3. tit. 4. par. 5. Non aduertentes eas. ll. non loqui in omnibus libris indistinctè filio donatis, sed in necessarijs duntaxat ad discendum in scholis, non ad munus judicandi, vel advocandi, vt ex eorum verbis cum juditio expendit Gregor. in d. l. 5. glos. vlti. quem sequitur Perez vbi supra: & sic a Doctoribus cauendum, nec minus è Dueñas. reg. 371. vbi citat Bart. & plures cum eo, tanquam loquantur in filio scholari: non aduertens Bart. & communiter scribentes in simplici scholari expresse cõtradicere. Licet hodie hæc opinio Dueñ. etiam in filio scholari posset jure defendi, quoniam tales libri à patre donati erunt computandi in meliorationem tertij & quinti, sicut quælibet alia donatio ex l. 26. Taur. & ita colligitur ex ijs, quæ tradit Arias in l. 26. Taur. num. 14 Auend. d. verb. castrense, & responso. 19 col. 2. Doctor Perez vbi suprà. vers. sexta conclusio.

171 Vnde cessat quæstio quid in filio Licenciato? Ex Bart. enim in d. §. nec castrense, & ex recepta interpretum sententia, dum loquuntur in filio Doctore, vel advocato, constant ipsos diversum sentire in Licenciato de jure communi, quãuis multi controuerterent, vt per Ias. Ripam, & Anton. Gomez in dd. locis: latè Palac. Rub. in rubr. § 38. Arias in dict. l. 27. Taur. num. 29. & quam plures alios relatos à Riminal. in princ. num. 99. Institut. quibus alien. licét vel non, æquiparentes communiter Licenciatum Doctori: quæ æquiparatio maximè procedit in fauorabilibus, vt tanquam receptum cum multis tradit. D. Perez in l. 2. tit. 4. lib. 4. Ordin. glos. 1. col. 3. versic. quid autem. Et ita in hoc nostro casu specialiter contra Bart. commune opinionem dicit idem Perez in d. l. 8. tit. 2. lib. 1. Ordin. glos. 2. col. 4. versic. secunda conclusio, vbi omnes citant vulgarem reg. l. pen. ff. de test. milit. Sed tamen contra eos vltra Bart. recept. vide Alex. in l. si cui purè ff. ad Trebell.

172 Neque obstat text. secundum vulgarem

garem allega. in d. l. pen. Ibi enim filiusfam. cingi confestim jussus, cinctus fuit, vt indicant ea verba text. ibi (*equestri militia exornatus*) adjuncta glos. in l. penult. versic. item quod ei. ff. ex quibus causis maiores. Quo facto habetur pro milite, antequam ad castra pervenit, vt eleganter ad illum advertit Viglius. in §. pen. Inst. de milit. test. Et colligitur ex l. ex eo. ff. eodem ibi, *numerum*, quæ verba explicat Corras. lib. 5. Miscellan. c. 22. num. 4. Vel dicas eam vulgarem regul. procedere in ijs quæ confestim, & infallibiliter fieri debent, non in alijs vt latè tradit Tiraq. post. ll. connub. glos. 2. num. 2. & 29. & in notabili casu. Alciat. resp. 722. At in Licenciato necessarium non est, vt de proximo fit Doctor. l. naturalem §. 1. vers. cum multa. ff. de acquirend. rerum domin, & magis vrget. l. fundi. 18. versic. atque parata. ff. de actionib. empti. Quæ tamen omnia superiora intelligenda semper in ijs quæ apta sunt ad studium, eo modo quo supra adnotavimus in 3. part. de peculio castrensi. num. 142.

173 Cæterum quamvis ea bona non sint quasi castrensia, quando filius in vita patris studium non compleverit, vt supra proximè satis probavi, tamen advertendum in collatione non venire, idque speciali favore studij, vt notat glos. per tex. ibi, in l. quæ pater ff. famil. ercisc. cujus hæc sunt verba. *Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* Tradit ibi Paul. num. 1. Bart. in l. 1. §. nec castrense de coll. bonor. Cuman. conf. 40. Alex. in d. l. si donatione. num. 20. C. de collat. & optimè Rebuf. de privileg. scholarium privil. 56. Gomez in l. 29. Taur. nume. 17. Communis opinio secundum Dueñas reg. 371.

174 Et quamvis contrarium teneant Corneus in authentica ex testamēto prope finem C de collation. Ripa vbi suprà num 172. moti ex eo quòd cum talis donatio causa studij facta, rectè valeat in vita patris, secundum ea quæ tradit Ias. vbi dicit communem in l. 1. in fine, soluto matrimonio. Rebuf. supra privileg. 60. nec sit castrensis ex doctrina Bart. in d. §. nec castrense, num. 3. necessariò conferri debet, propterà quòd regulare est donationem, quæ valet in vita patris esse conferendam, authent. ex testamento C. de collat. Tamen communis opinio verior est de jure contra Corneum, & alios suprà. Nec obstant argumenta contraria, quia respondetur, quod præterquam quòd talis donatio in vita patris non valeat, vt est verior sententia secundum Aretin. conf. 17. col. 3. & magis recepta secundum Ripam in d. l. 1. numer. 140. soluto matrimonio. Corras. in l. frater à fratre. §. quæsitum numer. 63. de condit. indeb. Dicēdum est in ea cessare collationem ex speciali privilegio, & ita sentit Bart. in d. §. nec castrense, & expressé in tract. de duobus fratribus n. 15. refert Baldus in l. filiæ cujus num. 10. C. famil. ercisc.

175 Quòd si quis contra communem dixerit. d. l. quæ pater, solùm procedere in his quæ sunt cōsumpta tempore mortis paternæ, ac proinde illam legem pro communi nihil facere, prout tenet Albericus, & Fulg. ibi, idem Fulg. in d. l. si donatione. Salicet. & Paul. in d. l. filiæ licet num. 3. Corn. suprà. Replicatur id quidem falsum esse. Nam cum regulariter sit verum consumpta non cōferri, nec in legitimam imputari l. ea demum. C. de collat. consequitur necessariò. d. l. quæ pater. loqui etiam in his quæ extant: aliàs enim nullus studij favor fuisset, aut ratio pietatis qua ille text. movetur. Vnde necessariò infertur text. in d. l. quæ pater, & communem opinionem, de qua suprà, intelligendam esse in libris extantibus tēpore mortis paternæ, vt favore studij sint præcipui ipsius filij scholaris, nec vllo modo venient in collationem: quod jure Regio expeditissimum est, vt constat ex l. 5. tit. 15. par. 6. & in nostro Regno li. 4. tit. 77. §. 5.

176 Nec obstat si dicatur, quòd tex in d. l. quæ pater, loquitur in filio emancipato, quia cùm moveatur pietatis ratione, à fortiori idem dicendum est in eo, qui est in potestate. Fecit autem ille tex. mētionem de emancipato, quia in eo maior erat ratio dubitādi: & ita ponderat Albericus

ricus Florianus, & Paulus ibidem. Vnde fit, vt dum Bart. post antiquiores in l. donationes. §. pater de donat. existimavit quòd ad hoc vt habeat filius præcipuos liberos, necesse ei sit vt faciat se emácipari. Cujus doctrinam post alios sequitur Alex, in d. l. si donatione num. 19. Ias. in authent. ex testamento num. 10. & ibi Decius. num. 6. C. de collat. intelligatur quãtum ad hoc vt facta emancipatione, filius sit securus. Nam cùm donatio non valeat, vt suprà dixi, rectè potuit à patre revocari. Vel etiam intelligatur quantùm ad hoc vt constet de animo donantis juxt. d. §. pater: si enim filius liberos haberet, nec posset ostéderet de voluntate patris eos haberet, vtique dividerentur inter fratres tanquam bona patris juxt. l. certum est. C. famil. ercisc. cessaret enim præsumptio. dict. l. quæ pater.

177 Ex superioribus tamen remanet talis conclusio: Castrensia, aut quasi castrensia, aut etiam erogata in honorem filij, putà in Doctoratu, nullo modo esse conferenda, aut imputanda l. 1. §. nec castrense. de collation. bonorum. l. quæ pater famil. ercifcund. Sed certè hæc conclusio primò intelligenda & limitanda est, nisi pater declaraverit conferenda, aut imputanda: tunc enim imputabuntur, aut conferentur tantum minùs accipiendo, vt docet Bald. in l. Macedoniani. C. ad Maced. & alij quos refert & sequitur. Gomez in d. l, 29. Taur. num. 16. Rebuf. de privilegijs scholarium. privileg. 57. Quæ declaratio fieri debet tépore donationis, aut erogationis: aliàs enim quæretur jus filio, vt postea nullo modo conferantur, aut imputentur, licèt pater in testamento id præceperit, vt probat Gomez suprà. Cujus opinio vera est regulariter in castrensibus, aut quasi, aut etiam in his quæ erogata sunt. Cæterùm casu quo filius studium non compleuerit, cùm donatio non valeat (secundum veriorem sententiam, quam suprà proximè probavi. num. 65.) ac propterea possit in totum revocari, non mirum si possit pater eam declarationem facere etiam ex intervallo, argumen. l. juris gentium §. adeò. ff. de pactis. Et ita tenet Butrius. cons. 38. num. 5. Ias. in l. filiæ licet numer. 3. C. de collat. Rebuf. suprà privileg. 55. in fin. Quibus adde quòd eo casu quo propter prædictam patris declaratio nem debeat fieri collatio, aut imputatio expensarum, ita fier, vt ea quæ in domo patris filius erat consumpturus, non conputentur secundum Bald. con. 363. lib. 3. Aymon. cons. 125. num. 9. Gomez vbi suprà. num. 16. vers. Secundò limita. De cujus tamen articuli pleniore disputatione videndi sunt Rebuf. & alij supra allegati, quos non vidit Cald. verb. læsis. num. 102. videndi etiam sunt Gõdisaluus Var. quæst. cap. 2. Didacus Perez. in glos. verbo (Bachilleres) in l. 20. titul. 4. libr. 4. antiqui Ordinamenti. Garcia de expensis capitul. 4. per totum.

178 Secundò limitatur superior conclusio, vt non procedat si pater penes se habeat bona filij, videbitur enim de his necessaria subministrasse, & expensas fecisse. Pro qua opinione facit text. in l. fin. ff. de peti. hæred. vbi Scævola. lib. 3 Digest. hæc elegantes verba protulit. *Filius à patre emancipatus secũdum conditionem testamenti matris, adijt hæreditatem, quam pater antequam filium emanciparet, possedit fructusque ex ea percepit. Sed erogationes in honorem filij, cum esset Senator, fecit ex ea. Quæsitum est cum paratus sit pater restituere hæreditatem habita ratione eorum quæ in eũ erogauit, an filius nihilominus perseuerans petere hæreditatem, doli mali exceptione submoueri possit. Respondit, & si non exciperetur, satis per officium judicis consuli.* Et ita ex hoc tex. tenet Bart. Alberic. Angel. & Castr. ibidem. Idem Bart. in l. Nesenius. num. 5. de negoc. gest. Bald. in rub. numer. 4. extra de officio judicis. Ias. in authent. quod locum numer. 3. C. de collat. & in §. fuerat. num. 3. Instit. de action. Roger. in tract. de dote §. 2. num. 9. Nauar. in manual. cap. 17. nu. 160. idem Bart. in l. 1. §. nec castrense. numer. 8. & in tract. de duobus fratribus num. 26. & est communis secundum Gomez. in l. 26. Taur. num. 19. tradit Gregor. in l. 5. tit. 15. par. 6. Sed certè text. in d. l. fin. meo judicio communem opinionem non probat: nam pater ibi nulla bona possidebat, quæ ad filium pertinerent. Primo, quia erogationes factæ fuerant tempore, quo filius

filius erat in poteſtate, & per conſequẽs incapax bonorum l. placet de acquir. hæred. Secundo, quia filius erat à matre inſtitutus ſub conditione, & pendente conditione nullum jus filij erat. l. cedere diẽ cum materia de verbor. ſignif. Tertio, quia hæreditas jacebat, & quamvis poſtea filio delatá fuiſſet, & ab eo adita, interim tamen jus adeundi non potuit eſſe in confiddeiatione, l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. Denique non potuit pater qui hæreditatem poſſidebat videri de illis bonis erogaſſe, quia ſi defficiente conditione, vel repudiatione, filij hæreditas ad alium ſpectaret, pater non poſſet objicere illi tales erogationes, quas fecerat in honorem filij, totamque hæreditatem ſine diminutione reſtitueret, & per conſequens eas expenſas tanquam pater feciſſe videretur ita quod poſſet filius inducere pietatem, de qua in d. l. quæ pater, vt eas expenſas retineat, tanquam præcipuas, nec eas imputet in portionem ſuam, vt etiam hodie fiet, ſi fortè d. l. caſus contingat, nec pater habeat alia bona filij præter hæreditatem ei delatam nec dum quæſitam. Vnde ſanè illi tex. altiorem habet intellectum, nam cum pater ibi eam hæreditatem poſſideret, & expenſas in honorem filij futuri hæredis feciſſet, negotiorum geſtorum actionem ſibi acquiſivit, qua filium ſuum ſibi obligavit, tanquã futurum hæredem l. quæ vtiliter l. nam & ſeruus §. 1. de negoc. geſt. ſi enim potuit proprio nomine tanquam pater, & tanquam poſſeſſor hæreditatis gerere, cenſebitur ſanè in dubio ex cauſa ſibi vtiliori feciſſe. juxt. regul. text. in l. & magis. ff. de ſolut. & in l. pro hærede ff. de acquiren. hæred. Vnde ſi pater poſtea conveniatur à filio facto hærede, poterit rectè vel exceptione vti (quoniam cui competit actio, competit & exceptio l. inuitũ. §. cui damus ff. de re. jur.) vel etiam ſine exceptione ſolum judicis officio deſervienti actionem, qua pater fuit conuentus, ſibi providere, vt expenſas quas fecit, tanquam poſſeſſor hæreditatis deducat. l. ſiquid poſſeſſor. §. juſtius ff. de petitione hæred. Sic fiet, vt ſi is filius de quo in d. l. fin. vel deficiente conditione, vel ex repudiatione non ſit hæres, & in judițio familiæ erciſcundæ poſt mortem

Pro declaratione l. fi. ff. de petit. hær optima animaduerſio.

patris velit vti beneficio text. in d. l. quæ pater, poterunt ei fratres objicere, quòd non paterna pietate eas expenſas fecit pater, ſed tãquam poſſeſſor hæreditatis, nec animo donandi, ſed credendi, vt ita ceſſet deciſio d. l. quæ pater.

179 Sed licet hic text. in d. l. vltima nõ probet prædictam opinionem communere, pro ea tamen optimè facit text. in l. Neſenius ff. de negoc. geſt. quatenus ibi Iur. Conſ. Paul. probat, quòd ſumptus voluntarij facti ab eo, qui bona filij, vel nepotis habebat, cenſentur fieri adminiſtratorio nomine ſcilicèt illius, cujus negotia gerebantur. Secundò facit tex. in argum. in l. fin. C. de dotis promiſſion. dum probat dotis conſtitutionem, ex eo quòd neceſſaria eſt, videri patrem feciſſe de bonis filijs, in quo manifeſtè ſignificat non idem dici poſſe, ſi ſumptus eſſent voluntarij. Tertiò facit, quia cum ſecundũ authoritatem juris novi pater ſit legitimus adminiſtrator filij l. vlt. §. ſin autem infra eodem, ſequitur quòd tales expenſas videbitur feciſſe pater magis nomine adminiſtratorio, quam paterno, quoniam cum ad eas expenſas pater non teneatur, benè deſumitur talis præſumptio, prout expendit Bart. in d. §. nec caſtrenſe numer. 8.

180 In hoc autem exemplo ad hoc pro ejus complemẽto aduerto, quòd licèt Iuſtinian. in l. fin. C. de inof. teſt. ad peculium quaſi caſtrenſe referens ſalaria aduocati, dumtaxat loquatur de ſalario ex publico percepto, attamen ex generalitate d. l. fin. ibi, quicquid, & l. cum aduocatio, ibi, quolibet caſu, & ibi, quolibet titulo, de advoc. diuer. non minus idẽ dicendum videatur in eo quod à clientibus, & à privatis percipi licet, vt olim percipi ſolebat. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraordinar. cognition. hoc enim etiam publicum largo modo appellari poterit, quaſi ex publica cauſa, & publico officio acquiſitum: maximè cum aduocati ſic militare dicantur, tractantes negotia privata, ac publica, vt colligitur ex text. in l. advocati, in verb. privatorum, in finalibus verbis. C. de advocat. diverſorum judiciorum. Vnde ſententia gloſ. d. l. fin. id ſpecialiter notantis in aduocato cõtra Speculatorem ſequitur Bald. hic

num.

num. 16. Ias. in rubr. num. 7. C. de procurat. Corras. in l. frater à fratre 1. part. num. 80. Gregor. in l. 2. tit. 2. p. 3. verb. *en las escuelas*: idemque; magis probat AEginarius Institut. de test. milit. in fin. Mayner. ad l. filiusfamil. num. 7. & 10. ff. de reg. jur. & quo ad effectum collationis tanquam receptum cum alijs tradit Benincasius. de paupertate. quæst. 7. specie. 1.

181 Exemplo autem advocati hodie dicendum idem videtur in similibus personis, nempe, Doctore, Medico, tabellione, & multo magis in judice, de quibus loquitur constitutio Iustinia. in d. l. vlt. C. de inof. quorum, quæ officia publica sunt, & ita latè & vtiliter contra alios resoluit Alex. 2. cons. per totum. vol. 6 sequitur Dec in l. fin. C. qui test. fac. poss Palac. in rub. §. 62. num. 18. Aret. num. 2. & latius Rimin. ex num. 57. cum sequentib. in d. §. 1. per quas personas, & generaliter in omnibus ijs loquitur Vigli. in § fin. Instit. de testam. milit. & eandem sententiam dicit communē Bertrand. cons. 192. num. 1. vol. 4. receptionem verò Aufrerius ad Capell Tolos. decis. 10. Neque ab ea in praxi esset recedendum, quia consuetudine obse vatur secundùm Alciatum. respons. 359. n. 1. licèt attenta juris dispositione solam Principis, vel publicam pensionem omnino exigi videatur in prædictis personis, vt tradit Navarr. immemor commun. opinion. in Manual. cap. 17. num. 142. à quo cavendum in praxi. Nec minus in professoribus Grammatices cavebis ab Alber. non relato in l duo num. 2. ff. pro socio. contra quem vrgent rationes, & fundamenta communis opinionis circa alias personas, & specialiter facit æquiparatio l. vltim. §. final. ff. de muneríb. l. duas §. Grammatici. ff. de excusat. & vrgentiùs induco text. in eadem æquiparatione in l. Medicos. in princ. & vlterius, ibi (mercedes vel salaria) & in l. Grammaticos. C. de professoribus & medicis lib. 10.

Filius si habet, ultra legitimam, donationem simplicem, illa donatio habetur pro melioratione tertij & quinti, secus verò si filius non habet legitimam, quia tunc illa donatio imputabitur in legitimam ibi. nu. 72.
Filiusfam. si committat delictum propter quod bona ejus debeant fisco applicari, adventitia non confiscabuntur, nec patri auferentur ibidem numer. 85.
Filiusfam. alienare potest adventitia sine patris consensu, si in eis pater non habet vsumfructum. ib. 88.
Filius nominatus à patre in emphyteusi nominationis antiquæ, non tenetur eam conferre fratribus suis, nec imputare ibi. n. 99. etiamsi eam pater filio traddi-

traddiderit in vita, reservato sibi vsufructu. ibi. 100.
Filiusfa. per mortem matris Dux. Marchio, aut Comes factus, liberatur à patria potestate. ib. 37.
Filius sine patre, nec vti, nec frui potest. ibi. 117.
Filiusfam. succedens in dignitate Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, fit de consilio regis. ib. 38.
Filiusfam. ex matris successione Rex factus, regni vsumfructum patri non acquiret, nec est in patris potestate. ibidem. 38.
Filius licentiatus utrum habeat privilegia filij Doctoris in quasi castrensibus. ibid. num. 171.
Filiusfam. etiamsi incapax acquisitionis, obligari poterat naturaliter, & civiliter, etiam sine patris consensu ibi. 39.
Filiusfamilias sine expresso patris consensu adire hæreditatem non potest. ibidem. 40.
Filius & pater in cæteris contractibus simul obligantur, præterquam in aditione hæreditatis, ex qua solum pater insolidum obligatur. ibidem.
Filiusfam. non potest obligari ex mutuo, nec pater de peculio, nisi utiliter pecunia consumpta sit, aut in rem patris, vel filij conversa ibi. 42.
Filiusfam. ex omni voto obligatur nisi pater contradixerit. contra receptas Doctorum sententias. ibid. 42.
Filiusfam. non debet puniri pro culpa patris. ibid. 44.
Filiusfam. decedens vivo patre intestatus. bona adventitia transmittet in liberos jure hæreditario. ibidem. numer. 50.
Filiusfam. in re castrensi sibi à patre donata, habetur tanquam paterfamil. ibidem. 56.
Filius confert ea omnia, quæ habet ex donatione, vel ex causa dotis. ibidem numer. 60.
Filius patri, nec quicquam dare potest, nec pater filio, quod non sit ipsius patris, ibid. 23.
Filius acquirens ex bonis patris simul, & sua industria, si à patre non allatur, illud lucrum inter eos dividitur. ibidem. 26.
Filius conjugatus cum consensu patris confert fructus adventitiorum. ib. 36.
Filius indubio præsumitur potiùs ex re patris, quam propria industria lucrum comparasse. ibid. 26.
Filius succedens in Ducatu, vel Comitatu per mortem, matris suæ non acquirit vsumfructum patris. ibi. 37.
Filiusfam. habens rerum proprietatem, sequitur necessario habere in ea hæredem. ibi. 79.
Filius obligari non potest, pater verò filio sic. ibi. 96.
Filius contrahens nomine patris, vel simpliciter si hoc intendat, etiam hodie stante l. cum oportet ei acquiret. 23.
Filiusfam. quod serviendo meretur, sibi, & non patri acquirit. ibi. 79.
Filius contrahens mandato patris, etiamsi sibi velit acquirere, patri necessario acquiret. ibi. 23.
Filius non potest agere rem patris peculiarem suo nomine, sed patris. ibi. 23.
Filius si à patre alatur ei operas præstare tenetur ratione alimentorum. ibi.
Filius etiamsi protestetur, contrahens mandato patris ei acquirit. nu. 25.
Filius si fingitur fructus percepisse jure dominij, fingetur etiam dominus fuisse. ibi. 67.
Filius si velit hæreditatem sibi delatam adire, ipse est hæres, & dñs. secundum jus nouum: si autem nolit, hæreditas tunc patri acquiritur secũdum jura antiqua. ibi. 118.
Filius non potest alienare res suas, sine patris consensu, & auctoritate. ibidem. 122.
Filius non potest alienare etiam cum juramẽto. ibi. num. 123.
Filiusfam. obligatur in profectitijs, tanquàm paterfamilias non verò, in advẽtitijs. ibi. 125.
Filiusfam. potest hodie obligari in advẽtitijs, sine auctoritate patris, & est verius. ibi. 126.
Filius naturalis non acquirit vsumfructum patri adventitiorum. ibidem numer. 105.
Filius licèt possit obligari, non tamen poterit alienare, ibi. 126.
Filiusfam. impubes etiam cum consensu patris, obligari non potest. ib. n. 127.

Filius-

Filiusfa. impubes, solus sine patre personam non habet ibid.
Filiusfam. cũ consensu patris potest omnia alienare. ibi. 228.
Filiusfam. ingrediendo monasteriũ, bona sua alienat, sine patris consensu. ibi. 91. & 129.
Filius non potest præjudicare patri suo in vsufructu, adquem spectare debet, quandiù vivit. ibi 129.
Filius ea omnia, quæ acquirit postquàm religionem est ingressus, religioni & non patri acquirit, nec vsumfructũ. ib.
Filius non potest disponere de vsufructu adventitiorum, etiamsi auctoritate l. 6. Tau. possit de tertia parte adventitiorum disponere. ibi. 129.
Filiusfam. poterat olim tanquàm reus esse in judicio, hodie verò in adventitijs. ibi. 133.
Filius in adventitijs, in quibus pater non habet vsumfructũ, nec administrationem, potest conveniri ibi. 134.
Filius emancipatus gravari nõ potest pro emancipatione, secus in testamento. ibi. 138.
Filiusfam. miles testari potest sine metu quærelæ in bonis castrensibus, quæ à patre sunt profecta, non ijs, quæ ei aliunde obvenerunt. ibi. 159.
Filiusfam. obsequium, & reverẽtiam debet patri ibi. 23.
Filiusfam. non est dominus castrensis, sed solũ administrator: ita tamen vt si vtatur jure sibi concesso, credatur retrò dominus fuisse, si verò non vtatur, credatur pater semper dominium tenuisse jure patriæ potestatis. ibi. 146.
Filiusfam. scholaris, si in vita patris studium nõ cõpleverit, licèt bona à patre sibi donata ob causam studij nõ sint castrensia tñ ex privilegio non tenetur conferre. ibi 177.
Filiusfam. vt libros præcipuos habeat, nõ est ei necesse facere, se emancipari, cõtra Bar. ibi. 176.
Filiusfa. quibus casibus teneatur conferre castrensia, aut quasi, aut erogata in ejus honorem. ib. ex n. 177.
Filius casu, quo teneatur conferre expẽsas, nõ cõputabit ea, quæ in domo patris erat cõsumptus. ibi.
Filius cõferet castrensia, aut quasi à patre sibi donata, si pater penes se habeat bona filij. ibi. 2. fallen.
Filiusfa. in plenum acquirit sibi donata à Principe, etiam ratione vsusfructus ibi. 184.
Filiusfa. poterit testari de rebus sibi donatis à Principe, tanquã de castrẽsibus. ib
Filius dicitur hæres etiã viuo patre in tit. de annon. 6. nota. n. 4.
Filiusfa. potest testari de fructibus annonæ, quæ pro ejus meritis ei fuit cõcessa. ibi. notab. 9. num. 1.
Filiusfa. potest etiam disponere de fructibus annonæ, etiamsi ea propter servitia patris sit à Rege ei concessa. ib. nu. 3.
Filius melioratus si relinquat liberos in a vi potestate, propterea quòd mortus sit ante benedictiones Ecclesiæ, talis melioratio ad patrem revertetur, n si habeat clausulam de restituendo in l. cũ oportet. n. 57.
Filius tunc demũ acquirit vsumfructum patri in bonis adventitijs, si legitimus est, vel suo consensu per subsequens matrimoniũ legitimatus. ibi n. 105.
Fiscus succedit in omnia jura condemnati. ibi. 89.
Fiscus, cui bona alicujus ex delicto vel tã quam vacãtia deferuntur non est hæres, sed bonorũ successor. ibi. 156.
Fiscus non tenetur vltra vires bonorum etiamsi inventariũ non fecerit. ibi.
Fiscus vendens bona alicujus, quæ ei ex delicto, vel tanquam vacantia deferũtur, liberatur ipso jure, transfert que onus in emptorem ibi.
Fructus collecti, etiãsi industria, & labore filij ex fundo à patre donato, erunt profectitij. ibi. 18.
Fructus non datur ex pecunia ibi. 19.
Fructus collecti post donationem ex re à patre donata, sunt adventitij. ib. 30.
Fructuũ cõmoditas lato modo solet appellari vsusfructus ibi. n. 110.
Fructuum cõmoditas perijt vsucapta pro prietate. ibi. 112.
Fructuũ cõmoditas licèt possit alienari, nõ tñ ipsum jus vtendi, & fruẽdi in tit. de ann. not. 11. n. 2.
Fructus à solo separati, censetur quid separatum à re ipsa. ib 5. not. n. 16.
Fructus pendentes ex rebus maioratus, mortuo vltimo possessore, pertinent

ad ejus successorem, etiam si maior pars anni transacta sit. ibi. num. 18.
Fructuũ dominiũ rei legatæ transit in legatarium absq; traditione. ibi.
Fructus beneficij percepti transmittũtur ad hæredes, nõ vero pendẽtes ib. not. 5.
Fructus ex re à patre filio donata sui ipsius filij labore, & industria collecti, pro fectitij dicuntur, non tanquã ex re patris, sed tãquã ejus occasione habiti. nu. 18. rub. l. cũ opr.
Fructus beneficij pendentes esse pro rata dividẽdos inter hæredes mortui, & successorẽ beneficij contra cõmunẽ tenuerũt Cou. Molin. & alij 5. not. in tit. de an.
Fructus pertinent ad renunciantem beneficium, pendẽtes verò ad eũ cui renunciatum est. ibi. num. 7.
Fructus maioratũs. vide verb. maioratus

G

GLossa semper debet intelligi secũdũ legem, quam declarat, vel sub qua posita est. in tit. de ann. 2. nota.

H

HÆredes sanguinis dicũtur propriè hæredes, & in conditione, si sine hærede, perinde intelligitur, ac si dictum sit (si sine liberis) in tit. de ann. 6. not. n. 1.
Hæredis appellatione continẽtur omnes hæredes, etiam extranei, si aliqua absurditas ex eo nõ resultet. ibi. n. 2.
Hæredes hoc verbum comprehendit tãtum filios in feudo, & in annona. ibid. notab. 6. n. 5.
Hæreditas vnius hominis aliquando censetur, tanquam duorum hominum diversorum in l. cũ oportet. nu. 61.
Hæreditate filij defũcti, qui sui juris esset, patri præferebãtur soror, & frater defũcti, jure consanguinitatis ibi. n. 79.

I

IMperatores Romani olim annonas à prædecessore donatas principali edicto confirmabãt hodie non esse necessariã confirmationem ostenditur in tit. de ann. n. 49.
In contractibus licèt resolvatur titulus, non tamen transfertur dominium ipso jure. ibi. 5. nota. num. 22.
In cõditione (si sine hærede) perinde intelligitur, ac si dictũ sit (si sine liberis, quia hi sunt propriè hæredes sanguinis ibi. 6. notab. num. 1.
Infortiatum vnde dicatur in rub. de ann. num. 1.
In obligationibus facti succedit secunda obligatio ad interesse ex consensu partiũ, quæ novat præcedentem. in rub. de ann. n. 16.
In obligationibus respectivis, vna res ponitur loco alterius pro pretio, & in re inæstimabili talis conventio cessat ib. n. 6. 4. notab.
In legato annuo, pendente cõditione, nulla datur actio, quæ præscribi possit. in rub. de ann. num. 43.
In re inæstimabili cessat illa ob rem dati obligatio, ex qua solet nasci condictio ibi. n. 5. notab. 4.
In legato, & in venditione fundi veniunt omnes fructus pendẽtes cum ejus pars sint ibi. not. 5. n. 8.
In promissione fructuum subintelligitur conditio, si fructus nascantur ibi. not. 5. num. 10.
In successione eorum, quæ deferuntur jure sanguinis, non potest vltimus possessor disponere, sed pertinent ad proximum agnatũ: at in successione hæreditaria potest testator, etiam propinquiores, & consanguineos privare, & de eis ad libitum disponere. ibi. 7. not. num. 5.
In successione sanguinis non datur divisio, imò proximus admittitur, etiam vltra decimum gradũ: quod tamen est secus in successione hæreditaria. ib. n. 6.
In successione hæreditaria nõ potest successor partem adire, & partem repudiare ib. n. 7. not. 7.
In eis, in quibus primo institutori succeditur non potest proximus exhæredari. ib. nu. 8.
In successione jure sanguinis potest pacisci, sine consensu vltimi possessoris: secus verò in hæreditaria successione. ib. num. 9.
In cõcessione annonæ facta Titio, & ejus hæredibus, non solũ intelliguntur hæredes sanguinis, sed etiam extranei, nisi dicatur pro te, & tuis hæredibus ad vitam. ib. not. 8. n. 5.
In re ecclesiæ prohibita alienari pretium applicatur ecclesiæ. ib. n. 20.
In ijs, quæ clericus acquirit ex indu-

tria

tria sua, vel doctrina, liberè testari potest, & similiter de eis, quae pro remuneratione laboris, meritorum conceduntur, etiãsi ratione ordinis clericalis, veluti pro Missis dicẽdis nota. 10. numer. 20.

In Regno Portugaliae castrẽsia aliquãdo conferuntur, in Regno verò Castellae in distinctè non conferuntur. in l. cum oportet. nu. 153.

In Regno Portugaliae pater tenetur facere inventarium adventitiorum filij. ibi. nu. 120.

In Regno Portugaliae praxis observat, donationes simplices esse conferendas ibi. n. 70.

In Regno Portugaliae, pater potest alienare adventitia in casibus sibi à lege permissis, sine decreto judicis contra Caldas ibi. 121.

Inter patrem & filium, nulla est distinctio personarum. ibi. 93.

Inter patrem & filium, potest hodie consistere civilis obligatio in adventitijs. ibi. 94.

Inventariũ nõ tenetur pater facere, si occupat bona jure peculij 155.

Inventariũ quando teneatur facere de bonis adventitijs filij. ib. num. 120.

Iuramentum non servatur, quando ex eo fit alij praejudicium. ibi. n. 123.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. ibi. 124.

Ius agnationis antiquum est, & commune, jus verò consanguinitatis. posteà introductum. ibi. 79.

Ius defuncti non mutatur in persona haeredum. ibi. 51.

Ius publicum patriae potestatis pactionibus privatorum tolli non potest ibi. 58 & 112.

Ius vsusfructus cedi, nec vendi poterat, ipsa verò fructum commoditas bene alienari potest. n. 119. ibid.

Ius quod ceditur, vel transfertur in aliquem, quando ei ex aliqua causa nõ liquem, remanet penes illum, à quo cessum fuit. ibidem.

Ius accrescendi non datur in portione nõ agnita. in titul. de annon. notab. 12. num. 5.

Ius substitutionis non transmittitur ad haeredes. ibi. num. 6.

Ius accrescendi quando est unitum cum jure substitutionis bene transmittitur ad haeredes. ibi. n. 7.

L

Legatum annuum pro se, & haeredibus, transmittitur ad omnes haeredes, licèt regulariter legatum annuũ non sit transmissibile. in tit. de annon. not. 8. n. 2.

Legatum annuum non est sua natura intransmissibile ad haeredes, sed fit intransmissibile ex natura dispositionis, quia pro primo anno, est purum, pro sequentibus, cõditionale, contra Imol. Alex. & alios. ibid. nu. 3.

Legatum annuũ tunc censetur ad alimẽta relictum, quando relinquitur pauperi. ibid. nu. 4.

Legatum annuum si relinquatur titio, & ejus haeredibus, non censebitur ad alimenta relictum, cum incertum sit, an haeredes titij pauperes, vel divites sint futuri. ibid. nu. 4.

Legatum annuũ nõ praescribitur in rub. de ann. num. 45.

Legatum semper censetur relictũ ex affectione, cũ sit donatio, & mera liberalitas. 1. notab. num. 9.

Legatum singulis civibus relictum, tanquàm incertis personis relictum non valebat seculo Iure consultor. ibi. n. 11

Legatum annui redditus plura legata in se continet. in rubric. de annon. numer. 39.

Legatum factum civitati, vel vniuersitati distribuitur vniuersis, secundum statuta vniuersitatis, si verò singulis censeatur relictum, aequaliter distribuitur in notab. nu. 13.

Legatum annuum civitati, aut monasterio relictum in aeternum durare, nec centum annis extingui, ostenditur in rubr. de ann. nu. 51.

Legatum annuũ in fructibus, quando sit vsusfructus relictus, vel quando sit annona. ibi. n. 53.

Legatum annuũ fructuũ per verba directa cõstituit vsumfructum, verba verò obliqua in legato fructuũ, potiùs annuum, vel annuos redditus, quàm usumfructum designant. ibidem.

Legatum quando certum est, causa adjecta in favorem legatarij, legatum nõ restringit aut mutat. in rub. n. 54. de annon.

Legatum relictum civibus, non singulis, sed civitati censetur relictum. 1. nota. de annon. n. 3.

Legatum relictum civitati, si est inutile. potius singulis quàm toti civitati censetur relictum. ibi. num. 4.

Legatum pro dote mulieris pauperis, est pium ibi. 3. notab. n. 5.

Legatum filio tutori relictum per patrẽ, magis censetur relictum tãquam filio quã tanquã tutori. in l. cũ opor. n. 143.

Lex in uno casu correcta, non debet extendi ad aliũ diversum. ibi. n. 121.

Lex loquens de Imperatore, in Rege etiam locũ habet. ibi. 187.

Libri extantes tempore mortis paternæ, favore studij sunt præcipui ipsius filij, scholaris. ibi. 175.

Libri dividentur inter fratres, nisi ostendatur eos habere ex volũtate patris. ib.

Lis esse non potest inter patrem & filium ibi. 93.

Lucrum ex pecunia, vel ex re patris acquisitum, an dicatur profectitium ibi. nu. 19.

Lucrum quæsitum ex re vel pecunia, filio data animo donandi sine ulla spe lucri, totum ad filium spectat, nec illud patri acquiritur. ibi. 24.

Lucrum turpe. vide verb. turpe.

M

Magistratus si moriatur medio tẽpore, totum salarium integrum transmittit ad hæredes, contra Fulg. & Greg. Lop. in tit. de ann. 4. not. n. 7.

Maioratûs possessor transmittit fructus collectos ad ejus hæredes, non verò pendentes, cõtra Molin. & alios ibi. 5. notab. n. 16.

Maioratûs bona nõ communicãtur inter coniuges, fructus verò collecti ex maioratu inter eos dividuntur. ibid. numer. 17.

Maioratûs possessio, mortuo ultimo possessore, transfertur statim in successorem absque traditione. ibidem numer. 19.

Maioratûs fructus pendentes esse pro rata dividendos inter hæredes defuncti, & successorem, tenuerunt Couar. Molin. Avend. & alij ibi. n. 20.

Maioratûs onera, & onera matrimonij sunt dissimili. ibi. n. 21.

In maioratu ex bonis regiæ coronæ transit dominium ipso jure in successorem etiamsi constituatur per viam donationis inter vivos. ibi. n. 22.

Maioratûs dominium qui ex rebus patrimonialibus est cõstitutus, non transfertur absque traditione in Regno Portugaliæ. ibidem.

Maioratus successor non tenetur ad debita prædecessoris rubr. de annon. numer. 33.

Maioratûs institutor non potuit in præjudicium scholæ, aut Ecclesiæ disponere, quominus per legem hypotheca contrahatur, etiamsi expressé omnem speciem alienationis inhibuerit. ibi.

Maioratûs successor tenetur ad debita prædecessoris in quodã alio casu præter alios enumeratos a Molina. ibi.

Maioratûs institutio in annuis redditibus valet tanquam in rebus immobilibus. ibi. 35.

Maioratum instituens in suis bonis immobilibus, censetur etiam illum fundare in annuis redditibus perpetuis quos habet. ibi.

Maioratûs possessor nõ potest illum pignorare, & si aliquam rem maioratus alienaverit, potest admitti revocatio. ib. nota. 11. num. 11.

Maioratûs possessor si unam rẽ ex bonis maioratus alienaverit potest eã revocare: si verò pignori dedit, aut locavit in longum tempus, vel in vitam suam, non poterit contravenire, & repelletur ope exceptionis. ibi. n. 13.

Maioratûs possessor si totum alienet totus transibit in sequẽtem in gradu, nec poterit revocare si adsit in eo clausula expressa de non alienando, ibidem numer. 14.

Maioratûs possessor poterit pro vitæ suæ tempore alienare, servitutem imponere; & pignus constituere, si in maioratu non adsit expressa clausula de non alienando, & resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis. ibidem numer. 15.

Maioratus etiamsi facta alienatione statim spectet ad sequentem in gradu, tñ emptor recursum habebit contra vẽditorem, ib. nu. 18.
Maioratus possessor sustinet onera familiæ. ibi. notab. 5. num. 20.
Maioratus vide verb. successor, & vide verb. fructus, & verb. onus.
Malæ fidei possessor est, qui contra legẽ mercatur. notab. 11. n. 19.
Mandato speciali nõ venit acquisitio turpis in l. cũ oportet. n. 28.
Marito donatore delinquente, & ejus bonis publicatis, publicatur etiam donatio uxori facta ib. n. 45.
Maritus, qui rem dotalem alienavit, rectè poterit contravenire contra factum proprium, & illam revocare cõtra Pelaes in tit. de ann. notab. 11.
Matrimonio soluto morte viri, dos revertitur, & fit inter patrem, & filiam cõmunis in l. cum oportet. n. 13.
Media persona non consideratur, sed prima à qua beneficium emanavit in tit. de ann. nota. 12. num. 14.
Melioratus filius vide verb. filius.
Melioratio facta filio non confiscatur publicatis bonis patris in l. cum oportet num. 47.
Melioratio cõfirmatur per patris deportationem. ibi. nu. 49.
Melioratio tertij & quinti, quantumvis revocabilis, non revocatur publicatis bonis patris. ibi. nu. 46.
Melioratio etiam irrevocabilis filio per patrem facta, si filius moriatur, vivo patre, ad patrem revertitur jure peculij, nec pertinebit ad vtrunque parentem jure hæreditario. ibidem. nu. 54.
Melioratio etiam irrevocabilis non transfertur in filium perfectè, & absolutè ante mortem patris. ibi. 55.
Melioratio habet tacitam conditionem mortis ibi. n. 60.
Melioratio habetur pro profectitio nec differt ab eo. ibi. n. 56.
Militia ex casu, quæ fit. ib. n. vlti.
Minor potest obligari ad rem mobilem tradendam, licèt non possit tradere sine autoritate Prætoris. ibi. 126.
Militiæ omnes, quæ enumerantur in l. fin. C. de inoffici. test. pertinent ad exemplum, quasi castrensis peculij ibidem. 189.
Minor alienare non poterit etiam cum juramento ibid. 123.
Minor ingrediendo religionem, sine cõsensu curatoris transfert omnia sua bona in monasterium. ibi. 91.
Minor licèt obligari poterit, non tamen potest alienare. ibi. 126.
Modus potestatiuus si non stat per implere debentem, habetur pro impleto, in tit. de ann. 4. notab. n. 13.
Monasterium succedens monacho, non tenetur amplius. quam sit in bonis monachi professi. in l. cum oportet. n. 157.
Monasterium succedit in bonis, non verò in hæreditate ibidem.
Monasterium lato modo appellatur hæres monachi vel in proprio. ibid.
Monetæ æstimatione aucta vel diminuta, nummi an solvi debent secundùm tempus contractus, an secundum æstimationem, quæ fuerit tempore solutionis. rub. de anno. nu. 37.

N

NEpoti relicta ab avo, quando dicantur profectitia in l. cum oportet num. 17.

O

OBligatio qualis fuit apud defunctũ, talis esse debet apud hæredem in tit. de ann. 4. not. num. 10.
Obligatio inter patrem, & filium esse nequit jure digestorũ. in l. cum oportet num. 93.
Obligatio vt contrahatur, distinctio personarum requiritur. ibid.
Obligatio civilis potest hodie consistere in adventitijs inter patrem & filium ibi. 94.
Obligationem inter patrem & filium nõ oriri, tenuit Bar. sibi ipsi contrarius ibidem. 95.
Obligari potest filiusfa. in profectitijs sine speciali patris consensu: secus verò in adventitijs. 125.
Obligari potest filiusfam. hodie in advẽtitijs, sine consensu, & auctoritate patris, quod est verius. ib. 126.
Onus solvendi annonam non transit ad singularem successorem rei certæ. quæ sub generali hypotheca fuit obli-

obligata in rub. de annon. n. 31. 3.
Onus solvendi annonam ecclesiæ, vel scholis, transit ad singularem possessorem rei certæ, quantumvis pro præstanda annona non fuerit illa specialiter obligata, sed generaliter ibi. 32.
Onus solvendi annonam ecclesiæ, vel scholis, transit ad successorem maioratus ibi. 33.
Operarum perceptio multum differt à fructuū perceptione. not. 5 ib.
Operarum legatū perijt vsucapto servo in l. cum oportet. nu. 113.

P

Patria potestas est de jure civili, in l. cum oportet num. 38.
Patria potestas est inæstimabilis ibi. 138.
Patria potestas cessat in filio ingredienti monasterium ibi. 129.
Patria potestas cessat per deportationem patris ibi. 48.
Patria potestas an amittatur per ingressum religionis. ibi. 129.
Potestas maior est mihi in filios, quam tutoris, vel curatoris in minores. ibi. 121.
Patriæ potestatis jus publicum nemo privatis pôt impedire. n. 112.
Patris contemplatione relictum, nō profectitium, sed adventitium dicetur. ib. num. 7.
Patre in insulam deportato non publicatur donatio, nec melioratio facta filio per patrem. ibi. 49.
Patri competit reivendicatio in adventitijs filij nomine, vel utilis in rem suo nomine, ib. 113.
Pater est agnatus filio suo. ibi. 79.
Pater eo casu, quo non habet usumfructum, nec administrationem non poterit alienare. ibi. 121.
Pater permittens administrationem adventitiorum filio, nolueritq; suo jure uti, non tenebitur pro filio, sed filius solus est obligatus ibi. 3.
Pater in profectitijs tenebitur de peculio ibi. 39.
Pater remittens vsumfructum adventitiorū, fructus an sint profectitij ib. 30.
Pater remittens filio fructus colligendos in re adventitia, magis dicitur omittere, quam amittere. ibi. 31.
Pater licèt non consentiat in contractibus filij: permittendo tamen administrationem peculij generaliter consenti re videtur ibi. 39.
Pater licet in testamento præcipiat castrensia esse conferenda, si tempore donationis, vel erogationis id non declaraverit, non erunt conferenda. 177.
Pater potest dare libertatem servo peculij castrensis, nu. 152.
Pater occupans bona filij jure peculij, trāsmittit ea ignorans, nec tenetur facere inventarium, & solùm intra annum poterit conveniri: secus verò si jure hæreditario admittatur. 151.
Pater arrogator succedens filio arrogato, non tenetur amplius quàm sit in bonis filij arrogati n. 157.
Pater declarare debet tempore donationis, aut erogationis castrensia, aut quasi esse conferenda, alias non conferentur, nec imputabuntur. 177.
Pater ingrediendo religionem videtur vsumfructum filio remittere. ibi. 131.
Pater si dissipator sit, amittit administrationem vsusfructus filij. ibi. 132.
Pater emancipando filium, poterit dimidiam partem usufructus retinere. 138
Pater etsi nihil retineat in vsufructu, tamen eum lucrabitur pro emancipatione filij. 139.
Pater non retinens profectitia, in emancipatione, videtur ea filio emancipato remittere. ibid.
Pater potest acquirere servitutē in prædio castrensi, & dare libertatem servo peculij castrensis ibi. n. 152.
Pater habet querelam cōtra testamentū filij militis. ibi. 159.
Pater in bonis clerici ante clericatum acquisitis habet vsumfructum, & administrationem, secus si post clericatum ibi. 164.
Pater alienare potest bona advētitia sine decreto judicis in casibus sibi à lege permissis. ibi. 121.
Pater tenetur facere inventarium bonorum adventitiorum in Regno Portugaliæ. ibid.
Pater ingrediendo monasterium transit in potestatem Abbatis. 131.
Pater in bonis castrensibus aliunde à filio quæsitis ratione militiæ habet querelam inofficiosi, secus in bonis, quæ ei

pater

pater dedit. 82.
Pater in ijs bonis, in quibus succedit, vt hæres, habet querelam. ibid.
Pater etiam hodie occupat bona jure peculij, contra plures, qui contrarium tenuerunt ibi. 84.
Pater jure isto est administrator bonorũ filij. ibi. 95. & nu. 121.
Pater filio civiliter obligari pōt, filius verò patri obligari non potest. ibi. n. 96.
Pater non habet vsum, nec vsumfructũ in adventitijs ex turpi vel illicita causa quæsitis ib. 104.
Pater habet vsumfructum in bonis vinculatis filij, & ejus maioratu. 105.
Pater habet vsumfructum in emphyteusi. 106.
Pater usufructuarius in adventitijs filij acquirit fructus, simul ac à solo sunt separati. 108. cum seqq.
Pater habet commoditatem in vsufructũ filio quæsito. 115.
Pater in Regno Castellæ tenetur inventarium facere bonorum adventitiorũ, si filius hoc petivit. n. 121.
Pater etiam ex intervallo declarare potest quasi castrensia esse conferenda, quando filius in ejus vita studium non compleverit. l. cum oportet. 4. p. 2. exemp.
Pater constitués dotem pro filia, semper censetur eam de suis bonis constituere licèt penes se bona filiæ habeat ibid.
Pater si concedat filio administrationem adventitiorum, in eis nullo modo tenetur pro filio: secus verò in profectitijs, vbi in contractibus filij tenetur de peculio ibi. n. 3.
Patri datum ad hoc, ut in dotem filiæ daret non dicitur profectitium, sed adventitium. ibi. n. 15.
Pater quo casu teneatur ex mutuo filij. ibi. nu. 42.
Pater non habet vsumfructum in adventitijs filij naturalis ibi. n. 105.
Particula (nec) includit casus minus dubitabiles ib. 86.
Peculium quotuplex sit, & ejus definitio ibid. num. 2.
Peculij appellatione adventitia non continentur ibidem.
Peculij administratio filij, vel servi est, dominium verò patris, vel domini ibi. num. 2.
Peculium non est patrimonium ibid.
Peculium dicitur quando filius, vel servus ex voluntate patris, aut domini administrat tacita, vel expressa, ibidem.
Peculio legato, in persona legatarij extinguitur nomen peculij, & resolvitur. ibi. n. 4.
Peculij appellatio non ad dominiũ, sed ad administrationem refertur. ibi. n. 5.
Peculium in persona domini non dicitur, sed patrimonium. ibidem.
Peculium profectitium quid sit.
Peculium profectitium filij non potest confiscari propter delictum patris ibidem. nu. 44.
Peculium publicatur patre in insulã deportato ibi. 48.
Peculium cessat cessante patria potestate ibidem.
Peculium filij non publicatur propter ejus delictum. ibi. nu. 59.
Peculium profectitium mortuo patre, est dividendum, vel conferendum inter liberos ibi. nu. 60.
Peculium castrense, etiam hodie non cõfiscari propter delictum verius est cõtra plures, qui contrarium tenuerunt ibi. 84.
Peculium castrense quid sit, & quomodò etiam refertur ad naurerios, & navarchos in l. cũ oportet. 3. p. in princ.
Peculij castrensis filiusfam. non est dominus, sed solum administrator, ita tamen ut si utatur jure sibi concesso, credatur retrò dominus fuisse, si verò non utatur, credatur pater semper dominium retinuisse jure patriæ potestatis. num. 14.
Peculium quasi castrense, quid sit. ibid. num. 161.
Pensionarius transmittit fructus perceptos, non verò pendentes. in tit. de ann. notab. 5. num. 9.
Pensio ecclesiastica, cessit in alimoniam pensionarij, & si constituta sit in pecunia, pro rata temporis quo vixit pensionarius ad hæredes transibit. ibidem num. 11.
Pistores recipientes pecuniam, vt reddant tantundem singulis diebus in pane cocto, non liberantur reddẽdo frumentũ in tit. de ann. n. 11.

Possessor maioratus, vide verb. maioratus

Primogenium vide verb. maioratus.

Principis voluntas servatur tāquam lex. in l. cum oportet. n. 285.

Pretium revenditæ quando applicetur fisco in tit. de ann. nota. 11. n. 19.

Præfectus annonæ frumentarias species, quas à Rege publico usui destinatus habet, non potest sibi applicare, mutuare, aut in alias necessitates convertere ibi. 3. not. n. 9.

Præfectus annonæ, cui officio hodie correspondeat. in tit. de ann. nu. 2.

Præscriptio adversus solventem, diversa, est ab illaq; datur adversus patientem, idest, eum, cui solutio fit. in rubr. de anno. num. 43.

Præscriptio non datur adversus futuram præscriptionem annonæ. ibi. nu. 45.

Privilegium non subdito concessum, revocari non potest. ibi. 3. notab. n. 7.

Pro annona competit actio realis, & hypotecaria favore alimentorum. in rub. de ann. num. 58.

Pro annona competit interdictum recuperandæ, & retinendæ, quod pro re mobili non datur. ib. n. 37.

Pro usufructu competit confessoria, pro annuo vero reddita datur actio personalis. ibi. num. 57.

Prohibitio alienationis quando fit favore tertij, censetur quoque prohibita alienatio necessaria, saltem ea, que fit mediante delicto. in l. cum oportet. numer. 87.

Prohibitio in rem, differt ab ea, quæ fit in personam. ibi. nu. 90.

Profectitium est illud quod ex bonis patris proficiscitur ibi. nu. 9.

Profectitium est etiam illud, quod contemplatione patris est quæsitum. ibi. numer. 7.

Profectitium an sit illud lucrum acquisitum ex re, vel pecunia patris, & simul ex industria filij ibid. nu. 19.

Profectitia revertuntur ad patrem, si filiusfa. viuo patre in testatus decedat ibi. num. 50.

In profectitijs nihil est immutatū de nostra l. cum oportet. ibi. n. 50.

Profectitia dos quare dicatur ad patrem reverti jure singulari ibi. n. 50.

Procuratoris officium an sit vilissimum, vel infame ibi. 183.

Proprietas alicujus cōfiscatur propter ejus delictum, etiamsi alius habet usufructum. 86.

Proprietas, quæ sine alterius consensu alienari non potest, nec propter delictum confiscatur. ibid.

Prohibitio alienationis non censetur prohibita in alienatione necessaria, secus si est facta in favorem tertij. 88. & 87.

Prohibitio realis impedit rem alienari ex delicto secus si prohibitio sit personalis facta in personam. ibi. nu. 90.

Prohibitio alienationis intelligitur in ea, quæ fit sola prohibiti voluntate, non autem in ea, quæ fit ex legis ministerio. 129.

Pupillus cum tutoris auctoritate, rectè obligatur. ibi. 127.

Q

Quasi castrense peculium, quid sit. in l. cum oportet. nu. 161.

Quasi castrense peculium dicitur, quod filiusfa. habet occasione studiorū, ibidem. 169.

Quasi castrensia ex causa adventitia. quæ sita, in plenum pertinent ad filium, quæ vero à patre sunt donata ob causam studij, non fiunt quasi castrensia, nisi filius in vita patris studium compleverit. ib.

Querelare non possunt de testamento inofficioso, nisi qui ab intestato sunt hæredes. ibi. nu. 82.

Quando in aliquo actu requiritur certa forma, ea non interveniente actus corruit, etiamsi utilis sit illi, in cujus favorem introducta est solemnitas in titul. de annon. num. 36.

Quæ dantur in præmium laboris, censentur per industriam quæsita. ibi. notab. 10. n. 3.

Qui habet annonas regias, poterit eas cum ipso Rege permutare. ibi. notab. 11. nu. 8.

Qui Principi, vel Republic. ministrant in pace, quodammodò dicuntur militare. ib. notab. 9. n. 2.

Qui primo anno erat secundierius, in sequenti erat primicerius, idque ex casu militiæ ib. n. 16. in 4. not.

Qui possidet annuos redditus, relevabitur

turab onere satisdandi. in tit. de ann. num. 38.
Qui recusat annuos redditus solvere dicitur spolium cōmittere ibi. n. 37.
Qui ad factum, vel ad traditionem alicujus rei tenetur, præstando interesse nō liberatur, contra communem ibi. numer. 16.
Quod recipitur in fisco, trahitur ad causas scholarum ibi. nu. 32.

R

REgula l. placet. ff. de acquire. hær. fuit in multis limitata ab Imperatoribus, & novissimè à Iustiniano in bonis adventitijs in l. cum oportet num. 1.
Redditus annonæ, etiam pro futuro semper illius anni, quo moritur annonarius ad ejus hæredes transeunt in tit. de ann. not. 4. n. 1.
Redditus annonæ percepti transeunt ad hæredes, non vero ipsa annona ibi. not. 8. num. 1.
Redditus jam cessi, & decursi non sunt bona mobilia rub. de ann. num. 35.
Reges Iudâ, & Israel, etiam præstabant annonas sui clientibus ib. n. 22.
Regis consiliarius etiamsi sit filiusfamilias liberatur à patris potestate in l. cū oportet. n. 37.
Relictum pro dote mulieris pauperis, si moriatur ante matrimonium, debet expedi in dote alterius mulieris æquè pauperis in tit. de anno. 2. not. n. 5.
Relictum, vide verb. legatū. & verb. cōtemplatione, & verb. nepote. & verb. servo. & verb. filio.
Res annonaria, census, & emphyteusis confunditur. in rubric. de ann. n. 24.
Re donata fructus postea ex ea collecti non dicuntur donati in l. cum oportet num. 18.
Res familiaris pro patrimonio cujuslibet interpretatur, & aliquando pro negotio exponitur. ib. n. 14.
Respublica non minus pace, quàm bello defenditur. ib. 4. p. in prin.
Retrotractio, de qua in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter. non potest fieri quantum ad fructus, quin etiam fiat quantum ad dominiū. ib. 67.
Rex filiusfam. jure ipso liberatur à patria potestate. ibi. 38.
Rex juri civili subditus esse nequit ibid.
Rex Catholicus debuerat exonerare patrimonium suum ab annonis, quas præ decessores Reges donarunt, faciendo permutationem cū alijs rebus. in tit. de ann. not. 11. n. 9.
Rex non poterit cōpellere, vt ei vendāt annuos redditus nisi in eis adsit pactum de retro ibid. nu. 10.
Reus volens allegare causas, cur redditum annuū solvere non teneatur non auditur, donec prius solutio fiat, cum quæstio illa ad petitorium potiùs, quā ad possessorium pertineat. in rub. de ann. n. 3.

S

SAcerdoti sacrificij offerendi causa datum, repeti non potest. in tit. de de ann. 4. notab. n. 5.
Salarium advocati, etiam non ex publica causa quæsitum, pertinet ad peculium quasi castrense. in l. cum oportet. n. 180
Salarium medici, tabellionis, & judicis, ejusdem juris sunt. ib. n. 181.
Salarium quod ratione honoris cōceditur totum transmittitur in tit. de annon. 4. notab. n. 3.
Salarium honoris est inæstimabile, ideoque tanquam res individua, statim integrum debetur. ib. nu. 4.
Salarium honoris, tunc integrum transmittitur quando est unicum, & ex unica præstatione solvendū ib. n. 8.
Salarium an integrum debeatur famulo, si infirmus fit medio tempore ibi. n. 14
Salarium an integrum debeatur doctori, & advocato, si medio tempore moriātur. ib. nu. 13.
Si communis sententia refertur. ibi, not. in fin.
Servus bona fide possessus dupliciter acquirit bonæ fidei possessori in l. cum oportet nu. 14.
Servus manumissus gravari non potest. ibi. nu. 138.
Servus gravari nō pōt, si ei sub conditione libertas relinquatur. ib.
Servitus, quæ non diminuit jus utendi, & fruendi. rectè poni potest in usufructu. 128.
Servitus in usufructu imponi non potest,

etiam

etiam cum cõsensu vsufructuarij. 128.
Similitudo nõ est perpetua inter legatum annuum, & vsufructum relictum, imò sunt plures differentiæ in rub. de ann. num. 52.
Scholæ militiæ erant undecim in populo Romano, in quibus scholis officiales, & domestici Principis militari dicebātur. in rub. nu. 7. & in l. 1. in princ.
Scholaris benemeritus præfertur doctori in sufficienti. ib. 2. not. n. 1.
Scholaris quantumvis maiori scientia excellens, non est doctori præponendus ibi. num. 3.
Schola non potest revocare annonam cõcessam scholis per statutum posteà factum, ibi. 3. not. num. 6.
Scientia per se, seu peritia nulla privilegia confert ex ijs quæ Doctores ratione suæ dignitatis cõsecuntur. ib. n. 4. 2. notab.
Socio relictum contemplatione personæ, licet occasione societatis, nõ cõmunicatur inter socios. in l. cum oportet. n. 16.
Societas bene cõtrahitur, unus pecuniam vel rem offerendo, alter verò industriā ponendo. ibi. nu. 20.
Societatis divisio nõ potest locũ habere, nisi contracta societate. ibi.
Soldata interpretatur annona civilis in libris feudorum. in rub. de ann. n. 10.
Statutum factũ, principaliter in favorem Doctorum, proculdubio transit in eorum privilegium in tit. de annon. 3. notab. n. 7.
Subrogatus debet habere omne jus, quod ille in cujus locum subrogatur. ibi. not. 5. nu. 8.
Successor jure sanguinis potest delata bona acceptare, & hæreditatem vltimi possessoris repudiare. ibi. not. 7. n. 7.
Successio hæreditaria non extenditur vltra decimum gradũ. ibi. n. 6.
Successio filij de jure antiquo, & Authēticorum, & postremo de jure regni, ponitur in l. cũ oportet. n. 79. & 81.
Sũptus voluntarij, facti ab eo, qui bona filij, vel nepotis habebat, censentur fieri administratoris nomine, scilicet, illius cujus negotia gerebantur. ibi 179.

T

Testator si relinquat fundum, vt ex eo, pro ejus anima certæ Missæ celebrarentur, ostenditur non ob hoc induxisse cappellam, maioratum, aut vinculum in favorem familiæ. rubr. de annon. n. 30.
Testator si dicat, lego redditus fundi mei Titio in ejus alimoniam, videtur legare vsumfructum, licèt quod ex alimētis superesse fructuum ad hæredem pertineret. in rubr. de annon. n. 55.
Testari quando possit beneficiarius de fructibus beneficij, attento jure cõmuni. vide verb. beneficiarius.
Translactio alimentorum, quare inconsulto prætore non valeant. in rubr. de annon. num. 10.
Transmissio fit pro rata temporis, quo quis rem mervit, & tantum pro eo tēpore quo quis rem gessit mercedem lucrari potest in tit. de ann. not. 4. n. 2.
Turpis acquisitio non venit in mandato speciali. in l. cũ oportet. n. 28.
Turpe lucrum non venit in judicio familiæ ercisdundæ. ibidem.
Tutor non potest alienare annonas, vel annuos redditus. in rub. de ann. n. 36.
Tutor contrahens simpliciter in re pupilli, videtur tutorio nomine agere, & ei acquirere in l. cum oportet. n. 23.

V

Verbum, (cives) refertur ad civitatem, secundum veteres de annõ. 1. not. n. 8.
Verbum (hæres) filios tantum comprehendit in feudo, & in annona, & quomodo hoc intelligatur. ibi. 6. not. n. 5.
Verba nunquam debent intelligi, vt raro, aut nũquam verificari possint. ibi. n. 3.
Verbum (ex re) intelligitur, idest ex substantia, & aliquando exponi solet, idest ex negotio in l. cum oportet. n. 14.
Vna, & eadem res non potest insolidum servire in l. cum oportet. n. 112.
Voluntatem testatoris non posse judicare ex eventu esse hanc, vel illã, ib. n. 114.
Voluntas testatoris ex qualitate ejus dispositionis colligitur ex summario rub. de ann. n. 54.
Voluntas testatoris. vide verbũ testator.
Vsuræ dominium in vsurarium nõ trāsfertur in l. cum oportet nu. 29.
Vsusfructus non censebitur relictus si dicat testator, lego ei centum pro annona vsufructu mei prædij in rub. de ann. num.

num. 55.
Vsusfructus non censetur relictus in certa specie in fructibus designata. ibid.
Usufructuario non potest prohiberi habitatio rei, super qua habet vsufructũ in rub. de ann. n. 60.
Vsusfructuarius tenetur ad onera, & tributa in prædio; annonarius verò minimè ibid. n. 61.
Vsusfructus, quando possit alienari in titulo de ann. notab. 11.
Vsusfructus Comitatus, vel Ducatus filij, non acquiritur patri in l. cum oportet. nu. 37.
Vsusfructus adventitiorum remanet penes patrem, etiamsi filius ingrediatur monasterium ibi. n. 129.
Vsusfructus semel patri quæsitus transit in monasterium si ipse profiteatur. ibidem 131.
In vsufructu patris non potest fieri executio pro delictis filij ibi. n. 135.
Filius cõsensu patris potest alienare, mutuare, & servitutem imponere, & adventitia pignori dare ib n. 228.
Pater acquirit vsumfructum, quẽ filius acquisivit per conjugium, & durat vsque ad mortem patris, ibi. nu. 109.
Vsusfructus lato modo solet appellari fructuum comoditas. ib n. 110.
Vsusfructus, quem habet pater in bonis adventitijs, non est distincta res a proprietate, sed ipsius proprietatis pars, & dominij accessoria. ibi. 111.
Vsusfructus causalis solum spectat ad filium, qui est rei dñs. ibi. 107.
Vsusfructus alienari, sed cedi non potest, & hujus rei ratio. 2. p. n. 119.
Vsusfructuarius non amittit jus in re, etiamsi res vlucapiatur. ibi. nu. 112.
Vsusfructus filiofam. relictus ejus solum morte extinguitur, & hoc est novum ibi. nu. 116.
Vsusfructus duobus relictus non finitur morte vnius collegatarij. 118.
Vsusfructus hodie patri acquiritur earũ, quæ antea in plenũ patri acquirebantur num. 84. & num. 129. in fin.
Vsufructu advẽtitiorum remisso à patre, fructus an sint adventitij, vel profectitij. n. 30. ibid.
Vsusfructus, quem habet pater in bonis adventitijs, & multis distinguitur à vero vsufructu. ib. 107.
Vsumfructum habet pater in maioratu, & in emphyteusi, & in rebus ex illicita causa nõ quæsitis. ibi. n. 106.
Vsusfructus non est in bonis nostris. ibi. num. 132.
Vsusfructus est vna, & eadem res cum proprietate. ibi. num. 32.
Vsusfructuarius habet confessoriam. ibi. num. 113.
Vxor potest ratificare alienationem invalidam, absque ejus consensu factam in rub. de annon. n. 36.
Vxori ab amicis, vel à consanguineis mariti donata, ad vxorem pertinent in l. cum oportet. n. 9.

FINIS.